


100
200
300
400
500

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16



Handwritten scribbles and marks, possibly including the letters 'U.S.'.

A
19
287

IN R. 4094
OMNES DIVI
PAVLI APOSTOLI EPI-
stolas, Collatio.

*Iuxta eruditorum sententiam facta, per
S. Theologiæ Doctorem Claudiū Guilliau-
dum Belluocēsem, apud insignē Eduorū Ec-
clesiā Præpositū, & Canonicū Ecclesiaster-*

Omnia iudicio Ecclesiæ submissa sunt.

Ex recognitione autoris.

Cum privilegio Regis.

PARISIIS,

Apud Ioannem Roigny, via Iacobæa,
sub Basilisco & quatuor elementis

1548.



HENRY par la grace de Dieu Roy de France. A noz amez & feaulx conseillers tenas nostre court de parlement à Paris, Tholose, Bordeaulx, Roué, & Diion, Prouéce, Grenoble, noz lieutenans & gouverneurs desdictz pays. Preuoist, de Paris, Seneschal de Lyon, Tholose, prouence, & à tous noz autres iusticiers à chascū d'eulx, sicōme à luy appartiédra salut & dilectiō. Reueue auons l'hūble supplication de nos chers & bien aymez Oudin Petit, & Jehan Roigny, Libraires iurez de l'vniuersité de Paris: contenant que puis aucun tēps ença ilz ont recouuert les Commentaires sur les epistres S. Paul, de maistre Claude Guillaud, docteur en la faculté de Theologie. Lesquelz ilz ont fait veoir & visiter par les docteurs d'icelle vniuersité, avec grās peines & labeurs, fraiz & despens. Lequel liure lesdictz supplians feroient voluntiers imprimer, si nostre grace congé & permission leur estoit surce donnee. Avec inhibitiōs & defences à tous autres Libraires & Imprimeurs, d'imprimer ne vendre iceulx liures fors que de ceulx desdictz supplias pour le tēps de six ans. Et ce à peine de confiscation desdictz liures, & d'amēde arbitraire. Nous humblement requerans sur ce noz lettres & prouision à ce conuenables. Pourquoy nous ce consideré vous mandons commettons & trefex pressément enioignons par ces presentes, & à chascun de vous, sicōme à luy appartiendra en vostre resort & iurisdicciō. Que apres vous estre apparu lesdictz Commentaires auoir estez veuz & visitez par les doyen & docteurs en la faculté de theologie de Paris, & que par leur certiore soit porté que lesdictz Commentaires contiennent bonne & catholique doctrine, & sont vtils pour estre leuz & mis en lumiere. Vous oudict cas permettez & souffrez aufdictz supplians. Et ausquelz de grace especialle plaine puissance & auctorité Royalle, no^s auōs permis & souffert, permettons & souffrons imprimer & faire imprimer ledict liure, & iceluy vendre ou faire vendre ou bon leur semblera, iusques audiēt tēps de six ans, à compter dū iour & datte que lesdictz liures seront paracheuez d'imprimer, sans que autres que eulx puissent imprimer ou faire imprimer ne védre d'autres, que de ceulx qu'ilz auront fait imprimer pour ledict tēps, sur peine de confiscatiō desdictz liures, & d'amēde arbitraire

bitraire. Et à ce faire souffrir & obeyr, contraindez & faites contraindre reaulment & de fait tous ceulx qu'il appartiendra, & qui pour ce seront à contraindre par routes voyes & manieres deues & raisonnables. En faisant aufus plus faire inhibitions & defences de par nous sur lesdictes peines à tous ceulx qu'il appartiendra, qu'ilz n'ayēt à imprimer ou faire imprimer les liures dessusdictz en nostre royaume ne autre pays, ne les vendre iusques à ce que ledict temps de six ans, soit expiré. Car ainsi nous plaist il estre fait. Nō obstant oppositions ou appellations quelzconques faites ou à faire: & lettres subreptices à ce contraires. Donnē à Fontainebleau, le dixhuitiesme iour de Novembre, Lan de grace, mil cinq cens quarante sept, & de nostre regne le premier,

Par le Roy, maistre Jacques Mesnaigne, maistre des requestes ordinaire de l'hostel, present,

Ainsi signé Le Picart,

Acheué d'imprimer le douziesme iour de Ianuier,
Mil cinq cens quarante sept.

*Por comi sion q tiempo delo Rey in quiescencia
y Corregido el libro conforme a la sentencia de
la Sala y general Inquisicion en 19 de Junio
de 1603.*

Augustin de quind

Nada añade el Copugatorio el año 1603.

CLAVDIO GVILLIAVDO.

Theologiae antistiti, ac Villafrancano Curioni, Philippi Crozetij, vestigalium Bellioci Quaestoris Regij, Tetrastichon.

*Quaeq; canunt veterum diuina poemata vatū,
Quicquid Apostolici fulget ab arce chori.
Bisseptena sacri depromit epistola Pauli,
Cuius inaccessum culmen adire facis.*

Nicolai Roilleti Bel-

nensis de Claudii Guillaudi, Doctoris theologi, praceptoris sui, in Paulum commentariis, Carmen.

*O Lector, Benjamin ille adolescentulus
In mentis excessu, ille raptus tertium
Adusque caelum Paulus, & mysteria
Quaedam arcana edoctus, homini quae vix loqui
Liceat, nunc illa detegit (sublimibus
Illis est caelis tibi tam facilis aduolans)
Loca illa difficilia: quidam, ut ceteras
Scripturas, Scioli quae deprauant perperam:
Cunctis tam facile, tam dilucide explicans,
Errare ut nemo, nisi volens, possit. Sacris
Thesauris ergo frui sacri Apostoli:
Thesauris Lector illis, gratis quos habes:
Simul atque immensas Claudio agito gratias
Guillaudo, cuius id debes laboribus.*

Psal. 67

2. Cor. 12

2. Pet. 3. cap.

DECANO ET CAPITULO
Eduensi, C. Guillaudus.



Collationem, Amplissimi viri, in
epistolas Pauli scripseram ante
nouem annos. Eam proximis
hisce diebus de consilio & au-
thoritate theologicæ facultatis (cuius dū vi-
uam alumnus sum obsequentissimus futurus)
summa cura ac diligentia, rem apud me se-
dulò perpenſa, sub incudem reuocaui, tanquã
informem ac velut exaſciatam rudem ma-
teriam ad archetypum & viuã expreſſam-
que veri imaginem delineaturus graphicè
& expoliturus, vt iam, niſi me multum deni-
que lambendo figurati partus alia facies fru-
ſtrata eſt, nouum opus cuius non immeritò
videri poſſit. Priorem ſiquidem eius collatio-
nis noſtræ æditionem, molitus fueram ac pù-
blicaram, hortante ac potius efflagitante mo-
rasque verbis, propè dixerim conuiciũ, etiam
caſtigãte, celebris memoriæ Iacobo Huralto
Epifcopo noſtro, homine ſanè pietatis ac do-
ctrinæ laude cumulatiſſimo. Cuius ego præ-

ſulis optimi mortẽ, multis hic verbis ipſe mi-
hi deſendam deplorãdamque putarem, ni me
meam ipſius ſortem calamitatẽque deplora-
re potius, quã illius videri vererer. Tot e-
nim & tãta ſunt eius erga me merita, vt ſe-
cundum deum & parẽtes, cui plura debeam,
omnino eſſe aut fuiſſe neminem putem. Or-
nauit porrò me quã potuit ampliſſimis do-
nis & muneribus, primæque dignitatis Edu-
en. eccleſia ſacerdotiis, in domeſticam fami-
liarẽmque vitæ & menſæ conſuetudinẽ ad-
miſſum, ſeu quod vero propius eſt, inuitatũ
& excitatum. In quo viro etiam vt parẽ be-
neficiæ, liberalitatis, humanitatis, & pon-
tificiæ functionis, & officij vigilatiſſimi per-
fectiſſimique Præſulis curã, quiuis agnoſce-
re queat. Hinc vel fidei abundè ſatis fuerit,
quod eos quorũ in literis & doctrina Chri-
ſti vsus aliquis eſſe poterat, impellere, horta-
rique, meque. adeo inter cæteros etiã nomi-
nati aculeis præacutis inſtigare, inflamma-
re non deſtitit, donec perpulit, vt quæ ex om-
nibus orthodoxorũ cum Latinorũ, tum Græ-

eorum authorum monumentis, velut apes ex floribus quæ ad mellificiū conducere norunt, haud sine delectu & iudicio decerpissem ac collegissem, quæque verò etiam assidua meditatione, dū ex officij mei munere in fano Eduen. publicis concionibus ad populum, prælectionibusque in scholis ad studiosos literarum & veritatis, ecclesiastes & doctor occuparer, perscrutatus consecutusque fuissim: ea in cōmunē ecclesiæ utilitatem & commodum vulgare, neq; tacitus deperire paterer. Ego optimo Præsuli prudentissimòque viro morem gessi. Eoque profectò libentius & alacrius feci, quòd vestrū bona pars id ipsum à me vehementer contenderet. Si quis igitur est aut futurus est, laboris operisque nostri huius in domo domini vsus & utilitas, id quidem quicquid est, Iacobo inquā Huralto, illi Episcopo meo quidē iudicio, Præsuli dignissimo, si vos ornatissimi in hanc partem laudis & commodi veneritis, acceptum referri debet. Sin autem, vt humanæ imbecillitatis infirmitas patitur, quid parum sedulo, haud ita perspicuè,

non

non satis circūspectè (vt fit plurimū, dum scribētis feruor & affectus ab inuentione ac veluti foetura blandiente nouitate nondum refrixit, & adendi publicandique celeritas maturiorem anteuertit ordinem vīmque disponendi, & explicādi) excerptū, dictum, inuentum, excogitatūque à nobis est: memineritis humaniss. viri & nos homines esse, totis viribus ac vigiliis enixos, vt institutum operis impliciti, veniā fauorēque lectorū emeretur, nec incurreret in dentes & calumniatorum reprehensionem. Id si consecuti sumus, Dei Opt. munus & beneficium per vos inquam agnoscendum & laudandum est. Siminus, quod deus procul amoliat, ne nunc quidē, vt videtis, ad veniā regressus defuisse visus est. Iam verò fatis quando non aliter visum est, quin insignis ille, numeris omnibus absolutus Præsul, acerbo & nobis lamētabili morte præriperetur: vos superestis quos superstites ex omnibus peculiariter delegi, quibus exornatū expletūque à nobis Collationis opus à folle iamque diu frigans, quasi re-

coctum ac velut in nonū pressum annum de-
dicarē, Collegiūq; vestri celeberrimi nomine
ac presidio publicarē. Etenim vos qui ab E-
piscopo in augusta illa ecclesia Eduen. princi-
pem vestro quidē merito locū tenetis, idē mi-
hi quoque ab initio huiusce laboris suscipien-
di fuistis autores. Fuit & illa causa nuncu-
pandi, vobis hoc quicquid est operis, quod
vos vno eodēque affectu cōmuniq; studio,
nostras lucubratiōes, quæ ecclesiasticis piisq;
viris nō sunt inutiles futuræ, ab obtrectato-
rum famigeratorūque calumniis & morsu-
bus, sartas & tectas in hunc vsque diem sem-
per esse voluistis. Hæ simul erūt mei ergā vos
amoris mnemosynon certissimūque testimo-
nium, cum memoria clarissimi antistitis Hu-
ralti coniunctum. Itaque illustrissimæ istius
ecclesiæ vestræ patrociniū potissimū dele-
gimus, in qua totos iā ferè quindecim annos
versati, singularē omnium vestrū pietatē cū
pari eruditione cōiunctam, publicē, priuatim,
domi, forisq; experti, haud obscure intelliga-
mus quo affectu, qua animi & volūtatis ala-

critate

critate, humanismē nostrum hunc laborem
excepturi sitis, ac contra Momos & rabiosu-
los quosdam, seu clanculū seu apertē mor-
deant illi aut vellant, constāter propugnatu-
ri: confirmante comprobantēque præsertim
quicquid est in eā partem & vestri fauoris
& scripti nostri, ordinis nostri theologi-
calculo & prerogatiua. Quibus ego rebus,
iam inde ab initio professionis studiorūque
grauiorū nostrorū, t̄quam lydio lapide, sem-
per ego probandū examinandūque duxi, vbi
quid esset emittēdū, quod ad fidei & religio-
nis moralem institutionē pertineret. Quin
verò etiam ne hanc quidem Collationem no-
stram, alioquin bona ex parte, ex sanctissi-
morum doctissimorumque virorum decerptā
concinnatamque laboribus & scriptis, ali-
qua ipse dignam luce duxissem, si quid in ea
esse vel olfecissem, quod cū placitis grauissimi
theologi collegij & ordinis, vel latum dis-
sideret vnguem. Adeo in re ardua & theo-
logica nihil tērandū, nihil definiēdū à quo-
quam, hac sigillatim tēpestate, his exulcera

tissimis temporibus citra illius tesseram au-
thoritatis & iudicij. Accipite itaque huma-
nissimi homines opus à me & ecclesiae, &
doctore, & collega vestro, canonico in eccle-
sia vestra praeposito de Saceyo, quale magno-
pere cupiui tradere vobis, id est, quam emen-
datissimum atque maximè locupletatum, in
quo facile certaque repetatis memoria, quae
in praedictionibus & concionibus nostris sa-
cris, quibus sine intermissione frequentes in-
teresse non estis dedignati, ex nobis audiui-
stis. Et quod denique omnibus punctis & cal-
culo probatū sacrosanctae facultatis theologi-
cae, aliquo loco ac numero inter talenta fide-
libus seruis à domino credita, ipsi habeatis
& fruamini, ac per vos ceteri. Valete.
E sodalitia Sorbonico Calendis Iulij.

INDEX.

INDEX E O-
rum quæ in hoc
opere habetur.



Dextris, & fini- stris incedere	170	Adam duplex.	146
Aaron.	376	Adá, primus & secundus.	147
Abba.	56.211	Adá & Christus cõferũ.	218
Abba pater.	48	Adama.	160
Abrahæ aliena terra.	407	Adoptari i filios p christũ.	210
Abrahæ fides.	21.203	Adoptatos vnde cognosca- mus nos à deo.	211
Abrahæ filij qui?	23.204	Adoptio.	51.56
Abrahæ filij duo.	213	Adoptio filiorum.	49.235
Abrahæ semen sumus nos, per Christum.	208	Adorare. 355. Adulteri.	413.
Abrahã.	381	Ædificatio dei.	97
Abraham cur primus in Deũ credidisse narratur.	204	Æmulatio.	67
Abraham dedit decimas ipsi Melchisedec.	384	Æmulor verbum. 132. 134.	217
Abraham vocatus.	407	Ætarius.	337
Abst, vocabulũ quid deno- tet.	21	Æternitati p̄sentia oĩa.	355
Abyssus.	67	Affectu quodã res vniuersã duci videntur pro condi- tione hominum.	50
Accedendũ ad Christum in fide.	398	Affectus nostros spiritus san- ctus cognoscit.	52
Accessus, via & ostium ad pa- trem Christum.	26	Affectus erga cõgeneres san- ctus.	57
Accessus ad patrem per Chri- stum.	236	Afflictioes vt tollerandæ.	165
Acceptum esse.	176	Afflictioes ferẽdas propter Christũ hortat Paulus.	409
Acceptio personarũ non est apud deum quomodo intel- ligitur.	14	Afflictioes quas sustinuerint Iudæi propter Christũ.	398
Acceptum ferre.	26	Afflictioes piorũ Christi ef- fe.	403.277
Acies inclinata.	408	Afflictioes Pauli in Mace- donia.	173
Achaia.	156	Afflictorũ cõsolatio.	271.285
		Afflictorum functio.	275
		Afflictorũ i paciẽtes q̄relẽ.	285
		Agere non perperã quid.	134
		Agricolatio dei.	97
		Allegoria, id est intelligentia spiritualis.	216
		Allusiones, dictionum periu- cundæ.	195

INDEX.

Altaris sacramentum.	400	ter.	332
Altaris sacramentū summa cū veneratione recipiendū.	402	Aporia. Aporior.	164
Amaritudo, ira, &c.	248	Apostolatus.	3308
Ambrosius citatur.	98	Apostoli, abvno oēs dicti.	190
Ambitio.	134	Apostoli, Prophetæ, Euāgel- istæ, Pastores, Doctores.	131
Ambulare, ire, ingredi.	225	Apostolorū & Episcoporum in scripturis autoritas.	131
Ambulare & placere Deo.	294	Apostolus 190. Apphia	348
Ambulare dignè vocatione.	244.	Apprehendere.	62
Ambulare in sapientia.	287	Arcana Christi Paulo reuela- ta.	240
Ambulare secundū seculū.	237	Arcarius. 89. Archippus.	348
Amen. 156. Anathema.	152	Aretas rex. 185. argumētū.	406
Angeli, Principatus, Virtutes.	55.	Aristarcus. 348. Aristobul.	89
Angeli, id est, episcopi.	122	Arma iustitiæ	170
Angeli dolent, quid?	49	Arma aduersus mundum.	298
Angeli sunt flammei.	355	Artemas. 145. Assumere.	84
Angeli ab Hebræis Malachim	360.	Athei. 192. Auaritia. 247. 249	
Angeli sunt nunciij & ministri.	355.	Audacius, quomodo accipiē- dum.	46
Angeli, Dei ministri.	350	Auditus fidei.	203
Angeli, hominū ministri.	356	Autoritatis minoris nō sunt quæ à sanctis voce prolata sunt, quā quæ scripto.	304
Angelorum lingua loqui.	133	Auxilium opportunum.	371
Angelus, commune vocabu- lum, & quibus.	127	Azymus.	104
Angelus non naturæ, sed of- ficij nomen.	355		
Ancillæ filius esse.	217	B arbam promittere, Græ- cæ erat legis.	121
Anima. 80. Anima & spiritus.	16	Barbarus quis Paulo.	11. 147
Animæ corruptio, quid?	247	Blasphemi. 314. blasphemia.	376
Animalis homo.	96	Blasphemi.	120
Antichristi nomina.	303	Bonitas seu benignitas.	70. 74
Antichristus.	302	Bonitas & seueritas Dei.	70
Antiochia duplex.	314	Brauium.	116. 269
Antiquare.	390	Brutum moriens omnino ex- tinguitur.	147
Anthropopathia.	12. 49	Baptismi fructus.	280
Anus. 341. Apelles.	89	Baptismi forma.	175
Apollo. 5. 92. Timothei fra-		Baptismus	

INDEX.


Baptismus nō repetendus.	378	carnales & spirituales	44
Baptismus illuminatio dicta.		Carnalis spiritualem persequi tur	213
ibid.		carne, quid intelligi debet.	203
Baptismus est loco passionis Christi	208	Carne consummari	203
Baptismi virtus	34	In carne & secundum carnem ambulare	180. 182
Baptizati in Moyse.	117	In carne esse, & viuere, non idem	208
Baptizari.	145	carni debere	47
Belial	172	carni studere	55
Benemerendi studium.	135	carnis nostræ nomina	364
Benedictio	87	Infirmis carnis	218
Benedictio duplex	209. 231	carnis iustitiæ	393
Benedictio pro adulatione	89	caro quid	9. 150. 221. 227
Benedictio pro elemosyna & beneficentia	178. 179	caro & sanguis	150. 364
Beneficia Dei erga nos per Christum	273	caro & spiritus	42. 46
Benignus	340	catechizare	229
Benignitas	12. 134. 222. 285	cauponari verbum dei	158
Bonitas	222	causari, vocabulum quid	21
		cauteriatus	320
C Adere in scripturis quid? facie	74	Cenchree 89. charisma	132
de Cæcitate Israël & sui resū- ptione	70	charitas	54. 13. 133
Cæcitas ex parte	71	charitas non ficta	170
Calceat, quis dicitur in scri- pturis 256. Calix.	118	charitas & dilectionis idē.	174
calix variè vsurpatur	127	charitas vinculum perfectio- nis	263. 285
caluarie locus, quare sic dictus, ex Hieronymo	250	charitas mutua hæreses nes- cit.	178
cancer	333	charitas Christi erga nos.	249
capere, pro capax esse	174	charitas dei erga nos	237
capitulum 388. captio	74	charitas dei in nobis	28
caput diuersa signat	121	charitas, Pauli erga Iudæos.	68
caput ecclesie Christi	234	charitatem non excidere.	134
caput libri	400	Charitatēs	123
Caput viri	120	Charitatis Christi vis	165
carbones ignis	78	Charitatis affectus erga con- generes	57
Carales	221	Charitatis membra & species	
		Charitatis. ibidem	223.

INDEX.

Chirographum	283	Christum induere.	79, 80
Chirographum affixū cruci, quid.	281	Christū supraduti, ipsi similes	208
Chirographum decreti deletum.	280	Christum sedere ad dexteram patris quid?	353
Chirographarius	283	Christus fundamentū & lapis angularis, quare?	62
Chloë, quid.	94	Donatus nobis Christus.	53
Christi nomen.	264	Christus noster accessus ad patrem.	26
Christi caput, Deus.	120	Christus audiendus, ne puniamur.	357
Christi, qui dicantur.	123	Christus apostolus ad oues Israhel.	366
Christi peculium sumus.	343	Christus semper exauditus.	376
Christi aduentus.	396	Christus angelis superior.	355
Christi cognitio, lux: eius ignorantio, tenebra.	275	Christus non angelicā assumpsit naturam, quare?	363
In Christi nomine faciēda omnia.	264	Christus minutus ab angelis.	160
Christi introductio in mundum.	354	Christus Moysē & angelis præstātor, quare?	357
Christi Iesu manifestatio & incarnatio, grande mysterium est.	317	Christus omnia gubernās.	353
Christi corpus.	131	Christus, iustitia Dei.	167
Christi corpus in sacramento missæ.	400	Christus iustitiæ rex.	383
Christi ingressus in sancta.	394	Christus filius David, & dominus eius.	356
Christi plenitudo.	245	Christus hæreditavit nomē.	353
Christi mors promissionum, seu testamēti confirmatio.	206	Christus verus hō & frater.	362
Christi oblatio.	395	Christus cōstitutus vt hō.	361
Christi sanguine purgati à peccatis.	391	Christus dictus hostia.	395
Christianismi summa.	232	Christus humilis considerandus.	262
Christo incorporamur per baptismum.	130	Christus factus sub lege.	210
Christo omnia subiecta.	357	Christus factus ex muliere. ibi.	
In Christo esse.	45	Christus à maledicto liberat.	202.
Christum esse in nobis.	46	Christus dicitur maledictū, & peccatum, quomodo?	204
Christū in nobis viuere.	201	Christus mediator.	312
Christum, non nosmet prædicandum.	162	Christus mediator noui testamenti.	

INDEX.

menti.	388	Christus impleuit promissiones Iudæis.	84
Christus mortē gustauit pro omnibus.	361	Christus prophetarū dominus.	351
Christus mortis victor.	364	Christus sanguine suo semel nos redemit.	391
Christus mortuus pro omnibus.	357	Christus nos repropitiavit patri.	364
Christus mortuus pro omnibus, vt ei iam, non sibi ipsi uiuant, qui viuunt.	165	Christus primus resurrexit, & omnes per ipsum resurgēt.	141
Christus pro nobis mortuus.	391	Christus suscitatus à patre.	234
Christus semel moriens, oblitus.	3400	Christus sacerdos.	381
Christus semel oblatus pro nobis.	382	Christus sacerdos noster. ibi.	
Christus factus pro nobis omnia.	204	Christus solus magnus sacerdos.	385
Christus omnia, in nobis.	92	Christus saluator.	309
In omnibus.	145	Christus obediētib⁹ salus.	372
Christus orans pro nobis.	391	Christus spes nostra.	308
Christus pacificauit omnia per sanguinem.	276	Christus Christus figura substantiæ patris.	352
Christus pastor.	414	Christus tentatus.	357
Christus medium parietem soluit.	239	In cibis obseruantia.	113
Christus nostra causa pauper factus.	175	Cibus solidus.	373
Christus factus peccatū.	167	Circuncisio. 14. 22. 23. 6. 23. 9	
Christus traditus propter peccata nostra.	23	Circuncisio ad quid data, & quid conferat.	22
Christus pontifex.	357	Ciuitas dei. 409. Clamor.	211
Christus cōstitutus pontifex à patre.	372	Clamor Christi.	374
Christus pontifex deus.	388	Clavis scripturæ.	163
Christus apostolus noster, & pontifex.	365	Coccina. 397. Cœlestia.	231
Christus pontifex Moysē maior.	366	Cœli.	245.
Christus principium.	276	Cœna domini.	122. 123
Christus secundum promissiones venit.	341	Cœnam dominicam dupliciter accipi.	127
		Cognati.	89. 114
		Cognitio dei.	7
		Cognitionis sui fructus.	125
		Cognoscere ex parte.	134
		Cognosci à deo.	212



INDEX.

Cognitionem dei, qualé ante & post incarnationé verbi cœlestes potestates habuerint.	241	tatis vim habet.	191
Collatio.	87	Cōscientia quid in scripturis.	156
Colere deum vt deum.	7	Conscientia bona, puta.	328
Collectę in pauperes sanctos.	156	Consolamur à Paulo.	23
Collectio.	404	Consolator deus in tribulationibus.	153
Colluctatio spiritus & carnis.	164	Cōsuetudo ecclesię plurimū autoritatis habet.	122
Colossæ, ciuitas.	227	Consobrini.	287
Colyride.	90	Consummare quid.	362
Comessatio. Comos.	81	Cōsummatio p̄ Christū.	403
Commune.	83, 84	Consummatio seculorū.	395
Communicatio.	119, 175	Contaminatus.	312
Compati, id est, sociū esse, imitatorē, &c. 48. Affici malis alienis.	372	Contēdere. 263. Cōtentio.	15
Complentatus quid.	38	Contribules.	292
Comprehendere.	242	Cooperator & cōmilito differunt.	266
Compūctio, quid? Et spiritus compunctionis.	68, 74	Contristati Corinthij ad pœnitentiam.	172
Concisionem, & circuncisionem distingui.	267	Corinthij epistola Pauli sunt.	159
Ad concordiam inuitat Paulus.	262	Corinthij ingrati.	99
Conculcare filium dei.	401	Corinthiis comminatur Paulus, nisi resipiscant.	188
Concupiscentia.	117	Corona glorię, id est, vniuersę creature soli Christo.	361
Concupiscentias facere, & perficere non idem.	221, 225	Coronare, qd̄ i scripturis, ibi.	
Cōferre qd̄ Hieronymo.	196	Correptionis modus.	101
Confessio.	65	Corporaliter habitat in Christo deus.	279
Confirmatio.	155	Corpus Christi qd̄.	234, 281
Confortare.	271	Corpus Christi tabernaculū.	394
Confusio.	413	Corpus hostia quomodo.	75
Confundere.	27	Corpus spirituale.	164
De coniugatis.	106	Corpus vnum sunt Christiani quomodo?	75
Coniugium.	413	Corpus mortuum, homo dicitur quomodo.	47
Consensus multorū, authori-			Conua-

INDEX.

Cōualere, quid Chryso- mo.	408	Deturpo.	127
Creta insula. 341. Cretēses.	318	Deum ad æmulationem pro- uocare, quomodo.	66
Crucifigi mundo.	228	Deum in nobis habitare quid	171
Crucis mysterium.	242	Deū iustificamus qualiter.	16
Crucis fructus.	191	Deum quiescere ab operibus.	372
Cupidi, qui dicuntur.	333	Deus vnus, vnus Christus.	112
Cupiditas nemini parcit.	325	Deus beatus, quare dicitur.	309
Cupiditas immoderata fugiēda.	177	Deus cur magnus dicitur.	343
Cursus in scripturis quid.	63	Deus cur seipsum negare non potest.	331
Cymbalum.	135	Deus nomen naturę.	231
Cybeutę.	148	Deus meus vt accipi debet.	4
		Deus verax.	16
D		Deus verus. Dij per adoptio- nē. Dij iuxta opinionē.	162
Damascus.	195	Deus inuisibilis. 310. 271. in na- tura.	311
Damnationis ministratio, Lex.	160	Deus solus sapiens.	310
Dæmones, per Ecclesiā myste- ria dei cognouerunt.	241	Deus Iudæorū & Gentiū.	18
Dæmoniorū socij ne sim⁹.	118	Deus seculi.	162
Deceptio multiplex.	282	Deus natura misericors.	153
Decimę soluuntur ab Abra- ham Melchisedeco.	384	Deus præter leges naturę, a- liquas semper interpretatio- nes suę volūtatis dedit suis.	40
Decimatus in lumbis Abrahę quid:	388	Diaboli autoritas in nos illi permissa.	332
Decreta & Lex differunt, ex Theophylacto.	239	Diabolus.	398
Dei adiutores, id est, coope- rarij	97	Diabolus peccatū. 14. & cur	145
Dei patris voluntas.	400	Diabolus quibus est Deus.	162
Delibatio. Primitię. Radix, idem.	70	Diabolus hic vt tyrannus, nō vt dominus regnat.	237
Demas viri nomen.	348	Diaconi.	315, 317
Coram deo, iurantis est.	174	Diaconus vox.	76, 262
Deo, non nobis fidendū.	153	De infirmis in cibis, & ratione	ē ij
Deposītum bonum, quid.	329		
Desertio diuina.	292		
Respondere.	186		
Desiderium carnis.	233		
Detinere.	7		

INDEX.

dierum.	81	Domus terreſtris.	164
Derum obſervationes reſel-		Donatio & vocatio.	71
luntur.	279	Dona cur ſpiritualia dicatur.	136
Dies feſti Chriſtianiſ obſerua		Dona ſpiritus ſancti.	128
di.	82	Donec, particula.	127
Dies feſti Chriſtianorum, &		Donec & quo aduſque parti-	
Iudaorum conferuntur.	217	cula.	356
Dies Chriſti.	259	Donorum diſtributio.	127
Dies humanus.	102	Donum dei.	236
Dies iræ, quid.	15	Donum dei duplex.	231
Dies pro iudicio.	155	Donum & gratia dei.	30
Dies iudicij, quibus notis de-		Donum & hoſtia differunt.	389
ſignetur.	12	Dormientes.	296
Dies nouiſſimi.	351	Dormire qui dicantur.	298
Dies ſalutis.	169	Dormire, requieſcere.	127
Dies malus.	256	Dorſum incuruare.	74
Dicere quid eſt?	132		
Diffamare.	290	E	
Diffidentia de deo.	118	Ebrietas.	222, 298
Dij. 113. Dilectus nomen.	3	Eccleſia. 287. eadē vt do-	
Diſceptatio.	84	mo priuata nō eſt vtrūq.	123
Diſceſſio.	304	Eccleſia quid.	127
Diſcere ſemper cū fructu, lau-		Eccleſia columna & firmamē	
dabile.	334	tum veritatis.	317
Diſciplina quid.	258, 413	Eccleſia de carne Chriſti.	251
Diſcretor quid.	372	Eccleſia dei nō cōtētoſa.	121
Diſpenſatio plenitudinis tem-		Eccleſia in deo.	289
poris.	233	Eccleſiæ authoritas. 274, 304.	
Diuitiæ abſolutæ.	74	Eccleſiæ caput & corpus Chri-	
Doctores.	311	ſtus.	234
Doctores, & doctorum fun-		Eccleſiæ fundamentum Chri-	
ctio.	214, 218, 245	ſtus.	97
Doctores labor magnus.	310	Edom. 58. Effundere.	27
Doctrina ſana. 43. vera.	191	Elati. 334. Electio.	255
Doctrinæ variæ.	415	Electio duplex.	53
Domestici dei, Gentes.	236	Electorum paſſiones Chriſti	
Domestici fidei.	226	eſſe.	154
Dominationes.	234	Eleemoſynæ vis.	179
Domus Chriſti nos ſum⁹.	366	Elementa.	373
Domus dei.	315, 401	Elementa mūdi. 279. quæ.	210
		Elenchus	

INDEX.

Elenchus fidei.	377	citur.	201
Eloquentiā non damnandam		Euangelium quid.	15
in uſa ſcripturarum.	282	Euangelium Pauli.	88
Per eloquia quid intelligendū		Euangelium vnum eſt, non di-	
in ſacris.	16	uerſa.	193
Eloquia dei.	ibidem	Euangelium cum afflictioni-	
Emerere & redimere.	209	bus ſuſceptum.	288
Emortuus.	26	Euangelii quare dicitur ver-	
Energiæ vox, qd ſignificet.	39	bum veritatis.	274
Enos, quid ſignat.	360	Euangelium quare quibuſdā	
Epaphras.	348	incognitum?	162
Epaphroditus vir.	262	Euangelium accipere & diſce	
Epheſios hortatur Paulus, vt		re, non idem.	193
quales fuerint ante vocatio-		Euangelizat gratis Paulus, ne	
nem, meminerint.	238	oneri ſit Chriſtianiſ.	115
Epheſus.	235	Euangelium filij.	4
Epimenides.	338	Ebulus.	317
Episcopi functio.	259	Ex eucharistiæ indigna ſum-	
Episcopi partes.	329	ptiōe multa incōmoda.	126
Munus, opus.	364	Eucharistiā infantibus non da-	
Episcopi i quo superiores pref-		tur.	124
byteris.	316	Eucharistiæ sacrificium, vsque	
Episcopi propter opus in ho-		in diem iudicij.	125
nore habendi.	298	Eunica mater Timothei.	322
Episcopos plures non fuſſe		Euodia & Syntyche.	272
ſunt eruitis.	299	Excommunicandi poteſtas.	
Episcopus qualis.	315	103	
Episcopus vni⁹ vxoris vir. ibi.		Excommunicandi qui.	102
Erastus. 337. Error.	293	Excommunicatio.	104
Erroris virtus.	334	Excommunicatio in quos ſe-	
Erubescencia.	37	renda.	306
Eſca. 106. ſpiritualis.	117	De excommunicato Corin-	
Et, particula.	278	thio, & reſpiſcente.	159
Euangelij confirmatio.	259	Excommunicato, non ſolum	
Euangelij cognitio à deo.	162	pœnitentia, ſed & abſolutio	
Euangelij deſenſio.	259	neceſſaria.	157
Euangelij deſinitio.	2	Exercitatio corporalis.	319
Euangelij præconibus victum		Exhortatio ad Chriſtum ac-	
deberi.	114	cedendi.	369
Veritas euangelij, quando di-		Exhortatio ad opera.	168

INDEX

Existimo.	48	Fides vnde?	66
Expectatio creaturæ, exponitur ex Augustino.	49	Fides communis.	339
Expiationis sacrificium.	339	Fides & fidei mensura.	76
Expugnare, quid Paulo.	195	Fides, seu iustitia dei, per fidē, qualiter Thomæ cōfessat.	18
Exterminator.	118	Fides dei pro quo dicatur.	16
Extolere.	182	Fides in sanguine Iesu.	18
		Fides in verbum dei.	369
		Fides in verbum dei, per fidē, qualiter Thomæ cōfessat.	18
F		Fides in verbum dei, per fidē, qualiter Thomæ cōfessat.	18
Fabulæ.	318	Fides speculo & ænigmaticō fertur.	335
Fabulæ aniles.	320	Fides, rectū quæ sperantur.	406
In eos qui ad fabulas conuertuntur.	335	Fides Romanorum.	3
Secundum faciem, quid.	181	Affigebantur fideles.	292
Facie ad faciem videre.	135	Fidelis in Christo quis?	231
Factores legis iustificari, quomodo.	15	Fiducia Christianorum.	290
Facultas sacra Parisiensis.	115	Figulus. 59. Figura.	356
Fascinare, quid in scripturis.	139	Filij Abrahæ & promissionis, qui?	58
Fermentum.	104	Filij dei magnitudo.	352
Fermentum duplex.	225	Filij dei ingressus in mundū.	400
Fermentum abiiciendum.	102	Filij fidei in acquisitionē animæ.	406
De festis & cæremoniis Iudæis.	280	Filij dei, qui.	409
In fide sanitas.	342	Filij diffidentia.	237. 249
In fide sanitas.	342	Filij iræ.	237. 239
Fide roborari.	24	Filioli Pauli Galatæ.	213
Fide destituti, sola Christi hostia expiantur.	377	Filios suos deus nos sibi conformes faciet, quando.	53
Fidei viuæ functio.	4	Filius dei æternus.	352
Fidei gradus.	406	Filius dei, omnium dominus.	352
Fidei iustitia.	22	Filius hominis.	364
Fidei iustitia propè est.	64	Flagellantium se secula.	282
Fidei lex.	19. 21	Flagris cædi, seruire apud Romanos erat.	411
Fidei symbolum.	65	Fædisfragi, qui?	334
Fidei verbum.	ibid.	Fœminæ	
Fidei Paulinæ, testes Iudæi.	57		
Ad fidem exhortatio, ne, vt Iudæi pereamus.	365		
Fides.	133. 404. 406		

INDEX.

Fœminæ prophetissa.	112	Gladi⁹ flāme⁹ reuelabitur.	301
Foris, qui dicantur esse.	804	Gloria in sacris quid?	15. 61
Foris sunt infideles.	287	Gloria inanis.	220
Fornicarius excommunicatur.	102	Gloria Dei, quid?	19. 21
Fornicatio.	414	Gloria diuina, vnde?	232
Fornicatio & adulterium, nō idem.	295	Gloria patris.	34
Frater in scripturis, id est Christianus.	108	Pauli & Corinthiorum gloria.	154
Fratres appellat Christ⁹ quos?	357	Gloriam dare Deo, quid?	26
Falsi fratres.	183	Gloriæ splendor, filius.	352
Fraudem pati.	105	Gloriæ cupidus Deus non est.	232
Fraus.	106	Gloriandum in Deo.	181
Fructus Christianæ vitæ.	169	Gloriari in Deo.	28
Fructus spiritus.	220	Gloriatio nostra, quid?	27
Fructus, in carne non dicitur, sed opus, quare?	222	Gloriatio.	22
Frugalitas.	76	Gloriatur Paulus in afflictionibus propter Christū.	228
Fundamentum ecclesiæ.	97	Glorificare verbum, quid.	306
Furor triplex ex Platone.	166	Gomor.	177
		Gratia.	267
		Gratia duplex.	232
		Gratia Dei.	411
		Gratia Dei, salus.	236
		Gratia ad vitam æternam.	30
		Gratia, & opera.	67
		Gratia, peccati remissio.	416
		Gratia in Paulo, id est, munus apostolicum.	75
		Gratia per Christum.	90
		Gratiæ Dei est, pati vincula.	260
		Gratiæ & pacis vocabula, quod sonent.	3. 191
		Gratiæ dei in vacuū recipere.	169.
		Gratiam deus voluit omnibus prædicari, quare?	232
		Gratiarum actio.	151. 230
		Gratifico, Gratificor, & gratior.	235.
		Grauarè, quid.	306
			6. 111j

INDEX.

H	Hostia laudis, fructus labio- rum.	414
Habeo pro possū. 175. 178	Humanum, Paulo quid?	102
Habitare, qd Paulo. 44	Humilitas, vitium.	282
Hæredes, Cohæredes. 47	Hyle, Manicheorum Deo. 162	
Hæres. 350	I	
Hæres paruulus. 209	Iacobus frater Domini. 194	
Hæresis, quid. 123	Idiota, vocabulum. 141	
Hæresis. 127	Idolæum. 113	
Hæresis vt cancer. 332	Idolis immolata. 112	
Hæreticus reiiciendus, quan- do. 344	Idololatæ. 117	
Hebrai, vnde dicti. 356	Idololatæ vitandi. 117. 171	
Hermes. 89	Idololatia vitanda. 118	
Heua. 182	Idolothytum. 113	
Hierusalem Ciuitas Dei. 409	Idolum. 113. 232	
Hierapolis. 287	Idololatia. 222	
Hodie, signat æternitatē. 333	Ignis, quid signet. 98	
Hodie, signat tēpus salutis. ib.	Illyris. 87	
Holocausta. 404	Imago Dei, filius Iesus. 275	
Hominis distinctiones, nō p- sonæ, sed fide & merito fe- ri. 208	Imago Dei fieri. 53	
Hominis partes tres. 299	Imitatores. 101	
Hominis spiritualis eruditio & doctrina, in quo? 271	Imitatores Dei. 348	
Homo iuxta naturam dicitur Adam. 360	Immaculatus, & sanctus non idem. 235	
Primus & secundus homo. 146	Immobilitas apud deum. 380	
Homo, per se non iurat, qua- res? 380	Immunditia, doctrina malefi- ca 291	
Homo peccati. 304	Immunditia duplex. 171	
Homo mendax. 16	Immutatio, in sacris. 148	
Internus & Externus homo. 163	Imperiorum successio. 303	
Homo vetus & nouus. 283	Impij in peius semper labun- tur. 292	
Honor, subsidiū corporis. 282	Impietas, quid. 342	
Honor pro victu. 322	Impingere. 62	
Honorandi vocabulum. 321	Impenitentia finalis non ex- piatur. 491	
Hospitalitas commédatur. 77	Importunus. 307	
Hospites testamentorum. 238	Inchoatio, quid in sacris? 381	
Hostia Deo placens. 75	Incontinentes. 334	
	Incrementum. 99	
	Inde-	

INDEX.

Indeclinabilis, quis? 404	Ira reprimenda. 247
Indignatio. 15	Ira ventura. 290
Indumenta Christianorū, be- nignitas, humilitas, mode- stia, &c. 284	Ira. 15
Indurare Deum corda, quo- modo. 63	Ira Dei. 6. 283
Inferus, quid Latinis, Græcis & Hebræis? 358	Iracundus, quis? 340
Infirmus. 217.	Iram thesaurizare sibi. 12
ab Infidelibus recedit prophe- tia. 139	Iram operari. 23
Infidelitas. 369	Isnael re promissionis fili? nō dicitur, sed Isaac, quare. 215
Infirmi ferendi. 84	Israël Dei. 229
Infirmitas. 189. 387	Israëlitæ. 57. 58
Infirmittatis tempus. 28	Israëlitæ nomen vnde? 63
De Infirmis in cibis & ratio- ne dierum. 81	Iudæ Galilæi dogma. 344
Inimicitæ in carne Christi, quid? 238	Iudæi vnde dicti. 13
Initiare. 404	Iudæi obcæcati. 160
Initium substantiæ, fides. 368	Iudæi, Pauli psequutores. 292
de Innuptis & viduis. 107	Iudæos Gentibus nō præpol- lere. 15
Instantia quotidiana Pauli, quid? 185	Iudæorum scandalum. 221
Instaurare. 30. 235	Iudæorum pauci saluati. 61
Instaurari. 81	Iudæis reiectis, Gentes assum- ptæ. 62. 66. 68
Inuocare deū. 67. Christi. 90	Iudæorū æmulatio, seu zelo- typia, aut iuidia & dolor. 66
Inquirere Deum. 406	Iudæorum plenitudo. 69
Inquisitor. 94	Iudæos iuxta ac gentes pecca- to obnoxios. 17
Inspicientes. 11	Iudæos & gentes coalescere per Christum. 238
Insertus es. 74	Paulus Iudæos, aliàs cogna- tos & fratres, aliàs carnem suam appellat. 67
Plena intellectus certitudo, quid. 278	Iudicabim⁹ angelos, id est de- mones. 105
Interpretatio, quid? 136	Iudicare. 99. 100
Inuenire, pro mereri. 22	Iudicari à Domino. 126
Iterū Introducit, quid sit. 354	Iudicia minima, quæ? 105
Intercessio. 55	De Iudiciis forensibus. 104
Inuidia, vnde? 263	Iudicium variè sumitur. 167
Inuocare Deum. 67	Iudicium ad quod omnes re- surgent. 296

INDEX

Iudicium particulare.	98	Iustum.	31
Iudicium temerarium fugien-			
dum.	100		
Iudicium sibi manducare.	126	L	
Iugum seruitutis, lex.	225	Abores Pauli, q̄ ex Theo-	
Deus Iuramento salutē pro-		phylacto.	169
misit, vt certi simus.	377	Laborat manibus Paulus.	101
Iuramentum dei. 386. Diuinū.		Lac in scripturis quid desi-	
38r		gnet.	376
Iurāt homines, quomodo. ib.		Lac potum dare, quid.	97
Iurare licitum.	4	Pauli ad Galatas verba.	215
Iustificatio duplex.	10	Lachrymas spirare.	215
Iustificanti factores legis.	15	Laniena.	120
Iusiurandum, quid?	380	Laodicea vrbs.	283
Iustificamus qualiter?	10	Lapis angularis.	62. 339
Iustificare, q̄d in scripturis?	38	Lapis offensionis.	ibidē.
Iustificatio.	53	Laqueis scripturæ quid.	74
Iustificatio quorupliciter acci-		Legati Christi Apostoli.	131
piatur.	19	& episcopi.	166
de Iustificatione nostra.	199	Legatus Christi.	211
ad Iustificationem nostrā tria		à Lege liberati seruiunt Deo	
concurrentia.	19	in spiritu.	38
Iustitiæ dei ostensio.	19.	Esse sine Lege, qualiter intel-	
Iustificationes, culturæ, quid.		ligendum.	20
392		Legem alicui venire, quid. ib.	
Iustificationes dei.	38	per Legem cognitio peccati.	
Iustitia dei, quid.	17. 64	39	
Iustitia Christi.	387	Legi viuere & mori.	199
Iustitia, Christi opus.	219	Legis cęremoniæ, typus Chri-	
Iustitia duplex, legis, & fidei.		sti.	281
64.		Legis hostiæ infirmę ad expia-	
Iustitia duplex, legis, & fidei.		tionem peccati.	399
64.		Legis finis.	64. 308
Iustitia duplex, legis, & fidei.		Legis summa, dilectio.	226
64.		Legis velamen, ablatum.	161
Iustitia in lege.	387	Leui.	382
Iustitia propria, quæ.	64	Leuiticum sacerdotium abro-	
Iustitia Moyſi, Euangelij, id		gatum.	382
est legis & fidei.	ibidem	Leuiticum sacerdotium, sacer-	
Iustitiæ dei ostensio, quid?	19	dotio Melchisedec inferius	
Iusto non est posita lex.	309	38. 384	
Iustus.	18. 64	Lex.	17. 21. 205
			Lex

INDEX

Lex non sanctificat.	397	Intentio sacrifici Lingua lo-	
Lex iusto non est posita.	309	quentis.	119
Lex in custodia data, ad quid		Linguarum genera.	132
206		& varietas.	139
Lex & cęremoniæ cum nõ iu-		Linguae donum.	136
stificarent quid proderant.		Litera.	210
281		Liturgia.	390
Lex Mosaica, cur dicta inuti-		Loamni.	61
lis.	387	Longanimitas.	12. 170
Lex litera.	161	Loqui in aëra.	137
Lex carnis. 42 Membrorum.		secũdum hominẽ Loqui.	205
21. seu peccati.	42	Deus p̄ pphetas loquitur.	350
Lex fidei. 19. 21. Gratia 35		Lorica.	298
Mentis.	21	Loruchama.	61
Lex mortis.	45	Lucas.	176
Lex noua, Lex spiritus.	159	λὺρ πωρὸς.	51
Lex operum.	21	Luxuria.	222
Lex sancta, quare.	40		
Lex spiritalis.	161	M	
Lex spiritus vitæ.	45	Macedones, sunt Thessa-	
Lex spiritus, & spiritalis diffe-		lonicenses.	176
runt.	ibidē	Macedonia.	395
Lex vetus, quantum ab Euan-		Macellũ. 120. Maceria.	139
gelio differat.	160	Magistratibus obediendũ.	78
Lex vetus, noua seuerior. 364		Magistrat⁹ quare instituti?	311
Liberalitas vnde metienda.		Magni Apostoli, qui?	183
175		Mahumetæ vndæ?	59
Liberati à lege seruiunt Deo		Mahumetes.	303
in spiritu.	38	Maiestas, quid?	355
Libertas.	44	Major & minor vocabula ad	
creaturæ omnes Libertatẽ no-		quid referantur.	58
stram suspirare videntur.	50	Maledicere iustẽ Deus potest	
Liberum arbitriũ. 156. 66. 266		homo vñ nõ, quomõ? 78	
Libidinem horrendẽ damna-		Maledictio.	209
uit Deus.	295	Ab omni etiã specie mali ab-	
Liberi.	38	stinendum.	166
Libertus.	111	Malum, id est. peccandi affe-	
Licet, quæ non expedit. 106		ctus & pronitas.	43
Lingua loqui.	356	Malum non cogitare.	134
Linguis.	141	credit se Manducare omnia:	
		quomodo intelligendũ.	81

INDEX.

Manibus operandum.	247	Ministri Dei quales esse de-	
Manichæorum error.	162	beant.	186
Manus puræ, quæ?	313	Ministri Euâgelici forma.	291
Manuum impositio.	320.	Miracula, sunt confirmatio	
Maran atha.	48.152.	doctrinæ.	357
virgo Maria, mulier & mater		Misericordiæ quid in scriptu-	
210.	Massa.104.	ris.	156
Massa, Rami, idem.	70	Misericordia, Dei diuitiæ.	237
Matrimonia iter dispares cul-		Misericordia gentes à pecca-	
tu non cõtrahenda.	111.171	tis liberat.	236
Quid meditandum piis?	275	Misericordia in episcopo.	308
Melchisedec.	376.387	Modestia, quid?	29.271
Melchisedec, & eius sacerdo-		Modestia Philippësum com-	
rium.	383.	mendatur.	ibidè
Melota.	408	Momentum, quid?	299
Membra in vno corpore va-		Mordere, in scripturis quid?	
ria.	129	221	Mori.81
Membra infirmiora, ignobilia,		Mori peccato.	34.35.37
inhonesta, necessariora ef-		Mori & viuere idem esse Pau-	
se.	130	lo, propter fratres.	260
Membra seruiant Deo.	36	Moriendum semel.	391
Membra Christi.	105	Mors.149. duplex.	148
Mensa in scriptura quid?	74	Mors Christi, vita nostra.	28
Mensæ olim communes ex cõ-		Mors per Christũ extincta.	362
suetudine in ecclesia.	123	Mors condemnata.	ibidem
Mêsura donationis dari, quid		Mors corporalis.	46
244		Mortem videre.	149
Mercês laboris in enangelio,		Mortificanda membra.	283
quæ.	274	Mortificatio.	164
Mercês pro vltione.	358	Mortificatio Christi.	163
Messis duplex.	229	Mortui quomodo resurgent?	
Metaphora corporis natura-		146	
lis.129	Miletus.337	Moyfes.	157
Minister Gentium Paulus.	85	Moyfes, lex.	161
Minister sanctorum, quid.	390	Mulier, sexus nomen.	210
Ministerium, quid?	78	Mulier aperta, quid?	122
Ministerium suum honorare,		Mulier, mortuo marito, libe-	
quid.	74	ra à iure viri.	38
Ministerium in ministrando.		Mulieres, quales.	315
76.	Ministraciones qd.128	Mulieres, Apostolos sequu-	
Ministri Christi.	97-99		

INDEX.

12.	114	de.	3
Mulieres prophetantes.	314	Nomina patris, & Christi seu	
Mulieres fileant.	ibidem	filij & Spiritus sancti, quid	
Mulieribus negatur docendi		denotent.	3
facultas, quare?	ibid.	Quomodo facta sunt omnia	
Mulieribus præfectura nega-		noua?	166
tur.	140	Notitia dei duplex.	9
Mulieris probæ symbolum.		Noua creatura.	166.228
342		Nouatianorum hæresis.	215
Mulierum ornatus.	312	Nouitas Spiritus.	39
& quales esse debeat.	313	Vitæ.	57
Mundũ reconciliari Deo.	168	Nouus homo.	44.236.247
Mundus.228	quid designet.	284	
228.255		Nubere.	111
Munera ligant.	116	Parentum consensum requiri	
Murmurare, malum.	117	cũ puella nubit.	111
Mytheria omnia habentur in		Numeri singularis efficacia.	
Christo,	233	226	
Mytherium, quid?	71.149	Nympha vir fidelis.	287
Mytherium Dei sanctis reue-			
latum.	276		
Mytheria nosse, quid?	13		
	3		
N			
Natura.	73	O	
Necessitas instans, quid?		Bediendam superiori-	
110		bus	344
Neomeniæ.	283	obedientia, quid?	388
Neophytus.	316	Obsequium rationabile.	
Nequando, particula dubiis		Obsecrationes.	312
præponitur.	332	Obsequium rationabile.	75
Nero, leo diuus.	336	Otiolos, & inquietos arguit	
Neronis nomen subtrahet Pau-		Paulus.	306
lus.	303	Oculus in scripturis, quid.	209
Nisi particula cõfirmatis.	380	Odor.	159
Nicopolis.	345	Odor vitæ & mortis.	158
Nobiles nolunt ignobiliores		Offendiculum.	119
se agnoscere.	362	Oleaster.	70.74
Nomen quid?	10	Oleaster, Gentees sunt.	70
Nomina diuinitus indita, vn-		Oliua.	70
		Oliua naturalis, Iudæi sũt.	70
		Olus.	84
		Omnia credere, sperare, susti-	

INDEX.

nere &c.	134	Orare.	25
Onera fratrum portada.	125	Orare docet Paulus.	312
Onesimum Paulus in carcere		Oratio.	376
baptizauit, & Christum do-		Oratio sine intermissione.	
cuit.	346, 347		299
Onesimus.	348	Orationes. 312. Pro quibus	
Onesimus, id est vtilis.	347	faciendæ.	ibidem
Onus multiplex.	229	Orationes fratrum postulat	
Onesiphorus.	330	Paulus.	86
Opera.	12, 17, 21	Orationi necessaria.	286.
Hortatur Paulus ad opera.			312
	243	Orbis futurus.	359
Opera quibus debetur mer-		Ordinandi probadi primum.	
ces.	143		322
Opera nostra, grata per Chri-		Ordines sacri diuersi.	259
stum.	414	Ordinum sacrorum institu-	
Opera carnis.	222	tio à Paulo.	339
Opera doctrinæ.	413	Oris apertio, quid?	257
Opera mortua.	395, 397	Os Domini.	73
Operari bonum.	225	Osculum.	351
Operari iram.	23	Ostendere pro facere	102
Operari manibus.	295	Oues occisionis.	54
Operarius inconfusibilis.		Ostentui habere.	379
	311	Ostentare.	381
Operatio manuum.	247		
Operationes virtutum.	203	P	
Ex operibus esse.	68	PActum Dei.	205
Opitulationes.	132	Pædagogus.	102, 208
Oppositiones.	326	de Pane illo, quare dictum.	
Opus desiderare.	315		126
Opus fidei.	229	Panis.	118, 307
Opus Pauli.	113	Panis variè vsurpatur.	127.
Orandum multum, & multum		Panis benedictionis.	118
non loquendum.	299	Paranomasia.	24
Orans Christus exauditur.		Pascha nostrum Christus.	102
	372	Passiones, quid.	11
Orans pro nobis Christus co-		Paulum adimplere quæ desunt	
ram patre.	382	passionum Christi, quomo-	
Orans vir.	121	do intelligendum.	403
Orans lingua, quid?	137.	Passionis	

INDEX.

Passionis Christi commemo-		Paulus coram Cæsare.	395
ratio.	125	Paulus in carcere & scribebat	
Passionis memoria in missa.		& prædicabat.	331
	400	Paulus pusillo corpore fuit.	
Pastor stultus.	303		180
Pater in filio.	167	Paulus conuersus, statim se-	
Pater Dei nomine intelligi-		cessit in Arabiam, vt euan-	
tur.	249	gelizaret.	195, 194
Paternitas.	242, 243	Paulus doctus à Deo.	192
Pati pro Christo, donum dei		Paulus confert suam doctri-	
	260	nam cum Apostolis.	195
Patientia opus esse.	399	Paulus eloquentia non vitur	
Pauli ardens affectus.	3.	prædicando.	94
Patientia quid.	12, 148	Paulus gentium Apostolus &	
Patientia, probatio, spes, Cha-		doctor.	195, 240
ritas Dei, per gradationem.		Paulus gloriatur cõtra pseu-	
	26.	dapostolos.	183
Patrem cum Christo commu-		Paulus gratis prædicat.	
nem habemus.	274		182
Patres in Moyse baptizati.	117	Paulus ascendit Hierosolimam,	
Patriarcha.	388	quare.	196
Pauli auctoritas.	191	Paulus cum lachrymis scribit.	
Pauli mors præcognita.	336		157
Pauli mors, vnde.	336	Paulus omnium linguis lo-	
Pauli sinceritas, & puritas in		quutus.	138
prædicado Euangelio.	154	Paulus laborat manibus.	291
Paulo visus Christus.	141		305
Qui comites Paulo fuerint		Paulus apostolorum minimum	
primum à sua cõuersione in		se facit.	241
Hierusalem proficiscenti.		Paulus missus à Deo ad præ-	
	195	dicandum.	1190
Paululum, pro aliquantisper.		Paulus petit pro se orari.	
	360		153
Paulum adimplere ea quæ de		Paulus dictus est Saulus.	1
sunt passionem Christi, quid		Paulus optat videre Roma-	
	403	nos.	4
Paulum non fuisse oneri iis		Paulus optat Iudæos saluari.	
quibus prædicauit.	115		56
Paulus afflictus in Asia.	153	Paulus omnia prædicauit quæ	
Paulus bestiis expositus.	145	cunquæ erant prædicanda	

INDEX.

prædicanda.	182	quale.	45.34
Purè, euangelium prædicat		Pecuniæ vis suspicioni frau-	
Paulus.	161	dis obnoxia.	177
Orat Paulus, vt videat Theſ-		Pedes Christi, Apostoli.	201
ſalonicen.	244	Pennula, quid?	336
Paulus vincſtus. 2. 4. 4. Et quare?		Per, & Ex, præpoſitionib ⁹ , idè	
330		ferè exprimit Paulus.	231
Paulus virgo.	108	Percuſſor.	316, 340
Quorum pauperum Paul ⁹ cu-		Perditionis filius.	303
ram gerebat.	197	Peregrinari à Domino.	167
Paupertas altiffima.	177	Peregrinum, vox.	141
Pax.	11. 26, 107. 222	Peregrinus.	268
Pax duplex.	31	Perfectio vera.	269
Pax noſtra Chriſtus.	236	Perfectus ſenſu.	138
Pax Dei.	271	Pericula Apoſtolorum in præ-	
Peccantes quomodo corri-		dicando Euangelio.	100
piendi?	225	Peripſema quid?	102
Peccata, hoſtiæ legis non ex-		Perſequutionem patientur	
piant.	399	ſequentes Chriſtum.	333
Exaggeratio proprii pecca-		Perſonarū mutatio Per Pau-	
ti.	309	lum obſeruanda.	43
Peccati fallacia.	368	Petra, Chriſtus.	117. 120
Peccati medela, cõtritio.	174	Petra ſcandali.	62
Peccati propagatio in poſte-		Petrus Iudæorum Apoſtolus.	
ros.	31	195	
Peccati ex infirmitate purga-		Philemon.	343
tio.	393	Pharao.	59
Peccauerant omnes.	18	Philerus.	333
Peccatorum purgatio.	390	Philippi, vrbs.	262
Peccatum, in ſcripturis quid?		Philoſophia naturalis nõ re-	
168		probatur.	279
Peccatum, Diabolus.	40	Philoſophia vana prohibetur	
Peccatum, pro hoſtia.	167	idem	
Peccatum, quæ nobis afferat		Pietati noſtræ aliquid ſemper	
incommoda.	343	adiiciendum.	4
Peccatum vltum poſt remiſ-		Pietas, Scientia & veritas.	339
ſam culpam.	368	Pignus, ſeu Arrabo.	235
Peccatum damnare de pecca-		Pignus ſpiritus.	156
to.	45	Pignus, ſpiritus ſanctus.	165
Peccatum à Chriſto deletum		Placere hominibus	195
		Plenitudo	

EPISTOLA

B. Pauli Apoſtoli

AD ROMANOS.

Euangelium eſt virtus Dei in ſalutem.

CAP. I.

Apoſtolus, *vel ad munus apoſtolicum.* **P**Aulus¹ ſeruus Ieſu² Chriſti vocatus³ apoſtolus, ſegregatus⁴ in Euangelium dei, (quod *Euangelium* antè promiferat⁵ per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis) de filio ſuo, (qui factus eſt ei⁷ ex ſemine Dauid ſecundum carnē⁸, qui prædeſtinatus eſt⁹ filius Dei in virtute¹⁰, ſecundū ſpiritū¹¹ ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum¹² Ieſu Chriſti domini noſtri, per quem accepimus¹³ gratiam & apoſtolatū, ad obediendū fidei¹⁴ in omnibus gētibus¹⁵ pro nomine eius¹⁶ in quibus¹⁷ eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti) omnibus qui ſunt Romæ¹⁸ dilectis Dei¹⁹, vocatis ſanctis, gratia vobis & pax²⁰ à deo patre, & domino noſtro Ieſu Chriſto. *Chriſtus.* *Paulum iſſus vt doceret fidem in Chriſtum.* *Vocati.*

PAulus. More Hæbraico dictus eſt Saulus: Paulus verò *Paulus.* vel ad morè Græcanicū, vel Romanum, quorū erat ciuis. Pauli nomen frequentius in Epistoſis ideo fortè vſurpauit, quòd tum apud Eccleſias, quibus ſcribebat, tum in Romano imperio magis erat celebre, vſitatū & gratioſum: Atque curandū illi erat, vt à ſuſpitione ſuperuacua & odio ſurgeret, quo tunc Iudaicum nomē laborabat apud Romanos, & prouinciales, atq; à rabie ſuorū inflammanda abſtineret. *Seruus.* 2 *Seruum Ieſu.* Seruum ſeſe modèſtię gratia dicit: vel quod iis,

qui adhuc seruii spiritu erant, sese accommodans, serui præstaret: vt Iudæi Iudæis, infirmum infirmis. Seruire enim suos voluit, non dominari. Matth. 19. & Lucæ 22. Beatus Chrysostomus in hoc nomine considerandum docet, quàm eximius seruus domini Paulus fuerit, modis scilicet seruitutis Dei omnibus, creatione, opere, fide, vita.

Vocatus.

3 *Vocatus.* Iuxta morem Hebraicum est locutus, quibus vocari, pro esse, ponitur. Teste Hesichio vocatus dicitur Nobilis. Vocationis apostolus, aut vocatione apostolus. Nomen est absolutum vocatus, non participium: habet enim & id emphasim, quod nomine, nõ participio vsus est. In eo enim est significatio non transeuntis aut temporariæ, sed fixæ atque constantis vocationis. Sic Isaïæ 48. de Israël dicit dominus, Audi me Iacob & Israël quem ego voco. Vel vt habet alia translatio, Ausculta mihi Iacob, & Israël vocate mi. Et sicut Dei voluntate fuit Israël illi populus & peculium: ita erat de Paulo in eo, vt esset Christi apostolus. Hoc epitheto vt frequenter alibi, ita ter in hac salutatione vitur. Totus enim in eo est, vt omnia diuinæ beneuolentiæ, atque potestati adscribat. Qui enim vocat, is suo arbitratu & dignatione agit. Tum quos verbo sibi quis sistit, & ad quælibet applicat, in eos necesse est habeat potestatem. hinc dicit Isaïas 41. Dominum vocare nationes ab initio: hoc est, verbo ex nihilo homines condere. Dixit, Fiat lux, & facta est lux. Ita & cæteras res produxit verbo. Ipse enim dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Psal. 148.

Psal. 148.

4 *Segregatus.* Ex multis euocatus & separatus: id est, certo designatus, & cum iudicio delectus. Est Paulus segregatus, id est delectus in hoc, vt annunciet Euangelium Dei. Galat. 1. Actorum 13.

Euangelium

5. *In Euangelium Dei.* Habet hoc mirificam vim, Paulo & gratiam & pondus auctoritatis augendi. Euangelij enim nomine significat publicam diuinæ beneuolentiæ & salutis annunciationem toti orbi inuulgandam. Cùmque addit, Dei, maiestatem, & diuinitatem huius prædicationis amplius exprefit, vt quod sicut à Deo donatum est, ita Deum nobis non tam prædicat, quàm exhibet in domino nostro Iesu Christo, qui cum patre vnum est. Vnde id alibi vocat Euangelium domini nostri Iesu Christi.

6 *Quod ante promiserat* Ab hoc verbo vsque, Et vos vocati Iesu

Iesu Christi: parenthesis est, id est, interpositio, in qua sese apostoli animus extulit flagranti admiratione Euangelij incitatus: sed sic tamē, vt vim cognoscat spiritus sancti. Hæc parenthesis, definitio est Euangelij, quæ hunc in modum explicari potest: Euangelium est diuina illa publica & saluifica de domino nostro Iesu Christo filio Dei prædicatio, in omnes gentes declaranda: quam Deus quidem per sanctos prophetas suos, vt sacræ testantur literæ, promisit: qua prædicatione exponitur hunc dominum nostrum, natum Deo, secundum carnem ex femine Dauidis: declaratum verò, atque comprobatum esse Dei filium ab ea virtute, quæ per spiritum illum omnis sanctitatis authorē in electis, passim in orbe extitit: ex eo quod idem dominus noster, satisfacto pro peccatis nostris, à mortuis resurrexit, regnumq; suū victor peccati & mortis iniuit: quā quidem prædicationē nos, quibus hoc beneficium munusq; per eundem dominū nostrum contigit, nunc postquam ingressus est gloriā suam, exequimur, & administramus: in hoc, vt gentes vniuersæ, fidem dante iis, quæ de nomine eius testamur, eidem sese totos addicant: id quod consequuntur, quicūque in hoc diuinitus vocati sunt, vt sint domini nostri Iesu Christi, ei à patre donati. In hac definitione exponitur quicquid in natura est Euangelij, vndeque eius cognitio pendet. Explicatur enim, à quo illud sit, de quo, & quale, per quem ad nos veniat, quādo & per quos administretur, ad quos & propter quid. Cùm dicit, Quod antè promiserat: commendat Euāgelium ab antiquitate, depellit inuidiam nouitatis, rem maximi momenti significans. Quæ enim diu ante quā exhiberetur prmitteri solēt, ea habentur singularis precij, vtpote digna longa & ardētī expectatione.

7 *Qui factus est ei.* Temporaria natiuitate secundum carnē de matre patri factus est homo, ex quo erat ab æterno sine matre genitus Deus. Addit.

8 *Secundum carnem.* Vt intelligamus ipsum habere aliquid carne superius: nempe quod subicit.

9 *Qui prædestinatus est.* Id est, Iesus Christus declaratus ac demonstratus est filius Dei: certissimisque argumentis orbi exhibitus, nempe potentia, spiritu & resurrectione.

10 *In virtute.* Id est, potentia & vi, qua miraculorum virtutes operatus est. dicebat enim, Opera quæ ego facio, ipsa testimonium præhibēt de me. In hæc sententiā Petrum, Lucas,

Definitio
Euangelij,Prædestina-
tus.Virtus.
Ioan. 10. e

Actorum secundo, scribit dixisse, Viri Israëlite audite verba hæc. Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis virtutibus & prodigijs & signis, quæ fecit Deus per illum, in medio vestri sicut scitis. Aliter: Intelligi potest virtus illa, qua Iesus Christus demonstratus est esse Dei filius, ea vis qua afflati homines, Christo cœperunt credere, attracti à patre, & per ipsum sanctificatos sese cognouerunt.

Spiritus sanctificationis.

11 *Secundum spiritum.* Hebraismus est, Id est, spiritus sanctus & sanctificator, sanctimonie auctor, qui Christo ascēdente, & ad dexterā patris sedente amplius effusus est in corda credentium.

I. an. 20.

Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis in cœlis. Hoc quid aliud erat, quàm do vobis facultatē sanctificandi homines: quicūque receperint eū gelitū, & ipsi fide viva & ex animo adhæserint. Aut potest designare, causam nostræ iustificationis, quæ est nostra resurrectio, vt infra dicitur 4. cap. Ipse enim resurrexit propter nostram iustificationē. Placet quibusdā dicere, Ex resurrectione mortuorū: id est, ex eo qd sua virtute suscitatur mortuos, sicut suapte virtute surrexit à mortuis. Obserua phrasim scripturæ, quā vbiq; Paulus sequitur: sic loqui solet, vt per resurrectionem mortuorū, nihil quàm resurrectionem à mortuis intelligat. Sed cū hanc Apostolus dixit, omnem eorum, qui Christi sunt, resurrectionem simul dixit. Ex eo enim nos resurgemus, quia ipse resurrexit. 1. ad Corinth. 15.

Nostræ resurrectionis.

Resurrectionis Christi virtus.

12 *Ex resurrectione.* Potest ad tempus referri, cū dicitur, Ex resurrectione. Post resurrectionem enim dominus dedit spiritum sanctum Apostolis dicens, Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis in cœlis. Hoc quid aliud erat, quàm do vobis facultatē sanctificandi homines: quicūque receperint eū gelitū, & ipsi fide viva & ex animo adhæserint. Aut potest designare, causam nostræ iustificationis, quæ est nostra resurrectio, vt infra dicitur 4. cap. Ipse enim resurrexit propter nostram iustificationē. Placet quibusdā dicere, Ex resurrectione mortuorū: id est, ex eo qd sua virtute suscitatur mortuos, sicut suapte virtute surrexit à mortuis. Obserua phrasim scripturæ, quā vbiq; Paulus sequitur: sic loqui solet, vt per resurrectionem mortuorū, nihil quàm resurrectionem à mortuis intelligat. Sed cū hanc Apostolus dixit, omnem eorum, qui Christi sunt, resurrectionem simul dixit. Ex eo enim nos resurgemus, quia ipse resurrexit. 1. ad Corinth. 15.

Gratia.

13 *Per quem accepimus.* Videtur Paulus hoc loco Metonymia vsus: Subiciens Apostolatū, seu munus apostolicū, expli- casse videtur, quam hic accepisse per dominū gratiam dixit. Solet accipi gratia in sacris, pro facultate gerēdi aliquid ad profectum ecclesiæ & ad gloriam Dei. Cū huius facultatem Dominus nobis concedit, maximo & summo beneficio nos ornat. Hinc dicit Ephes. 4. Vnicuique nostrūm data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et subiicit varia illa ecclesiæ beneficia & munia apostolorum, prophetarum, & aliorum. De hac gratia meminit Ephesiorum 3. capite, Cuius euangelij factus ego minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationē virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc

hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi. Quomodo ergo hoc loco gratiā accipiat Paulus, liquet. Nam ipse interpretationem huius vocis subiicit, dicens: Et apostolatū: id est, apostolici muneris functionē. Si maius dicere: Accepi gratiam, vt essem Apostolus: id ē erit. Id enim totum est diuinæ beneficentiæ. Origenes gratiam refert ad patientiam laborum: Apostolatū ad prædicationis auctoritatem, quanquam ea subiicit, vnde videatur gratiam hic accepisse etiam pro illa spiritus efficacia, qua gentes apostolis prædicantibus in fidem obediunt.

Apostolatus

Origenes.

14 *Ad obediendum fidei.* Augustinus obedientiam hanc, ipsam fidem in Christum intelligit: sic & Origenes. Videtur & pro ea obedientia capi, qua se homines ex fide Christo domino in omnibus permittunt, & sunt dicto audientes. Hunc in modū videtur Apostolus de obedientia loquutus, secūda ad Corinth. secundo: Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscatur experimentum vestrum, an in omnibus obediētes sitis, 2. ad Corinthios 10. In promptu habentes vlcisci omnē inobediētiā, cū impleta fuerit vestra obedientia. Obedire interdū credere est: sic vsus est Paulus ad Romanos decimo. Sed nō omnes obediunt Euangelio. Obediētiā docens, prohibet verborum contentiones, & quæstiunculas, vt suo apostolatu fungens ad fidei obediētiā, gentes omnes adducat.

Obedientiā.

15 *In omnibus gentibus.* Tēpus aduenerat, vt his quoque, qui longē fuerant Deus se communicaret, vt se gētium quoque Deum declararet, vt Euangelium salutis omni creaturæ annuntiaretur. Iam vt Petrus ad Iudæos præcipuē, ita Paulus ad gētes fuerat peculiariter missus. In omnibus gētibus, perinde est, atq; quibuslibet: ita vt infra ait, Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Cū verò subiicit, In quibus & vos estis: expressit Romanos quoque inter eas gentes esse, quibus ipsum dominus Apostolum constituisset, vnde & sæpe ad eos venire propofuisset: sed vsque ad præfinitum tempus, & à Deo ordinatum, distulit.

16 *Pro nomine eius.* Beato Ambrosio idem est quod vice domini, cōuenirēque credit cū illo, Pro Christo legatione fungimur. 2. Corinth. 5. cap. Aut accipito in hunc sensum, Apostolatus meus ad aliud non est, quàm nomen Christi prædicare, & celebrare. Aliter: Pro nomine, id est de nomine, vcl vper nomine fidei, quæ est vt credatur in Iesum.

Pro nomine

Pauli ardētis
affectus.

Dilectus.
Vnde nomi-
na diuinitus
indita.

Gratia,
Pax.

Fides Roma-
norum.

17 In quibus. Id est, inter quas gentes, quibus datus sum minister, comprehendi. Vocati que estis, Iesu Christi, id est, per vocationem estis Christiani, & Christi participes.

18 Omnibus qui sunt Romæ. Salutatio est affectibus ardens: vt sunt Apostoli huius omnia. Cùm ait, Omnibus: ostendit quã latè sua in Romanos charitas patebat. Nec enim indigenis tantùm, & ciuibus: sed quicumque tum Romæ agebant, etiam peregrinis, quorum ingens illic semper turba erat, studere se voluit testari.

19 Dilectis Dei. Dilectus hoc loco nomen est, non participiũ: sicut & vocatus infra, proximo loco. Aduerte: Quæ dominus hominibus, vel mala vel bona, opulètè & copiôsè immittit, insignitè que in eis apparere facit, ab his solet scriptura dicere, eis indi diuinitus nomina, hinc cū promitteret dominus redemptorè Christũ, in quo sunt omnia bona, & quidem apertissimè, subiecit Isaiæ 62. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo: & vocabunt eos populus sanctus, redempti à domino. Et ad Hierusalem: Tu vocaberis quæ sita ciuitas, & non derelicta. Hoc modo Paulus intelligi voluit, Romanos à deo amari tã eximie, idque Deũ eiusmodi suis beneficiis declarare, vt mererentur vocari dilecti Dei.

20 Gratia vobis & pax. Beatus Ambrosius in nomine gratiæ, remissionem peccatorum: Pacis, reconciliationem intelligit. Et adiectum ab Apostolo, & Iesu Christo, vt doceret sine Christo nullã esse pacem & spem. Patrè exprimi propter originem, quia ab ipso sunt omnia; Christum, quia eius sanguine redempti, filij Dei sumus. Spiritũ sanctum intelligi vult in donis, quæ nomine Gratiæ & Pacis comprehenduntur. Cõiungit Deum patrem & dominum Iesum Christum primũ, vt moneat, nobis gratiam, & cætera, donari à Deo propter filium: & hæc certò nobis donari, si propter filium petamus. Deinde significat Christum naturã Deum esse, & pari potentia cum patre regnare.

Primũ quidem gratias ago deo meo, per Iesum Christum, pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciat in vniuerso mũdo. Testis enim mihi est Deus,

cui serui

Cui serui in spiritu, quem colo spiritu. In voluntate. Per voluntatem. Aliquid impertiar, ali- quod impertiar vobis donum spũale. Simul consolari in, vt communem capiam cõsolationẽ in vobis per mutuan.

1 Primum quidem. Exordium est. Omnia flagrantissimis ardent adfectibus. Argumenta quibus vtitur, sunt à suo erga eos, & rem ipsam, de qua agitur, studio. Memorat quanti cũ ipsos, tum Euangelium existimet: quanta teneatur & ipsorũ charitate, & Euangelij admiratione. Prius gratias agit pro iis, quæ illi iam acceperant: deinde orat vt hæc confirmentur & augeantur. Antè laudat, postea monet.

2 Deo meo. Deum omnium, suum peculiariter facit, nõ quidem ab huius communiõne excludens alios: sed explicãs se, illum sibi Deum: hoc est, se omne bonum, vt alias, ita præcipuè in beneficentia hac Romanis exhibita peculiariter experiri. Sunt quibus placet Apostolum ideo dixisse Deũ suũ, quòd nondum planè Romanorum Deus esset, vt qui fidem Christi nondum rectè tenerent. Pace horum dixi: Videatur hoc superius dictis nõ cohærere. Quos enim vocatos Iesu Christi, dilectos Dei, & vocatos sanctos agnouit, à communiõne Dei excludere non potuit.

3 Per Iesum. Gratias agit per Christũ, quòd nihil Deo gratum sit, nisi quod illius auspiciis cœptum, aut per illum sit oblatum, què Deus & mediator, & pontificem constituit omnium.

4 Fides vestra annun. in vniuer. Prædicatã in toto orbe fidẽ (id est, religionem) Romanorum: intelligamus, omnium fidelũ ore, qui de ipsa rectè & sentire & pronunciare poterãt.

5 Testis enim mihi est Deus. Cũ expedire nouerat ad stabilicndam prædicationi suæ fidem, Romanos de sua synce-

a iij

Operat Paulus videre Romanos.

Deus meus.

Iurare licitũ.

ritate bene esse persuasos, iuramentum adhibuit. Licet enim iure iurando si sic exigat gloria Dei, veritatis negotium, & charitas proximi, res dubias confirmare.

6 Cui seruo. Servire se Deo dicit, gentibus afferens Evangelium de filio Dei. Species divini cultus multę sunt, vt, Deū colere, corpus inedia extenuare, sacris literis operam dare. Maximē autē Paulus hoc loco spirituales Dei cultum (qui constat fide & dilectione) profitetur.

7 In Euāgelio filij eius. A signo probat, quomodo Deū non fictē colat: nempe ministerio suo. Porro Euāgelium filij, vocat, quo Christus illustratur: atq; In Euāgelio filij eius: idē pollet, secundū doctrinā & auctoritatem Euāgelij filij Dei.

8 Quod sine intermissione. Istud est quod iurādo confirmare Romanis voluit. Magnum erat Paulum nullas preces ad Dominū fundere, vbi non faceret Romanorū mentionem.

9 Prosperum iter. Beatus Ambrosius agnoscit Apostolum illud prosperum iter putare, quod volente Deo suscipiatur. Declarat enim, nō tantū se expectare à Domini gratia prosperitatem vię, sed inde aestimare prosperum iter, si domino probatur: ad quā regulā debent esse composita omnium vota.

10 Id est, simul consolari. Adeo se magnificam de ipsorū fide & integritate opinionē habere exprimit, vt nō tam ideo cupiat venire, vt eos corroboret & spiritualibus beneficiis iuuet, quā vt & ipse inuicem ab eis cōsolationem accipiat, & sancta cohortatione recreetur, atq; in Christi studio augetur. Dum sanē hīc sumus, semper erit quod pietati nostrę adiiciatur. Quod autem addit, Fidem vestram, atque meam, ostendit, & viuę fidei esse semper operam dare, vt sese diffundat in alios. Quod & Dominus grani sinapis & fermēti cōparatione, seu simili significauit.

Nolo autem vos ignorare fratres, quia sępe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum¹ vsque adhuc) vt aliquem fructum² habeam in vobis, sicut & in cęteris gentibus. Gręcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum³: ita quod in me promptum est⁴ & vobis qui in me promptum, quantum in me est, paratus sum.

Prohibitus sum, p. a. p. d. hūc vsq; diē. Sapiētibus & Eruditibus pariter ac rudibus. Romę

Pietati nostrę semper aliquid addendum. Functio viuę fidei. 1. Cor. 13.

Romę estis euāgelizare. Non enim erubescō Euāgelium: virtus enim Dei¹ est, in salutem omni credenti: Iudęo primū

In eo reuelatur, Per illud patet, & infra. & Gręco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem², sicut scriptum est, Iustus autem³ ex fide viuūt.

1 Et prohibitus sum Non exprimit à quo, aut quo pacto. Vi detur autem prohibitus fuisse necessitate aliarum ecclesiarū, & causę Euāgelicę in vniuersum dispēndę. Nō enim aliquas tantum, sed vniuersas propē ecclesias Satan perturbare cęperat, disputatione illa de ceremoniis Mosaicis. E qua disputatione non modō ecclesiarū concordia, sed fidei quoq; sinceritas periclitabatur. Et propter tam exactam ecclesiarum solitudinē, varias migrationes Paulus suscipere coactus est. Plerūque etiam illum ab instituto suo rapuerunt varię persecutiones, & pericula. Corinthum statuerat redire cūm ageret Ephefi. 1. Cor. 16. sed detentus fuit grauissima afflictione. 2. Corinthio. 1. Thessalonicensibus scripsit similia 1. Thess. 2. Quoniam volumus venire ad vos, ego quidē Paulus & semel & iterum: sed impediuit nos Satanas. Similiter & infra cap. 15.

2 Vt aliquem fructum. Dicit, vt habeam: non vt faciam, vel, adferam fructum. Quem enim adferebat aliis, hunc ipse fructum percipere sibi videbatur: Id suum lucrum, & summum ducebat, quod faciebat Christo. Memor erat doctrinę Iesu Christi, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. vt eatis, & fructum adferatis, & fructus vester maneat. Hęc illi omnis causa erat, cur sustineret viuere, alioqui cupiens mori, & esse cum Christo. Sibi fructum inter cęteras gentes cōgisse dicit, quō spem concipiant Romani, aduentum eius sibi nō fore ociosum, quem tot gentes fructuosum expertę essent.

3 Debitor sum. Perinde ac si dicat, Debitorē inquam, non doctorem, non magistrū me dico. Hostulos Domino trāscribo, vni magistro nostro cęlesti. Et si huius beneficio & actū sim doctor, & magister gentium: me vobis non præfero, sed subiicio: ministeriū vobis, obsequium debeo: nō vendico auctoritatē vel dominium. Debitum hoc, ex quo Paulus se debitorem fuisse Gręcis, &c. scribit, Origenes ex eo putat fuisse, quō omnium linguis loqui posset, & sapientiam

Euāgelium. Abac. 2. 4. Heb. 10. g. Galat. 3. b.

Ioan. 15. c. Philip. 1.

Sapientes.
Insipientes.

accepisset in mysterio. Beatus Ambrosius id debitum intellexit fuisse ex missione, iussuque Dei. Diuus Chrysostomus notat in illo, Græcis & Barbaris, &c. indicari quàm commune, & populare sit Euangelium, & quòd ad id percipiendum, sola & viua fide, nullis syllogismis opus sit, nulla humanitas parata sapientia. Beatus Ambrosius per Sapientes intelligit humanis rationibus eruditos, qui varias tenet artes: Stultos, siue insipientes, qui simplicitate sequentes, harum rerum imperiti sunt. Quati hoc debitum fecerit, & unde se debere hoc putarit, prioris ad Corinthios, 9. capite copiose exponit Paulus.

4 Ita quòd in me promptum est. Adnotat Chrysostomus. debitor sum quarlibet gentium, ergo & vester. Hoc ergo quod debui, semper (si ita Domino visum fuisset) persoluere paratus fui, nihil deterritus vel maximo tui labore tui discrimine.

Euangelium
quid.

5 Virtus enim Dei. Graui descriptione præmittit, quid sit Euangelium, Est illa cœlestis denuntiatio, quæ nobis potentiam Dei Iesum Christum prædicat: in quo Deus omni plenitudinẽ exhibuit: vt quisquis, siue Iudæus, siue Gentilis illi fidit, non pereat, sed habeat vitam æternam. Agnosce vim Euangelij. Si magnificari debet à nobis Dei potentia, ea elucet in Euangelio: si Bonitas digna est quæ expectatur & ametur, Euangelium est eius bonitatis instrumentum. Obserua: Non operatur in omnibus efficaciter: sed tantum vbi spiritus magister, cordibus illucet: ideo subiicit, Omni credenti. Cui ergo Euangelium liberet à confusione, & ruina æternæ mortis, salus eius est Vita æterna.

Isaie. 7.
Luca. 1.
Michæa 5. 4

6 Ex fide in fidem. Iustitia Dei, id est, Christus, in Euangelio reuelatur ex fide veteris instrumenti in fidem, & per fidem noui. Qui enim in lege adumbrabatur, manifestatus est in Euangelio. Nam qui in Lege nõ intelligebat illud Isaie, Ecce virgo concipiet: reuelatur in Euangelio per fidem, dum legit, Ecce concipies, & paries filium Qui nõ capiebat illud Michææ, Egredietur eius à diebus æternitatis: illi reuelatur per fidem, quum audit Ioannem tonantem. In principio erat verbum. Iustitia ergo, seu Iustificatio nostra Christus, qui ænigmaticè adumbratus est in vetere testamẽto, reuelatur nobis per fidem in Euangelio. Aut, Iustitia Dei, id est, acceptatio diuina, qua nos Deus recipit, & approbat, hæc patet in Euangelio. Ex fide: id est, ex fiducia Christiani animi. In fidem: id est, in veritatem, & exhibitionem misericordie.

7 Iustus

Reuelatur enim ira Dei¹ de celo super omnem impietatem², & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent³: Quia quod notum est Dei⁴, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit⁵. Inuisibilia enim⁶ ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt⁷ intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent⁸ Deum, non sicut Deum⁹ glorificauerunt: aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis¹⁰, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes¹¹, stulti facti sunt: Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis, hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.

Notum est Dei, de Deo cognosci potest.

Creatura, creatione.

Per ea quæ facta sunt, &c. dum per opera intelliguntur, peruidetur.

Virtus, potentia.

Dicentes enim, cum se crederent.

Incorruptibilis, vel immortalis.

Serpentium, reptilium

1 Reuelatur enim ira Dei. Incipit probatio. Probandum suscepit, fidem in Christum, id esse, quo iustificamur, & inter iustos annumeramur. Ostendendum ergo ei fuit, sicut fide viuua nos iustitiam cõsequi: ita si eadem destituamur, nos in-

Ira dei.

Ephes. 4. 6

Reuelari.
Ira Dei.
De caelo.

Sedes Dei.

iustos & iniustitiae deditos esse. Reuelari, hic accipitur pro palam exhiberi. Ira Dei, pro ultione. De caelo, habet in se significacione diuinitatis, quae caelestis & diuina esse apparet. Cum nihil sit vnde potentia, & maiestas Dei in oculos plenius occurrat, quam caeli. Caeli enarrant gloriae Dei. Et animus noster cognitione suam a sensibus hauriens, quicquid cogitat, semper loco alicui affigat. Caeli Deo sedes in scripturis dicuntur. Et quod Deus ita praedare facit, ut homines diuinam ipsius vim & potentiam sentiant, id peculiariter ut est caelis profectum accipitur. hinc suspicimus ad caelos cum oramus, Pater noster. Quod & Christus fecisse dicitur. Ioanis. 17. Et subleuatis oculis in caelum dixit, Pater venit hora, &c. Cum Deus magnifice opem fert, de caelo ea tulisse praedicatur, ut Psalmo. 18. & 57. Sic quum sceleratos grauiter punxit, dicitur esse caelis immittere ultionem. Psalmo. 76. Vnde & tempestatibus caeli, iram suam Deus grauiore prodere subinde solet: ita cum iam perditurus esset Aegyptios, Israelites persequentes, tonuit & perterrefecit eos esse caelo: Exodi. 14. & Psalmo. 77. Idem fecit quum sterneret regem Iabim & exercitum eius, Iudic. 4. Hinc est ut propheta insolentiores & atrociores Dei ultiones minantur, conturbandos caelos, obscurandum solem, lunam, & reliqua astra, praedicunt. Sicut ergo quae esse caelis fieri dicuntur, eiusmodi sunt, ut Dei potentiam plenius referant. Ira Dei de caelo, intelligenda est ultio fauor, atrocior, importunior. Et hanc esse caelo reuelari, idem fuerit, quod eam inferri immanitate singulari: ut nemo non sentiat, Dei ultione homines vrgeri. Diuus Chrysostomus per iram Dei, hic futurum iudicium intelligit: cum dominus in nubibus caeli veniens, esse caelo humanum genus iudicabit, idque ex Euangelio, ideo reuelari ait, ut quos non mouet imensa Dei bonitas, metus diuinae irae impendentis coercescat. Atheniensibus Paulus ad hunc modum iudicij futuri meminit, Acto. 17. Et tempora quidem huius ignorantiae despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique poenitentiam agant, eod quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in aequitate, in viro in quo statuit, fidem praebens omnibus, suscitans eum a mortuis. Intelligamus Paulum eam diuinae irae reuelationem hoc loco dixisse, quae ex tam flagitiosa & accelerata hominum vita (quam paulo post explicaturus est) facta est.

2 Super

2 Super omnem impietatem. Id est, super omnes homines impios, & iniustos. Hebraismus est. Hoc est: Praedicatur in Euangelio diuinitas tradito, aduersus omnem impietatem & iniustitiam hominum.

3 In iniustitia detinent. Id est, Qui veritatem Dei agnitam celant: Emphasis est in verbo Detinet: nam significat illos vim fecisse veritati. Veritas siquidem de qua loquitur, cognitio erat eorum, quae Deo quaeque hominibus debebant. haec tam erat plena, ut impelleret huc, & vrgeret, ut Deum tanquam Deum colerent, & proximos ut seipfos amarent. Inde nulla eis in conscientia quies, dum diuersam viuendi viam ingrederetur. Dira ergo, & immanis fuit eorum impietas & iniustitia, qui non vocante tantum, sed & impellente Deo ad pietatem, & iniustitiam, impij tamen & iniusti esse pergeret. Chrysostomus ex voce omnem, animaduertit varias esse & impietatis & iniustitiae species. Nomine impietatis complectitur omnia quae pugnant cum prima tabula. Iniustitia vero significat vniuersalem inobedientiam. Aut dici potest veritatem in iniustitia detinent, id est, Etsi impressa est hominibus vera notitia, quod sit Deus vna quadam aeterna mens, conditrix & conseruatric rerum, sapiens, bona, iusta, quodque Deo obediendum sit iuxta discrimen honestorum & turpium: tamen haec verae notitiae detinentur in iniustitia, id est, captivae tenentur, non regnant, sed regnat iniustitia pugnantem cum his notitiis, scilicet auersio voluntatis a Deo, contemptus fidei, fiducia propriarum virium, denique impetus impugnantes cum lumine diuinitatis insito mentibus.

4 Quod notum est Dei. Id est, quod naturaliter de Deo nosci potest. Notum est illis: expositio est superioris propositionis.

5 Deus enim illis man. Hoc addit, ne quis humanae naturae nimium tribueret: sed & modum quo se illis manifestauit, mox subdit.

6 Inuisibilia enim. Qualia sunt bonitas, sapientia, & similia.

7 Per ea quae facta sunt. Id est, non scripturis & oraculis se sentibus ut Iudaeis manifestauit, sed ex ipsius effectibus intellecta conspiciuntur a creatura mundi, seu ex conditione, & creatione mundi: scilicet, ex quo mundus est conditus. Quod ex officio mundi tam admirando nouerint Deum, id argumento erit, quod Cleantes dicebat, Cognitiones Dei informatas in animis nostris quarum causas quatuor memorat Lu-

Detinere.

Cognitio dei

cilius apud Ciceronem libro. 2. de natura Deorum. Primam posuit eam, quæ orta est ex præfensione rerum futurarum. Alteram quam accepimus ex magnitudine commodorum, quæ percipiuntur cæli temperatione, fecunditate terrarum, plurimumque aliarum commoditatum copia. Tertiam, quæ terret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, niuibus, grandinibus, vastitate, pestilentia, terræmotibus, guttis imbrum quasi cruentis, tum præter naturam hominum, pecorumque portentis, cometis, & eiusmodi. Quartam, æquabilitatem motus, conuersionem cæli, solis, lunæ, siderumque omnium distinctionem, utilitatem, pulchritudinem, ordinem, & huiusmodi. Has causas scriptura multis in locis memorat. Futurorum suos præmonuit scriptura, & diuinandi, prophetandique vim contulisse in sacra historia passim legimus de Noë, Abrahamâ, Isaac, Iacob, Dauide, & aliis qui Deum vnum esse annuntiantes, multa futura prædixerunt. Deuter. 28. Isa. 41. & 45. & in multis Psalmis. Similiter magnitudinem commodorum, quæ percipiuntur cæli temperatione, fecunditate terrarum, fluminum, ac maris vsu, scriptura commemorat: eisque diuinitatem euidenter comprobata. Leuit. 26. Deuter. 28. & Psalmo 104. Argumento quoque tempestatum sapissimè vtitur, Psalmo 7. Job 37. Insolentia illa, quibus Deus iram suam cœlitus declarat, à Prophetis memorari solent, quoties diras prædicunt euerfiones. Isaïæ 13. & alibi: Præter hæc diuinitatis manifestandæ argumenta scriptura vnum multis in locis vtget. Quod est certæ prouidentia Dei erga homines, qua bonis facit cadere omnia feliciter, & destruit tandem omnes malos. Præter hæc si plura desideraueris, quomodo ex visibili consideratione inuisibilia Dei cognoscantur, vide egregium libellum v. i. Hugonis à sancto Victore in suo Didascalico. Simili ratione ad Hebræos 11. secula dicit esse specula, seu spectacula rerum inuisibiliu. Hic locus desumptus est ex Psalmo. 18. Cœli enarrant gloriam Dei.

Deum colere 8 *Quia cum cognouissent Deum.* Deum colere vt Deum, est seipsum totum Deo addicere: expectare ab ipso vno omnia, & omnia in huius gloriam facere. Quod autem huc cultum Ethnici cognouerint, id maximo argumento est, quod Balbus libro 2. de natura Deorum apud Ciceronem, cultum diuinum expressit: Cultus autem Deorum, ait, est optimus, idemque castissimus, atque sanctissimus plenissimisque pietatis, vt eos semper

semper pura, integra, in corrupta mente & voce veneremur. Hoc non ignorauit Perius Ethnicus.

Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago.
Compositum ius fasque animi, sanctosque recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.
Hoc cedo, vt ad moueam templis, & farre litabo.

9 *Non sicut Deum.* Ex ipsis effectibus concipere poterant Dei gloriam, quod æternus, sapiens est, &c. Æternitas ex eo liquet, quod author est omnium: Potentia, quod tenet omnia in sua manu, facitque vt in se consistant: Sapientia, ex ordinatissima dispositione: Bonitas, quia nihil cause erat, cur cederet omnia, neque alia ratione moueri potest, vt conseruet quam ob illam ipsam, Iustitia, in administratione, quia fontes punit, innocentes vindicat: Misericordia, quod tanta patientia tolerat hominum peruersitatem. Huiusmodi cum in Deo non recognouerint homines, sed fomniarint tanquam inane phantasma, vt Cyclopes & Epicurei, merito dicuntur Deum suo honore & gloria improbe spoliasse.

10 *Sed euauerunt in cogitationibus suis.* Id est: Derelicta Dei veritate, ad sensus sui vanitatem conuersi sunt: cuius rationes omnes inanes sunt, & instar fumi dilabuntur.

11 *Dicentes se esse sapientes.* Rogabis: Quomodo Deum non glorificauerunt, sed vani facti sunt? Quia nemo fuit, qui non voluerit Dei maiestatem sub captum suum includere. Qui deberent in humilitate dare gloriam Deo, voluerunt sua arrogantia apud semet sapere, sola ratione humana & Philosophica Deum querere, & ad suam humilitatem deiicere: iusta ergo Dei ultione insatuati sunt, & quod ipsis erat lumen, factum est tenebra.

(Propter quod tradidit illos¹ Deus in contumeliis, desideria cordis eorum, in immunditiam: vt contumeliis² afficiant corpora sua in semetipsis,) quia commutauerunt veritatem Dei in mendaciam: & coluerunt, & seruerunt creaturam potius quam creatori, qui est benedictus in secula: Amen. Propterea tradidit illos Deus

contumeliis,
ignominia.
In semetipsis,
inter se
mutuo.
Potius quam
creatori, vt
tra eum qui
condidit.

in passiones ignominia. Nam foeminae
 eorum immutauerunt naturalem vsum
 in eum vsum, qui est contra naturam. Si-
 militer autem & masculi, relicto naturali
 vsu foeminae, exarserunt in desideriiis suis
 in inuicem, masculi in masculos turpitu-
 dinem operantes, & mercedem⁴ (quam
 oportuit,) erroris sui in semetipsis reci-
 pientes. Et sicut non probauerunt⁵ Deum
 habere in notitia, tradidit⁶ illos Deus in
 reprobum sensum: vt faciant ea, quae non
 conueniunt, repletos omni⁷ iniquitate,
 malitia⁸ fornicatione⁹, auaritia, nequitia¹⁰
 plenos inuidia, homicidio, contentione,
 dolo, malignitate¹¹, susurrone¹², detra-
 ctore, Deo odibiles, contumeliosos¹³, su-
 perbos, elatos, inuentiones malorum, pa-
 rentibus non obediens, insipientes, in-
 compositos¹⁴, sine affectione, absque foedere,
 sine misericordia. Qui cum¹⁵ iusti-
 tiam Dei cognouissent, non intellexerunt,
 quonia qui talia agunt, digni sunt¹⁶ mor-
 te: non solum qui ea faciunt, sed etiam qui
 consentiunt facientibus.
 Absque foedere. *sedisfragi.*
 1 Tradidit illos Deus. Id est, Deus illos abire permisit. Iuxta
 illud Psal. 80. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum,
 ibunt in adinventionibus suis. Vilitata est haec phrasia apud
 Hebraeos: vt, ne inducas nos in tentationem: id est, Non si-
 nas nos induci. Permissiuè haec intelligenda sunt: Deus enim
 nequaquam est causa peccati, sed diabolus: nam qui facit pec-
 catum ex diabolo est: impellit enim ad hos furores, qui hic
 describuntur.

Vt. 2 Vt contumelios afficiant. Haec particula vt, hoc loco euen-
 tum

Passiones,
 cupiditates.

Reprobum
 sensum, re-
 proba mèrè.

Malignita-
 te: malis pre-
 ditos morib.
 Deo odibi-
 les. Dei oso-
 res.

Incomposi-
 tos, pactoru
 haud qua-
 qua tenaces.
 Sine affe-
 ctione, alie

tum rei, non causam dicit: id est, propter quam Dei desertio-
 nem cogitit, vt derelicti corpora sua contumelios, id est igno-
 minia afficerent, ac dedecorarent.

3 Naturalem vsum. Naturali vsu nihil amplius exprimit, Naturalis
 quam eum qui non sit contra naturam: hic solum in coniu-
 gio laudabilis est.

4 Mercedem. Merentur excacari, vt obliuiscantur sui, nec
 agnoscant, quid sibi conueniat, qui ad oblatam Dei lucem ocu-
 los clauserunt sua malicia, ne gloriam Dei aspicerent.

5 Et sicut non probauerunt. Quia non probauerunt permane-
 re in Dei cognitione, permisit Deus, peruersam habeat men-
 tem, quae nihil iam probare potest.

6 Non probauerunt. Id est, Deum, dei que beneficia noluerunt
 agnoscere. Fugientes lucem, necesse est in tenebris permaneat.

7 Tradidit. Deserendo: sicut Indurare dicitur, dum suae ma-
 litiae, ac liberati praua peccatorem derelinquit.

8 Repletos omni. Addit coaceruationem, & magnum cumu-
 lum peccatorum, vt caetera vitia etiam arguat: Iniquitas enim
 significat vniuersalem inobedientiam, contra primam & se-
 cundam tabulam legis diuinae.

9 Malitia: Cupiditas nocendi.

10 Fornicatio: Tum externa, tum interna concupiscentia.

11 Nequitia: Exercitata malitia, vel solutio malitiae patran-
 dae licentia.

12 Malignitas: Insignis, & notabilis improbitas, vbi quis in
 morum corruptioe obduruit ex consuetudine, & malo habitu.

13 Susurrone: Qui in aurem obstrepunt, & occulta maledi-
 centia odium, aut dissentionem moluntur. Obtractatores sunt
 paulo illis liberiores, nullius famae parentes.

14 Contumeliosi: Iniuriatores, qui per vim opprimunt inopes.

15 Incompositi: Pactorum, vt venditionis, & huiusmodi, ru-
 ptores.

16 Qui cum iustitiam Dei. Amplificatio est enumeratae peruer-
 sitatis. Nam non solum ipsi huiusmodi sunt tamque atrocia ma-
 la committunt: sed etiam fauent, & ad sunt alius: vt eadem per-
 petrèt. Seu non tantum comprobant, quae alij faciunt, sed ad
 haec etiam tam nefanda sese illis adiungunt socios: & ad effra-
 nem peccandi lasciuiam nihil reliqui faciunt.

17 Digni sunt morte. Intelligit per mortem extremum sup-
 plicium, & mortem quam Deus vt mortem infligit, ne pe-
 ter-

nam. Meminerunt studiosi regulâ, quod violatio primæ legis naturæ (quæ deliberatò animo fit) sit violatio iuris diuini, & peccatum mortale.

CONCILIATIO IN PRIMVM CAP.

Prima.

Quod hic Paulus Christum secundum carnem natum (qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem) prædicat: cum 2. ad Corinth. 5. contrarium dicere videatur: Et sic cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam nõ nouimus. Respondendum. Apertissimum est ex scripturis sanctis, filium Dei factum hominẽ: Sed quod Corinthiis pronunciat Paulus, suo more est loquutus: futuram vitam exprimens, quæ iam in ipso homine mediatore Iesu Christo Domino nostro completa est. Hanc vitam spe certa mediatum Paulus, tanquã iam adfit, præsensq; teneatur: Quæ utique vita non erit secundum carnem, sicut nec Christi vita iam non est secundum carnem. Carnẽ hoc loco appellat, carnalem corruptionis seu mortalitatis qualitatem, quæ tunc non erit. Quia mutata caro nõ corrumpetur. Noueramus ergo Christum secundum carnem, id est secundum carnis mortalitatem, antequam resurgeret: sed nunc iam non nouimus. Quia Christus resurgens à mortuis, iam non moritur. Non ergo est locorum pugnantia. Quia Paulus ante resurrectionẽ, nouerat illum habuisse carnem mortalem, quæ post resurrectionem est incorrupta, & immortalis.

Caro.

1. Corin. 15.

Secunda.

PAVLVS scribens, Quod notum est Dei, manifestum est illis. Et, Quia cũ cognouissent Deum &c. videtur aduersari multis locis tum à se, tum ab aliis Apostolis scripto relictis. Psal. 14. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. primæ ad Corinthios 2. Quæ dei sunt nemo cognouit nisi Spiritus Dei. Lucæ. 10. Nemo scit quis filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Primæ Ioannis 2. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius nõ custodit, mendax est. Ad Ephesios 2. scribit Paulus, eos qui absq; fide in Christum erant fuisse sine Deo.

Notitia Dei

NVLLA est planè eorum, quæ producuntur, pugnantia: si agnoueris, duplicem esse notitiam Dei: alteram generalem, & communem, quam quia Deus omnibus irradiat, seu concursum suum (ut ita dicam) lumini naturali addit (sine cuius auxilio causa secunda nullum producere potest effectum) Naturalem & Generalem dicimus. hæc notio tanta est, vt

est, vt omnem nobis excusationem adimat. Altera verò specialior est, in se charitatem & Dei amorem complectens. Et hæc, qui carne viuunt Deum non agnoscunt. Nunc ex parte habetur hæc notio, sed in patria perfecta & consummata erit. Quæ videbimus Deum sicuti est, ait Ioannes: Et Hieremia tertio capitulo. Et non docebit ultra vir proximum, & vir fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, à minimo eorum, usque ad maximum, ait Dominus.

DICTIO.

QVONIAM Epistola hæc tota versatur in explicanda iustificatione nostra, placuit adnotare iustificationem duobus modis accipi in scripturis sanctis. Primò iustificari est, ex impio fieri pium: hoc vt intelligas, aduerte. Cùm nati sumus in peccatis, & nihil gratum Deo facere sine fide valeamus, restituique non possumus nisi adfit satisfactio pro peccatis nostris, quibus morte digni sumus: & deinde adfit, qui nos spiritu iustitiæ adflet. Vtrunque perfectit Christus, purus & innocens solus, & non alius: qui in cruce volens obijt mortem, qua pro nobis omnibus, etiam inimicis, satisfecit: relinquens in cruce per mortem omnes infirmitates ab Adamo assumptas. Et quum in eo vita esset, suscitauit seipsum per gloriam patris, dans vitam suo corpori afflicto & mortuo, viuitque Deo, iam non amplius moriturus. Hunc in modum victor mortis & inferni, viuificauit secum quotquot in se credunt. At quia nõ amplius moritur, eiusdem mortis ac resurrectionis suæ nos participes facit per baptismum, & viam fidem, qua cum Christo morientes exuimus veterẽ hominẽ, morimurq; peccato & carni, & simul cum eo resurgimus, viuentes Deo, cuius spiritu donati, & noua in Christo creatura effecti, benè operamur, pugnantes cum carne, & crucifigentes ipsam cum vitis & concupiscentiis. Hæc fides qua iustificamur, hoc est cõdonantur nobis peccata, & renascimur, spiritu, est donum Dei: non ex nostro merito, imò ne ex operibus quidem nostris, vt ne quis gloriatur. At quum iustificatur quispiam, necesse est accedat motus voluntatis seu liberi arbitrij, quo amplectitur beneficium Christi, eoq; fides, & credit, Christum à Deo nobis in hoc donatũ, vt per huius obitãm pro nobis mortem peccata nostra expiarẽtur,

Iustificari:

Ephes. 1. a.

Esa. 64. b.

Roma. 6. d.

1. Pet. 3. d.

Esaia. 53. c.

Hebrae. 9. c.

Roma. 5. b.

2. Corin. 5. e.

1. Corin. 15.

Ioan. 1. a.

2. Cor. 13. d.

Roma. 6. b.

Ephes. 2.

1. Corin. 15:

Roma. 8. b.

Ioan. 6.

Coloss. 3. b.

Galat. 2. d.

et. 6. d.

Roma. 5. a.

1. Corin. 1. d.

Galat. 5. d.

Ephes. 2. a.

Ioan. 3.

Ad Tit. 3. b.

1. Pet. 3. d.

Ioan. 6. e
12 e
Iob. 14. a

Rom. 3. d
Luca 6. f

Apoca. 22.

Vocatio diuina duplex.

Prophetæ.

Scripturæ cur sancta.
Nomen.

& per vitam eius, quâ resurgens ex mortuis inuivit, nouam æcœlestē iniremus, donato nobis spiritu & cōmunionē suę iustitię. Hunc bonum motum voluntatis seu liberi arbitrii, nisi eiusdem spiritus afflatu attracti, gratis habemus. Quare id totum Deo debemus. Hęc est iustificatio, qua ex impio fit pius, & ab infidelitate & peccato, ad gratiam resurgit homo: quam solus Christus sine nobis meruit, & illam gratis largitur. De hac intelligito Paulum loqui, quoties hominem iustificatum dicit sine operibus, qualia qualia fuerint opera nostra præcedentia: non tamen fit sine opere nostro, quod afflatus ille spiritualis præcedit. Hęc est radix bonæ arboris, quæ malos fructus facere nõ potest. Ab hac procedunt opera, tum bona, tum meritoria, quibus in iustitia proficimus & iustiores efficitur. Apoca. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Hac secunda iustificatione ex priore emanante, dicuntur opera nostra meritoria, nõ ex dignitate nostrorum operum ex se, sed quia admista & coniuncta sunt fidei, & gratiæ, per quæ ex bonitate Dei ita nobiscum participantis mereri dicimur. Quare non debet Meriti nomen esse osum esse viris piis, quo & sacra scriptura passim vitur: Ecclesia. 16. Misericordia faciet locum vnicuique, secundum meritum operum suorum. Hoc secundo modo accepta iustificatio, facile explicabit auctoritates passim in sacris repertas. Sapient. 10. Reddet iustis mercedem, & c. 1. Corinth. 3. Vniuscuique propriam mercedem accipiet.

EST quædam vocatio diuina immediata, qua apostoli vocati sunt immediatè à Deo: sicut Prophetæ in veteri testamento ab ipso Deo. Alia est mediata, facta per hominem, diuina tamen, qua Apostoli vocauerunt suos discipulos, vt Paulus Timotheum & Titum, qui deinde episcopos. Hęc vocatio durabitque vsque ad finem mundi.

PROPHETÆ nomine omnes sacri scriptores vocantur. Dei enim interpretes sunt, instincti à Spiritu sancto scripserunt. Nonnunquam tamen Lex suo nomine & Psalmi reliqui prophetæ vocantur Luca. 22. Sed frequētius Lex & Prophetæ, vt infra 3. cap. Match. 11. & alibi.

SCRIPTURAS vocat sanctas, quia solæ veritatem illibatam, & Deum absque vlla admistione erroris docent, totę vbiq; spiritum sanctum auctorem testantes.

NOMEN in scripturis pro laude, & celebratione accipitur.

tur. Vnde Dominus Dauidi per Nathan dixit, Feci tibi nomen grande, iuxta nomen magnorū, qui sunt in terra: id est, reddidi te celebrem, clarum, & illustrem.

PACIS nomine in scripturis optata rerum conditio, dum ex animi sententia omnia cedunt, significatur. Iacob rogans de rebus Laban, an secundæ essent, dicebat: An est ei pax? Et respondebant, quos rogauerat, Est pax. Quo nihil volebant aliud intelligere, quàm illum rectè habere. Idem dicebat ipsi Ioseph filio suo Genesis 29. cum viseret fratres suos.

BARBAROS à Paulo, vt & ab aliis, autoribus vocari gentes nullo ingenij cultu præditas, nullis humanitatis studiis intentas, nemini ignotum est.

SAPIENTES vocat imbutos doctrina, & singulari vi prudentiæ pollentes.

ROMANOS hac epistola, non Romæ tantum natos, Romani, aut ciuitate donatos, intelligere oportet: sed quotquot Romæ habitabant: seu Romanorum ciues essent aut municipes, seu Itali, aut Græci aduenæ.

INSIPIENTES dicit stultos, simpliciores, rudiores, & nulla ex cultos doctrina.

MEMORIA promentione.

PASSIONES Græcis est παθη, quod apud eos nonnunquam perturbationes animi sonat, aut motus, aut morbos, aut (quod maximè placet Fabio) affectus.

Nullum discrimen personarum apud Deum. CAP. II.

In quo enim, nã hoc ipso quod. Quæ, qui.



Ropter quod^r inexcusabilis es, ô homo, omnis qui iudicatur. In quo enim iudicatur, te ipsum condēnas: eadē enim agis, quæ iudicas. Scimus enim, quoniam iudiciū Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas autē hoc, ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius², & patientiæ,

Iudeos omnes esse peccatores ostendit. Mat. 7. a

Patientiæ, tolerantia.

Ad penitentiam inuitat.

Deus sua tolerantiâ. & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impoentis cor, thesaurizas tibi iram³, in die iræ⁴, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet⁵ vnicuique secundum opera eius. Iis quidem, qui secundum patientiam boni operis⁶ gloriam, & honorem & incorruptionem quaerunt, vitam æternam. Iis autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio⁷.
Opera, Matth. 16. d Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci: Gloria autem⁸ & honor & pax omni operati bonum, Iudæo primum⁹ & Græco: non enim¹⁰ est acceptio personarum apud Deum.

Propter quod. 1 Propter quod. Videtur continuationis potius quam illationis esse particula Propter quod. Volens Paulus ostendere omnes esse peccatores, ostendit crassiora peccata. Et ne aliquem iustum coram Deo relinquat aduersus hypocritas, hoc est, nescio quos Sanctulos homines, sanctimonie speciem præ se ferentes, disputat: & velut ex abrupto se illis obicit dicens: Sed ne à peccato quidem alieni estis, qui alienorum morum acerrimi censores estis. Probat: In quo enim, &c. Quod ait, Eadem facis: loquitur non de externa, sed de interna immunditia. Hoc loco verbo iudicandi vsus est pro accusandi, protrahendi, culpandive nomine. Iudicium Dei dicit vindictam. Secundum veritatem: id est, verè. Iudicium Dei est secundum veritatem: id est, Deus verè punit.

2 An diuitias bonitatis. Locus hic videtur desumptus ex illa sacra acclamatione Exodi. 3. 4. Moyse ad dominum: Domine Deus, Misericors, & clemens, pariens, & multæ misericordiationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia, &c. V. vsus

&c. V. vsus est hoc loco Paulus anthropopathia, significans deum Anthropopathia, videri affligi, & molestiam sentire à tantis hominum sceleribus. Ea anthropopathia est frequens apud prophetas, quæ passio aut afflicto, ineffabilis illa Dei erga nos charitas ostenditur, quæ saluos nos adeo cupit vt doleat ei, si ipsi nos eam perditum. Qui cum nihil omittamus ad irritandum illum, tamen perseuerat mansuetus, & tardus ad iram, lentus ad ultionem, vt concedat spatium ad agendum poenitentiam. Huc pertinet celebratissima illa sententia Valerij Maximi libro 1. cap. 2. Lento quidem gradu ad vindictam sui, diuina procedit ira: sed tarditatem supplicij grauitate compesat. Est & apud Plutarchum liber elegans de iis conscriptus, qui tardè puniuntur à numine. Bonitatis, pro benignitatis, posuit. Benignitas est virtus sua sponte ad benefaciendum exposita: Patientia autem simplex, est malorum tolerantia: sed Longanimitas expectationem, & diurnitatem patientiæ addit.

3 *Theaurizas tibi iram.* Elegans est metaphora. Vt enim homines recondunt opes, quibus nõdum vtuntur: ita impij dum pro sua libidine viuunt, nec defunguntur meritis poenis, eas poenas sibi reponunt & seruant. Quo fit, vt non Deus, sed ipsemet te tormentis afficias. Dices: Quo pacto id fieri potest? Quia cor impoentis geris, imò durum, & inflexibile ad aliquid bonum exequendum. Cum igitur nec Dei bonitate ductus leniris, nec poenæ formidine flecteris, quid dici te durius potest? Translatione ista thesauri & Moyse vsus est Deut. 32. & Hierc. 50.

4 *In die iræ & reuelationis.* Tribus notis signauit eundem diem. Iræ, quod tum locus misericordiae nõ erit: Reuelationis, quod omnia nuda erunt, quæ nunc latent: Et iusti iudicij quod rectè pro cuiusque meritis pronuntiandum est.

5 *Qui reddet.* Docet Paulus, vt apud Deum mali, scelerumque est multa: ita boni, virtutumque præmium.

6 *Qui secundum patientiam boni &c.* Non desunt qui legat, Perseuerentiam: at ad verbum est patientiam: quo verbo plus aliquid exprimitur. Nam tolerantia in sanctis requiritur, quæ variis tentationibus oppressi subsistant. Non enim eos expedito cursu ad dominum Satan pergere permittit: sed innumeris offendiculis remorari eos, & à recta via auertere nititur. Contentio hic pro rebellione & pernicia ponitur. Veritatis nomine simpliciter regula diuinæ voluntatis, quæ

sola ueritatis lux est, designatur.

7 *Ira & indignatio.* Significatur his uocibus subita quædã & concitior animi ad puniendum elatio. Atq; hoc loco diuinæ ultionis intelligenda est subita uehementia: quæ ad hoc ualet, ut summè perterrefaciat: sicut mala, quæ subito incidunt, planè exanimant. Quæ causâ ubique in scripturis, cum grauioribus ultiones distribuuntur, prædicantur futuræ subite, & inopinatæ. His uocibus afflictio, & angustia: exprimitur animi coarctatio, & quædam quasi conuulsio. Hoc tormentum animi, Dominus in euangelio per fletum & stridorè dentium expressit: Fletu, sensum præsentis doloris: stridore dentium, metum impendentis doloris. Non dissimile est huic loco quod habet Psal. 77. ubi canit de ultione sumpta de Ægyptiis: Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem, & iram, & tribulationem, &c.

Ultio grauior.

Psal. 77. c.

Heb. 2. b

8 *Gloria autem.* Etsi epistola ad Hebræos hunc locum peculiariter tribuit domino Iesu Christo: is tamen simul competit in omnes qui per Christum restituantur, & in suas caulas reponuntur, ut sint unum cum eo qui est coronatus gloria & honore. Sanctissimè igitur obseruatur mos ille in Ecclesia à patribus exceptus, quo in laudem martyris canitur, Gloria, & honore coronasti eum domine.

9 *Iudæo primum.* Quos nunc Græcos appellat, eos gètiles mox dicit. Iudæi autem in huius causæ actione præcedunt, qui præ aliis habent legis promissiones.

10 *Non enim est per sanarum acceptio.* Non cuiusquam ueretur personam Deus, sed opera & facta disquirit: cordis puritatè, ac interiore innocentiam: non autem genus, patriam, dignitatem, copias, & similia. Quare nõ est ut quisquã sibi placeat, quòd uel Gentilis, uel Iudæus sit.

Mat. 7. d
Iaco. 1. d

Quicumque enim sine lege¹ peccauerunt, sine lege & peribunt: & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores² legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes, quæ legem nõ habent, naturaliter ea³ quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi

Ex leges.

sibi

sibi sunt lex⁴ qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente⁵ illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus,

Defendentibus, excusantibus.

Utiliora, instructus per legem, eximia institutus in lege.

Scientiæ & cognitionis ac Mœchandum mœcharis, adulterandum adulceraris.

aut etiam defendentibus in die, cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euangelium meum⁶ per Iesum Christum. Si autè tu Iudæus⁷ cognominaris, & requiescis in lege⁸, & gloriaris in Deo, & nosti uoluntatem eius, & probas, utiliora, instructus per legem: confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum⁹ qui in tenebris sunt: eruditorem insipientium, magistrum infantium, habetè formam¹⁰ scientiæ, & ueritatis in lege. Qui ergo alium doces, te ipsum nõ doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis nõ mœchandũ, mœcharis: qui abominaris Idola, sacrilegium facis¹¹: qui in lege gloriaris,

Per vos blasphematur, propter uos male audit, blasphemus afficitur. Iustitias, iustificationes.

Legem consummans, si legem seruauerit.

per præuocationem legis Deum inhonoras. Nomè enim Dèi per uos blasphematur inter gentes, sicut scriptũ est. Circumcisio quidem¹² prodest, si legem obserues: si autem præuicator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nõne præputium illius in circumcisionem reputabitur? & iudicabit¹³ id quod ex natura est præputium¹⁴ legem consummans, te, qui per literam & circumcisionem præuicator legis es? Non enim qui in manifesto, Iudæus est. neq; quæ in ma-

Esaiæ 52. b
Ezech. 36. e
Circumcisio Iudæi.
Præputium Gentes.
Iudæus.
Circumcisio.

nifesto in carne, est circumcisio. sed qui in abscondito, Iudæus est: & circumcisio cordis, in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

1 *Quicumque enim sine lege.* Etiam si legem Gentes nullā acceperint externam, & scriptam, peribunt tamen, si male fuerint operati. Satis enim legis vel in corde suo scriptū habent, ut merito bene operari debeant.

2 *Non enim auditores.* Quia sola legis notitia superbiebant Iudæi, præoccupat: Non hi sunt iusti, inquit, qui audiunt legem: sed qui credunt in Christum, quem promisit lex: ita & Gentes incircuncisæ seruant legem. Ad hunc modum dicimus etiā de lege euangelica: Qui solam audientiam, seu intelligentiam legis euangelicæ habent, non iusti sunt coram Deo: sed proferenda sunt opera, iuxta præscriptū euangelij, Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit.

3 *Naturaliter faciunt.* Id est, naturali notitia ac lumine, quæ notitia, est lex illa naturalis, docens honesta & reprehendens turpia.

4 *Ipsi sibi sunt Lex.* Id est, ex lumine naturali tantum habent, ut ipsi se docere queant, quæ facienda, quæ vitanda. Id manifestum faciunt, cum quæ docent, vel ipsi faciunt, vel alios eadem docent.

5 *Testimonium.* Superiora, propriæ conscientia (quæ est instar mille testimonij) testimonio probat. Amplissimum theatrum est bona cōscientia: mala verò pessimus carnifex, sæuius quibullibet furiis impios exagitans.

6 *Secundum euangelium meum.* Suum appellat euangelium ratione ministerij. Penes vnum Deum est euangelij edendi auctoritas, sola dispensatio Apostolis commissa est.

7 *Si autem tu Iudæus.* Si, id est, quia Iudæus cognominaris, de lege tibi places, omnem tibi requiem in legis litera colloca. Tollebat illis animos Paulus, quod Deu. 4. Moyses dixit. Quæ est enim alia gens sic incluta, ut habeat ceremonias iustæque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie? &c. Cognomen Iudæi idem tum valebat, atque hodie Christiani: siue quod veræ religionis cultus, in tribu Iuda Iuda diutius manserit, siue quod à Iuda Machabæo (ut quidam dicunt) totus populus Dei hoc nomine gētibus vocari cœpit.

Orige.

Iudæi vnde dicit.

Orige. & Ambro, censent, Iudæos hoc loco vocari à Christo, qui de tribu Iuda fuit: & in quo completa sunt, quæ patriarcha Iacob de Iuda vaticinatus est. Chryso. præterea existimat tacite suggillatā hic ab apostolo Iudæorum hypocritism, & fucū, eo quod nō dixit, Iudæus es, sed cognominaris. 8 *Requiescis in lege.* Id est, frequens es in lectione, vel auditu legis, non attendēs in quem finē lex data est: Et nostri voluntatem Dei, quid velit, aut quid nolit: nec hoc tantum, verum probas vtiliora: hoc est, iactas te videre posse, quid in re quilibet sit præstabilius, utpote qui institutus es in lege à cunabulis. Diligenter hic est considerandum, quo cōsilio Paulus hæc scribit. Accusat Iudæos, ut intelligant, se non lege iustificatos, sed opus esse alio beneficio.

9 *Lumen in tenebris.* Sunt sanè præcepta domini ita pura, ut illuminent oculos. Psal. 18. Lex domini immaculata, conuertens, animas. sequitur: Præceptū domini lucidum illuminans oculos. Quapropter nō abs re cœci, & errare in tenebris dicuntur, qui ea præcepta non habent, quæ illuminant.

10 *Habentem formam.* Quasi dicat, instituendū formandiq; rationem, quam aliis præscribat, ut sunt & hodie qui profiteantur se posse formare conscientias singulorum. Idem Iudæi sibi placebāt, quod profelytis veluti stupidis, formam vitæ præscriberent.

11 *Sacrilegium facis.* Origenes & Ambro. omnia ista allegorice accipiūt. Fieri potest, ut Paulus hic sacrilegium, rapinam intellexerit: quā Iudæi in suis sacris admiserint, cum emendo vendendq; sacerdotia, tū intercipiēdo ipsas sacras hostias, ac pecuniam in vsum religionis à populo oblatā: denique & aucupiu illud auaritiæ, quod sub specie promouendū cultum Dei instituerāt: qua de causā dominus huiusmodi nundinantes templo eiecit. Hæc enim omnia impudentissimè admittere iam pridem cœperant, ut Iosephus testatur.

12 *Circumcisio quidem.* Occupatio est eius, quod Iudæi obicere potuerunt ad id, quod Paulus in præmissis visus est tam paruifacere, cognominari Iudæū, habere legem &c. Etenim promiserat Deus Iudæis, se illis Deū futurū: habiturū eos vice peculij, & loco primogeniti. Et in huius signū, sanctificauerat eos sibi circumcissione, dederat legē, instituerat cultum religionis, quæ omnia circumcissionis nomine intelligit. Respondet itaque Paulus, circumcissionem hæc nō frustra à Deo insti-

Vis præcepti diuini.

Sacrilegium.

Ioan. 2.
Math. 2

Circumcisio.

tutam, sed vtilem fuisse spiritualibus. Veritas circumcisionis in promissione spirituali erat sita, quæ fidem requirebat: nõ autem in illo signo pelliculæ scissæ.

13 *Et indicabit.* Accusabit gentium innocentia & pietas, quæ legem Dei non audierunt, peruersitatem, atque impietatem Iudæorum, qui verbis legem iactabant, factis soluebant, accusatione eorum grauiore, quo facta verbis in accusando potiora sunt. Sic dominus reginam Austru, & Niniuitas condemnatos prædixit gentem Iudæorum, eò quòd illi verbum Dei suo loco habuissent, quod Iudæi repudiabant. Hoc loco per Enallagè rem pro persona usurpat, Præputium videlicet pro gentibus præputium habentibus.

14 *Ex natura est præputium.* Id est, qui in ea conditione nati erant, vt non circumciderentur. Soli enim de domo Abrahæ, & qui cum eis viuebant, legi Mosaicæ obnoxij erant.

CONCILIATIO.

Prima.

PAULVS hoc loco tritam illam, & vulgatam sententiam scribens, Reddet Deus vnique secundum opera sua, aduersari videtur Ezechielii prophætæ 33. cap. dicenti, Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Si impietas impio conuerso non nocebit, nõ reddet vnique secundum opera sua. Respondet. Impietas impij sese ad Christum conuertentis, deletur pœnitentia vim mortis Christi habete, propter quam oblita est & deleta illa impietas, cum pœna æterna. Atque ex magna Dei misericordia non imputatur pœnitenti. Imò resurgenti à peccato, iustitiæ illius ante lapsum ab eo factæ non obliterarentur, tanta est Dei bonitas, quæ tamen non respicienti, sed in peccato è viuus decedenti inutiles forent. Nihil igitur dissidet Ezechielis dictum à Paulo pronuntiante, Deum iustissimum reddendum operantibus iuxta opera. Quæ si bona permanerint, reddetur gloria, honor, & huiusmodi. Si mala, afflictio, angustia, & quæ his simillima sunt.

Secunda.

ADVERSATUR hic locus, Non est acceptio personarum apud Deum, Esaiæ 66. dicenti, Ad quem respiciam, nisi ad pauperulum, & contritum spiritu, & tremente sermones meos? Frequens est sententia in scripturis, quòd Deus personam minime respiciat. Deutero. 10. 2. Paralipo. 19. Esa. 4. 2. Galat. 2. Ephes. 6. Coloff. 3. 1. Pet. 1. Re ipsa comperies, quòd non sit personarum respectus apud Deum, sed in quauis gente, qui timet

timet ipsum, & operatur iustitiam, is acceptus est illi. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in eum, non confundetur. Et, Quisquis inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quare Deus respiciens pauperulum, seu humilem, & fidentem in Christum, non dicitur respicere personam: sed id respicit, cuius gratia retributio fiet. Non enim est distinctio vel Iudæi vel Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes inuocantes se.

SI DEVS personam nõ accipit, Quid est quòd quosdam in suis peccatis relinquit, & alios ad se vocat? Respondet beatus Thomas in hunc locum, personarum acceptio opponitur iustitiæ, vnde locum habet in his quæ dantur ex debito: quod attendit iustitia. Deus autem non ex debito, sed gratis peccatores ad pœnitentiam vocat. Si enim ex operibus, vt infra 11. cap. ià non ex gratia. In talibus autè beneficiis gratis datis, non solù Deo, sed etiam homini liberù est dare cui voluerit. Matth. 20. cap. An non licet mihi facere quod volo?

INVICEM aduersantur hi loci, Factores legis iustificabuntur: infra 3. cap. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Respondeo: Factores legis iustificatur, quia iam accepta iustificatione gratis, in operibus legis proficiunt, & merentur. Quæ merita sunt ab illa prima iustificatione (qua ex impio factus est pius) tanquam à radice, quæ ramos fructus producentes emittit. Aut iustificabuntur iusti, & à lege non accusati, tanquam legis transgressores coram Deo & hominibus. Non autem iustificantur operibus legis, seu primam illam gratiam, qua peccatum remittitur illis, non merentur. Quia hæc à Christo & non à nobis. Non enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

DICTIO.

DIES iræ peculiariter dicitur tempus iudicij vniuersalis. Quia in vltimo illo iudicio tota ira Dei in sceleratos accenditur, & ad plenum omnibus rependetur. Ista diuini iudicij periphrasis, dies iræ, dies afflictionis, dies vltionis, in prophetis admodum frequens est. Esaiæ 13. 22. 34. 51. 63. Hieremiæ 17. 30. 46. Ioël 2. & passim.

GLORIA in sacris literis accipitur pro dignitate, vel præstantia: vnde alicubi pro opibus accipitur, quibus cum homines pollent, videntur habere pondus dignitatis, esse præstā-

Tertia.

Quarta.

Factores legis iustificari

Ad Tit. 3. b

Dies iræ.

Gloria.

tes, & eximij. Cùm quererentur filij Laban de Jacob, quòd opes suas parasset de opibus patris sui, dicebant: De eo quod patris nostri erat (vt habet alia translatio) fecit omnem hanc gloriam. Nonnunquam pro potentia: hinc dicebat Iosephi Genesis 45. fratribus suis: Nūciatę patri meo, vniuersam gloriā meam.

Contentio.

CONTENTIO proprię est, cū quis sine causa contradicit. Et in malam sumitur partem. Id verò faciunt, qui auersantur Euangelium. Tanta est enim Euangelij lux, vt se etiā inuitis conspiciendum ingerat, vt cū ei contradicunt, nō sileat conscientia reclamans. Propterea verē contentiosos existimauerim Phariseos, Christo tum doctrina, tum operibus se filium Dei manifestanti, aduersantes. Cōtentionem Origenes scribit cum animi morbū esse, per quem omnia mala geruntur, per quem factiones & schismata in Ecclesia excitantur, cū quisque sua commenta pro lege ingerit: quo deniq; in omnibus veritati, & rectē monitis obstititur.

Indignatio.

INDIGNATIONEM quidam definiunt, vt sit exardescencia modò nascens, & modò desistens. Omnino enim est animi commotio præter rationem.

Ira.

IRA est vltionis appetentia confirmator.

Omnes homines egent gratia Dei.

CAPVT III.

Iudæos gētibus non esse excellētiōres



VID ergo¹ amplius Iudæo est? Aut quæ utilitas circuncisionis? Multum per omnē modum. Primum quidem,² quia credita sunt illis eloquia Dei.³ Quid enim si quidam non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidē Dei⁴ euacuabit? Absit. Est autem Deus verax, omnibus autem homo mēdax⁵: sicut scriptum est, Vt iustificeris⁶ in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris. Si autē iniquitas nostra⁷ iustitiam Dei commendat, quid dicemus?

1. Timot. 2. c.

Amplius Iudæo est? habet in quo præcellat Iudæus? Credita sunt illis, cōmissa sunt illis oracula.

Euacuabit? faciet irritā?

Iniquitas, iniustitias

Secūdu¹ hoc cemus? Nunquid iniquus est Deus, qui *Verax Deus* inferit iram? (secundum hominem⁸ dico) *Ioan. 3. d* In meo mē absit. Alioquin quomodo iudicabit De⁹ *Psal. 115. a* dacio abun hunc mundum? Si enim veritas Dei in *Psal. 10.* dauit, per meo⁹ mendacio abundauit in gloriam meū mendaciu⁹ excellit. *Adhuc, post hac.* Blasphe- mur, denobis malē loquūti. ipsius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, & non (sicut blasphemamur¹⁰, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? quorum damnatio iusta est.

1 Quid ergo. Dicere poterāt Iudæi: Si nihil, nullāve in parte gentibus præstamus, quid opus erat eo symbolo circuncisionis à domino signari?

2 Primum quidem. Primum hinc ordinem significat sermonis *Primum,* potius, quàm præcipuē. Subiiget enim Paulus multa Iudæorum prærogatiua vsque ad finem epistolę, quæ non Iudæorum virtutes, sed Dei dona declarabunt.

3 Eloquia Dei. Dei promissiones, respōsa, & oracula Iudæis *Eloquia dei.* credita sunt, & commissa. Sanè velut incōparabilis quidam thesaurus, oracula, omnisq; lex Dei credita Iudæis, fuere dispensanda toti orbi. Nam per semen Abraham omnes gentes fuerunt benedicendę, hoc est, reddēdę participes vitę æternę. Hac voce Eloquia, intelligit omne id, quod Deus cū sanctis suis locutus est, cū promittendo, tum instituendo. his enim duobus constant omnia, quę Deus per prophetas suos nobis exposuit, & sacris bibliis compræhensa sunt.

4 Fidem Dei. Fidem Dei hinc pro eo accipit, quod scriptura *Fides Dei* vocat Veritatem, quam Deus præstat in promissis suis. Paulus ostendit, promissionem gratiæ non fieri irritā, licet multi Iudæorum non crediderunt, & Christum interfecerunt: sed manere ratam omnibus, quicunque credunt. Hic locus consolatur nos, ac monet, ne propter ingentem multitudinem impiorum suspicemur, promissionem gratiæ Ecclesię factam, irritam esse: sed sciamus, verē eam exhiberi credētibus, etiam si paucissimi sint.

5 Omnis homo mendax. Omnem hominem dicit mendacem, *Mendax ho* quòd ex se nemo hominū in bono perstet, rectiq; propositi, *ms.*

atque promissi sit seruans.

6 *Vt iustificeris.* Probat Paulus Davidis exéplo, nequaquá fidem Dei, & promissionem ob incredulitatem populi irritam fieri: sed veracem illum semper remanere. Dicebat enim David Deo: Tibi soli peccaui, vt iustificeris &c. vbi particula VT, euentum rei, non causam dicit: id est, propterea factum est, vt dum vel mihi peccanti promissa seruas, verax appares, ac iustus, vincisq; eorum impietatem, qui te ob mea peccata promissis non staturum mentiuntur. Beatus Ambrosius docet Deum in eo se veracem declarasse, quod Christum, vt pollicitus erat, miserit: Iudæos autem prodidisse se mendaces, illum reiiciendo. Deum iustificamus, cum Deum iustum pronunciamus, vt dicamus, Tibi domine iustitia, nobis verò cōfusio faciei nostræ. Baruch 1. Quidā prælegit ex Psalmo: Tibi solum pecco, & malum coram te facio, vt iustificeris &c. id est, tantum sum peccator, cognosco me nihil afferre ad te, nisi peccata. Quæ lectio non mihi probatur. Posterior pars continet petitionem, & rationem petitionis. Ideo exaudias me, fretum non mea dignitate, sed tua promissione: vt appareat, te esse iustum, & seruantem promissa propter tuam veritatem: & vincas cū mundus te iudicat, & blasphemat, quod non cures, & non exaudias blasphemos. Pédent igitur promissiones non ex dignitate nostra, sed ex Deo, quod Deus est verax. Est certè promissio Dei ex misericordia quam veritas demonstrat.

7 *Si autem iniquitas nostra.* Obiurgat Paulus illos qui carnali iudicio, & diabolicis quibusdam calumniis ingēs beneficium Euangelij deformabant, dicētes: Si misericordia Dei amplificatur per hoc, quod viuificat indignos, & nihil nisi peccata afferentes. Item, si non sumus iusti propter nostras virtutes, quorsum opus est benefacere? Item, quò plura peccata remittit misericordia, eò fit illustrior: Peccemus igitur, & faciamus mala, vt eueniāt bona. Has obiectiones ex promissionibus malè detortis nunc tantum abrūpit, quas infra sexto capite diluet.

8 *Secundum hominem.* Interpositio est, qua videtur exprimeré voluisse quàm impiè iudicemus, quando de rebus diuinis pro captu nostri ingenij iudicare nobis permittimus.

9 *Si enim veritas Dei.* Repetitio est cū imitatione, qua & hominum hac in re taxauit impietatem, sibi permittentium de

Deū iustificare quid est?
Baruch. 1

Deo loqui tam infanda: & quantopere ipse hæc illationes detestaretur professus, cū dixit, Absit.

10 *Blasphemamur.* Malè audimus, siue de nobis malè loquuntur homines.

Quid ergo? præcellimus eos? nequaquá.

Causati enī causati enim sumus² Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse: sicut scriptum est:³ quia non est iustus quisquam, non est in-

11 *Quisquá,* telligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: Venenum aspidum sub labiis eorum. Quo-

12 *Maledictio* rum os maledictione & amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem⁴ quoniam quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur⁵, & subditus fiat⁶ omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.⁷ Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege⁸ iustitia Dei manifestata est, testificata à lege, & prophetis. Iustitia autem Dei, per fidem⁹ Iesu Christi in omnes, & super omnes¹⁰ qui credunt in eum: non enim est distinctio.

13 *Quid ergo? præcellimus eos?* Obserua sanctum artificium. Cū excellentiam Iudæis assereret. Quid amplius Iudæo est? in

Iudæi peccatores sicut gentes.

Galat. 3.d
Psal. 13. a
Psal. 5. c. 13. b
Psal. 139. a
Psal. 9. c

Esaiæ. 59. b
Psal. 13. b

Galat. 2. d

Opera.
Iustificatio.
Lex.
Iustitia Dei.

tertia persona loquebatur: nunc dum vult omnia detrahere, ne proprio merito superbiat, seipsum numero admiscet, offensionem effugiens.

2 *Causati sumus.* Repetit quod dixerat, omnes sub peccato esse, dicens: Non præcellimus Græcos, seu præputiū: nā causis redditis ostendimus, omnes sub peccato esse: id est, omnes homines esse reos peccati. iræ Dei, & mortis æternæ.

3 *Sicut scriptum est.* Hactenus vsus est rationibus. Paulus: nūc argumentatur ab autoritate, quæ apud Christianos est firmissima probationis species. Scripturis, seu pronunciatis, cōfirmat eadem: In homine videlicet nullam esse iustitiam. Loquitur de hominibus, quatenus ipsorum natura cōsideratur, nec intelliguntur per misericordiam reconciliati. In hoc testimonio magis sensum, quàm verba Paulus recensuit. Primū generaliter posuit, quæ esset summa eorum, quæ in homine esse à propheta referitur: nempe, iustum esse neminē. Postea enumerat per partes fœtus iniustitiæ. Primū, quod non sit intelligens, non est requirens Deum: id est, omnes contemnunt Deum, sunt sine timore Dei, & sine fide, propterea habent impias opiniones, & vanas. Nā vanus est homo, in quo non subest cognitio Dei, quacunque tandem eruditione aliis præditus sit. Imò disciplinæ ipsæ, & artes, quæ per se bonæ sunt, dum hoc fundamento carent, vanæ redduntur. Omnes declinauerunt à recta via in deuia iniustitiæ, & ob id inutilis & vani facti sunt. Additur: Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum: quo intelligitur, exuisse omnem humanitatis sensum. Ignoratiā enim Dei ferè sequitur inhumanitas, dum vnusquisque, aliis contemptis, seipsum amat, & querit. Sequitur: Sepulchrum patens est guttur eorū. Alludit ad hominem, qui tetrū anhelitum ex corruptis spirat extis, & ad cadauer, quod è sepulchro intolerabilem spirat odorem, transfudit metaphorā à corpore ad animum: volens ostēdere, non solū hominem esse voraginē ad homines perdēdos, sed etiam hominem prorsus esse corruptum mēte & animo. Cæterū qualis mens, talis oratio: vnde subditur: Linguis suis dolose agebant: quo notatur hypocrisis, & decipiēdi ars, & adulandi studium. Venenū aspidum sub labiis eorū: quo notatur calūniandi & obrectandi studiū. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: his impios intelligit, qui si quid loquuntur aut crudele, aut calūnia, minæ, scurrilitas,

tas, versutia, obscœnitas, aut mendacium est. Ista Paulus nobis omnibus accommodat, quatenus nondum renati sumus. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Sitibūdī sunt sanguinis innocentis. Cōtritio & infœlicitas in viis eorum: Immanis est eorum feritas, vastitatem & perniciē quōquò versum secum trahunt. Vnde viā pacis nō cognouerūt: quia rapinis, violentiis, iniuriis, sæuitiæ, & truculentia affuefacti, nihil amicè aut benignè facere nouerūt. Additur totius negocij conclusio: non est timor Dei ante oculos eorum. Quēadmodum timor Dei est frēnum ad cōercēdam nostrā malitiā: ita si abest, in omnem vitiorū licentiam solui-mur.

4 *Scimus autem.* Per legē hoc loco intellexit omnē scripturam sanctam. Sensus est: Quæcūq; scriptura loquitur, ad eos maximè loquitur, quibus data est. data est autem Iudæis, ergo de ipsis maximè intelligenda, quæ superius citata sunt. Nam et si fateantur se nosse Deum, factis tamen negant.

5 *Vt omne os obstruatur.* Id est, vt præcidatur omnis tergiuerfatio, atque excusandi facultas: metaphora à iudiciis petita, vbi reus siquid habet ad iustā defensionē, vices dicēdi postulat, vt quæ sibi imposita sunt, purget. Si verò conscientia sua premitur, silet, ac tacitus expectat suā dānationem, suo iā silentio, dānatus. Obturatū est enim os gentiū, ex his quæ primo capite, & ab initio secundi, contra illas differuit: obstructo ergo his, quæ modò adduxit, etiā ore Iudæorū, obturatū planè est omne os, totusq; mūdus factus Deo obnoxius: ita vt nemo habeat quicq; quod pro defendēdo se adferat, sed cōpellantur singuli, siue Iudæi, siue Græci, seipfos condēnare, omnēq; iustitiā adscribere vni Deo, & sibi omne malū.

6 *Et subditus fiat.* Id est, fiat humilis, abiectus, inglorius, nec propriis operibus iustificatus, & ope indigēs aliena, hoc est, Dei gratia, Græcis est ac si dicas, obnoxius & reus. Nā *δίκαιος* Græcis & crimē significat, & causam, & vindictam, siue pœnam, velut obligatus ad pœnam. Itaq; voluit scriptura omnes concludere sub peccatū, vt omnī misereretur dominus.

7 *Corā illo.* Scilicet, Deo. Emphasis est diuinæ maiestatis, & eius q̄ omnis nobis sal⁹ eo cōstat. vt corā Deo iustificemur.

8 *Nunc autem sine lege.* Antitheton est Euāgelij & legis. Nā quod dixit sine lege manifestatam iustitiam Dei, reuelationem significauit Euāgelij. sicut i. cap. dixit in Euangelio iustitiā Dei reuelari. Sine lege id est, nō ex obseruatione legis

Subditus.

reuelatur, sed per auditū fidei. Ad Galat. 3. Hoc solū à vobis volo discere: ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Iustitia Dei, scilicet qua iustificat nos: hoc est, acceptatio, vel remissio peccatorum, & imputatio iustitiæ.

Fides. 9 *Iustitia Dei per fidem.* Dicitur iustitia Dei (ait Thomas in hūc locum) per fidem Iesu Christi, nō vt quasi per fidē memur iustificari, quasi ipsa fides ex nobis existat, & per eam mereamur Dei iustitiam, sicut Pelagiani dixerūt: sed quia in ipsa iustificatione, qua iustificamur à Deo, primus motus mētis in Deum est per fidem. Hæc fides gratis à Deo Ephes. 2. Gratia enim saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis gloriatur. Hæc fidem non præcedunt nostra opera.

Ephes. 2.

10 *In omnes, & super.* Significat Paulus hanc salutem proffus ad omnes pertinere credentes. Vt ergo iustificemur, causa efficiens est misericordia Dei: materia, Christus: verbum cum fide, instrumentum.

Peccatores omnes. Omnes enim peccauerunt, & egēt gloria² Dei: iustificati gratis³ per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit⁴ Deus propitiatorem⁵ per fidem in sanguine⁶ ipsius, ad ostensionē iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum. In sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non, sed per legem fidei.⁷ Arbitramur enim iustificari hominem per fidem, sine operibus legis. An Iudæorum Deus tantū? Nonne & gentium? Imo & gentiū: quoniam quidem vnus est deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.

Deus Iudæorum & gentium.

Iustus. Iustificatio. Fides.

Redemptio. Remissio peccatorum.

Propitiatorum, reconciliatorem. Præcedentium, prætorum. In sustentatione Dei, Quæ tolerauit Deus. Factorum? operum?

Destruimus⁸ fidem. Legem ergo destruimus⁸ per fidē? *Lex stabilitur.* Abfit: sed legem statuimus. Statuimus, Stabilimus.

1 *Omnes enim.* Quia omnes sunt peccatores, nō est distinctio. Nulla est alia obtinēda iustitiæ via, quam per Christū.

2 *Egēt gloria Dei.* Gloriam Dei videtur hīc dicere singulariter præsentiam ac dignitatē Dei elucētem in vita diuiniore, hoc est, pia ac innocente: hæc locum habet coram Deo.

Gloria Dei.

3 *Iustificati gratis.* Obserua Paulū hoc loco ter hac particula Per, vsū fuisse: Per gratiam ipsius, per redemptionem, & per fidem in sanguine. Vt intelligamus, cum iustificamur tria maximē cōcurrere. Primas habet gratia, quæ est ex parte dei, qui omnia sua gratuita bonitate agit. Deinde ex parte Iesu Christi, iustitia redēptionis, proprius sanguis effusus & oblatas tanquam precium redemptionis, humanæ. Demum ex parte nostra fides, qua donati à Deo mouemur, innitentes morti Iesu Christi. Perierant homines suo peccato, quorum miseræ succurrit Christus: eō à patre traditus, & se fidelibus communicat, vt in seipso inueniant omnia quæ illis defunt. Gratis ergo misericordia Dei iustificamur. Rursus, obserua quod ait gratis iustificari: & cum frequenter in his nostris & aliis cōmentariis dicimus hominem gratis iustificari fide viuā, intelligimus particulam gratis non excludere contritionem seu pœnitentiam, sed excludit meritum seu conditionē dignitatis ex parte nostri, & opus nostrum præcedens, de quo diffusē diximus suprā in 1. cap. in di&ione Iustificatio. Rogauit quidam, cur Paulus vtitur frequens hac particula gratis? Respondi, vt Iesu Christo tribuatur honos, scilicet quòd ipse sit propitiator & mediator: quod propter ipsum contingant nobis hæc admiranda beneficia, remissio peccatorum, liberatio à peccato & morte, donatio vitæ æternæ. Et vt promissio vitæ æternæ sit nobis certa, quum illam à Christo pendere audiamus, quem certò scimus fidelem esse in promissis.

Tria ad iustificationem nostram concurrentia.

4 *Quem proposuit.* Alludit ad tabernaculum vetus: ostendēs, filium Dei esse, & fore omnium credētium salutem vnicam. Act. 4. Hebræo. 10. Proposuit, vt credamus in sanguine eius: id est, vt fidamus illi propter mortem eius, qua seruamur ab ira, & propitius nobis est Deus. i. Petri 1.

5 *Per fidem in sanguine.* Quia per fidem in sanguine, (id est, quia innititur morti Christi) applicatur nobis beneficium Christi, solum sanguinem nominavit: intelligēs summam nostrę redemptionis. Tum sanguinem nominavit, in quo habemus nostrum laucrum.

Ostensio in- 6 Ad ostensionem iustitię. Beatus Ambrosius ostensionem iustitię Dei exhibitionem promissorum eius interpretatur. Beatus Augustinus intelligit per iustitiam Dei, eam qua nos Deus induit, & iustos reddit. Propterea ostensionem iustitię intelligit amplam huius communicationem. Vide Augusti. de spiritu & litera, cap. 9. Origenes per ostensionem iustitię in eo intelligit, quod Deus hic peccata clemēter tolerat, atque eo pacto ad respicientiam inuitat, in futuro cuique secundum merita sua repēsurus. Planior tibi videbitur sensus, si dixeris, Ostendit, & manifestat se Deus iustum, tum quod ad eluendam veteris Adę noxam proprio filio suo non pepercit, tum quod hoc tempore Euangelij (qui tamen ad remissionem veterum delictorū, quę diu longanimis sustinuerat, ultionem dissimulavit) omnibus videlicet in infirmitate constitutis, iustitiam suam, seu proprium filium recōciliatorem, & propitiatorem ostendit, seq; iustum esse in vlciscendo, & iustificantem in condonando ei, qui in Christū credit. Ad hęc operę pretium fuerit tria de Christo propitiatore proposito diligenter cōsiderare. In primis, quod Deus pręcepit se inuocari à nobis in nomine Iesu Christi. Itē quod addiderit promissionem, quod propter ipsum certō velit exaudire. Secundum, quod Christi merita nobis donantur, quod ipse sit digna victima pro nobis, & quod per ipsum iusti sumus. In quo insiti bene & meritorie operamur. Tertium, quod Christus sit omnipotens, exaudiat & velit iutare, sicut ait, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, &c.

Lex fidei. 7 *Sed per legem fidei.* Legem fidei vocat iustitiam Dei iustificantem homines. Vides vt fidem (ait Theophylactus) Legem idcirco appellet, quia hoc nomen legis apud Iudęos venerationi habetur. August. in Psal. 118, ait, Hęc est lex fidei, qua credimus & oramus per gratiam nobis donari, vt faciamus quod per nosmetipsos implere non possumus, ne ignorantēs Dei iustitię & nostram volentes constituere, iustitię Dei nō simus subiecti. In lege itaq; factorū est Dei iubentis iustitię, in lege autē fidei, subueniētis misericordia, hęc tenus August.

Augustinus. Aut, Lex fidei id est, doctrina de fide, docet gratis donari remissionem peccatorum per fidem in Christum. 8 *Legem ergo destruimus.* Augustinus libro de spiritu & litera, Per legem cognitio peccati, per fidē impetratio gratię contra peccatū, per gratiā sanatio animę à vitio peccati, per animę sanitatē libertas arbitrij, per liberū arbitrium iustitię dilectio, per iustitię dilectionē legis operatio. Ac per hoc ficitur lex non euacuatur, sed firmatur per fidē, quia fides impetrat gratiā, qua lex impleatur: ita liberū arbitrium nō euacuatur per gratiā, sed statuitur, quia gratia sanat voluntatē qua iustitia liberē diligitur. Omnia hęc, quę velut catenatim cōnecti, habent voces suas in scripturis sanctis. Lex dicit, Nō concupisces. Fides dicit Psal. 40. Sana animam meam, quia peccaui. Gratia ait Ioannis. 5. Ecce sanus factus es, iā noli peccare, ne quid tibi deterius cōtingat. Sanitas dicit Psal. 29. Domine Deus meus exclamaui ad te, & sanasti me. Liberū arbitriū dicit Psal. 53. Volūtariē sacrificabo tibi. Dilectio iustitię ait Psal. 118. Narrauerūt mihi iniusti delectationes suas, sed non vt lex tua Domine. Hęc Augustinus. Non destruit legē Paulus, qui prędicat factū, quod lex promiserat: eum q; nunciat, in quem, ceu scopū, summa legis spectabat. Nā Rom. 10. finis, id est perfectio legis, Christus, ad iustitiam omni crediti. Et Christus ait. Nō veni soluere legem, sed adimplere.

CONCILIATIO.

PAULVS hoc loco manifestat omnes tum Iudęos tum Gētiles sub peccato esse: qui tamē infrā 4. cap. ait, Vbi nō est lex, nec pręuaricatio. Et 7. ca. infrā, de se loquutus ait, Viuebā aliquādo sine lege, cū ad Philip. 3. affirmet se circumcisionē accepisse octaua die. Hęc reuera sibi inuicem pugnantiam habere videntur. Iudęis lex Moyfi, Gentibus lex naturę vim habuit, Lex semper luxit tum Iudęis, tum gentibus. At quoniam frequens audis Paulum dicentem, quosdam sine lege esse, planē accipies illum intelligere sine lege scripta. Qui cum dicit se aliquando sine lege fuisse, insinuat hominem fieri sub lege, quando eam consequutus est etatē, & rationis vsum, qua eligere, & discernere potest, quid sit lex emanans ab habente potestatem imponēdi legem. Nec prius legis externę vilius iugum suscipere potest, quā internę, & naturalis legis habere incipiat firmitatē. Quare cū se ali-

Exod. 1. c

Concil. 1.

Esse sine lege.

Lex alicui

venire.

non cognouit quæ sunt legis, quod maximè expressit sequē-
ti textu: sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Venit
autem mandatum, aut lex alicui, cum cepit cognoscere, ac
discernere bonum à malo, & contrà.

Concil. 2.

IN SPECIEM pugnare videtur hæc responsio, Nequa-
quam præcellimus: cum superiore, Multū per omnē modū.
Quia nunc omni dignitate priuat eos, quibus multam antè
tribuerat. Reuera nihil est dissidij: nam priuilegia illa, quibus
eminebant, sunt in Dei bonitate, nō autem proprio merito.
Si ergo gratiā Dei depositā sunt apud illos illa oracula nihil
illis relinquunt, quo tanquam ex proprio merito gloriari,
aut superbire possint in conspectu Dei. Quare quod pos-
tremū infert, nequaquam præcellimus Gentes: rectè & com-
modè respondet: ostendens tum Iudæos, tum Gentes corā
Deo ex se nihil habere, quo glorientur: sed solū peccato-
res, & gloria Dei indigere.

Concil. 3.

MAGNA hoc in capite videtur pugnātia, cum ait, Nunc
autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege
& prophetis. Quomodo enim per legem testificata, si sine le-
ge manifestata est? Respondet Augu. lib. de spiritu & litera,
cap. 2. Sed iustitia dei sine lege est, quam Deus per spiritū gra-
tiæ credenti confert sine adiutorio legis, hoc est, non adiuto
lege. Quandoquidem per legem ostendit homini infirmita-
tem suam, vt ad eius misericordiam iam per fidē confugiens
sanaretur. Idem scripsit & cōtra Pelagium lib. 1. cap. 8. Quo-
modo, inquit, sine lege manifestata, sed sine lege iustitia? quia
iustitia Dei est: id est, quæ nobis non ex lege fit, sed ex Deo:
non quæ illo operante cognoscendo timeatur, sed quæ illo
donante diligēdo teneatur: vt & qui gloriatur, in Domino
glorietur. hæc ille.

Concil. 4.

PUGNANTIAM habere videntur hoc capite: Iustifica-
ti gratis per gratiā ipsius: Et: Iustificati per redemptionē, quæ
est in Christo Iesu. Nā si per redemptionē, ergo non gratis. Et
si per gratiā, ergo non per iustitiā redemptionis. Nihil pug-
nantia offendes in his, si diligenter ea conspexeris. Cū scri-
ptura explicat nos gratia Dei iustificari, nō excludit iustitia-
m Dei, quæ est redemptionis in Christo Iesu, sed excludit
iustitiam hominum. Redemptio enim facta per Christū verū
Deum, iustitia Dei est, non iustitia nostra. Quare gratis iu-
stificati sumus: id est, non ex meritis & operibus nostris. Li-
cet &

cet & gratia Dei, & iustitia dei, sint causa nostræ iustificatio-
nis. Exhibitio enim illius iustitiæ Dei nobis fit gratuita, imò
gratia Dei est.

DICTIO.

GLORIA Dei, in sacris accipitur pro gratuita omnium
peccatorū remissione: vt in hoc capite, Omnes peccauerūt,
& egent gloria Dei. Aliquando dicit singularē præsentiam,
ac dignitatem Dei elucētē in vita diuiniore. hoc est, pia ac
innocēte. Hinc cum appareret Dominus, vel Moyſi, vel po-
pulo in nube lucida speciēve ignis: cum insigne aliquod mi-
raculum ederet, dicitur in scriptura apparuisse Gloria domi-
ni. Exod. 24. 13. 40. Leuit. 9. Numc. 10. 16. Ezechie. 3. & 4. &
alibi. Et Exodi. 29 capite, præsentiam suam ad tabernaculū
fœderis pollicetur his verbis: Ibi que præcipiam filiis Israël, &
sanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo & taberna-
culū testimoniū &c. Hinc capta arca fœderis, nurus Eli clama-
bat. 1. Reg. 4. Translata est gloria Domini de Israël, quia ca-
pta est arca Dei. Ex his verbis facile est videre, manifestiorē
numinis præsentiam, dici Gloriam dei. Esaiæ. 60. cap. Surge
illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria do-
mini super te orta est.

Gloria dei.

1. Reg. 4.

Esaiæ. 60.

ABSIT: frequens est apud Paulum pro, Ne fiat, aut sit: Ne
contingat: siue, Deus auertat, aut prohibeat. Est autem abo-
minantis sermo.

Absit.

INFERRI, hoc loco, qui infert iram est infligere.

Inferre.

LEX vis quædam est, ab aliis rebus auocans, ad alias impel-
lens. Quicquid eiusmodi aliquid in se habet, & hominem
quodammodo regit, Lex per metaphoram dici potest. Sic
vocat Apostolus infra. 7. cap. Legem mentis, rectā illam mē-
tis præceptionē, sanctamque voluntatē. Et legē in mēbris no-
stris, peruersam ad peccandū cupiditatē, quæ mēbra nostra
occupat. Ad eum modum dicit hīc legē fidei, vim fidei, quæ
certē totum hominē moderatur: agit enim quisque, secundū
id quod animo persuasus est. Et, Legē operum, ipsam vim &
existimationem ceremoniarum & huiusmodi.

Lex mentis.

Lex membro-
rum.

Lex fidei.

Lex operum

CAVSOR, id est, reigestæ causam afferro, seu reperio, &
excusationem adduco.

Causor.

Subditus. non hīc subiectus dicitur, sed ὑποδίκτος id est, ob-
noxius, reus, veluti ad pœnam obligatus.

Subditus.

Fides Abra
hæ.

Gene. 15. b
Gala. 3. a
Iacobi 2. d



Vid ergo dicemus inuenisse
Abraham patrem nostrū se
cundū carnē? Si enim Abra
ham ex operib⁹ iustificatus

Opera.

Fides.

Psal. 31. a

Circumcisio.
Gene. 17. b

est, habet gloriam, sed non
apud Deum. Quid enim dicit scriptura?
Credidit Abraham deo, & reputatū est ei
ad iustitiā. Ei autem qui operatur, merces
non imputatur secundū gratiā, sed secun
dum debitū. Ei verò qui non operatur,
credenti autē in eum, qui iustificat impiū,
reputatur fides eius ad iustitiā secundum
propositū gratiæ Dei. Sicut & Dauid di
cit beatitudinē hominis, cui deus accepto
fert iustitiam sine operibus: Beati, quorū
remissæ sunt iniquitates, & quorum te
sta sunt peccata: Beatus vir, cui non im
putauit dominus peccatum. Beatitudo er
go hæc in circumcisioe tantū manet, an
etiam in præputio? Dicimus enim, quia
reputata est Abrahamæ fides ad iustitiam.
Quomodo ergo reputata est? in circu
ncisione, an in præputio? Non in circumci
sione, sed in præputio.

1 Quid ergo dicimus. Conclusio est ex præcedentibus, ac pro
positio sequentium: vt enim satis abudē probauerat Paulus,
sanctos omnes, nō ex operib⁹ præcedētib⁹, sed fide in Chri
stum iustificari: ita iam euidentissimū est, Abrahamā, & quēlibet
iustitiā habuisse ex fide, & nō ex operibus. Hæc adiectio, Se
cundū carnē, sententia Origenis, Chrysoptomi, & Theophy
lacti, coniungitur cum illo, quod dixit, Patrē nostrum, erant
enim

Gloriam,
quod glorie
tur.
Reputatū,
Imputatū,
& infra.

Accepto
fert, vel im
putat.

enim carnales, non spiritales filij Abrahamæ. Putatque Chryso
stomus Apostolum hac adiectione voluisse tacite Iudeorū
arrogantiam retundere: qui Abraham secundū carnem mo
dō haberent. Cū ij (qui ex gentibus in Christum credunt)
fide illum patrem nacti sint, cognatione multo præstatiore.
Beatus Ambrosius coniungit verbo, inuenisse, quod verbum
significat interdum mereri, consequi scilicet aliquid ex eo,
quod quippiam pro eo dederis, feceris, aut pertuleris: qui si
gnificatus quadrabit lectioni Ambrosianæ hunc in modum
pronūciandæ: Quid dicemus Abraham patrem nostrum inuen
nisse: id est, meritum esse, secundū carnem, id est, circumcisio
nem? Verū inuenias hoc verbū etiam pro quauis consequu
tione, etiā eorū quę donatur usurpatū: vt notat Budæ⁹ in cō
mētariis. Interrogationē more suo proponit hoc loco Pau
lus gratiæ euidentię, & condentię exprimentæ. Facit ad le
ctionem Ambrosianam sequens particula causalis. Si enim,
id est, nam si suo pre merito iustificatus est Abraham, potest
suo merito gloriari: sed nō habet vnde gloriatur apud deū,
vt docuimus, ergo non ex operibus iustificatus est. Gloriat
tionem vocat, cū licet prætere aliquid nostrum, cui mer
ces in iudicio dei debeatur.

Inuenire,
pro mereri,

Gloriatio,


2 Quid enim dicit scriptura? Habet hæc interrogatio confidē
tiam veritatis, quam adstruit, iustificationis mentionem fa
ciens. Non meminit operum legis, aut circumcisiois, quæ nō
erat, sed fidei tantum. Christus tamen Ioannis. 8. capite, ope
rum Abrahamæ meminit, dicens, Si filij Abrahamæ estis, opera
Abrahamæ facite.

3 Credidit Abraham Deo. Non hoc tantum Paulus vult di
cere, quōd Abraham dei verbis ceu expositæ fidē habuerit hi
storix, assenseritque: sed quōd se deo vero cōmiserit, & sese
totum illi crediderit.

4 ~~Et non inuenit inuenisse. Operatur inuenisse, non
operatur inuenisse.~~

5 Ei verò qui non operatur. Operantem vocat, qui suis meritis
aliquid promeretur, & operi innititur, & mereri vult: Non
operantem, cui nihil debetur operum merito. Argumētatur
autem à contrariis, quomodo deus non repēdat nobis iusti
tiam vt debitam, sed acceptā vltro ferat. Opposita enim sunt
Operari, & non operari: Merces & Gratia: Debitum & Im
putatio: hæc autem simul cōsistere nequeunt. Non dicit, qui

~~non operatur, sed solum negat merita operum.~~



6 Non in circumcisione. Enalage, seu immutatio vocum est. vsurpat enim re pro persona: Præputium videlicet, & circumcisonem, pro Abraham præputiū habente, & circumcisonē.

Circuncisio.
Gene. 17. b

Pater credentium Abraham.

Lex.
Promissio fidei iustitia.

Et signum accepit circumcisonis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam: & sit pater circumcisonis, non iis tantum qui sunt ex circumcissione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abraham. Non enim per legem promissio Abraham, aut femini eius, vt hæres esset mundi: sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni femini, nõ ei qui ex lege

In præputio ante circumcisonem.

Qui sunt ex circumcissione, qui sunt Iudæi.

Qui sectantur, & credunt.

Qui ex lege vel qui ad legem pertinet.

Exinanita est.

Abolita, Irrita.

ge

ge est solum, sed & ei qui ex fide est Abraham, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posuisti ante Deum, cui credidisti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt: qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum, sicut stel

Gene. 17. a

Viuificat, vt te pestituit. Tanquam ea quæ sunt, tanquam sint. Contra spem in, præter spem sub spe.

In re promissione, vel ad promissionem.

Confortatus, robustus. Plenissimè sciens, certus factus.

læ cœli, & arena maris. Et nõ infirmatus est in fide: nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. In re promissione etiam dei non hæsitauit diffidètiâ: sed confortatus est fide, dâs gloriâ deo: plenissimè sciens, quia quæcunque promissit, potes est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiâ. Nõ est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam: sed & propter nos quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

Gene. 13. b

Gene. 13. d
Et 15. b

Consolatur nos Paulus, Christus traditus propter peccata nostra.

Et signum accepit. Abraham accepit circumcisonem in signum pacti foederis inter Deum & populum suum, hoc signo à gentili distinctum. Hoc, inquam, accepit, tanquam signaculum, characterem, notam, & insigne iustitiæ acceptæ in præputio, seu antequam esset circumcisus, vt per hoc insigne iustitiæ in præputio, declararetur non solum pater omnium gentium credentium, sed etiâ circumcisonis non carnalis, sed spiritualis: hoc est, circumcisorum habentium vestigia si-

In præputio.

Signum.
Signaculum.

dei, quā in preputio pater Abraham habuit. Aduerte: fidei causam solemus obſignare, quod certū esse volumus, Atque ad hūc modum obſignamus, quod ad tempus sepositum, ac reconditum esse cupimus, suo loco depromendum. Alioqui videri poterat Paulus bis idē dixisse, cum paulo antē dixisset signū, mox repetens signaculum. Alterum est Græcis σημάδιον, signū, quo aliud significatur. Si quidem iam tum carnalis illa circumcisio, typum gerebat Christianę circumcissionis, quæ non auferret pelliculam à glande, sed amputat omnes noxias cupiditates à corde. Erat & signaculum, quod ad tempus tegetet mysterium post aperiendum, videlicet iustitię, quæ confertur per fidem. Potest autem aliquid esse signum, quod non sit signaculum. vt statua signum est, At annuli symbolum affixū syngraphę signaculum est. Est autem in his duabus dictionibus appositio. Eadem enim res dicitur signum quatenus declarat iustitiam ex fide, quæ erat in Abraham ante circumcissionem: & signaculum quatenus exemplo Abraham, omnibus credentibus promittebatur iustitia ex fide sine circumcissione. Annotatum est hoc diligenter ab Origene.

2 Non his tantum. In hunc sensum interpretari videntur patres: Qui non tantum sunt ex circumcissione, sed etiam incedunt per vestigia fidei &c. Vt intelligas nō esse satis, Iudæum fuisse natum, ad hoc vt sis filius Abraham, nisi eiusdem ingrediatis vestigiis, id quod est filiorum. Ab hac lectione nō recedit Origenis interpretatio, significans, ita demum Iudæos patrem habituros Abraham, si ad fidem pertinerent, quæ illi nondum circumciso, iusti cognomen conciliaſſet.

Qui filij
Abrahę.

Virtus fidei. 3 Exinamra est fides. Promissio prior est, fides ad promissionis executionem spectat. Propterea auget in cōueniens. Si ex lege esset hereditas, euacuata esset fides (qua sunt dicta) à veritate: irrita esset promissio, qua dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes: Tum quia nihil commune genibus cū lege, Ex vocabulo hereditatis colligere licet quod ad institutum pertinet. Quæ hereditate obueniunt, gratis obueniunt: nam filij à parentibus non emunt. Obuenit autē iustitia hereditate, ergo gratis datur. Item ad Galatas 3. Si ex lege est hereditas, iam non ex promissione. Sed per promissionem donauit Deus Abraham: ergo non per legem.

Operari irā.

4 Lex enim iram. Id est, lex punit. Operari enim iram, est efflicere vindictam. Hanc legis actionem probans subiungit,

Vbi

Vbi enim non est lex, nec præuaricatio: supple, imputatur ad peccatum. Quare tantum abest vt lex faciat compotes diuinę hereditatis, vt ea vna deiciat: Nam vltionem adducit. Tum iustitia pacat: lex terret, ergo non iustificat. Quod enim iustificat, pacat.

5 *Omni semini.* Semen hęc posteros dixit, ex Hebræi sermonis proprietate. *Semen.*

6 *Non ei qui.* Quidam ait, apud Græcos, Abraham videtur datui casus, vt pertineat ad pronomen ei. Id est, non solum ei Abraham, qui est ex lege peculiaris Iudæis: sed etiā ei, qui est ex fide cōmunis omnib⁹ gētibus: vt duos Abraham imaginæris in vno. Etenim vt duos facit Adam, ita duos facit Abraham.

7 *Ante Deum cui.* Id est, coram Deo cui credidit, siue ad instar & exemplum Dei, cui credidit, positus est pater, caput & origo sancti generis. Sensus Pauli est: Quæmodo dū Deus non est Deus huius nationis tantum, sed communis omnium: sic & Abraham pater omnium credentium. Disputat de eo, quod ait dominus, Ego cōstitui te, quod idem valeat, quod constitua. Sed Deo futura etiam præsentia sunt. Hęc nouissima debent legi per parenthesim. Quidam sic legit, qui est pater ante Deum, seu coram Deo, cui tu, o gētilis credidisti.

8 *Qui viuificat mortuos.* Videtur totum hoc esse explanatio eius, quod præmisit, qui est pater omnium nostrū, in hunc sensum, idque instar Dei. Nam sicut Deus mortuos, vitæ restituit, & exhibet verbo præsentia, quæ non sunt: sic Abraham fide sua, se & vxorem quasi ex mortuis in vitā reuocauit, recuperata vi generandi, quæ per ætatem iam amissa erat, consequutusque est filios, qui non solum erant, sed etiam quicūque ad finem vsque mundi in sortem filiorum Dei assumuntur. Vocandi verbum more scripturæ pro suscitare, ad exprimendam magis Dei virtutem, qui solo nutu quos vult erigit.

9 *Qui contra spem in spem.* Elegans Paranomasia est, quæ latine Agnominatio dicitur, quum aliquod nomen ex alio in significatione distante conficitur. Plurimum valet ad commendandam fidem Abraham, omni certē hominum opinione maiorem, & ad excitandum animos piorum, vt admirandā hanc patris credentium fidē dignè considerent, & suscipiāt. Est autem hic locus, iucunda vocis eiusdem traductio, tum contrariorum inter se relatio, quasi dicas: Sperabat in rebus desperatis, & cum spes non esset, tamen sperabat, sibi diffidēs

Paranomasia
sua.

Deo fidens. Atque ea demum deo gratissima fiducia, quoties destituti nostris opibus, totipendimus à Deo. Sic enim expeditè distinguit beatus Chryostomus præter spem humanam in spe Dei. Spem autem Dei vocat, quã habebat in promissis Dei, credens se fore patrem multarum gentium.

10 *Et non infirmatus.* Causæ erant ut fides Abraham infirmaretur: hoc tamen nõ est passus, sed magis est roboratus. Paulus firmam & infirmam fidem dicit: Dominus verò in Evangelio parvam & magnam pronuntiat. Roborari, seu firmari fide, est vi spiritus sancti persuasionem promissionis, aut eiusmodi intendi, reddique plenior.

Roborari fide.

11 *Emortuam vuluam.* Id est, maricem (qua concipitur) effectam & sterilem.

12 *Non est autem scriptum.* Hic locus egregiam affert consolationem. Spiritus sanctus noluit tantum scripturis ostendere, quomodo Abraham duntaxat sit iustificatus: quin potius quomodo omnes homines iustificari possunt. Est enim Abraham pater, & exemplar omnium credentium. Sciant ergo homines sic se diligi, & iustos reputari, sicut testatur Deus se diligere, & iustificare Abraham, & quòd in illo proposita sunt testimonia veri & magni amoris: id eo factum est, ut sciamus nos similiter diligi, & exaudiri.

13 *Traditus est propter.* Rogabit forsan quispiã: Quo pacto acquisita est nostra salus? Respondet Paulus, Christus volens traditus est Iudæis, & mortem volens obiit, innocens & purus, interimens veterem Adam, & se offerens Deo pro nobis omnibus, etiam inimicis & peccato plenis: exauditusque est pro sua reuerentia. At quum innoxius esset, & purus, detineri non poterat à morte & inferno. Quò fit, ut gloriosus & triumphans resurrexerit. Huius mysterij beneficium cõcedit omnibus in se credentibus, Nèpe hæc viuã fides, applicatio est huius tanti beneficii mortis & resurrectionis Iesu Christi. Quæ idem in nobis efficiunt: hoc est, à peccato liberant. Sed significatione diuersa videntur: Nam mors Christi ostendit moriendum esse peccato, carni & concupiscentiis. Resurrectio autem indicat nouam creaturam in nobis, & ambulandum esse in nouitate vitæ, in qua ambulantes afflamur spiritu illo diuino: hoc est, spiritu Christi. Christo enim adherentes, Christo incorporamur, ipsi viuimus, eius membra sumus: ipse caput est nostrum, dans nobis vitam & iustificationem nostram

nostram, cuius vim & efficaciam sequenti capite Paulus explicabit. Aut morte percussus est, ut in persona peccatoris peccati miseria defungeretur, & precium pro peccatis esset: quia Deus voluit aliquam victimam pro peccatis, nulla placuit, nisi hostia filij. Resurrectione autem, in vitæ regnum exaltatus est, ut iustitiam ac vitam suis largiretur.

CONCILIATIO.

Quare Paulus dixit, Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Et præcedete capite: Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis: pugnantiam habere videntur cum his quæ Iacobus secundo capite dicit: Abraham pater noster, nõne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Et sequitur, Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? Similiter & Raab meretrix nõne ex operibus iustificata est, suscipiens nuncios, & alia via eiiciens? Pugnantia nulla est. Duæ sectæ olim erant: Prima confidentium in operibus, ut quæ sola (sententiã eorum) sufficerent ad iustificandum. Secunda confidentium in fide sola, citra charitatem, nihil opera curantium. hanc confutat Iacobus Apostolus. illam Paulus. Er tu (si spiritu sapias) neque in fide sola, neque in operibus solum externis, sed in Christo & obseruatione mandatorum eius confide: & primas partes adsequendæ salutis à Deo, fidei viuæ quæ per dilectionem operatur, tribue. ut fructus qualis est arbor, indicat: ita & opera externa bona, sunt signum & fructus viuæ & fructiferæ fidei. Carètia verò operum signum fidei ociosæ & emortuæ, & contraria opera ut fœtor quidã horribilis ex mortuo dum cadauere iam exhalans. Quòd si diligenter consideraueris Iacobum, agnosces Abraham ex fide charitati iuncta, nõ ex operibus præcedentibus illam fidem, (donum enim Dei est, & non ex operibus, ut ne quis gloriatur, Eph. 2.) iustificatum. Et suppleta est scriptura dicens (ait Iacobus) Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Vide quomodo iustificationem est consecutus ex fide, quæ quoniam ociosa esse nequit, Cor. 13. ideo ipse fructum & ramos opera dicit. Sed quia ex his Abraham iustificatum paulò ante dixit, accipienda est iustificatio (ut do cuimus primo cap. huius epistolæ in dictione) pro ea quæ iã accepta fide in iustitia, seu iustificatione proficimus: & iã per

Concilium

Ios. 6. & 2. a
Duæ sectæ
olim de fide
& operibus.

Concil. 2.

Concil. 3.

Luce. 11.

fidem gratis iustificati, rursum iustificamur: id est, amplius iusti efficiamur. Quod maxime nobis, expressit Ioan. Apoc. 23. Qui iustus est, iustificetur adhuc. Hæc opera meritoria sunt, non ex dignitate operum nostrorum ex se, sed ex gratia Dei illis coniuncta, & ex benignitate Dei, ita nobiscum pacificetur. Et ut paucis absolvam, in vno eodemque facto Beati Abraham, Iacobus operum eius magnificentiam, Paulus fidei constantiam laudavit. Nec tamen discrepant, diuersamque Iacobus protulit Paulus sententiam. Sciebatur enim ambo quia Abraham & fide & operibus erat perfectus, & ideo quisque eorum in eo magis virtutem predicauit, qua suos auditores amplius indigere perspexit. Legito venerabilem Bedam in 2. ca. Iacobi.

HÆC SENTENTIA, Ei verò qui non operatur, crediti autem in eum, qui iustificat impium &c. pugnantiam in se habere videtur. Qui fieri enim potest: Credat quis non operans? Credes amat, sit igitur ut amando operetur. Respondet, Hoc loco Paulum nihil aliud persuadere, quam fidem hanc qua iusti efficiamur, non esse ex aliquo opere nostro præcedente, & hanc fidem efficientem. In hac fide docuimus in dictione primi cap. primum motum bonum, esse liberi arbitrii à Deo, & non ab opere, & merito nostro. Quare fides hæc datur etiam non operanti, qua accepta iustificatur. Vide scholium supra.

QUOMODO Paulus asserit Abraham neque considerasse corpus suum emortuum, neque hæsitasse diffidentiam, cum Genesis 17. dicatur, Abraham audita promissione filij ex Sara, cecidit super faciem suam, & risit, & dixit in corde suo: Numquid centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Ex his facile coniecere licet, Abrahamum tum considerasse, tum hæsitasse. Abrahamum ab initio illius reuelationis, non per ceperat reuelationem esse asseruiam: propterea animo reuoluit, disceptauitque (ad sit reuerentia verbo) de impedimentis naturæ tam in se, quam in Sara. Sed considerans, quam potes esset Deus, dicens: Verè Sara vxor tua pariet tibi filium: neque considerauit, neque hæsitauit, sed statim credidit. Quare dictum Pauli referendum est ad tempus completæ reuelationis. Aut dicit: Non hæsitauit diffidens de promissione Dei, sed apud se cogitabundus erat de modo conceptus: sicut virgo non dubitauit de his quæ Angelus Gabriel nunciavit, sed sollicita fuit de modo conceptus dicens: Quomodo fiet istud quoniã virum non cognosco. Et respondens angelus &c.

Dictio

DICTIONE.

DARE gloriam Deo, in scripturis idem valet, quod deferre Deo debitum honorem. Cum forte diuina deprehensus esset Acham ille filius Charmi, Iosue 7. qui tulerat de anathemate Iericho, dictum est illi, Fili mi, da gloriam Deo Israël, & confitere: id est, Defer honorem Deo, & agnosce eum sorte hac sua verum: & sicut is sorte sua te manifestum fecit, ita fateare te illum esse, qui de anathemate, sustulit. Ad eundem modum cum sacerdotes Philistinorum consulerent sarapis suis, 1. Reg. 6. cap. arcam Dei cum muneribus remittendam in suum locum, dicebat: Et dabitis Deo Israël gloriam, hoc est, agnosceis virtutem eius, debitumque honorem deferetis. Abraham hoc loco dedit gloriam Deo, hoc est, promissionibus diuinis non diffidit, sed veracem eum in illis credidit, etiam contra spem humanam in spe Dei promittentis.

ACCEPTUM ferre, est, pro accepto habere quod non acceperis: quæ apud Iureconsultos vocatur Acceptatio. Accepto fert, hoc loco, id est, imputat, siue acceptum fert.

EMORTUUM hic vocat effectum, ne quis eum iam cadauer fuisse putet, sed inualidum senio, non simpliciter, quoniam ex Cethura filios postea sustulit, sed hæc tunc emortuum, ut citra opem diuinam, non posset gignere ex anu & vetula prouecta ætate.

Fide, spe, & charitate, filij Dei confituiamur. CAP. V.

Habeamus, Vel habemus?



Iustificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum, per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Non solum autem: sed & gloriamur tribulationibus: sciētes, quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò spem: spes autem non confundit: quia charitas Dei

Confundit, Pudet facit.

Dare gloria Deo.

Acceptum ferre.

Emortuum.

Fides. Pax. Gratia. Ephes. 2. d

Iacob. 1. a Patientia. Probatio.

Spes. Charitas dei

Hebr. 9. d
1. Pet. 3. e

diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Vt quid enim¹¹ Christus, cum adhuc infirmus¹² essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto¹³ quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori.

1 *Iustificati.* Incipit Apostolus ab effectis illustrare id, quod de fidei iustitia haecenus asseruit.

2 *Pacem habeamus.* Quidam legunt, Habemus: insinuantes pacem primum esse iustificationis fructum. Aliis placet Habeamus: quasi dicat Paulus, nequaquam vltra peccatum, quin potius pacem cum Deo conciliemus, & vitam hanc ita degamus, ut illum oblectet: hoc fiet, si sequamur mandata eius. Sequemur autem duce Iesu Christo, carnis & mundi tyrannidis victore, nobis opere simul & opere praestituro. Qui si fortasse longè à Deo absumus, per fidem in hunc ducem Iesum Christum reconciliabimur. Is enim accessus est ad patrem. Christus ergo non abs re dicitur accessus seu aditus, via, & ostium ad patrem. Pacem vocat quæ conscientiam tranquillam reddit ac serenat, cum sentimus nobis poenitentibus propter Christum remissum esse peccatum nostrum, & nos habere placatum patrem. Itaque nos si si tunc promissionibus Christi, credimus nobis poenitentibus remissum peccatum. Iam credentes non dubitamus. Hoc ipsum enim hic locus indicat. Similiter & symboli articulus, credo remissionem peccatorum, quæ fit cum baptismo, tum poenitentia. At conscientia dubitans est veluti vento agitata, & ob id inquieta, quam erigere oportet fiducia ex charitate contra dubitationem.

3 *In gratiam istam.* Gratiam vocat conditionem istam filiorum Dei, quæ per Christum contingit: seu gratiam iustificationis, quæ in Christo iacet.

4 *In qua stamus.* Dubium est, an qua relatiuum referat gratiam, an spem. Beatus Ambrosius videtur ad fidem referre, cum ait: Christus enim est arbitrer Dei & hominum, qui nos doctrina sua erigens, sperare fecit donum gratiæ Dei, stantes fide eius. Ideo stantes, quia prius iacuiimus: credentes autem erecti sumus, gloriantes in spe claritatis quam promissit Deus nobis.

5 Et

5 *Et gloriamur.* Iste est fructus iustificationis in nobis, gloria: mur in spe videndæ gloriæ Dei, hæc gloriatio non solum gaudium illud & animi exaltationem, quæ cœlestem illam gloriam certo expectamus significat: sed etiã hilaritatē & animi alacritatem, quæ iam gaudemus de tali spe habita per Iesum Christum: ut coheredes & confedentes nos iam aliqua ex parte in cœlestibus agnoscamus. Imò iactantiã quandã & comendationem magni nominis, quæ tantæ domui & familiæ adscribimur. Aut gloriã intelligit comunicatã diuinitatē, veram & magnificã præsentiam Dei, ut supra docuimus. Pulehrè dixit gloriæ Dei (ut quidã legunt) absque genitui o filiorum. Gloria Deo est, promissa largienti. Cum enim promissa eueniunt, efficiunt eum qui promissit celebriorem, glorificantque.

6 *Non solum autem.* Occupatio est. Obiceret aliquis fortasse per ludibriũ: Christianos hinc cum sua gloria miris modis verari & ceteri, quæ conditio longè abest à felicitate. Respondet, non tantum nihil impediri pios calamitatibus, qui minus gloriantur: sed eorum quoque gloriã ex pressuris promoueri. Vbi-
cunque enim profectus est salutis, illic non deest gloriandi materia. Tametsi mundus iudicat, afflictiones esse signa iræ Dei: tamen pij, & fideles sciunt esse signa bonæ voluntatis Dei: & obedientiam in afflictionibus esse nouum cultum Dei. Re ipsa ergo gloriam habemus non tantum speratã, sed presentem. Quæ est illa? Afflictiones pro fidei defensione.

7 *Tribulatio patientiam.* Tribulatio patientiam operatur, si tribulatio ipsa (ait Ambrosius) motum non patiatur infirmitatis, aut dubitationis. Hæc gloriatio in afflictionibus est fructus iustificationis. Donec morimur hæc vita est perpetuum certamen, & caro subiecta est afflictionibus, vt reliquæ peccati mortificentur. Neesse est sciamus, nos non affigi casu sed certo Dei consilio: non vt Deus nos perdat, sed vt reuocet nos ad poenitentiam, & ob id afflictiones esse signa bonæ voluntatis Dei in nos. Item intelligamus, indignationem & impatientiam esse peccata. Quare opus est obedientia Christiana, & inuocatione, qua auxilium petimus & expectamus, iuxta illud Psal. 80. In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis.

8 *Patientia autem probationem.* Scriptura vocat probationem eam explorationem qua Deus immixtis aduersis velut periculum facit, & sumit experimētum de fide suorum: de quo Psal. 66.

d iij

Gloriatio non solum

Tribulatio.

Probatio.

Christus accessus noster ad Deum patrem.

Probasti nos Deus, igne examinasti nos, sicut examinatur argentum. Similia habentur Hieremiæ 2. Zachariæ 13. & multis aliis locis. Quæris quare ista sanctorum examinatio & exploratio fit? Reuera fit, vt cum ipsi, tum aliis certius cognoscant, & quàm nihil sint ex se omnes mortales, & quantis à Dei bonitate dohentur. Beatus Ambrosius, causam cur gloriantur in tribulationibus, hanc scribit esse: Quia tribulatio augmentum faciat præmij: Sicut non cedere malis, spe futurorum, magni meriti est. Index enim fixæ spei tribulatio est, quæ testimonium perhibet ad coronam. Hinc itaque tantò plus accepturum se credit Christianus, quantò in tribulatione se viderit fortiohem. hæc Ambrosius. Patientia Christiana ost obedientia, quæ præstatur propter Deum in aduersis: ad quam accedit fides, spes, & expectatio auxilij. Obserua hoc loco gradationem, qua veluti per gradus itur ab aliis ad alia, ita vt proximum verbum repetatur, vt apud Ciceronem: Secundæ res pariunt negligentiam, negligentia temeritatem, temeritas cuertit homines. Similiter, tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem.

Confundere. 9 *Spes autem non confundit.* Id est, non pudefacit, aut pudore afficit, aut non frustratur sperantem. Gradatione vtitur Paulus hoc loco, multum faciente ad iucunditatem orationis. Vide Augu. de doct. christ. 4. cap. 7.

Effundere. 10 *Quia charitas Dei.* Diffusa, id est, effusa: vt intelligas largiter effusam. Eleganti vsus est metaphora effusionis, in qua est exuberatùs diuinæ dignationis significatio. Ad id enim solet effundèdi verbù in scripturis transferri. Esa. 44. cap. Effundã aquas super sitientem: & fluenta, super aridã. In quo tamen etiã fecunditas significata est. Ioël. 2. Effundã de spiritu meo super omnẽ carnẽ. Idem apud Zachariã 12. ca. Hæc charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, est dilectio, qua diligimus Deum: & donum Dei est, cum quo datur & nobis spiritus sanctus, imò seipsum nobis dat merito Iesu Christi, qui ascendens in altũ dona dedit hominibus. Et, Ego si abiero, mittam ad vos spiritum paraclætum. Colligamus ex his: Spes non confundit, quia promissio est certa, & rata, in qua apprehendimus dilectionem Dei erga nos.

Ioan. 16. b

11 *Vt quid enim.* Ad quid enim supple, ne spes confundat. Amplificatio est, quæ colligit signa, & testimonia, quòd Deu s

Deus non diligit.

12 *Cũ adhuc infirmi.* Hanc partem secundum tempus, alij ad nostram infirmitatem, alij ad mortem Christi referunt, qui idoneo tempore, & à patre præscripto, mortem oppetit. Ad tẽpus enim mortuus est, quia tertia die resurrexit. In hac sententia sunt Origenes, Ambrosius, & Theophylactus. Si referatur ad infirmos, mitigat quod dictũ est, quasi infirmitas illorum tempori fit imputanda, quo nondum apparuerat gratia Euanglij. Et hoc ex more Pauli esse videtur, vt temporis rationem infirmitati & impietati nostræ tribuerit. Lystrẽsibus enim Lucas Act. 14. cap. dixisse scribit: Annunciantes vos bis, ab his yanis cõuerti ad Deum viuum, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt: qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et ad Athenienses Act. 17. cap. Et tempora quidem huius ignorantie despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbique pœnitẽtiã agant. Et ad Ephes. 2. de hoc eodem infirmitatis tempore ait: Propter quod memores estote, quòd aliquando vos, qui gẽtes eratis in carne, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circũcisio in carne manufacta, qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israël, & hospites testamentorum, promissionis spem nõ habentes, & sine Deo in hoc mundo. Item in eadem epistola cap. 3. De mysterio Christi, quod in aliis ætatibus non innotuit. Ergo quod ait, Secundum tempus, videtur hunc sensum in se habere: Cũ adhuc tempus esset ignorantie, cũ annus gratiæ nondum illuxisset, & nos Deo adhuc alieni essemus: Christus morte sua ignorantiam istam & cæcitatem depulit, diemq; salutis exoriri fecit: vt à tempore, in quo tenebrę impietatis omne humanum genus oppresserant, nostram miseriam grauiorem fuisse ostendat: indeq; redemptionis nostræ beneficium faciat augustius.

Infirmitatis tempus.

13 *Vix enim pro iusto.* Amplificatio est à cõparatione. Si quis iure mortem demeritus est, vix patiẽter feret. Nam pro aliquo magno bono, & magna aliqua vtilitate cõsequẽda, forsitan se aliquis ausit morti opponere. Addit Forfan, nam eos qui pro patria & pro amicis legũtur se in certam mortẽ obtulisse, vt Curtius, Decij, Codrus, Philenij fratres, & similes, eos plurimũ etiã rãti nominis gloria impulit. Sed fac vt nihil detur gloriæ, sed solus amor patriæ vel amicorũ obiciatur:

d iij

quotus (quæso) reperitur, qui hoc solo ductus amore, mortē oppetere voluerit? Ne vnus quidem offenderetur: tantū abest, vt pro inimico lubens mortem oppetierit: quod fecit Christus, qui flagrantissimo amore pro nobis tum impiis, tum inimicis sanguinem fudit, mortem volens subiit. Iustum & bonum, per Heterosim, rem iustam & bonam significat. Origenes vtroque modo edisserit, pro iusto viro, & iusta causa.

*Charitas dei
in nobis.
Mors Christi,
vita.*

Commendat¹ autem charitatem suam Deus in nobis: quoniā si cū adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christi pro nobis mortuus est, multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cū inimici² essemus, recōciliati sumus Deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Non solum autem³, sed & gloriamur in Deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc recōciliationem accepimus. Propterea sicut⁴ per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit⁵, in quo omnes peccauerunt. Vsq̄ ad legem⁶ enim peccatū erat in mundo. Peccatum autē⁷ non imputabatur, cū lex non esset: sed regnauit mors ab Adā vsq̄ ad Moysen, etiam in eos⁸ qui non peccauerūt, in similitudinē prauaricationis Adā, qui est forma⁹ futuri.

*Gloriari in
Deo.
Adam &
Christus con
feruntur.*

¹ *Commendat.* Confirmat Deus, id est, certissimam, ac solidissimam erga nos charitatem suam declarat, quod impiorū causa Christo filio nō pepercit. In hoc enim apparet eius in nos dilectio, quod amore non prouocatus, spē nos prior dilexit. Vt ait Ioannes.

*Secundum
tempus mor-
tuus, Qui
tertia die re-
surrexit.*

2 Sic

² *Sic enim cū inimici.* Declarat superiorem sententiam argumēto à comparatione vitæ & mortis sumpto. Cū Christus se medium opposuit ad propitiandum patrem, inimici eramus: nunc sumus amici per eius reconciliationem. Si morte id effici potuit, vita multo erit potentior & efficacior. Ista sunt, que salutis fiduciam animis nostris confirmant.

³ *Non solū autem.* Non solū autem, subaudi, gloriamur in tribulationibus, sed etiā gloriamur, quod Christus omnino pro nobis mortuus est, cū impij essemus. Recōciliationem hoc loco assertionem dicit, qua nos Deus in libertatem asseruit, qua item per Christum Deo patri irato antehac nobis, recōciliati sumus. Propterea gaudemus & gloriamur, qui ex impijs & inimicis per Christum amici facti sumus. Non gloriamur, non placemus propter propriam dignitatem, sed in Deo gloriamur: hoc est, sentimus nos habere gloriam, ac iustos esse per misericordiam Dei propter Christum.

Recōciliatio.

⁴ *Propterea sicut per vnum.* Hic locus videtur desumptus ex Gene. 3. cap. Dixit enim dominus, Quacūque die comederis ex hoc ligno, morieris. Edit autē, ergo mortuus est, non vti que corporaliter, ergo iuxta animam: quāuis & suo tempore mors quoque corporea sequeretur. Huc videtur spectare Pauli consilium, vt causas peccati abducat, imò & vniuersum genus humanum sub mortem concludat, in hoc vt vitam nō nisi ex vnico speraremus Christo. Nam vt Adam prima sua creatione, tā sibi, quā posteritati, diuinæ gratiæ dotes acceperat: sic à domino excidendo naturam nostrā in ipso corruptit, vitiauit, deprauauit, perdidit. Abdicatus enim à Dei similitudine, semen nisi sui simile gignere non potuit.

⁵ *In quo omnes peccauerunt.* Ne quis vel insanus, iniustitiæ insimulet Deum, quod ob Adā delictum nos moriamur, ait, in quo omnes peccauerūt: perinde, quasi dicat, Ipse qui de principium præbuit & causam: peccauimus & ipsi nos. Aut peccauimus in Adam tāquam in massa: ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Per hūc intrauit peccatum in mundum, non solū imitatione, sed etiā propagatione, id est, per carnis originem vitiatam. Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.

⁶ *Vsq̄ ad legem enim.* Quatenus lex viguit, viguit & peccatum. Dubitari poterat: An ne ante legē, seu Mosen, esset peccatum? Ideo respondet Paulus, non absolui peccati damna-

tione eos, qui ante legis promulgationem sceleratè ac flagitiosè vixerunt. Semper enim fuit Deus, cui cultus deberetur: semper fuit aliqua iustitię regula. Sensus est, vsque ad legem, id est, etiam cum lata est lex Moysi, tamen mansit peccatum. Lege enim neque peccatum, neque mors tollitur.

7 *Peccatum autè non imputab.* Peccatū ipsum hic dicit, quod ex præuicatione Mosaicę legis, eiusq; præceptorum constat: qualia sunt, Oportere circūcidi, Sabbatum sanctificare, Hęc deinde manducari, ab illis verò temperari. Nam peccatum cuiusmodi est furtum, raptus, homicidium, & huiusmodi, ipsi humanę naturę cum cognitum erat, tum imputabatur. Huius rei testes sunt Cain, Lamech, Sodomitę, & similes. De hisce nãque peccatis lex erat cordibus hominum insculpta. Sunt quibus placet Paulū voluisse exprimere hoc loco quid peccatum ante legē valuerit. Dixit ergo: illud fuisse in mundo, hoc est, totum occupasse mundum, omne hominum genus sine discrimine, vsque ad id tempus quo lex Hebręis data est. Et cum ait, Peccatum autem nō imputabatur: videtur occupatio cogitationis huiusmodi. Quomodo peccatum erat in mundo, cum nulla esset lex, contra quam peccaretur? Respondet ergo Paulus: Erat omnino peccatum in mundo, sed fateor publicè non imputabatur, non arguebatur, non puniebatur: maximè omne peccatum, & illa peccatorum radix concupiscentia, contra Deum verum regnabat plenè, & nemine solidè contradicente, obtinebat animos hominum, eoq; mors regnabat in omnes vsque ad Moysen. Nã lex illa naturę, quę alioqui peccato reclamatione, cum nullā externa legis admonitione fulciretur: propter innatam quandam vim libidinum & deprauatarum opinionum assultū, sic oppressa erat, vt homines iã absque vllō pudore in quoduis flagitiū & scelus præcipitarent, atq; ad eò in his õbrutescerent, vt omnem Dei reuerentiã, iudiciūq; diuini meritū, animis prorsus excuterent. Iam vt Paulus Ephes. 4. cap. dicat: Hoc igitur dico & testificor in domino, vt iã nō ambuletis, sicut & gentes ambulat, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratū habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantia, quę est in illis, propter cęcitatē cordis ipsorum, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitia, in operationem immunditię omnis, in auaritiã. Beatus August. lib. de Nuptiis & concupiscentia. 2. cap. 17. & contra Iulia. lib. 6. cap. 2. Istud

NON

NON IMPUTABATUR, intelligit de imputatione legis quę solidam peccatorum cognitionē in hominibus excitat.

8 *Etiã in eos qui non ege.* De infantibus & paruulis hic locus videtur intelligendus, qui nullius peccati actualis rei, originali vitio percant. vt confirmet primam propositionē Paulus, Omnes esse sub peccato, Dicit mortē regnasse etiam in eos qui non peccauerunt, secundum similitudinem transgressionis Adę: id est, infantes etiam morti subiectos esse, tametsi non habeant actualia peccata. Si enim infantes sunt subiecti morti, ergo habent quoddam peccatum, quia mors intrauit per peccatum in mundum. Est igitur aliud peccatum, præter actuale, quod vocant originale.

9 *Qui est forma futuri.* Quia sicut Adã origo est mortis nostrę, ita Christus nostrę vitę: & sicut proprio Adę peccato, vel sine vllō nostro proprio demerito morimur: ita per gratiam Christi sine vllō nostro proprio merito, primò iustificamur, siue primam consequimur iustificationem.

FORMA, per similitudinem: quia sicut Adam est caput & vir Euę, ita Christus caput & sponsus Ecclesię. Sicut in Adã omnes generati, sic in Christo, omnes regenerati. Sicut Adã de terra virgine, & nō maledicta, sic Christus de Maria virgine benedicta. Origenes & Ambrosius scripserunt, iuxta genus constare similitudinem, iuxta speciem constare dissimilitudinem & repugnantiam. Vt ab Adam quiddam dimanauit in omnes, ita & à Christo, hic genus est. Cæterū ab illo mors & peccatum, ab hoc innocentia & vita, hic species est. Non defunt, qui aiunt, dictionem Futuri, absolutè sumi neutro genere, vt referatur non ad posteriorem Adam, seu Christum: sed ipsum peccatum quorumlibet imitatum parentem Adã. Is enim fuit exemplum peccandi posteris.

Sed nō sicut delictū, ita & donum. Si enim vnus delicto, multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donū, in gratia huius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex vno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iustifica-

Iudiciū, con
demnatio.
Ex vno, peccato.

Donū et gratia Dei.

tionem⁴ Si enim vnus delicto⁵ mors re-
gnauit per vnum: multo magis abundan-
tiam gratiæ & donationis & iustitiæ ac-
cipientes, in vita regnabunt per vnum
Iesum Christum. Igitur sicut per vnus
*Iustitia Chri-
sti.* delictum, in omnes homines in condem-
nationem: sic & per vnus iustitiam in o-
mnes homines in iustificationem vitæ.
Obedientia. Sicut enim per inobedientiam vnus ho-
minis, peccatores constituti sunt multi⁶
ita & per vnus obediendum, iusti consti-
tuentur multi. *Lex.* Lex autem⁷ subintravit, vt
abundaret delictum. Vbi autem abunda-
uit delictum, superabundauit & gratia⁸
vt sicut regnauit⁹ peccatum in mortem:
ita & gratia regnet per iustitiam in vitam
Gratia.
Vita æterna æternam, per Iesum Christum Dominum
nostrum.

¹ Sed non sicut delictum. Tres collationes eleganti ordine se
consequentes Paulus exprimit. Ex prima simpliciter ostendit
Apostolus beneficium Christi plus præstare ad seruandum
nos, quam potuerit peccatum Adæ ad perdendum nos. Seu
non adeo efficax est delictum Adæ, vt donum Dei. In altera
explicat, in quo beneficium Christi plus præstiterit ad salu-
tem, quam peccatum Adæ ad perniciem. Nempe quod Adæ
per vnum peccatum plurimos perdidit, Christus autem non
ab hoc vno tatum, sed ab omnibus peccatis liberat, adducens
ad iustificationem & perfectissimam & plenissimam. In ter-
tia declarat quanta sit hæc iustificatio, & quid conferat, id
scilicet vt sancti regnent in vita, hoc est vita Dei fruantur
iure plenissimo, & possessione certissima, atque consumma-
tissima: quia in æternum. Huius loci videbitur fortassis expla-
natio interpretatio: Quia Christus Adamum superat: huius
peccatum illius vincit iustitia; huius maledictio illius obrui-
tur gratia; ab hoc mors profecta, illius vita absorbetur.

² Nam

² Nam iudicium quidem. August. de nuptiis & concupisc. ad
Valerium lib. 2. cap. 27. palam asseuerat. Ex vno supple peccato,
sentiendum non ex vno, supple homine. Vt respondeat
ad id quod sequitur: Gratia autem ex multis delictis. Vt intel-
ligamus vnum peccatum sufficere ad condemnationem vniuersi
generis humani: gratiam autem vnã ad vniuersa peccata
delenda. Idem adfirmat aduersus Iulianum Pelagianum, lib. 1.

³ In condemnationem. Supple, mors peruenit,

⁴ In iustificationem. Supple, gratia peruenit. Itaque sicut per
vnus delictum irrepit peccatum ad condemnationem, ita per
vnus iustitiam, ingressa est salus ad iustificationem omnium.
Communem omnium gratiam facit: non quod ad omnes ex-
tendatur re ipsa. Nam etsi passus est Christus pro peccatis
totius mundi, atque omnibus indifferenter Dei benignitate of-
fertur: non tamen omnes apprehendunt.

⁵ Sicut enim per vnus. Explicat primum hominis peccatum
seu lapsum, vnde malum venit in omnes homines ad condem-
nationem. Tum quid hoc ipsum malum sit, quod à primi parētis
peccato cunctos mortales inuasit. Et ait, Lapsum illum fuisse
primi hominis inobediētiam, malum autem hoc, eam peccati
communem, qua merito condemnantur omnes, quippe
peccatores. Per vnus, inquit, inobediētiam (ecce lapsum
vnus hominis) peccatores constituimus multi (ecce peccati
communio). Hanc verò peccati comunem Adam post-
ris subministravit: quia occulta tabe carnalis concupiscentiæ
sua, tabificauit in se omnes de sua stirpe venientes. Hæc ex
August. lib. 1. de peccatorum mer. & remiss. cap. 9.

⁶ Constituti multi. Multi, perinde valet hoc loco, atque
Omnes.

⁷ Lex autem. Quia dixerat superius, ante publicatam legem
peccatum fuisse iustitiæ transgressionem: dicit aliquis, Quo-
rum igitur opus lege? Respondet: Lex obiter irrepit vt abun-
daret delictum. Coniunctio *ita*, id est, vt: non est posita hic,
vt rationem reddat: verum vt quod accidisset in dicaret, po-
suit hic, iuxta proprietatem linguæ pro consequens. Non
enim in eum finem sancita est lex ac data, vt peccatum facer-
et abundare: verum data est, vt nos seruet, & erudiat. Atqui
non obseruata auxit peccatum, non quod per propriam na-
turam peccatum augeat, sed per fociordiam eorum, & trans-
gressionem, qui ipsam non obseruant.

8 *Superabundavit gratia.* Vehementer, ac supra modum abundavit. Nō enim à peccatis nos tantummodo liberavit, sed innumera etiam bona largita est. Quò magis eminet & sc̄uit peccatum, hoc magis elucet eius beneficium, qui à peccato liberavit.

9 *Vt sicut regnavit peccatum.* Peccatum, regis instar, Mors vero militis, & ministri in morem fuit. In morte, id est, per mortem, regnavit: hoc regnum expugnatur & deiicitur, regnante gratia per iustitiam in vitam æternam. Quod regnum tum est, cum nos spiritus Christi totos tenet, ac ita fructibus iustitiæ implet, vt dicere possimus, Non vivo iam ego, vivit verò in me Christus. Hoc regnum Dei & Christi est, & advenire quotidie, & augeri precamur: idque regnat, per Dominum nostrum Iesum Christū. Origenes putat sub mortis nomine diaboli posse intelligi. De morte tamen corporali interpretatur, disputans de Enoch à morte subducto. Beatus Ambrosius putavit ad animi mortem referendum sensum.

CONCILIATIO.

Prima. CUM PAVLVS ait, Iustificati ex fide pacem habemus ad Deum: videtur aduersari Christo dicenti: Non veni pacem mittere, sed gladium. Rectè distinxerunt, qui duplicem pacem tradiderunt, externam videlicet, & internam. De interna hic loquitur Paulus, quæ est animi & conscientiæ tranquillitas. Est & quædam bona pax externa, quæ est bonorum consensus & concordia. Est & alia, quæ est impiorum securitas nihil veritatis nomine volens pati, & voluptates amans: hanc Christus se daturum suis negat.

Secunda. PAVLVS asserens sanctos gloriari in afflictionibus, non videtur adhærere multis locis sacre scripturæ, pronunciantibus, sanctos magna animi ægritudine queri & tritari. Matt. 26. cap. Tristis est (ait Christus) anima mea vsque ad mortem. Luc. 22. Apparuit autem illi angelus de cælo cõfortans eum: Et factus in agonia, prolixius orabat: Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrētis in terram. Et in cruce clamabat, Deus deus meus vt quid dereliquisti me? In his nihil gloriationis videtur esse. Huiusmodi multa sunt suspiria, multæ tribulationes virorum sanctorum apud prophetas & psalmos expressa. Ad hæc respõdet beatus Thomas in Matthæi: Quia tristitia inest ex hoc quòd caremus eo, quod naturaliter amamus. Anima naturaliter vult vniri, & istud fuit in ani

ma

ma Christi, quia comedit & bibit & esurit. Ergo separatio erat contra naturale desyderium. Ergo separari erat ei triste. Sed referendo mortem ad finem, Christus in parte superiore gaudebat. hæc Thomas. Aut si maus dicit: hominis cognitio à sensibus venit, horum apprehensionem sequitur cupiditas, & affectatio, vel fuga, & depulsio, secundū quod res apprehensa sentitur naturæ nostræ consentanea, vel dissentanea: Istam verò appetitionem & auersionem à sensibus ortam, consequuntur reliqui affectus. Et iuxta hanc appetitionem (quæ naturalis est) est quædam tristitia, quæ est in Christo & sanctis membris eius. Sed quia ratione & pollemus & excellimus, quæ de iis (quæ naturæ nostræ amica vel inimica sunt) altius iudicat, vt sæpe vtile id esse, & expetendū deprehendat. Quod quia dolorem infert corpori, sensibus iudicatur inutile, & fugiendū: sequitur autem rationis iudiciū sua appetitio, & detestatio: accidit sæpenuero vt à quibus appetitus sensus abhorret, ea voluntas iudicium rationis sequuta vnice expetat, & in eis gloriatur. Gloriantur iuxta rationem & spiritum in afflictionibus, quas sensus & caro fugiunt.

Tertia. PAVLVS hic se peccatoribus, ac impiis, Dei hostibus adnumerans, Quoniam (ait) cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, &c. sequitur, Si enim cum inimici essemus, &c. aduersari videtur ei, quod ad Galat. secundo ait, Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Nihil pugnantia offendes in his locis, si agnoueris Paulum hic se annumerasse inter peccatores, seu ex massa illa peccatrice ex Adæ peccato. Sed Galatis scribens, vult se Iudæum ostendere: & non gentilem peccatorem, seu non idololatria ductum, vt gentilem. Cū ergo se inter impios & peccatores adnumerat, ostendit conditionem in quam natus erat, & in qua vixerunt maiores eius, priusquam à Deo in populum sanctum eligerentur. Consideravit item se hoc loco in ea sorte & cõditione, in qua omnes sumus, ante perceptum fructum mortis Christi. Præcipuè sese inter peccatores adscribit, vt Romani, & alij qui hæc legerent, eius exemplo inuitati pressius intuerentur, atque agnoscerent plenius, ex qua essent perditione, per dominum Iesum Christum erepti. Quòd autem sese talem agnouerit, manifestum est ex. 2. ad Ephesios. 3. ad Titum. 1. primæ ad Timoth. 1. & aliis pluribus locis.

RCCLESIASTICVS capite. 25. dicens: A muliere ini-

Concil. 4.

tium factum est peccati: & per illam omnes moriuntur: aduer-
satur Paulo hic enuncianti. Per vnum hominem peccatum
in hunc mundum intravit. Et, In quo omnes peccauerunt.
Hunc vnum hominem beatus Ambrosius intelligit Eua, qui
cui nomen Adam, id est hominis, æquè ut viro tribuitur. Ori-
genes Adam virum intelligit: nam et si per Eua peccatum
cœperit, ut quæ primum seductioni Satanae cesserit, viro ta-
men tribuitur in scripturis successio: Peccatum autem cum
successione in orbem propugnatum est. Qualis iam erat A-
dam, ubi legem dei transgressus est, peccato captivus, tales ge-
nuit posteris. Quid autem si per vnum hominem, vtriusque,
virum & mulierem intelligamus, sicut scriptura vtrunque cõ-
iunctim Adam, id est hominem vocat? Creavit (inquit) Deus
hominem, masculum & feminam creavit eos: vna quoque
caro sunt. Ab hac sententia non recedit beatus Augu. lib. 1.
de peccatorum meritis, & remissione, contra Pelagianos
cap. 16. parte 7. Sic & in Ecclesiastico, ait, scriptum est. A mu-
liere initium factum est peccati, & per illam omnes moriuntur.
Sive autem à muliere, sive ab Adam dicatur, vtrunque ad
primum hominem pertinet. Quoniam sicut nouimus mulier
ex viro est, & vtriusque caro vna est. Vnde & illud, quod scri-
ptum est: Et erunt duo in carne vna. Igitur iam non duo (in-
quit Dominus) sed vna caro, hæc ille.

Concil. 5.

RESPONDERE non videtur, imò plurimum diffidere
locus hic Pauli, Sicut per vnum hominem peccatum in hunc
mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes ho-
mines mors pertransiit: ab eo qui scribitur 1. Ioann. 3. Qui
facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabo-
lus peccat. Et Sapientia 2. Inuidia autem diaboli, mors introi-
uit in orbem terrarum, imitatur autem illum qui sunt ex par-
te illius. Paulus hic loquitur non de quouis peccati princi-
pio, sed eo quod etiam propagatione vim peccati transfudit:
id verò Adam, non diabolus præstitit. Nam facit primum
Adam ad eum modum esse hominibus authorem peccati, si-
cut est Christus iustitiæ. Atqui Christus iustitiã conferat non
exemplo tantum, verum etiam conferendo occultã vim sui spi-
ritus, Consequens ergo est, ut Paulus Adam dixerit peccati
corruptionem, transmissa in posteros suos peruersa cupidita-
te, propagasse. Augu. ait, si Paulus de sola imitatione & non
propagatione dicere voluisset, certè dicendum ei fuisset, Pec-
catum

Peccati pro-
pagatio in
posteros.

catum in orbem, non per primũ hominem, sed per diabolum
venisse. Sed per primum hominem ait peccatum in mundum
venisse: Fit igitur, ut propagatione inuestum sit per Adam.
Simul ergo verum est, per diabolum peccatum in orbem ve-
nisse, & per primũ hominem: sed per illum exemplo tantum
& suafu: Per primum hominem præterea etiam propagatio-
ne prauæ concupiscentiæ. Legito August. lib. 1. de peccato-
rum meritis & remissione, cap. 9. 7. parte operum eiusdem.

QVOMODO Paulus hoc loco ait. Commendat autem *Concil. 6.*
charitatem suam Deus in nobis: Quoniã cũ adhuc peccato-
res essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus
est. Cũ Psalmo 5. dicatur: Odisti omnes qui operantur in-
iquitatem. Respondet Aug. in Ioan. tractatu 110. parte. 9. hunc
in modum: Habeat itaque ille erga nos charitatem, etiã cum
inimicitias aduersum eũ exercentes operaremur iniquitatẽ.
Et tamẽ ei verissimẽ dictũ est: Odisti domine omnes qui ope-
rantur iniquitatem. Proinde miro & diuino modo, & quan-
do nos oderat diligebat. Oderat enim nos quales ipse non
fecerat, & quia iniquitas nostra opus eius non ex omni par-
te consumperat, nouerat simul in vnoquoque nostrũ, &
odisse quod feceramus, & amare quod fecerat. Meritò quip-
pe odit, & velut à regula suæ artis alienum improbat vitium:
amat tamen suũ, etiã in vitiosis, vel sanationis beneficiũ, vel
damnationis iudiciũ. Ita & Deus, nihil odit eorũ quæ fecit,
naturarũ enim non vitiorũ conditor, mala quæ odit ipse nõ
fecit, & de malis eiusdem, vel sanando ea per misericordiã, vel
ordinando per iudicium, bona sunt ipsa quæ fecit. Facit ad
hæc quod Sapiẽ. 11. scribitur: Nihil odisti eorum quæ fecisti
Domine. Vide Augustini locum præscriptum.

BEATVS Iacobus simili gradatione, qua hic Paulus est
vsus, aduersatur ordini Pauli, dicẽs, 1. cap. Probatio fidei ves-
træ patientiam operatur: hic dicitur ex patientia esse proba-
tio. Respondet deo, Diuersa verbi acceptio intellecta, vtriusq; cõ-
ciliabit. Paulus enim probationem accepit pro experientia,
quam de eo certa dei protectione sumunt fideles: vbi eius au-
xilio freti, omnes difficultates superant: nepe dum patienter
ferendo consistunt stabiles, experiuntur quantum valeat do-
mini virtus, quam pollicitus est suis semper affuturam. Iaco-
bus eandem vocem vsurpat pro ipsa tribulatione iuxta com-
munem scripturæ vsũ, quia per eas seruos suos probat &

Concil. 7.

examinat deus, vnde & tentationes saepe dicuntur.

DICTIONE.

Infirmus. INFIRMVM ex quavis importetia Paulus vocat. Sic qui iis desituuntur, in quibus mundus potentiam consistere iudicat: vt sunt, opes, dignitates, sapientia, eloquentia, & huiusmodi, eos vocat infirma mundi, 1. Corinth. 1. hac aiebat se infirmum esse, Corinthios robustos. 1. Corinth. 4. Infirmos fide vocat, qui imbecilla persuasionem amplexi sunt, quae in Christo nobis commendantur. Infra. 14. prima Corinth. 8. Vita & conuersatione qui spiritu nondum satis corroborati cedunt prauis affectibus. 1. Thessa. 5. Traditiones Moyse appellat infirma elementa mundi; quia nullam iam haberent vim ad promouendam pietatem. Hic nos infirmos dicit, quia nulla penitus pietatis virtute subnixi fuerimus. Nam mox impius dicit & peccatores.

Iustum bonum.

IUSTVM & bonum hoc loco, vt multis placet, non personam aliquam significat, sed rem, hoc est ipsam iustitiam & bonitatem, vt sit neutri generis, non masculini. Quaedam dicitur putat diuus Hieronymus in epistola ad Algisiam, quaestione 7. Origenes utroque modo edisserit, pro iusto viro, & iusta causa. Ambrosius diuersum sensum sequitur, ad personam referens iusti vocabulum.

Mors & resurrectio Christi, figura nostri. CAP. VI.

Non seruiendum peccato.



Vid ergo dicemus? manebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Si enim complati facti sumus similitudini

*Hebr. 12. a.
1. Pet. 2. a.
Eph. 4. c.
Coloss. 3. b.*

Christo Iesu, in morte, Christum Iesum in mortem.

similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus: hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato

Vetus homo.

1 *Quid ergo dicemus?* Antequam Paulus collationem de lege & gratia doceat, inserit occupationes, & diluit quedam absurda. 2 *Qui enim mortui sumus.* Argumētum est a priuatiue oppositis. Nihil enim eidem rei potest simul mortuum esse, & viuere.

3 *Peccato.* Datus est: Mortui sumus peccato in Christum credentes. Quoniam dum baptizamur, profitemur nos modo esse mortuos, atque peccato & diabolo nos reluctaturos. Si peccato, ablatius est, sensus est, Qui per peccatum mortem incurrimus, quomodo adhuc viuere in eo volumus? Ipsi peccato morimur, quando illi morem non gerimus. Videtur hic Paulus peccatum accepisse pro innata quadam concupiscentia & deprauatione nostri ingenij, seu naturae corruptae, incitantis & mouentis nos ad malum: cui quando non obedimus, eidem morimur: morem autem gerentes, viuimus.

Peccato mori.

4 *An ignoratis.* Ab effectu baptismi, quo in Christianam fidem, intentionem suam probat, scilicet, nos ipsi peccato mortuos esse: admonens nos eorum quae in baptismo recepimus, in mortem, seu morte (quod idem est) Christi baptizamur, quia baptismate in Christo incorporamur, vt iam mors eius in nobis valeat, omneque peccatum perimat. Mortis huius consummationem exprimit Apostolus per verbum sepelitionis: idemque ei est, batizari in mortem, & baptismate in mortem cum Christo sepeliri. Etiam si baptismus non sit corporalis mors: peccatorum tamen est & mors, & extinctio. Baptisma enim in nobis eum obtinet locum, quae crux ipsa & sepultura in Christo. Ille nanque carni, & mortuus est, & resurrexit: Nos vero peccato morientes, virtuti sumus resurrecturi: vt quemadmodum Christus carni surrexit a mortuis, per gloriam patris, hoc est, per suam diuinitatem (gloriam enim patris Paulus Christi diuinitatem appellat) sic & nos per aliam quandam surgamus resurrectionem, hoc est, per vitae nouitatem. Sic & moechus aliquis, & lasciuus cum sit continenti or, etsi mortuus fuerat, resurrexisse dicitur cofe-

Baptismi virtus.

Gloria patris.

sta ac expulsa nequitia, & excitata virtute. Hoc ergo dicit Paulus, Quod mors Christi vim & efficaciam habet ad remissionem peccati faciendam poenitentibus, & carnis nequitiam refrenandam: resurrectio ad vitam & gratiam conferendam, vt in nouitate vitæ ambulemus. Quare in mortem Christi baptizati estis, & consepulti: id est, propter mortem Christi habetis remissionem.

5 *Si enim complantati.* Hoc est, si in scitij & participes sumus mortis Christi: aut maximè coniuncti Christo. Paulus hoc loco exprimit regenerationem hac voce Complantati, seu infiti: quæ aliàs similitudine ab arboribus ducta, Plantatio & Transplantatio nostri dicitur. Hæc nobis contingit, dum nos palmites & rami, inserimur viti cœlesti & diuinæ Christo Iesu dicenti, Ego sum vitis vera, & vos palmites. Præterea adlusit Paulus ad infitionem plantæ, quæ respodet communioni corporis Christi. Quemadmodum surculus decerptus è sua arbore, particeps fit tumoris eius arboris cui inferitur. ita qui per baptismum Christi corpori inseruntur, consortes sunt bonorum illius. Quidam obseruat præpositionem Cum, in dictione Cōplantati, pertinere ad Iudæos & gentes simul in vnum Christum collectos. Nam si infiti sumus in similitudinem mortis Christi: illa autem resurrectione non caret, ergo nec nostra sine resurrectione erit.

6 *Simul & resurrectionis.* Bifariâ accipi potest, Resurrectionis erimus: id est, pertinebimus ad resurrectionem. Aut erimus complantati similitudini resurrectionis eius. Hæc conexio, mortis & resurrectionis, tam vnita est & compacta, vt cohæreant & consequantur mors hæc & resurrectio. Quæ multis locis commendatur à Paulo. 1. Corinth. 15. & 2. Corinth. 5. & Coloss. 2. & 3.

Vetus homo.

7 *Vetus homo noster simul.* Id est, vita condemnata, simul crucifixa est Christo per baptismum. Vetus homo, fomes peccati, & veteris Adæ reliquiæ, similiter corpus peccati, hæc & ad Ephesios. 2. & Coloss. 2. dicitur viti ositas, in quâ nati sumus: vel congeries peccatorum. Condénatus est in carne, peccati stimulus, occisusque est in Christo. Transit autem ab ipso, & per ipsum, ad nos gratia. Ergo vetus homo noster, id est, ipsa concupiscentia, crucifigenda est, hoc est, fidei claua pulsanda, comminuendaque est, ne loris disruptis effuso cursu in vitiatorum procurrat campum: ibique per omnis generis vitia,

vitia, flagitiâque grassetur.

8 *Vt destruat corpus peccati.* Hoc est, vt exhauriatur ipsum corpus peccati temperantiâ, vigiliis, ieiuniis, precibus, studio virtutum. Vocat corpus peccati, non carnem & ossa, sed massam ipsam. Homo enim naturæ propriæ relictus, massa est ex peccato conflata, indigens gratia dei. Hæc acceptio & vsus frequens est in scriptura: vnde dicimus, Corpus diaboli, pro ipso diabolo. Et Colossenses 2. In Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter id est, reuera ipse Deus. Aliàs enim neque diabolus, neque deus, qui spiritus est, corpus sunt.

Qui enim mortuus est¹, iustificatus est à peccato. Si autem mortui simus² cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum Christo: scientes, quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur.

Dominabitur, dominatur.

Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel³: quod autem viuit, viuit deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: viuētes autem deo in Christo Iesu. Non ergo regnet⁴ peccatum in vestro mortali corpore⁵, vt obediatis cōcupiscentiis eius. Sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato. Sed exhibete vos⁶ deo tanquam ex mortuis viuētes, & mēbra vestra arma iustitiæ⁷ deo. Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia.

1 *Qui enim mortuus est.* Iustificatus hoc loco accipitur pro absoluto & à seruitute vindicato. Ab effectu, seu proprietate mortis argumentatur: Si mors omnes vitæ actiones abolet: nos, qui peccato mortui sumus, ab eius actionibus cessare oportet, quas durante sua vita exercebat.

*Mori peccato.
Viue deo.*

2. *Si autem mortui sumus.* Si mors à domino nostro Iesu Christo ita deuicta est, vt nihil ei iuris vnquam in illum esse possit: nec in eos mors iuris aliquid habebit, qui mortis Christi participes sunt, & in quibus Christus viuuit. Sed Christus communicauit mortem suam omnibus in se credentibus, & viuuit in eis. Nihil ergo iuris in illos habebit mors. Repetitione Ista, Nō moritur, mors illi nō dominabitur: voluit Apostolus exprimere, q̄ nihil amplius possit mors in Christum.

3. *Mortuus est semel.* Id est (vt quidam interpretantur) penitus mortuus est peccato, seu destruxit peccati regnum, quod crucifixus affixit. Quicquid enim ad abolendum peccatum requirebatur, Christus id omne ita semel præstitit, vt peccato nihil debeatur, tum pro peccato nostro liberatione sui corporis perfecte satisfecerit. Viuit itaque iam æternum Deo: hoc beneficij donans sibi fide viuā adhærentibus deo. Aut dicitur, Sicut semel mortuus nunquam ad mortalitatem rediit: ita semel peccato mortui, nunquam redire ad illud debemus.

4. *Non ergo regnet.* Exhortatio est ad vitæ innocentiam, quæ cōsequitur ex doctrina, quam tradidit Paulus de nostra cum Christo participatione. Causæ multæ hic à Paulo exprimuntur, propter quas fugiendum est peccatum, & totis viribus illi repugnandum. Prima est à collatione sceditatis. Vtique & sceditissimum & perniciosissimum fuerit, ipsi peccato regnum in vos permittere, id est, summam potestatem habere. Hæc ratio significata est his duabus vocibus, Regnare & Peccatū. Secunda, ab effectu peccati, qui mors est. Hanc notauit Paulus, dicens, In mortali corpore. Tertia est, à collatione nostræ dignitatis, & sceditatis cupiditatum peccati. Quid enim sceditius, quam obedire cōcupiscentiis peccati, id est morbis animi, deprauatis affectibus? Hæc ratio nititur illo, Vt obediat concupiscentiis eius, hoc est, sceditissimis & perniciosissimis deprauatæ naturæ motibus. Quarta ratio est à libertate arbitrij. Qui compos sui & membrorum suorum est, ad ea vtiq̄ illa exhibere debet, quæ ipsi & honesta, & vtilia sunt. Ad bonum enim fertur omnis voluntas, electio, actio. Peccatum autem in se complectitur quicquid turpe, & noxium est: ergo non cedendū est peccato. Hæc ratio indicatur in verbo exhibete. Quinta ratio est, à collatione dignitatis nostræ cum sceditate iniustitiæ. Nam si exhibemus

hibemus membra nostra peccato, facimus ea arma iniustitiæ, quæ tamen à Deo ordinata sunt, & creata, vt sint arma iustitiæ. Hæc ratio inest his verbis membra vestra, arma iustitiæ. Sexta ratio à collatione peccati & Dei, hoc est, æternæ mortis, & æternæ vitæ. Nam cū dixisset Apostolus, Nolite exhibere membra vestra peccato: opponit, Sed exhibete vos ipsos Deo. Vt quæ magis exprimat, quāto studio nos addicere debemus, cū dixisset, Nolite exhibere membra vestra peccato: non dixit, Exhibete membra vestra Deo, vt forma antithesis poscere videbatur: sed ait, Vos ipsos, vtiq̄ totos. Septima est à præstantia doni Dei, quod in Christo collatum est: vt cū propter peccatum mortui essemus, nūc viuamus donati vita Dei. Cauemus igitur à vita in mortem per peccatum relabi. Hæc ratio in eo continetur, Tanquam ex mortuis viuentes. Octaua ratio est à splendore iustitiæ, cuius arma facimus membra nostra, cū illa duo exhibemus, & addicimus ad omnē satisfactionem, ad quā & à Deo facta sunt. Hæc ratio exprimitur in verbo, Et membra vestra, arma iustitiæ Deo. Considera, Apostolo nullum verbum ociosum esse, nullum propè apiculum non suum argumentum habere.

5. *In mortali vestro corpore.* Mortali corpore, Epitheton per se notum, nec tamen ociosè positum. Per corpus enim peccatum (à quo mors) vires accipit.

6. *Sed exhibete vos Deo.* Liberum arbitrium, & vires eius exprimit. Superest tantum vestra opera. Soli vestræ dānationis causa efficiemini: si paratā vobis gratiam cōtempseritis. En audite dicentē, præstōque vobis esse qui clamore interno per spiritum clamat, Ego sto ad ostium foris, & pulso. Quid iam exposcitur faciendū, nisi vos ipsos nō ex parte, sed totos exhibere ipsi pulsanti? Quoniam non sumus sub lege, denūciantē tantum peccatum: (cui sicut neque alteri, qualis qualis illa fuerit lex, vim & potentiam suam nō alligauit Christus: imò iuxta legis vigorem nobiscum non agit Deus) nec enim carnata est virtute, qua nos liberare possit: sed sub Christi gratia, quæ & cōmissa flagitia condonat, & quæ in futurum excubias canit, si modò non corpeamus. Aut, sub gratia, id est, sub misericordia, acceptante vos propter Christum.

7. *Arma iustitiæ.* Vox est vehemens. Infra 13. cap. vocat arma lucis, qua appellatione studium & contentionem exprimere voluit. Nā omnino præliandū est, etiam summa cōtentione

aduersus concupiscentias, quæ perpetuum bellum gerūt aduersus spiritum.

*Lex gratia.
Joan. 8. d
2. Petri 1. d
Serui iustitiæ*

Quid ergo? peccabimus quoniam? nō sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum: serui estis eius cui obeditis? siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Gratia autem Deo, quod fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formā doctrinæ, in quam traditi estis. Liberati autē à peccato serui facti estis iustitiæ. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tūc in illis, in quibus nūc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors: gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Iesu domino nostro.

Membra seruiant Deo.

*Mors.
Serui Dei.
Vita æterna.*

*In quam, in quam estis iustitiam.
Traditi, traducti.*

Liberi iustitiæ, id est, nihil seruiebat.

*Gratia.
Donum.*

1 Quid ergo? Solet carnis sapientia perpetuò aduersus Dei mysteria obstrepere: necessariò subiicit hanc prolepsim, seu præassumptionem, & præoccupationem, quæ tam absurdam quæstionem, peccandum esse, destrueret, dilueretque.

2 Peccabimus quoniam non. Paralogismus est, à non causa, vt causa. Nam peruersum illud iudicium, peccandum esse non sequeba

sequebatur ex prædicatione Apostoli.

3 Cui obeditis. Obedientia vestra testatur illum cui obeditis habere ius præcipiendi. Ergo si peccato obeditis, peccati serui estis. Quòd si vos serui, ergo penes ipsum est dominus.

4 Siue obediunt ad iustitiam. Metonymia est, Obeditione, siue obedientiâ accepit pro Dei mādatorum obseruatia: his adiungit gratiarū actione, nō pro eo quod fuerūt, sed quod esse desierunt. Vnde addit: Obedistis in quā ex animo, id est, consensistis in eā doctrinæ formā, in quam estis traducti. In quam obsecro? certe in Euangelicam, quæ tradit penitentiam, vitæque innocentiam. Vnde liberati, & manumissi à peccato, serui facti estis iustitiæ: id est, iustitiæ dedicati estis, & libertate Christiana donati, ad Galat. 5. In libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carni.

5 Humanum dico. Id est, tenue quid, & exiguū, & vestræ infirmitati cōueniens. Humano more dico, quod voco vos seruos iustitiæ: vt illius seruus dicatur ille, cui obedierit, etsi seruire Deo regnare est. Ego rem à vobis exigo facilem, qui maiore posse: Saltem tantum iustitiæ præstetis, quantum immunditiæ præstitis. Tandiu præstate Deo obsequij, quandiu peccato obtemperastis. Hac loquendi figura mitigare solet Paulus, si quid durius dicere videtur, aut inconsideratius (ad sit reuerentia verbo) secundum hominem loquor. Huiusmodi figura loquendi est. 1. Cor. 10. 2. Regum 7.

6 In sanctificationem. Hoc poscit dominus Levit. 19. Sancti estote, quoniā & ego sanctus sum. Ad hanc sanctificationem perficiendam, quia ad id dominus nostra opera vt decreuit, hortatur nos Paulus 2. Cor. 7. Has ergo habetes promissiones charissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

7 Quem ergo fructum. Hac interrogatione vrget propriam conscientiam, quam eo testificari sibi facit, quā subiicit, in quibus nunc erubescitis. Est enim erubescencia testimonij animi sibi malè conscij, & hac de causa dolor quidam. Pij simul atq; illuminari incipiunt Christi spiritu, & euangelij prædicatione, totam vitam præteritam, quam extra Christum egerunt, damnabilem libenter agnoscunt: ac tantum abest, vt conentur excusare, vt potius eos sui pudeat. Quinciam hanc ignominia suæ recordationem perpetuò in animū reuocat quò sic pudefacti, verius ac propensius coram domino humi

Erubescencia.

lientur. Tandem à fine apertius indicat, quantum erubescere debeant. cum intelligant se fuisse in præcipitio mortis, & ruinæ propinquos. imò iam mortis portas ingressos, nisi Dei misericordia retracti essent.

8 *Habetis fructum vestrum.* Quemadmodum duplicem peccati finem antè proposuit, ita nunc iustitiæ. Peccatum in hac vita malæ conscientie confusionem affert, deinde æternam mortem. Iustitiæ præsentè fructum colligimus sanctificationem, in futurum speramus vitam æternam.

9 *Stipendia enim peccati mors.* Conclusio est, & quasi epilogus sententiæ, quæ proximè præcessit. Stipendia, id est, salarium peccati, est mors æterna. Sed gratia, id est, donum Dei, est vita æterna: quæ imprimis non nostro merito nobis contingit, aut nostra virtute, sed ex gratia in Christo Iesu, id est, per Christum Iesum dominum nostrum. Nā filij iustitiæ induti, Deo reconciliamur, & spiritus virtute in sanctitate regeneramur. Ergo ex gratia Iesu Christi beatitate donamur.

CONCILIATIO.

CVM CHRISTVS potestatem habuerit vitæ necesseque suæ, vt pro sua voluntate animam ponere & recipere rursus valuerit, non videtur commode dici, mortem vnquam Christo dominatam esse. Quod consequi videtur ex verbo. Mors illi vltra non dominabitur. Fit igitur, cum mortuus fuerit, mortem illi dominatam fuisse. Facilis responsio est. Mortem suo iure, quod omne à peccato est, nunquam dominari Christo potuisse, sed dominum Iesum se morti (dum peccatum mundi expiaret) vltra subiecisse, illamque mortem hoc modo dominari in se permisisse, vt eam isto pacto, suo iure spoliaret, quod ei alioqui erat in electos vnuersos. Ac verè dictum per prophetā Ozeam 3. cap. Ero mors tua ô mors. Et alibi, Abforpta est mors in victoria.

DICTIO.

MORI peccato, est prauam in nobis cupiditatem non dominari, qua peccato scilicet viuebamus, & seruiebamus. Sic infra, 7. cap. Mortuum esse legi, pro eo Paulus accipit, quod est abolitum esse in nobis id, in quo lex imperiū habeat, quod legi obnoxium sit. Beato Ambrosio idem est quod liberari à diabolo. Chrysostomo idem est quod peccato non obedire. Origeni, non facere desideria peccati.

Nonit. vitæ

NOVITAS vitæ, Expulsio est veteris Adæ, & vetustatis innatæ

innatæ. hinc illa sunt. Innouatio mentis, infra, 12. Noua conspersio. 1. Corinth. 5. & Galat. 5. Nouus homo, Ephes. 2. & 4. & Coloss. 3. Lauacrum regenerationis, & innouationis spiritus sancti, Tit. 3.

IUSTIFICATIO, id est, absolutus. Iustificare in scripturis quandoque usurpatur quod idem sit se iustum & probum existimare, & gloriari, & ostentare. Quemadmodum legimus de Pharisæo, Luc. 10. Ille autè volens iustificare se ipsum, &c. Et Luc. 16. Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autè nouit corda. Sumitur præter hæc pro iusto accipere: vt Deus nos pro iustis habet, & in numero iustorum ordinat, quando nos sua gratia iustificat, vt dictum est in distinctione, primo cap. supra. Sunt & iustificationes Dei quandoque promissiones, & mandata eius, quibus receptis fide vita iustificamur, sicut receptis mendaciis, & creditis damnatur. Psal. 118. Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas: id est, Vtinam recta incedant viæ meæ: id est, effectus cordis mei, & conuersatio mea: & non seducantur aliena doctrina: vt possim custodire iustificationes tuas: id est, tuam voluntatem siue mandata, vt verè illa seruem. Nam Psal. 104. Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius exquirant. vt scilicet credant in eum, qui veritatem sui verbi in omnibus declarauit.

COMPLANTATIUS: In iustitiam, & particeps.

LIBERI. Hoc est, expertes & infontes.

VIUERE, est se mouere. Viuere filiorum Dei, est se spiritu sancto mouere ad ea quæ sunt optima. Hoc spiritu destituti quia homines sese agunt in perniciem, imò magis eo aguntur à satana, dicuntur Apostolo mortui. Dominus passim vocat mortem omnis vitæ priuationem, quæ est destitutio certæ vitæ filijs Dei propriæ.

Iustificare.

*Iustificatio-
nes Dei.*

*Cōplantatus
Liberi.*

Lex peccatum indicat.

CAP. VII.



Ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuit? Nam quæ sub viro est? mulier uiuente viro alli-

*Sub viro, id
est obnoxia*

Mulier mor-
eno marito, li-
bera à iure
viri.

1. Co. 7. g

Liberati à le-
ge, seruiunt
Deo i' spiritu

gata est legi: Si autem mortuus fuerit
vir eius, soluta est à lege viri. Igitur vi-
uente viro vocabitur adultera, si fuerit
cum alio viro. Si autem mortuus fue-
rit vir eius, liberata est à lege viri: vt
non sit adultera, si fuerit cum alio viro.
Itaq; fratres mei & vos mortificati estis³
legi per corpus Christi: vt sitis alterius,
qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis
Deo⁴. Cùm enim essemus⁵ in carne, pas-
siones peccatorũ⁶, quæ per legem erant⁷,
operabantur in membris nostris⁸, vt fru-
ctificarent morti. Nunc autem soluti⁹ su-
mus à lege mortis, in qua detinebamur:
ita vt seruiamus in nouitate spiritus¹⁰, &
non in vetustate literæ.

Vocabitur,
indicabitur.

Mortificati
estis legi, id
est, liberati à
lege.

Per corp⁹,
per mortem.
Esse in car-
ne, est carni
seruire, &
non spiritui.

Passiones,
affectus.

Operabantur, vel vigeant.

1 Lex in homine dominatur. Ambiguum est, accipiendumne sit, quandiu uiuat homo, an quandiu uiuat lex. Chrysostomus, & eius abbreviator Theophylactus, legunt quanto tēpore uiuit, scilicet homo. Origenes & Ambrosius legunt uiuit, scilicet, lex. Comperies Origenem obseruasse diligenter & adnotasse, quod in conferenda similitudine, Paulus legem viri loco posuit, & hominem vxoris vice. Vt morte viri liberatur vxor: ita antiqua lege, liberatur obnoxius prius legi. Legem autem viuere dicit, quādiu valet: mortuam esse, posteaquam desit habere vigorem.

2 Quæ sub viro est. Id est, obnoxia viro, quasi dicas, sub iuris, alligata est legi matrimonij. Legem hīc vocant matrimonium, seu ius matrimonij.

3 Mortificati estis legi per corpus. Mortui estis legi per corpus Christi: id est, per mortem & crucem, quā suo corpore Christus tulit: is pro nobis satisfecit legi, & sustulit cōdemnationem, & æternam mortem.

4 Vt fructificetis Deo. Manet in similitudine vxoris Christi.

Ro. Nanque nos copulati, & cōiuncti vxoris loco, ipsi quoque parere debemus. Christus autem Dei est: igitur & nos, & noster fœtus Dei est. Parimus autem Christo, cū huic homines adducimus verbis & factis ex spiritu Christi fluentibus. Istud verò est fructum afferre qui maneat, in quod dominus nos constituit, cū elegit nos de mundo. Ioannis. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcūque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Sic genuit Paulus Corinthios, & in vinculis Onesimum. & iterum parituriuit Galatas. Quod enim sanctè viuimus, est quidem fructus, sed nondum planè fructus, què a dferunt fœcundati spiritu Christi: sed dum vita nostra sancta, alios quoque adducimus domino, & perficimus.

5 Cum enim essemus in carne. Obserua formulā scripturæ vfitatā: In carne esse, pro eo quod est, solis naturæ dotibus esse præditū, siue singulari gratia, qua electos suos Deus dignatur. Aut, esse in carne, est esse sub peccato: hoc est, agi impetu carnis, & secundum carnis genium viuere.

6 Passiones peccatorum. Id est, morbi, cupiditates, siue affectus, siue perturbationes: hæc relicta sunt ex illa primigenia veteris Adæ noxa.

7 Quæ per legem erant. Hoc loco Quæ, non refert peccata, sed passiones: vt intelligas, legem ex citalte peccandi libidinem: id est, passiones illæ per legis inhibitionem irritabatur, & acius insurgebant.

8 Operantur in membris nostris. Græcis est, ενεργετο, quod magis significat, vim habebant, siue, secretò agebant. Nā occulta vis dicitur Energia, velut in semine, & vis mentis in homine. In membris nostris, id est, in nobis ipsis. Ad fructificandum mortis: id est, ad fructus in mortem colligendos. Peccatores enim nihil possunt, quàm grauiorem iram Dei sibi in dies accumulare: vnde superius dixit, eos thesaurum iræ sibi colligere.

9 Nunc autem soluti. Si legis carnalis vinculum nihil aliud proderat, nisi vt peccaremus: ergo ideo solui, vt peccare desinamus. Obserua, nos tum à lege solui, cū ab eius rigida exactiōe & maledictiōe absolutos, spiritu suo nos imbutit Deus, quò in viis suis ambulemus.

10 In nouitate spiritus. Nouitas spiritus, lex gratiæ & spiritus.

Energia.

Nouitas spi-
ritus.

*Vetustas li-
tera.*

*Per legē co-
gnitio pecca-
ti.
Exod. 20. c
Deute. 5. b*

1. Timo. 1. b

tualis: Vetustas literæ, lex vetus, & carnalis. Quam qui intel-
ligit ad literam, quasi figura non sit, carnaliter incedit. Qui
autem allegoricè, figuraliter, & vt alterius typum, spirituali-
ter incedit, intelligit & videt cum lege gratiæ conspirare, &
conuenire: sed vt vmbra cum veritate. Vetustas literæ etiã
dicitur opera hypocritarum, quicquid sine spiritu sit, neque
ob Dei gratiam. Nouitatem spiritui attribuit, quia in locum
veteris hominis succedit: vt litera vetus dicitur, quæ interit
per spiritus regenerationem.

Quid ergo dicemus? Lex peccatū est?

Ab sit. Sed peccatum non cognoui, nisi
per legem. Nam concupiscentiam nescie-
bã, nisi lex diceret, Non concupisces. Oc-
casiōe autem accepta, peccatū per man-
datum operatum est in me omnē concu-
piscenciam: Sine lege enim peccatū mor-
tuum erat. Ego autem viuebam sine lege
aliquando: Sed cū venisset mandatum.
peccatum reuixit. Ego autem mortuus
sum, & inuētum est mihi mandatū, quod
erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam
peccatum, occasiōe accepta per manda-
tum, seduxit me, & per illud occidit. Ita-
que lex quidem sancta, & mādātum san-
ctum, & iustum, & bonum.

*Operatum
est, genuit.*

*Aliquādo:
quondam.*

¹ Quid ergo dicemus? Redit ad collationē illam, quam supra
instruit de lege, & de gratia. Et quoniã dictū est, nos à lege
liberari oportere, vt in spiritus nouitate Deo seruiamus, vi-
debatur hoc habere vitium in lege, quod nos ad peccatū im-
pelleret: hoc absurdum resellendum suscepit Apostolus.

² Lex peccatum est? Vtitur Metonymia, interrogās, Lex pec-
catū est? pro, Lex causa peccati est? Lex peccatrix est? aut pec-
cati suppeditatrix? Voluit Apostolus aduersariorum sensum
cum Dinosi, seu grauitate efferre. Reiecta itaq; ista blasphe-
mia in legem Dei, exponit, quomodo per legem existunt, &
augentur

augentur peccata. Cū rogat, an lex peccatum sit: intelligit,
an peccatum sic generet, vt illi imputari eius culpa debeat.

³ Sed peccatum nō cognoui. Hæc de lege naturæ Origenes in-
telligit, eò quòd peccati conuictos legimus multos, qui ante
legem Moyſi peccarunt, vt Adam, Cain, Pharao. Quidam
intelligunt de præcepto dato in Paradiso. Sed cū Aposto-
lus ad probandum quod hęc dixit, se peccatum non nisi per
legem cognouisse, subiicit præceptum decalogi, Non concu-
pisces quis nō videat eum de lege Dei per Moyſen admini-
strata hęc loqui, maxime cū de libertate ab hac lege hęc di-
sputer? Quibus rationibus etiam diuus Chrysostomus istas
duas opiniones de lege naturæ, & de præcepto in Paradiso
dato confutauit. Aduerte: Deus præter legem naturæ sem-
per alias quoque voluntatis suæ interpretationes suis dedit.
Primū institutionem illam sanctorum, quæ absque scripto
de ore ad os tradebatur in sanctis familiis: Mox populo Is-
raël per legem Moyſi, & aliis gētibus per alias leges & præ-
cepta rectè viuēdi. Postremò per doctrinam & exhortatio-
nem seruatoris nostri Iesu Christi, & Apostolorum indeque
Ecclesiæ Christi, cui omnibus seculis donat legis suæ inter-
pretes, publicos doctrinæ Christianæ ministros. Hæc omnes
leges, quatenus leges sunt, hoc est, de nobis voluntatis diui-
næ interpretationes, peccatum manifestant, arguunt & con-
demnant. Quidam hęc per peccatum intelligunt diabolium.
Vt enim scriptura seruatorem nostrum appellat vitam & ius-
titiam, quando quidē & vitæ & iustitiæ sit authorita cōtra-
riam vim, aliàs peccatum, aliàs mendacium, nonnunquã ve-
rò mortem appellat. Sic postmodum vbi inquit, peccatum
reuixit: Saranam indicat. Aut si maus dicit, Non cognoui
peccatum, id est, efficaciam peccati originalis, nisi per legem:
sed a ducente lege, prohibente concupiscentiam, tunc ar-
dentius corpi vetita concupiscere. Emphasim habet hoc scri-
ptum, In me. Cū nanque Apostolus præ multis cōtaneis
legi Dei à puero studuit, Galat. 1. cap. Et secundum iustitiam
(quæ in lege est) fuit irreprehensibilis, Philippen. 3. Hinc cer-
te apparet, quàm horrendum sit istud malum originis vi-
tiatæ, quod peccatum in tanto viro, & legis Dei studio ossifi-
mo, tam multū valuit. Suam enim de seipſo experiētiam hęc
prædicare Apostolum cū beato Augustino dicere nō dubi-
tauerim. Nā hoc amplius atrocitatem huius mali exaggerat,

*Deus præter
legē naturæ
semper aliquas
interpreta-
tiones suæ vo-
luntatis dedit
suis.*

*Peccatū, dia-
bolus.*

*Phariseorū
scandalum.*

quòd scilicet in seipso etiam grassatum adeò testatur. Planū est, quòd Apostolus per seipsum omnē hominem intelligit.
4 *Occasione autem accepta.* Lex non dedit occasionem peccati, sed peccatū ex lege occasione accepti. Huiusmodi erāt Pharisei, qui ex operibus Iesu Christi occasionem blasphemiae & peccati accipiebant, hi reuera contemnendi sunt.

5 *Sine lege enim peccatum.* Apertissimè explicat, quem sensum superiora habeant: perinde enim est, ac si diceret, sepultā esse sine lege peccati notitiam. Aut: Mortuū, id est, inefficax, nec vim suam planè exerebat: quasi dicat, etiā si ante legem peccatum effectum suum haberet, non tamen tantum quantum nunc agnoscitur, erat. Dormire nāq; videbantur peccata, & mortua esse, ante cognitam legem. Videtur hīc vocare mortuum, non id, quod non est: sed id potius, quod cū sit, tamen quale sit, nō dum intelligitur. Nam in quinto cap. audiuius peccatum in mundo vsque ad legem fuisse, porrò peccatum lege non existente non imputari. Igitur quod ibi dixit, Non imputari: id ipsum hoc loco dicit, mortuum esse.

6 *Ego autem vivebam sine lege.* Hoc dicit Apostolus, vel in persona naturæ humanæ, vt scribit Theophylactus, vel in persona sua ante usum rationis, & legis cognitionem loquitur. Iure tunc suo agebat, nullo legis timore refrænatus. Sed cognita lege, cognouit peccatum in se latēs, & vim eius occultam: propterea reuixit quod antè sopitum & somnolentum, ac quod nullius propè energiæ erat, factū est irritatius, occasione non data, sed accepta à mandato prohibente peccatum. Tunc sentiēs in me peccati effectum, id est, terrorem, mortem, & damnationem, quæ illud sequuntur, factus sum velut mortuus: aut, Mortuus fui: vt respondeat illi perterrito, Reuixit. Id est, Peccatum me à via vitæ auersum, mortis necessitate rretitum terret. Transfert enim Paulus docendi gratiā rem in suam personam, & retulit inter se pugnantia. Nam vita peccati, mors est hominis. Proinde si reuixit peccatum, illico consequuta est mors hominis. Aut, vivebam sine lege, cū adhuc Phariseum agerē: quia in securis & ociosis Epicureis, aut Phariseis nulli sunt terrores, non est agnitio peccati. In talibus peccatum est mortuum: id est, nō perterrefacit, nō opprimit eos terroribus, & sensu damnationis: quia non sentiunt se accusari à lege.

Lex sancta.

7 *Itaque lex quidem sancta.* Lex sancta est, quia diuina, pura, nihil

nihil ex se efficiens, quàm quod sanctū & iustum est. Non eius naturæ est, qua mihi nocet: sed mihi nocet mea & propria malitia, qui mihi demandata & iniuncta non custodio. Mandatum quod Moyfi traditum fuit, sanctum profectò, vt quod doceret, quid æquum, quid decens esset. Istum autem quod rectè transgressoribus sententiā ferat. Bonum, ceu vitam obseruantibus legem impartiens. Nō est ergo lex peccati causa, sed occasio accepta vitio duntaxat peccantis. Obserua hoc in contextu Pauli elegantem metatesim, hoc est, transpositionem quæ fit, dum culpam nostram in alium transferre conamur. Cuiusmodi est illud Psalmi. 140. Non declines cor in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Ita & Paulus quum dixisset, lege aueri peccatum, postea confert causam peccati in naturam peccatricem, non in legem, quia lex bona est.

Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? absit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatū est mihi mortem: vt fiat supra modū peccans peccatum per mandatum. Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autē, carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est. Nūc autem iā non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum: Nā velle adiacet mihi, perficere autē bonum, nō inuenio. Nō enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autē quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

*Peccās, vel
scelestus, hoc
est, insigniter
scelestum pec
catum.*

*Adiacet,
adesit.*

Peccatum.

1 *Sed peccatum ut appareat.* Sed peccatum, subaudi, mihi factum, est mors, occasione sumpta a lege, etiam sancta & bona, ut demonstraretur & appareat peccatum, id est, ut exeret suam vim & energiam per bonum ipsum, id est per legem, mortem operatum est, ut fiat, id est, demonstraretur supra modum peccans peccatum, hoc est, peccaminosum & insigniter sceleratum peccatum. Videtur hic Apostolus de incremento peccati loqui. Id autem incrementum dicit huc valere, ut nota peccati, quæ tanta est, ut lege Dei occasione sumpta nocentior reddatur, plenius appareat. Propterea fit, ut Christum audius amplecti debeamus.

Liprote.

2 *Lex spiritalis est.* Id est, docet, & exigit quæ spiritus sunt, viam scilicet in Deo fidem, certam in proximum dilectionem, præter hæc spiritum ipsum spirat. Atque hæc videtur Liprote esse, & plus Paulum significare voluisse, quam dixerit, nempe hoc: Non solum non blasphemio legem, quod ex ea accepta occasione peccatum irritatus factum est, sed prædico inferre vitam, idque ex certa scientia cognosco.

3 *Ego autem carnalis sum.* Ac si dicat, Lex spiritalis est, id est, vim spiritus habet: ego autem ab imbecillitate & morte carnis teneor. Carnem dicit naturam nostram totam, quatenus ea tenetur in depravatione illa, quæ illata est à peccato originali. Vnde cum se carnalem dicit, intelligit hanc in se depravationem obtinere. Committit Paulus inter se legem, & hominis naturam: ut clarius intelligatur, unde mortis vitium emergat.

4 *Vendatus sub peccato.* Id est, additus sum in seruitutem & iugum peccati. Sum velut seruus emptitius peccati. Traditus sum perturbationibus, iræ, tristitiæ, concupiscentiæ malæ, & huiusmodi, principium ducentibus in Adami præuariatione. Vnde perspicuum est quod venditus sum sub peccato? Ex eo, ait Photinus, quod peccato irretitus, ignoro quidnam agam. Liber autem & solutus ab ipso, agnouit quid me oporteat facere tum à naturæ, tum charitatis lege edoctus. At voluntario peccato subiugatus, sub eius iure sui constitutus ac planè diuenditus. Hinc non noui quid operer, & hoc secundum carnalem hominem. His ergo verbis, Vendatus sub &c. significat naturam hominis non habere spiritualem obedientiam: sed vitiosam esse, & seruam, seu captiuam peccati: id est, corruptam.

5 Quod

3 *Quod enim operor non intelligo.* Nō intelligo, hæc non significat ignorantiam. Nemo enim vnquā in ignorantia (quam inuincibilem dicunt) peccauit: verum, Nō intelligo (inquit) pro eo quod est tenebris obsepior, & dolorem & violentiam sustineo, verum nescio quomodo eneruer. Lex carnis, quæ & peccatum dicitur, est in fitus oblatæ naturæ peccati affectus, secundum quem vel inuitis nobis passiones insurgunt. Cuius effectus est, spiritui resistere, carnem sequi, & placetia. Secundum carnalem hominem non intelligit homo quid agat: obducitur enim quibusdam peccati tenebris, ut quid agat, ignoret, & quod non vult iuxta spiritualem hominem, id agat iuxta carnalem. Si agnoueris Paulum duos homines hic facere, ac duas leges, hominem carnalem ac spiritualem, legem carnis & membrorum, legem mentis & Dei: facile intelliges multos Pauli locos, alioqui obscurissimos. Dicit potest in hunc sensum: Non intelligo, id est, non agnosco, non proba, non habeo ut meum opus. Quoniam illud detestatur.

Lex carnis.
Peccatum.

6 *Non enim quod volo bonum.* Non dicit quod peccatum reddat hominem inuitum: Verū deceptionem qua peccatum decipit, ostendit. Caro seu sensualitas dulcedine quandam sensibus furtime insperans non facit quod volumus, sed facit quod nolumus. Hoc velle, & nolle, ad spirituale referendum est. Est quidē carni sua voluntas, aut potius suis appetitus: sed quod præcipuo cordis affectu appetebat, vocat Paulus voluntatē: quod cum eo pugnat, id vocat, suæ voluntati contrarium.

7 *Si autem quod nolo illud facio.* Legis præconium est, cū ait, Quod peccatum nolum, ab lege habeo. Quomodo igitur lex causa mali est, quum hæc peccatum solum doceat, & non faciat? Si autem quod ego spiritalis nolo, carnalis, seu ex sensualitate, facio & operor: consentio legi, quod bona est, nō accuso legem, cum me doceat fugere, quod ego spiritalis nolo, imò idem vult cum spiritu, carnis opera fugies. Bona inquam est lex, videlicet quoniam me ipsum accuso, transgrediens legem, odioque persequens peccatum. Dum ergo cor meum in lege acquiescit, & oblectatur eius iustitia (quod certe fit, ubi transgressionem odio habet) in eo sentit, ac fatetur legis bonitatem: ut satis vel experientia docente, conuincamur, legi nihil mali esse imputandum.

8 *Nunc autem iam non ego operor.* Nūc, dicit tempus iustificationis: propterea separat se hic Paulus ab homine carnali in-

f ij

voluntarium operante. Non ego spiritualis illud inuoluntarium operor: sed peccatum in me, seu membris meis habitas. Ad eum enim natura mea corrupta est, ut vi quadam ad mala me pertrahat. Id enim est veluti habitatio, assidua perduratio, ac veluti confessio est & residentia. Hanc exitiosam vim (quæ nos agit contra Deum) dicit in se habitare, hoc est, se occupare, & ferè dominari, vti solènt qui sunt domi suæ, & domicilio proprio. Hæc omnia testificantur, quæto seruore feruntur in obedientiam fideles, ut carnem suam abnegent.

9 Scio enim quia non habitat. Hoc Liptote esse videtur. Plus enim significat, quàm dicit, nepe se nimium cõpertum habere, & exprobrat, nihil boni in se, tanquam ex se, & carne sua valere.

10 Nim velle adiacet mihi. Facultas volendi bonum est in me iustificato. Perficere autem bonum in me tanquam ex me non inuenio, propter peccati raptum & celerem, quæ me inuadit, arreptionem. Corripit enim me, & ita apprehendit, ut non peragam quæ à me laudantur, sed quæ potius vituperantur. Ex his colligamus, Paulum non intelligere, sibi nihil esse, præter inefficacem voluntatem: sed efficaciam operis, negat respondere voluntati, propter impedimenta quæ caro iniicit, ne exactè faciat voluntas quod facit. Ad hunc modum accipiendum est quod sequitur: Si quod nolo illud facio. Quia non modò impedit sua fideles caro, ne celeriter currant: sed opponit etiam multa obstacula, ad quæ impingant.

Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Cõdelector enim legi Dei secundum interioremem membris meis repugnãntem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. (Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum). Igitur ego ipse mente seruius legi Dei, carne autem legi peccati.

Inuenio igitur legem. Obscura sunt (ait Chrysostomus) quæ hic Paulus dicit: Cùm volo & conor facere bonum, inuenio legem:

Internus homo.

Lex membrorum sine peccati.

Lex mentis.

Mens.

Caro.

Malum, id est, peccandi affectus.

De corpore, Peccandi affectibus obnoxio?

Gratia dei, Gratias ago Deo.

legem ad id me exhortãntem, sed aliàs auxiliari non valẽtem. Nam malum, id est, peccandi affectus & pronitas, adiacet seu adglutinatum est, quem effectum lex efferre non potest, sed gratia Dei: ideo Christo accedendum & attendendum, qui non adhortatur tantum, verum etiam tollit præteritum delictum, deinde seruat & opitulatur. Origenes sic lectione ordinat: Igitur quia malum mihi adiacet, volens facere bonum, inuenio legem Dei, & condelector ei secundum interioremem hominem. Beatus Ambrosius scribit Paulum his verbis adserere legem Moyse dare consensum contra peccatum. Chrysostomus legem laudare, & adiuuare bonum conatum. Potest hoc intelligi de lege membrorum, in hunc sensum: Inuenio legem volenti facere quod bonum est, subaudi, impositã, imperantem, quod malum mihi adiacet, hoc est efficiẽtem ut malum in me, etiam volente facere quod bonum est, præualeat.

2 Repugnãntem. Quasi dicas, contra militãntem & rebellãntem. Gaudet enim beatus Paulus metaphoris quæ militiam sapiunt: velut antè meminit de stipendiis: Stipendia peccati, mors.

3 Quæ est in membris meis. Hoc est, quæ per membra mea mihi reluctatur. Id verò non sit corporis culpa. Neque enim si regiam tyrannus quispiam domum occupauerit, ipsius tyrannidis domus est causa. Rectè dicit. Captiuum ducentem me: Pugna enim excitata inter peccatum & legis mandata, etiam ratione contradicente peccato, abit peccatum victoriam referens, captiuum agens calamitosum hominem. Hic tyrannus in membris rationem habet peccati, qui est causa peccati, vel potius quia ex peccato est, manetque in baptizatis & iustis subratione effectus inflicti & pœnæ peccati originalis, sicut & mortalem esse. Ex his colligamus, con certationem spiritus & carnis, quam Augustinus vocat luctam Christianam: ad cuius explicationem dicamus, Paulum hoc toto cõtextu quadruplicem legem fingere. Legem Dei, quæ sola propriè sit nuncupatur, quia est iustitiæ regula, quæ via nostra rectè formatur. Huic coniungit legem mentis: sic appellans propensionem fidelis animæ ad obedientiam diuinæ legis: quia est quædam nostri cum lege Dei conformatio. Ex aduersa parte opponit legem peccati & iniustitiæ: & sic allusione quadam, appellat imperium quod habet iniquitas tam in homine nondum regenerato, quàm in carne hominis regenerati. Nam & tyrannorum iura, utcunque iniquissima sunt, leges

tamen dicuntur abusuè. Huic legi peccati respondere facit legem membrorum: hoc est, concupiscentiam in membris sitam, propter eam quam habet cum iniquitate conuenientiã. In hac lucta lex Dei ad iustitiæ rectitudinem hominem vocat: iniquitas, quæ est velut lex tyrannica Satanæ, ad nequitiam instigat: ad diuinæ legis obedientiam fert spiritus: Caro, & lex membrorum, in cõtrariam partem retrahit. Paulus ergo dicit se captiuũ in lege peccati: quia quod titillatur ad huc prauis cõcupiscentiis, & commouetur, id coactio est respectu spiritualis desiderij, quod prorsus resistit. intellige Paulum in persona sentientis hos affectus loqui.

4. *Infelix ego homo.* Mortis corpus vocat corpus obnoxium affectibus peccati. Et addit, Ex hoc corpore, quod in se sumpsit personam hominis sentientis huiusmodi affectus. Quod quidem hæc est velut vna clavis ad intelligentiã Pauli, si quis anima duertat mutationem personarum, de quibus, & ad quas loquitur. Quis, inquit, me liberabit, ex corporalibus actionibus, spirituale mortem adducenibus? Aut quis me liberabit, vt nõ arripiar à cupiditatibus, quæ in corpore meo sunt, quæ nobis prorsus mortem conciliant? Quis autè alius præter Christum? id enim clam indicat. Neque enim lex me liberabit, neque mea voluntas, quantumuis ex se hoc conetur, seruabit.

5. *Gratia Dei per Iesum.* Cùm alium nõ inuenisset qui sibi salutem adferret, necessariò Christum conuenit. Agitque gratias Deo, qui nos liberauit per mortem filij sui, qui sua morte perfecit, quæ lex exequi non poterat.

CONCILIATIO.

Conciliatio 1. Quod Paulus ait. Quod autem operor non intelligo, videtur contrarium esse illi sententiæ, qua dixit: Peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem. Quomodo enim apparet, si ignoratur? Respondet August. in expositione quarundam propositio num, ex hac ad Romanos epistola: Ignoro, seu non intelligo, sic dictum est hoc loco, vt intelligatur non approbo. Quomodo enim tenebræ non videntur, sed lucis cõparatione sentiuntur, hoc est autè sentire tenebras, quod est non videre: sic & peccatũ, quia nõ illustratur luce iustitiæ, non intelligendo dignoscitur, sicuti tenebras dictum est non videndo sentiri. Et ad hoc pertinet quod scribitur Psal. 18. Delicta quis intelligit?

Secunda. CVM dominus per Ezechielem 20. cap. dicat, Ego dedi eis præcepta

præcepta non bona. quomodo Paulus hic dicit, Lex quidè sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum? Respondeo. Lex bona est, vt quæ pura & sancta est. Quod autem Ezechielis dictum est, Ego dedi eis præcepta non bona: hic intelligo cum Hieronymo in illum locum. Eo tempore quo ob varia peccata traditi sunt filij Israël diuersis gentibus, quæ natura sua bona erant præcepta Domini & Iudicia, in quibus credentes possent viuere, facta sunt eis non bona, dum nequaquam valent in captiuitate legis præcepta seruare, & facere, quæ diuinus sermo mandauit. Dedit ergo eis Deus dispersis in gentibus præcepta non bona, hoc est, dimisit eos cogitationibus & desiderijs suis, vt facerent quæ nõ conueniunt. Aut dedit eis præcepta bona quidem in se, sed non bona illis, quibus suo vitio & bona mala, & dulcia amara fiebant.

Quomodo Paulus hic dicit, Lex quidem sancta, &c. cum 1. Corinth. 15. pronũciat, Virtus peccati lex? Respondeo, A deo bona lex data semper est bona. Lex tamè ideo virtus peccati est dicta, quia occasione accepta, nõ data auget ipsius peccati noxiam delectationem.

Paulus hoc capite pronuncians nos lege solutos, & lege mortuos, aduersatur ei quod sanctè hortatur Timotheũ 2. Timoth. 3. Tu verò permanc in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quod ab infantia sacras literas nosti, quæ te instruere possunt ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu, &c. Respondeo, eos Pauli locos, in quibus videtur legem deiicere, intelligendos esse de lege seclusa ab ea, & opposita ei ope Christi, spiritu veræ iustitiæ suppediatore. Nam hoc secluso spiritu, & accepta hoc pacto lege pseudo apostoli abutebatur autoritate legis aduersus Christũ. Hæc igitur Paulus deiicit: imò illis frequenter obiicit, ostendens tum ceremonias illas veteres, tum figuras extinctas esse sanctosque illi mortuos, & ab illa solutos. Sed si legis spiritum acceperimus, viuemus. In huc usum quoniam lex diuinitus data est, rectè illi simpliciter tribuitur esse salutarè, erudire ad salutem, instruere omni opere bono, esse diuinam sapientiam, atque venam vitæ: quibus scilicet eloquiis, ea in diuinis literis commendatur.

Pugnantiam habere videtur hic locus: Nam velut adiacet mihi: cum eo qui ad Phillip. 2. scribitur, deus enim

est qui operatur in vobis & velle & perficere. Velle aliquid (ait Theophylactus) simpliciter dei opus est: velle malū, mētis est vitium. Quod Paulus ait hic, Velle adiacet mihi subaudi per gratiam reparato, est ex operatione diuinæ gratiæ, qua non solum volo bonum, sed etiam bonum facio & operor, quia a duersor concupiscentiæ spiritu ductus.

DICTIO.

Habitare.

APOSTOLVS & omnis scriptura metaphora inhabitacionis frequenter vtitur, & certam ferè ac solidam præsentiam eius quod habitare, seu inhabitare dicitur, per eā significat, plerunque & dominium. Cū Dominus pollicebatur populo Israël se habitaturum in medio eorum, promittebat pleniorē præsentiam opis suæ. Ita vbi Ioannes euangelizat, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: exhibitio nem ampliorē diuinæ virtutis intellexit, quam exhibuit dominus nobiscum in carne versans. Sic Dominus patrem & se mansionem nobiscum facturos promittit. Ad hunc modum inhabitare peccatum, est illud nobis penitius & porētius infidere: hoc est, virus suum præsentius ac plenius in nobis explicare. Simile est illud, quod Dominus gratiæ suæ contemptoribus minatur de malo demone, qui domum quā deseruerat cum septē alijs se nocentioribus repetit & inhabitat ibi.

Inca III. d

Nouus homo. Vetus homines.

INTERNVM & nouum hominem vocat, cum præualeat interna illuminatio mētis, & innouatur noster, spiritus Christi: Externum & veterem, cum præualeat mens carnis, quæ se&atur externa, & quæ sunt ingenij nondum renati, hoc est, veteris eius quod trahimus à parentibus.

Non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulandum. CAP. VIII.

Libertas.

Nihil ergo nūc damnationis est qui nō & c. iis, qui sunt in Christo¹ Iesu: *sed secundū spiritum.* qui non secundum carnē ambulānt. Lex enim² spiritus vitæ in Christo IESV, liberauit me à lege peccati, & mortis. Nam quod impossibile³ erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem *caro obnoxia*

Carnales & seruiales.

De peccato, id est Christo hostia pro peccato. Secundum carnē sunt, id est carnales viuunt: iteram, non ritus sentiunt. litudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui vero secundum spiritum sunt: quæ sunt spiritus sentiunt.

spiritum sequentes.

1 Qui sunt in Christo. Ad Galat. 3. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Esse in Christo, pro eo dicit, quod est à Christo pendere, eiusque spiritu in omnibus agi. Hæc formula beato Paulo est frequens. Reuera nihil damnationis huiusmodi à Christo pendentibus esse potest: cum nulla Christi ad Belial sit communicatio.

Esse in Christo.

2 Lex cum spiritu vitæ. Probat Paulus superiorē sententiā, Vis spiritus, quæ vitam eā inspirat, quæ est in Christo, & qua viuunt eius spiritu, lubentē facit ad omnia bona, & abhorret ab omnibus malis. Lex spiritus vitæ, ipsa est lex fidei, ait Ambrosius. Nam & Moyſi lex spiritalis est, quia prohibet peccare: non tamen vitæ, quia reis mortis peccata remittere nō potest, vt viuificet mortuos. Hæc verò quia & peccare nō vult, & à morte reuocat, lex spiritus vitæ appellatur, non per literā confās, sed per spiritum. Ambrosius eodem loco ait, legem spiritus differre à lege spiritali. Dicitur lex spiritalis, quia præcepta dat, per quæ non peccetur, quia qui nō peccat spiritalis vocatur, emulus superiorum cœlestium. Lex autem spiritus propterea vocatur, quia Deus cuius fides, spiritus est. Illic verba sunt, hic res: illic quæ Dei sunt, hic Deus ipse: hæc ille. Hæc lex spiritus, legem, id est, vim peccati & mortis depellit, deprauatum iudicium, & insanam in mala quæuis libidinem. Lex mortis, id est, vis, & tyrannis mortis, quæ in nos ius habet propter peccatum. Credidit legem spiritus perinde sonare quasi dicerem, legem spiritalem. Non placet Theophylacto vt interpretemur legem Moyſi, legem vitæ, multum enim differunt: Moyſi per spiritum data est lex, hæc autem lex vitæ spiritum subministrat.

Lex spiritus vitæ.

Lex spiritus & spiritalis differunt.

Lex mortis.

3 Nam quod impossibile erat legi. Expolitio est probationis,

Quod gratis in Christo iustificauit nos Dei misericordia, id quod legi impossibile erat. Itaque dicit: Quatenus lex infirmabatur, hoc est, inualida parumque efficax erat, deus praestitit, scilicet, impleuit. Quomodo? Deus misit filium suum in similitudinem, carnis, id est, verè carnem factum. Et verbum caro factum est, Ioannis 1. cap. Diuus Cyrillus lib. 5. aduersus Iulianum, Corpus (inquit) Christi non erat peccati corpus, sed similitudo carnis peccati. Aliter: Christus naturales adfectus suscepit ad confirmationem veræ humanæ naturæ, ne videretur apparetur in speciem per imaginationem duntaxat hominem induisse: repulsis tamè affectionibus adeoque cupiditatibus planè vitiosis, quæ vitæ nostræ puritatè defœdare solent. Has enim vt indignas deitate reiecit. Hanc ob re dictus est, in similitudinè carnis peccati factus esse. Cui dicitur lex infirmabatur per carnem: videtur dicere, Ea imbecillitas, scilicet tollendi peccatum, non est legi diuinæ imputanda, sed carni nostræ: quæ corrupta id præstare non potuit, quod sanctissima Dei lex postulauit. Nam lex quantum ad doctrinam sufficiebat ad nos iustificandos, quia perfectam iustitiæ regulam continebat: sed eam iustitiæ assequi non poterat caro nostra. Facit ergo nostræ naturæ corruptio legem nobis inutilem.

Dānare peccatum de peccato,

4. *Et de peccato dānauit.* Beatus Ambrosius in hūc locū legit, Dānauit peccatum de peccato: hoc est, peccatum proprio peccato dānauit. Christus enim cū à peccato crucifigitur, quod est Satanas, peccatum peccauit in carne saluatoris. Quo facto dānauit deus peccatum in carne. hęc Ambrosius. Similis sententiæ est Chrysost. Beatus August. lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum ca. 6. tres huius loci interpretationes affert. Prima est, de peccato peccatum condēnauit, hoc de similitudine peccati, id est, carne Christi. Altera, de peccato, id est, hostia pro peccato, id est, rursus de carne Christi. Tertia, de peccato, id est, scelere Iudæorum, qui dominum crucifixerunt, condēnauit peccatum, ob mortem filij sui. Quæ omnes tres, eò valent, quod peccatum condemnatum & abolitum sit per mortem filij dei. Magis tamen accedit Augustinus ad interpretationem mediam. Et hanc Origenes solam amplectitur. Per hostiam (inquit) carnis suæ, quam obrulit pro peccato dānauit peccatum in carne sua. Videtur planè hęc interpretatio certior. Nam 2. Corinth. 5. Apostolus propè eisdem verbis præsentem sententiā extulit: Eum (inquit) qui non nouerat, peccatum,

peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Ergo de peccato, id est, de Christo, qui nobis victima & hostia pro peccato factus est, dānauit, destruxit, exterminauit, aboleuit peccatum veteris Adæ in carne, id est, per carnem, & corpus filij sui: quod impossibile erat legi facere, quatenus infirma, imbecilla, & inefficax erat, per carnalem legis intelligentiam, cui deerat euangelica gratia. 5. *Vt iustificatio legis impleatur.* Quæ in lege iuxta spiritum intellecta, promissa erant, illa exhibita & completa sunt à Christo in his qui iam carnalia negligunt, & spiritalia sectantur. Christus nanque nobis victoriam & coronam impertit: nostra autem interest, posse retinere, quæ nobis tradita sunt, per viam fidem, & sanctam conuersationem.

Prudētia. Nam prudentia¹ carnis, mors est: prudentia² autem spiritus, vita & pax. quoniā

sapiētia carnis, inimica est deo, legi enim dei non est subiecta, nec enim² potest.

Qui autē in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autē in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autē³ spiritum Christi non habet: hic non est eius. Si autem Christus⁴ in vobis est: corpus quidem mor-

Spiritus Christi in vobis.

tuum est propter peccatum, spiritus vero viuuit propter iustificationem. Quod si spiritus⁶ eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

1. *Nam prudentia carnis.* Cū caro tantum in ea fertur quæ vetuit deus, & mala sunt: sicut spiritus in ea quæ præcipit deus & bona sunt: per se notum est, studium, curamque carnis mortem esse: est enim ferri contra deum, qui solus vita est, & vitam donat, quæ felicitas & pax more scripturarum di-

Caro. Spiritus.

Spiritus dei. citur. Vt verò vehementiora essent omnia, non dixit prudentia carnis affert mortem, prudentia spiritus affert vitam & pacem: sed, Prudentia carnis mors est, prudentia spiritus, vita & pax. *2. Nec enim potest.* Ne turberis cum audis, Nec enim potest. Non hoc dicit quod carnalem affectum habens, Deo placeat nunquam possit: Ceterum, quod si in eo perseveret, non possit sic perseverans Deo subici. Nam quomodo alii plerique resipiscentes servati essent?

Spiritus Christi.

3. Si quis autem spiritum Christi. Spiritum Dei dixit (ait Severitanus) novi testamenti dona. Porro ne mœrore afficeret Romanos, non dixit. Si verò spiritum Dei non habetis vos: sed permutavit, ut veluti de aliis loqui videatur. Insuper spiritus Dei, est etiam spiritus Christi: Christus enim Deus verus est. Hic spiritus patri & filio communis est. Quod ergo triste erat, in alium quempiam, eumque unum transtulit. Quod verò lætum ac desiderabile, ad Romanos multitudinis numero refert, in quiens, Si autem Christus in vobis est.

Christum esse in vobis.

4. Si autem Christus in vobis est. Christum esse in nobis, & spiritum Dei habitare in nobis, & habere nos spiritum Christi, beato Paulo idem valet. Hoc diuino spiritu cum Christus nos adflat, & agit, dicitur & ipse habitare in cordibus nostris per hunc spiritum, & dicitur ipse spiritus in nobis habitare. Eadem denique mansio est, quam pater & filius ad eos faciunt, qui obseruant sermonem Iesu Christi, Ioan. 14. cap. Hic autem afflatus, hic ductus spiritus Christi à Deo, nobis gratiam Iesu Christi adfert, nosque in illud immutat, ut propterea dicamur membra Christi, caro de carne eius, ipsi insiti, & viuentes iam vitam eius, non nostram, Vivo iam non ego (inquit Paulus Galat. 2.) vivit verò in me Christus.

Mors corporalis.

5. Corpus quidem mortuum. Beatus Augustinus hoc intelligit de morte corporali, cui propter peccatum obnoxium sumus. Motus hic vir sanctus ad hanc interpretationem, quod statim Paulus de resurrectione corporum loquitur, dicens, Vivificavit & mortalia corpora vestra. Diuus Ambrosius scribit, Paulo eorum corpora causa peccati mortua esse, quod deserit spiritus Christi. Quod quidem in se verum est. Apostolus autem alloquitur hic sanctos Christo insitos, quibus tamen caro adhuc negocium facessit, eosque hac de causa ad reprimendas cupiditates carnis adhortatur. Corpus ergo dicens (ait Ambrosius) totum hominem significat, mortuum peccati causa.

causa. Sicun & ab Ezechiele 18 cap. sub vocabulo, Animæ, totus homo significatur. Anima (inquit) quæ peccaverit, ipsa morietur. Quidam interpretatur, Corpus, hic ab Apostolo pro veteri homine dictum esse. Hoc, inquam, mortuum est propter peccatum: quia vita veteris Adami ut huiusmodi, nihil quam caro & opera carnis est. Familiarior fortasse videbitur hæc interpretatio. Ne perterreas cum audis, Corpus mortuum propter originale peccatum, mortu, afflictionibus, molestiis variis (quas interim nihili facies) subiectum, & obnoxium. Tibi nanque est etiam spiritus vivens & vitæ ad iustitiæ operationem & effectum. Non desunt qui legunt, Spiritus vita, ut intelligamus de spiritu Christi, qui iustificando nos vivificat, & corpus morti obnoxium olim vivificabit. prope odum indicant, quæ mox consequuntur, Quod si spiritus eius qui suscitavit Iesum à mortuis, habitat in vobis.

6. Quod si spiritus eius, qui suscitavit. De resurrectione nunc distulit. Quod morti obnoxium habes corpus, caue tibi persuasas, omnia simul interitura, & quæ non resurgent: habes namque Dei spiritum, qui Christum à mortuis excitavit: utque & illum eduxit ab inferis, sic planè & te suscitabit, quineriã donabit te & vitam. Resurgent præterea & qui hoc spiritu carènt, sed in supplicium. Qui verò spiritus fuerint, in vitam suscitabuntur, eoque Paulus non dixit, Mortalia corpora suscitabit: sed, Vivificabit, propter inhabitantem in vobis spiritum. Quia iam caro & membra Christi sunt qui in eum credunt, ut qui eodem spiritu vivant, sequentur membra caput suum suscitatum à mortuis. Nec qui inhabitasset intulit, sed inhabitantem, utpote qui vobiscum ad finem usque sit permanens. Videtur paucis huius loci sensus sic explicandus: Quamlibet morti obnoxia sint corpora vestra, tamen propter spiritum Dei in vobis habitantem, ad immortalitatem & vitam eam Deus suscitabit, ut Christum iam mortuum reviviscere fecit: cuius caro & membra (per eius spiritum in vobis) estis.

Spiritus Vita.

Resurrectio.

Ergo fratres, debitores sumus: non carni ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim spiritu Dei

Non secundum carnem vivetis
2. Tim. 1.

Gal. 4. 4 aguntur, ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba (pater)⁴. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei.

Hæredes. Cohæredes.

Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur ut & glorificemur. Existimo enim, quod non sunt condignæ passionis huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Carni debere.

¹ *Debitores sumus non carni.* Quia tanta consequuti sumus beneficia à deo, nõ carni, sed spiritui debemus nos nostraque, & ne existimetur Paulus necessaria corporis ministeria adimere, ut alimentum, indumentum, & huiusmodi, infert: Ut secundum carnem viuamus: hoc est, carnem carnalibus cupiditatibus inuolui permittamus. Quod infra 13. cap. exprimit, dicens, Carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Spiritus Christi noster auringa.

² *Quicumque spiritu Dei aguntur.* Quasi dicat, Qui perseuerauerint in fine vsq; hunc spiritum Christi ducet & auringam suam præstituerit, hi filij Dei sunt. Hic spiritus est, quo nos Deus sibi adoptat, quo cõparticipes, hæredes dei, cohæredes Iesu Christi dicimur: ut documento sit, nos eius filios dici, restituta in nobis eius imagine. Hic spiritus alibi à Paulo Arrabodicitur: pignus electionis nostræ, & obsignatio, 2. ad Cor. 1. qua nos Deus sibi obsignauit. Hic spiritus agit, docedo nos, quid verè bonum sit, & in illud inflamando: reprimit quoque contrarias cupiditates, ut quæ recta sunt agamus. Neq; hunc accipimus cõ timore, seu, ad timorè & terrorè. Hos enim terrores conscientia concussione, dubitatione, & fugam à Deo, vocat spiritum seruitutis in timorè. Est enim Iesus Christus (cuius est spiritus ille) mitis, suavis, & mansuetus, qui legem suam non annunciauit cõ illis tonitruis & terroribus magnis, ut olim cum daretur lex in monte, sed in omni mansuetudine.

2. Cor. 1. d. et 5. b. Ephes. 1. c.

³ *Adoptionis.* Non caret mysterio, quod adoptiui filij Dei dicimur, nam natura sumus filij iræ. Ephes. 2. At Deus nostri misericordiam

Ipse enim. Idem.

Condignæ. Pares.

sertua

seruus, per naturalem suæ proprietatis filium suum nos redemit, & spiritu sancto corda nostra confirmauit, & nomen illud supremum & diuinum patris nomine appellamus. Christus ergo natura filius Dei est, æqualis, & consubstantialis patri: sed sancti, filij sunt adoptione: quia propter Christum recepti sunt, & donantur Christi donis: scilicet spiritu sancto, & noua æterna vita, sapientia, & iustitia, &c.

⁴ *Abba pater.* Spiritus est qui postulat, id est, postulare nos facit, ut patrem agnoscetes oremus: Pater noster qui es in cœlis, &c. Ista est fiducia & audax familiaritas, qua miser & vermiculus homo, diuinam maiestatem patrem appellat. Et religiosissime institutum est, ut à parocho dicatur, dum secundo adorans leuat sacrosanctam Eucharistiam, populo spectante, & eandem ut verum Iesum Christum adorante, in sacris, seu missa illa verè cœlesti: Et diuina institutione formati audemus dicere, Pater noster qui es in cœlis &c. Hoc cooritur ex gestu quodam sensuque spirituali, diuine bonitatis per Iesum Christum exhibite: quem gustum ac sensum affert spiritus sanctus, testimonium perhibens spiritui nostro: id est, conscientia nostræ quod filij Dei sumus, ut his ab Apostolo subditur. Ante Christi aduentum dicebant, Deus Abraham Deus Isaac, Deus Iacob, deus qui in rubo Moyse apparuisti: patrem habemus Abraham: huiusmodi loquutionibus utebatur. Nos verò audita Iesu Christi doctrina, oramus: Pater noster: iam non auditur pater Abraham, Isaac aut Iacob. Est enim nobis pater in cœlis, cui filius proprius nos reddidit filios: sumusque filij adoptionis, & hunc agnoscimus patrem. Idque testificatur spiritus sanctus nostro spiritui, firmiter credenti Deum esse patrem nostrum, Hic spiritus testimonium reddit per effectum amoris (ut dicunt) filialis, quem in nobis operatur. Aut cum in ecclesia audimus remissionem peccatorum fieri, siue per baptismum, siue per penitentiam, id nos facit agnoscere spiritum sanctum, & eo autore clamamus, Abba pater, non magnitudine vocis, sed affectus. Quod Apostolus Hebræam vocem cum Græca posuit, seruiuit affectui. Dicit enim vel singulari grauitate loqui institutum, vel ardemus animo, in natiuam linguam relabimur: etiam apud eos qui naturam nostram linguam non intelligunt. Sic Ioannes plerisque voces Hebræas in historia sua posuit, Cephas, Messias, & alias quasdam. Hac ratione & Marcus, 1. cap. verba domini

Quid est spiritus Christi postulare pro nobis.

Abba pater

ni ad puellam quā reuocabat à morte, Hebræa lingua, id est, qua tunc Hebræi utebantur, posuit, Talitha kumi. Et Apostolus noster in fine prioris ad Corinthios, deuouens aduersarios Christi, & minitans eis aduentum domini, Mará atha, dixit: id est, dominus venit. Aut, ut ait Petrus Lombardus in hūc locum. Non frustra duarū linguarū duo verba idem significántia posuit, propter vniuersum populum qui de Iudæis Abba clamantibus, & gentibus pater, in vnitatem fidei vocatus est. Aut dici potest, duplex adponitur patris nomē, ut ostendatur firmitas & certitudo fiducia.

Mará atha.

Compati.

§ *Si rāmen compatimur ut c.* Hoc loco cōpati est, nō quod qui dam vulgō accipiunt, moueri malis alterius, sed socium esse & imitatore, atque æmulum afflictionum Christi. Hoc dictum bifariam accipi potest, causaliter, & conditionaliter. Priore modo hunc sensum accipias: Quia vnā cum Christo tam multa sufferimus, indubitātō hoc nobis persuasum est, nos Christo esse coheredes, & eiusdem glorię participes. Ad hunc modum legit Chrysostomus. Sic & hanc certitudinē futurę glorię præsētibus afflictionibus Paulus Timotheo suo confirmabat. Cū enim hortatus esset ad constantiam in persecutionibus propter euangelium perferendis, subiicit, 2. ad Tim. 2. cap. Fidelis sermo, Nam si commortui sumus, & conuiuemus si sustinebimus, & conregnabimus. Si dictum hoc conditionaliter accipiatur, transitio est ad confirmationem tolerantię, qua perferamus afflictiones pro Christo: facitque ad hęc ratio: Si vnā affligamur, fit ut vnā glorificemur. Christus hac via gloriā suam iniuit, ut plurima antē pateretur: ergo eadē via & nobis hęc gloria in eunda erit. Sed hoc neminem frangat, nemo his afflictionibus retrocedat. Tanta enim est hęc gloria Christi, quę nobis communicabitur, ut nullę afflictiones quę hęc nobis incidere possunt, queant illi conferri. Atque id est quod Paulus subiungit, Existimo enim, &c. Quod verbum existimo, non pro opinor, aut dubito accipitur: sed pro perpendo, siue reputo. Nec enim id opinatur Paulus ceu dubitans, sed certus ita esse perpendit in animo suo. Qui periculum fecerat de iis (ut docet 2. Corinth. 11.) non dubius loquitur.

Existimo.

Nam expectatio¹ creaturę, reuelationem filiorū dei expectat. Vanitati enim

creatura

creatura subiecta est, nō volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quā & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum Dei. Scimus enim² quoddam creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solū³ autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra⁴ nos gemimus, adoptionem filiorum dei, expectātes redēptionē corporis nostri.

Adhuc, ad hoc tempus.

1 *Nam expectatio creaturę.* Excitans hic Paulus auditorem, & attollens, erigēsq; à creatura, grandem reddit sermonē suum contemptum præsēntium constituens, cupiditatēque futurorum. Atque ut futurorum bonorum excellentiam exhibeat, ac desiderium ostendat, quo cupiant liberari, à quibus malis detinentur, infert etiam creaturam valde expetere, præsolarique bona. Locus hęc intellectū difficilis. Nihil reuera temerē de hoc confirmandum, sed pia diligentia etiam atque etiā verba diuina tractanda sunt. Beatus Aug. lib. 83. quæstionum, & 57. & ad Orosiū cap. 8. intelligit nos ipsos, quos omnem creaturā dictos esse ab Apost. arbitramur, eō quod nullū sit creaturę genus, quod nō in homine possit agnoscī. Nos ergo anima & corpore afflictos in præsenti, quatenus creaturę sumus, dicit expectare reuelationem filiorum Dei, hoc est nouę in nobis creaturę, quę in præsenti variis ærumnis & miseriis quasi obtegatur, & reuelabitur in resurrectione. Origenes mentem id est rationalem creaturam hęc intelligit. quę dum necessitatibus corporis occupatur, congemiscit, & parturit, expetens sui liberationem, quę tum futura est, quum filij Dei innouabuntur penitus. Diuus Chrysostomus scribit, Apostolum, ut hunc suum sermonem manifestior ē faceret, personam assignere toti huic mundo: Atque hunc locū vsq; ad id quod sequitur: Nō solū autē illa &c. multi ex Græcis interpretantur de creatura quacūque, præter rationale intelligi: esse quę hęc figurā profopopœiā, hoc est, personę fictionē, quoties in inanimatum loquitur, aut contrā. Quemadmodum & prophetę inducūt flumina plaudere ma

Creatura.

Adoptio filiorum. Redemptio corporis.

Augustinus Expectatio creaturę.

Origenes.

Chrysostomus.

Profopopœia.

Hyperbole. nibus, colles exultare, & montes subflire: volentes nimirum ea hyperbole (id est oratione opinionem & fidem humanā excedente) amplitudinem exponere bonorum, de quibus loquuntur. Similibus figuris vtuntur etiam in tristibus prophetæ luctū tribuunt Soli, Lunæ, syderibus, & creaturis reliquis: quibus hyperbolis immensitatem expriment miseriam & calamitatis, quæ hominibus destinatur. Nec solū hoc in hīc loquutionibus significatur, sed etiam quædā sympathia & cognatio, quā cum homine habent res vniuersæ. Sicut enim propter hominē omnia condita sunt, ita suo modo pro cōditione hominū, & ipsa habent. Terra sterilis, propter pietatem inhabitantiū redditur fructifera: & terra fructifera propter impietate habitantium vertitur in falsuginem, vt canit ille Psal. 106. Principiō enim vbi homo peccasset, terra maledictioni subiecta est, vt spinas proferreret & tribulos. Angeli quoque cōgaudent super vno peccatore pœnitentiā agere: dolent vtiq; pro his qui pœnitentiā negligūt. Dolent in quā, non dolore in se, sed in modum dolentium se habent. Atq; solet esse frequens hæc in sacris metaphora: vt apud Esaiam 33. cap. scribitur: Angeli pacis amarē flebunt. Sic in prophetiis, quibus sacri prophetæ prædicunt præcipuā populi Dei vel calamitatem vel felicitatē, vtranque cœlo & terræ ac rebus omnibus communicant. Vnde cū Esaias 63. cap. de regno Christi vaticinatur, cœlos pollicetur nouos, & terrā nouā, adeoque nouitate præcellente, vt priorū nullam inde dicat fore memoriā. Paulus denique ipse dominū nostrū Iesum instauratorem omnium facit, quæ sunt in cœlo & in terra. Ephes. 1. & Coloss. 1. cap. Hæc omnia vipote congemiscere, & parturire, tribuuntur omni creaturæ, toti machinæ rerū, non q̄ illis propriē competant (est enim in his loquutionibus. Antropopathia) sed quod omnino arcana quædā singularis rebus est cum homine sympathia: ex qua suo certo modo cunctæ res, calamitates & casus aduersos hominū dolent, salutem expetunt, & de ea gaudent. Facit ad hoc, cū sacri prophetæ prædicunt atrociores ruinas gentium, totam machinam mundi vnā commouendam testantur. Ita Esaias 13. cap. eum prædiceret excidium Babylonis, Stellæ (inquit) & astra non lucebunt, Sol obtenebrabitur in ortu suo, & Luna non splendet lumine suo, &c. Historia quoque testantur, quā terrificē omnīū creaturarum cœlestium & terrestrium immu-

Sympathia.
Res vniuersæ
suo modo pro
conditione ho
minum se ha
bent.

*Angeli do
lent quid.*

*Antropopa
thia.*

tationes factæ sunt in euerfionibus regnorum, & populorū. *Affectu quod res vniuersæ ductæ videntur pro conditione hominum.*
Ita contrā, quando dominus populis singulari magnificentia opem ferre instituit, facit ad id sibi seruire superna & infernaūque facit modo aliquo insolito & stupendo. Sic cœlum & mare seruiebant Israëlitis exeuntibus de Ægypto, & in perdendo hoste Pharaone, & Israëlitis in tutum inducendis. Totum quoque cœlum, & ipsi angeli adfuerunt Ezechie contra Assyrios. Huiusmodi multa sunt Esaiæ 30. capite expressa: & apud prophetas omnes. Idem videre est in Christo domino. Huic recens nato, cœlum clarius illuxit: Angeli gratulati sunt, & gloriam eius cantantes prædicant: Gloria in altissimis Deo: Stella adduxit magos: in deserto ministrarunt ei Angeli, & dæmones confiteri eum oportuit: morienti compassa est tota orbis machina: sol obscuratus est, terra mota, petreæ scissæ sunt. Velum templi scissum est. Resurgenti & cœlum (quia cœlica luce conspiciebantur angeli) & terrā concussa gratulabantur: Angeli aderant resurrectionis nunciij. Ita rursus, cū ascenderet ad patrem, lucida eum excepit nubes, & angeli de reditu eius testati sunt. Cū mitteretur spiritus sanctus, iterum totus orbis subseruiuit tonitru, vapore, igni, terræque motu. Dicatur ergo in hunc sensum: Creatura rationis expers, naturamque habens corruptibilem & interituram, expectat reuelationem filiorū Dei, id est mundi finem, quando demonstraturus est Deus, quinā sint filij Dei, quive filij Satanæ: vel tempus consummatæ beatitudinis, quia interim vanitati subiacet & corruptioni. Et si angeli iusti incorruptibiles sunt, tamen cum rebus corruptibilibus negotium habent, res mundi administrantes, & vident interire opera sua, vt ait Ambrosius. Cœli quoque mutabuntur. Psal. 102. In initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Vanitas nō hīc sonat mendacitatem, sed potius frustratiōnem: quod creatura interim non assequatur, quod vtiunque contēdit efficere: Verbi causa, dum aliud ex alio propagans, in diuiduis vicissim cadentibus, ac renascentibus speciem tuetur, ne intercidat, mediatur immortalitatem quandam, sed frustra. nō enim singula hæc corruptibilia, restituto homine incorruptibili & immortalī, renouabūtur ad incorruptionem, tametsi expectare quodammodo videātur. Huic corruptioni subiecti

Vanitas.

est volens, vel inuita, propter eum qui subiecit eā: id est, vel propter Ade peccatum propter quod & terra & creatura ma ledictioni & corruptioni facta est obnoxia: Vel propter Christum, qui sua potentia, & inuitam illam corruptioni tenet obnoxiam: in spe tamen exuendi illam naturam interit- turam, quippe quæ liberabitur à seruitute & necessitate cor- ruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei: hoc est, propter libertatem gloriæ, siue quando libertatem gloriæ filij Dei as- sequentur. Locutio ista, Expectatio expectat: etsi paulò est inuitatior, habet tamen conuenientissimum sensum. Signi- ficare enim voluit, magna anxietate constrictas, & magno desiderio suspensas creaturas, expectare diem illum, qui glo- riam filiorum Dei exhibebit.

Omnes crea-
turae liberta-
tem nostram
suscipere vi-
dentur.

2. Scimus enim quòd omnis creatura. Omnes creaturæ quodam modo libertatem nostram suspirant, & instar parturiētis dif- ferri dolent: quippe quæ non antè perfectionis gradum for- tientur, quæ post iudiciū, reuelatione filiorū Dei facta, noui cœli, nouæque terra fiant. Hæc non dicit Paulus, quia gemi- tū cuiuspiā, qui à terra moueatur, audierit: verum vt ob oculo- los poneret cupiditatē, quæ expedit creaturæ à malis liberari.

3. Non solum autem illa sed et nos ipsi. Non solum illa, supple creatura rationis exers, supple, vult illa, quæ præmissa sunt: sed etiam nos ipsi habentes primitias spiritus, id est, donum spiritus sancti, quod à Christo glorificato cœpit effundi opu- lentius. Illud enim donum Apostoli & primum & largissimè perceperunt. Sic vocauit Apostolus Christum primitias re- surgentium, quòd primus à mortuis resurrexit. 1. Corint. 15. & 16. cap. huius epistolæ, vocat domum Stephanæ primitias Achaicæ, quòd ex Achaicis primi credidissent. Aut, Habentes primitias spiritus, id est, naturale aliquod iudicium rationis, tanquam spiritus sancti primitias, & delibamentum accepimus, ad illam libertatem suspiramus.

Primitia.

4. Et ipsi intra nos gemimus. Exaggerat gemitum desiderij gloriæ filiorum Dei, vt ostendat quantum sit hîc sanctorum desiderium, & ex eo, quanta illa ipsorū gloria, pro qua a deò gemunt & suspirant. Exaggerat verò gemitum à persona ge- mentium, & à modo. A persona, ait enim, Et nos ipsi qui primi spiritu Dei donati sumus largissimè & opulentissimè. A modo, quia intra nos ipsos, in intimo cordis nostri, non leui- ter, non affectu quodam externo, sed taciti intra nos ingemi- scimus,

Adoptio. i

scimus, expectates adoptionem filiorum Dei: non illā initia- lem (ait Theophylactus) quā iam assequuti sumus in baptis- mo: sed consummatam, ipsam scilicet tum animæ tum corpo- ris redemptionem, & expeditam ab omnibus affectionibus & corruptionibus liberationē. Venundata siquidē sunt peccato, sanguine verò Christi redimuntur: vt iam non peccato sed iustitiæ seruiant, & vitæ beatæ, in qua perfecta & consum- mata dicitur redemptio, & adoptio. Est certè λυτρωσις perfecta quædam & expedita mortis & passionis liberatio, quæ- do non amplius nobis sit ab ipsa adoptione, ad seruitutem peccati diuertendi facultas. Si quis desiderat intelligere, de annouatione creaturarū post diem iudicij, legat Beatū Tho- nam, qui hanc questionem exactius tractat parte 3. quest. 91. Affirmatque corpora cœlestia, elementa, & homines inno- uandos esse: Animalia, plantas & mineralia minime. Quoniā hæc secundum & partem & totum corruptibilia sunt: illa ve- rò aut secundum totum, aut secundum partem sunt incorru- ptibilia. Sunt & aliæ rationes quas adducit.

λυτρωσις.

Spe enim salui facti sumus. Spes autē Spe- quæ videtur, non est spes: nam quòd vi- det quis, quid sperat? Si autem quòd nō videmus, speramus, per patientiam expe- ctamus. Similiter autem & spiritus adiu- uat infirmitatem nostram. Nā quid ore- mus sicut oportet, nescimus: sed ipse spi- ritus postulat pro nobis gemitibus in- narrabilibus. Qui autem scrutatur cor- da, scit quid desideret spiritus: quia se- cundum Deum postulat pro sanctis. Sci- mus autem quoniam diligentibus Deū, omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositū vocati sunt sancti.

Spe.

Orare.

Pro sanctis
vel sanctis
hominibus,
vel rebus sa-
lutaribus
et puris.

1. Spe enim salui facti. Ac si dicat, Dixi eos, qui credūt in Chri- stum, esse filios atque hæredes Dei, cōsq; saluos atq; beatos. Sed si hac salute & beatitate re ipsa nō fruamur, & potiamur

Ephesi.

noti pertædeat, quoniam spe & expectatione (quæ non cõfundit) salui sumus. Sperantes salutem illã, ad quam in nobis cõfirmatã, impartit nobis Christus suum spiritum pro arrabone hæreditatis. Vnde 1. Ioan. 3. & in hoc scimus quoniam manet in nobis, ex spiritu quem dedit nobis. Hæc spes & expectatio gentium (de quo paulò antè sum loquutus) parit, non excludit. Ne igitur quæras cuncta hic adesse tibi bona, sed nonnulla etiã spei reconde. Si enim cuncta tibi præsto esse vis, non est tibi spes. Etenim spes, quæ videtur nõ est spes. Si autem quæ non videmus speramus, per patientiam assequemur illorum expectationem. Ex his apparent duo esse in spe. Absentia rerum, quas speramus & certa earundem expectatio: in illa est afflictio & gemitus, in hac fiducia & alacritas. Cum ait, Spes quæ videtur: Metonymia vitur, spem vsurpans pro rebus speratis, vt omnia cum Dinofii, seu grauitate dicat.

Duo in spe clauduntur.

Spiritus fesus & afflitos lenat.

2 Similiter autem et spiritus. No existimes, inquit, defatigari expectando, Spiritus enim non sinet te defatigari, verũ hac in re te adiuuabit. Sumus enim infirmi, nec parietes satis esse possumus: circa spiritus paraclæti auxilium. Nã si conaris bonum operari quantum in te est, spiritus pariter tui curam geret, & auxiliabitur: si verò negligis, simul negligèris. De huiusmodi auxilio arcano Dei dum fertur, singularis fit mentio apud Dauidem Psalmo 33. & plerisque aliis Psalmis. Rogabis: quomodo datur spiritus sanctus, & quomodo est efficax: Respondeo: Cum sustentamus nos verbo in ipsis certaminibus, & inuocamus Deum: hæc duo Paulus hic coniungit, sicut in Psalmo dicitur: Sustinuit anima mea in verbo eius. Et: Cum inuocarem, exaudiuit me Deus. &c. Et Christus inquit, Dabit spiritum sanctum petentibus se.

Vary affectus rei modi.

3 Nam quid oremus sicut. Scimus petèda esse saluti necessaria, qualia sunt credere, sperare, diligere Deum ac proximum propter Deum, esse misericordem, patientem, benignum, pœnitentem, mansuetum, & huiusmodi: sed expedientes seu necessarios ad horum conseruationem & consequutionem modos, euentus, occurfus, & huiusmodi, in particulari ignoramus. Multi enim varique sunt modi adsequendæ rei. Vnus mihi noxius est, qui alteri est commodus: & quem mihi existimo vtilem modum, is reuera inutilis est mihi, Monasticæ alicui utilis est, quam alter ferre non potest, ad contemplandã

templandã diuina, aut huiusmodi. Origenes, Ambrosius, Chrysostomus, & Augustinus coniungunt illud, Sicut oportet, verbo oramus: existimant enim Apostolum voluisse hic dicere, nos nescire quid oporteat orare, eoque sæpe pro salubribus orare noxia. Adducunt Paulum qui orat iter expediri sibi Romam. Item remoueri à se angelum Satanæ cædentem, & neutrum exorari, quia non orat quemadmodum oportebat. Scimus quidem finem, sed modum assequendi frequenter ignoramus, sed spiritus postulat, &c.

4 Sed ipse spiritus postulat. Cum Spiritus sanctus nostrum spiritum videt laborantem, & aduersantem carni, & quasi adhærendo sibi, oratione præit, & ad orandum eum excitat, facitque postulare: dum caro concupiscentias suas ingerit, puritatem spiritus impedit, & synceritatem orationis obfuscat. Sed vbi viderit spiritus Dei (ait Origenes) laborare spiritum in aduersando carni & adhærendo sibi, porrigit manum, & adiuuat infirmitatem eius. Et velut si magister suscipiens ad rudimenta discipulum, & ignorantem penitus literas, vt eum docere possit, & instituere: necesse habet inclinare se ad discipuli rudimeta, & ipse prius dicere nomen literæ, vt respondet discipulus & dicat & discat, ac sit quodammodo magister incipienti discipulo similis, ea loquens, & ea meditans, quæ incipiens loqui debeat ac meditari: ita & sanctus Spiritus vbi oppugnationibus carnis perturbari nostrum spiritum viderit, & nescientem quid orare debeat, secundũ quod oportet: ipse velut magister orationem præmittit, quam noster spiritus, si tamen discipulus, esse sancti Spiritus desiderat, prosequatur. Ipse gemitus offert, quibus noster spiritus discat ingemiscere, vt repropitet sibi Deum. hæc ille. Reuera hæc tam sancta suspiria, hos gemitus, has orationes, vt relicta hac carnis infirmitate in patriam conscendamus, Spiritus sanctus nobis ingerit. Etiam si spiritus hominis aliquando petit nocitura, tamen Spiritus sanctus afflans animos aliquorum, corrigit quod malè petebatur, veluti præfectus omnibus sanctis interpellationibus. Legito Augustinum in 6. cap. Ioannis.

5 Scit quid desideret spiritus. Qui scrutatur corda, nouit quidnam sit affectus spiritualium hominum, qui orationis tũ spiritum, tum donum acceperunt. Nouit inquam Spiritus sanctus, quod spiritalis non secundum noxiã cupiditatem, sed secundum

Spiritus sanctus, nostrum spiritum præcedit vt orat

Spiritus cognoscat nostros affectus

dum Deum (id est, voluntatem Dei) intercedit pro sanctis: Qui (ait Photinus) per orationem sanctificantur. Vel quia pro puris, Deoq; placetibus operibus petitiones faciant, vel pro hominibus sanctificationem desiderantibus. Quia diligentes Deum (ait Ambrosius in hunc locum) etiam imperite precati fuerint, non illis oberit, quia propositum cordis illorum sciens Deus & ignorantiam, illis imputat quæ aduersa postulant, sed ea annuit quæ danda sunt amantibus. Vnde & dominus ait Matth. 6. Scit autem pater vester, quid vobis opus sit antequam petatis ab eo. Hæc ille

6 *Samus autem quoniam diligentibus.* Totus hic locus ad eos, qui in periculis sunt constituti, pertinet: eruditq; eos, ne seligant semper quæ sibi videntur commoda, & vtilia, qui si aduersa patiantur, audiant id factum ad explorationem patientiæ. Atq; & prospera & aduersa cooperantur in bonum. Sunt qui referunt verbum ad spiritum, vel ad omnia. Iuxta priorem sensum intelligunt, Spiritum sanctum omnia vertere in bonum suo auxilio: Iuxta posteriorem accipiunt, Omnia etiam mala, seu aduersa, adiuuante esse sanctis ad felicitatem. Propterea non dixit quibuslibet id contigisse, sed à Deo tantummodo vocatis. Deinde ne existimetur Deus partem solummodo mortalium vocasse, subiicit, Iis qui secundum propositum vocati sunt. Ostendens omnes quidem vocatos esse, verum eos duntaxat obediuisse, qui secundum propositum ac prædestinationem sint vocati. Hi autem (ait Ambrosius) secundum propositum vocantur, quos credentes præsciuit Deus futuros sibi idoneos, vt antequam crederent, sanctentur. Videtur hic Apostolus, cum dicit, Omnia cooperantur in bonum, ad superiora respicere, quibus testatus est omnem creaturam nobis congemiscere: perfici salutem nostram expectere, tum ipsum quoque spiritum succurrere nostræ infirmitati. Ad hæc ergo, velut amplificans dicit nunc, Sic nos iuuat spiritus, sic opem ferre omnia querunt, sic Deus in salutem nostram omnia instituit, vt nihil omnino sit, quod nostram salutem non adiuuet, & quodammodo instauret.

Vocati secundum propositum

Prædestinatio

Nam quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocauit:

uit: & quos vocauit, hos & iustificauit: *Vocatio. Iustificatio. Glorificatio.*
 Magnificauit, glorificauit. *Magnificatio. Glorificatio.* Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis⁴, quis contra nos? Qui etiam⁵ proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit⁷ aduersus electos Dei? deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. *Donatus nobis Christum.*

1 *Conformes fieri imaginis.* Qualis nam imago (ait Cyrillus) Dei hic intelligitur declarabit ipse Paulus, quum 1. Corinth. 15. ipse dicit, Quemadmodum portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis: hoc est, vitam in sanctificatione, ac irreprehensibilem ad proximum conuersationem. Quemadmodum enim imaginem terrestris, id est Adæ, dicimus esse vitam in inobedientia & peccato: ita imaginem supercœlestis, id est Christi, sanctificationem, iustitiam, & obedientiam adseueramus. Istos quos præsciuit (ait Ambrosius) futuros sibi deuotos, ipsos elegit ad promissa præmia capeßenda, vt hi qui credere videntur, & non permanent in fide cepta, à Deo electi negentur: quia quos Deus elegit, apud se permanent. Est enim qui ad tempus eligitur: sicut Saul & Iudas, non de præsentia, sed de præsentia iustitia, hæc ille. Conformes nos filios suos faciet, quando configurabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum corpori claritatis suæ in resurrectione, vt sit ipse primogenitus mortuorum & resurgentium. *Fieri imago Dei.*

2 *Quos autem prædestinavit.* Prædestinatos vocauit per prædicationem Iesu, iustificauit per mortem illius, glorificauit per resurrectionem, ac præmiu immortaltatis. Siue, vocauit per doctrinam Euangelicam, iustificauit per baptismum, glorificauit per dona spiritus. Ad huc modum Paulus gradibus quibusdam ab eo, quod est omnium primu, peruenit ad id, quod est omnium summum, quod res esset firmior & absolutior. Aut *Electio duplex. Quando conformes nos se suos faciet.*

dici potest hūc in modū: Quos Deus prædefiniuit, seu prædestinauit, in hoc scilicet vt per Christū adducantur sibi, hos vocat, etiā in cōmunionem Christi, & vocatos per hūc Christum suū peccatis omnibus absoluit, id est iustificat, tandēque imagine sua in eis restituta, & diuinitate quadā plenius impertita, gloriosos & sui cōmunionem beatos reddit.

3 *Quid ergo dicemus ad hæc?* Non placebimus nobis de tanta Dei in nos dignatione? Non gloriabimur de Deo nobis sic propitio? nō exultabimus summa securitate & fiducia de tāta felicitate? Nō insultabimus denique summa confidentia & animositate omni vi aduersarię, de tanto cōtra omnia mala præsidio? Hæc omnia insunt isti interrogationi. Quid ergo dicemus ad hæc? Vnde subiicit.

4 *Si Deus pro nobis.* Si Deus pro nobis, vt pater pro filiis, vt saluator pro iis, quos ab æterno ad salutem præfinit, vocauit, remissis peccatis cooptauit, paulō pōst gloria sua plenē donaturus: quis contra nos quicquam valeat, vt hāc plenam & solidam nostram felicitatem vlla ex parte imminuat?

5 *Qui etiam proprio filio.* Quis cui parcat amplius, quā filio? quid seruatum æquē cupiat, atque propriū filium? imō quid non impēdat quis, vt saluum habeat filium? At Deus sic pro nobis est, sic nostræ saluti studet, vt quōd nos perpetuū salui essemus, non solū filio suo non pepercit, nec eū quouis modo pro salute nostra impendit: sed tradidit ipse eum, vt pro nobis moreretur. Idem expressit dominus Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, &c.

6 *Quomodo non etiam cum illo.* Vt liberati peccatis æternam vitam viuereamus, Deus filium suum propriū, malorū omnium depulsorem donauit. Ergo cū hoc depulsores malorū conciliatorēque bonorum omnium, donauit nobis omnia. Quia hæc nota sunt, interrogatione est vsus.

7 *Quis accusabit aduersus electos?* Interrogationes istæ, nō videntur tam rogare, quā instare, & fiduciam veritatis exprimere: vt cū interrogatur, *Quis accusabit aduersus electos Dei?* Respondendū, Nemo. Et quod subiicitur, Deus qui iustificat: ratio est confidentiæ, quā interrogatio præcedens expressit. Deo enim iustificante & absolvente, quis ausit accusare? Et vt id quis ausit, & reos nos etiam peragat, præstō est

est satisfactio, mors Christi, imō potens aduocatus, qui nos omni quālibet merita condēnatione eripiat. Christus mortuus rediuius, & ad dexteram Dei sedens & regnans: hic enim interpellat pro nobis. Nemo ergo ausit criminari eos quos Deus non solū vocauit, sed etiam elegit. Pronunciā-
Sensus pronūciatione variatur.
 dus est hic locus interrogatiuē. Nempe sensus etiam pronūciatione variatur, adē vt sermo perperam pronūciatus, sensum faciat hæreticum interdum. Adnotauit hunc locum Augustinus de Doctrina Christiana lib. 3. cap. 3. Equis est qui condemnet spiritu adiuuante imbecillitatem nostram, patre autem iustificante, filio verō pro nobis mortuo? Porro quos ipsa trinitas iustificauit, quis condemnet? quasi dicat, Nemo. Hæc certē irrefragabilia sunt. Animaduerte quōd non dixerit seruos Dei, sed electos, dignitatem illorum amplificans. Non dixit, Qui remittit peccata: sed quod maius est, Qui iustificat: ne per interpellationem diminutionem quādam intelligas. Primum parem adēoque æquam dignitatē posuit, nimirum quōd sit ad dexteram patris. Deinde adiicit, interpellat: hoc intellige, quod per incarnationem. Quia homo factus est, pro nobis ad patrem interpellat, quoniam ipse pōtēst, vt infra ad Hebræos docetur.

Quis ergo¹ nos separabit à charitatē² Christi? Tribulatio? an angustia? an famē? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est,

Quia propter te mortificamur tota die: *Psal. 43. d*
 æstimati sumus sicut oues occisionis³)

Sed in his omnibus⁴ superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum⁵ enim, quia neque mors⁶, neque vita, neque angeli⁷, neque principatus, neque virtutes, neque instātia⁸, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundū, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Virtutes,
 potestates.

1 *Quis ergo nos. Rēpexit ad illud, Quis accusabit aduersus electos dei? Quis condemnet? Pertinent enim hæc ad probandum propositionem, Omnia cooperantur in bonum, &c. Auditorem erigit Paulus, vt ne succubat, animūmve despondeat, audiens afflictionem, persecutionem, & huiusmodi. Omnium, inquit, dominamur per gratiam Christi. Omnibus, inquit, ad iniuriam expositi sumus (nos Apostoli videlicet) tāquam nos oporteat primūm mactari, cui sanē rei nihil contradicimus. Catalogum istorū, quibus ipse, & alij Apostoli initio exerciti sunt, exposuit 1. Corinth. 4. 2. Corinth. 4. 6. & 11. Totum hunc locum August. lib. de doctrina christia. 4. cap. 20. profert, velut exemplar orationis, quæ vehementiam cum ornatu coniunxerit.*

Charitas.

2 *Separabit à charitate. Charitas hic videtur accipi, qua nos dilexit deus, & ad redamandum prouocauit. In hunc sensum accipiunt beatus Ambrosius, & Augustinus. Chrysostomus intellexit de dilectione dei in nos, propter verbū conclusionis sequentis, cum addit: Quæ est in Christo Iesu.*

Oues occisionis.

3 *Oues occisionis. Id est, oues occisioni destinatæ: Occisionis pro mactationis positum. Ea est, quum lanis contrectat, & explorat pecudem, num idonea sit, vt iuguletur. Locus hic desumptus est ex Psal. 43. Ac si diceret, Quotidie reputati sumus, vt oues mactationi destinata, à quibus quotidia aliq̄ mactantur. Vehemens est in eo psalmo sanctorum querulatio. Vide quæ in hunc locum apud Dauidem adnotata sunt.*

4 *Sed in his omnibus superamus. Non solum vincimus, sed etiā superuincimus, excellenter vincimus. hoc est, per eos, qui nobis insidiantur, coronamur. Insidiatores enim & aduersarij nostri sunt nobis coronarū suppeditatores, si modò iniuriā propter Christum feramus. In his omnibus superamus non nostra virtute, sed per eum qui dilexit nos.*

5 *Certus sum. Persuasus sum (hoc modo legit Hieronymus ad Algiam, quæstio. 9.) siue confido, habeo compertum de istis, quæ patimur, afflictione, angustia, &c. quòd nihil nos auellet à charitate Christi. Satan illa nobis concitat, & in hoc, vt à deo deficiamus, tanquam nullam curam nostri gerente, aut certè nos odiète. Id quòd ipsi Iob, & domino nostro Iesu Christo esuriēti in deserto persuadere conabatur. Sed deus donat spiritum suum, quo superuincimus omnia, id est, persta-*

est, perstamus in fide Christi immoti.

6 *Neque mors, neq; vita. Nihil in vita, nihil in morte: vel, nihil inter viuos, nihil inter mortuos sic valet, & formidabile est, vt possit nobis auertere dilectionem dei. Aut in hunc sensum dici potest: Siue viuendū sit, siue moriendum, nihil tamen poterit incidere, quòd alienet à nobis deum.*

7 *Neque angeli, neque principatus. Per angelos videtur intelligere non malos tantum, sed etiam bonos: vt huic dicto insit ea hyperbole, qualis inest illi ad Galatas 1. Si angelus de celo euangelizet vobis, præterquam quòd euangelizauimus vobis, anathema sit. Nò quòd boni angeli auertere à deo velint: hoc absit. Enimvero vehemens desiderium significare quærens, & ardorem erga deum, ad hos sermones peruenit Paulus. Angelos videt dicere administratorios spiritus, quos mittit Deus in ministerium propter eos qui hæreditatem capient salutis. Hebræo. 1. Principatus, angelos principatu, hoc est, ampliore imperio fungentes. Virtutes, qui mira & potentia efficiunt, vltionem quæ dei exequentur in malos: quales erant qui cuerterunt Sodomam & Gomorham, qui secuerunt mare rubrum, & alia miracula ediderunt pro populo dei contra hostes eius. Dicit etiam potest, & intelligi de malis angelis: Quia peccata nostra merentur, vt & malis angelis sua sit in orbe potestas. Distribuit Paulus hos quoque in malos, angelos, rectores mundi, tenebrarū huius seculi, in principatus & potestates: vt Ephes. 6. Coloss. 2. priore ad Corinth. 5. cap. loquitur de vtrisque, bonis, & malis. Ita videtur in præsentī loco de vtrisque intelligere, quum dicit, nullos principatus, nullasque virtutes posse nos separare à dilectione dei, vt tamen in eum sensum accipiatur qui præmissus est.*

8 *Neque instantia, neque futura. Neque præsentia, neq; futura bona poterunt me separare, &c. Aut dici potest, neque præsentia, &c. id est, nulla temporis longitudine fiet, vt à domini gratia separemur. Ad Philippen. 1. cap. Confidens in hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Altitudinem (vt opinor) regnum appellat: profundum autem gehēnam: præterea æternā vitam, & æternam mortem. Aliter: id est, neque valde celebra, neq; apprimè incelebra, nos separabunt à dilectione Dei: neque alia creatura, etiam si alia tanta creatura esset, quanta est vi-*

Angeli,
Principatus,
Virtutes.

sibilis & inuisibilis, nihil quicquam tamen ab ea me charitate diuulset. Sunt & alia piæ interpretationes, non recedentes à ratione doctrinæ Apostolicæ.

CONCILIATIO.

Concil. 1. **C**VM Paulus hic dicat, In spiritu sancto clamamus abba pater, quomodo ad Galatas 4. dicit, Dedit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantē abba pater? Quomodo clamamus si ille clamat? Dicendum, clamare dicitur spiritus sanctus, quando clamare nos facit, habitans in nobis, & tunc tanquā præfectus in nobis actiones nostras dirigens.

Secunda. **S**IBI Aduersatur Paulus hic carnē, abiciens. Debitores sumus non carni: quam Ephes. 5. honorificè excipit dicēs, Nemo vnquam carnē suam odio habuit, sed nutrit & fouet eā. Respondeo: Non prohibet hic Paulus omnē corporis curā. Debemus illi necessaria: habentes enim alimenta (1. Timot. 6.) & quibus tegamur, his cōtenti simus: sed prohibet, ne secundum eam, seu eius desideria viuamus, vt infra 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs.

DICTIO.

Carni studere. **C**ARNI studere, est deo aduersari.
Redemptio. **R**EDEMPTIONEM corporis, pro à corpore, hic vocat vt liberemur à corpore illo, quod antè mortis corpus vocauit: vt ab hoc corpore liberemur, & immortale corpus recipiamus. Hæc redemptio nostra perfecta erit, hæc vocat Paulus beatitatem, felicitatem, viuificationem, hæreditatem, gloriam. Item Philipp. 3. transformationem 1. Corinth. 6. Immutationē à conditione carnali & terrena, in spiritualem & cœlestem.

Intercessio. **I**NTERCESSIO propriè fit, quum quis pro alio orat.
Spes. **S**PES, est expectatio boni futuri: ardui quidē, sed possibilis.
Primogenitus. **P**RIMOGENITVS ex lege Dei, quæ apud sanctos valet, etiam antequam lex Moyse ferretur, fratrum suorū princeps erat, domum mortuo patre regebat, donec singuli patres familiās fierent, eoque & duplicem portionem accipiebat, quod vel ex benedictione illa sancti Patriarchæ Isaac abundè liquet, qua Iacob filium suum in primogenitum quasi inaugurabat, & consecrabat.

Tribulatio. **T**RIBULATIO quodlibet aduersitatis genus comprehendit.

Angustia. **A**NGUSTIA, siue anxietas, est consilij, animiq̄ue inopia, quæ

quæ præ difficultate contingit: hac premebatur Loth, quando filias suas Sodomitis offerrebat: & Abraham dicens, vxori, Dic quod soror mea sis.

Persecutio. **P**ERSECUTIO, est propriè iniuria, qua immerentes à malis hominibus vexamur.

Virtutes. **V**IRTUTES dicuntur ij, qui mira & potentia efficiunt, vitionemque Dei exequuntur in malos. Solent literæ Apostolicæ, virtutes vsurpare pro facultate edendi miracula, indeque ipsa miracula sic vocare, 1. Corinth. 12. Pro miraculis ipsis Dominus vsus est hac voce, cum ait Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et idem Euangelista de Domino docente in patria sua, capite 13. ait: Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum. Petrus Actorum 2. probat Dominum virum probatū à Deo multis virtutibus & prodigijs. Beatus Chrysostomus scribit, hoc donum virtutū eō differre à dono sanitatū, quod hoc donum tantū ad sanandū esset, illud etiam ad puniendū. Alibi adscribit huic dono, excitare mortuos, vt videatur fuisse facultas, qua sancti grandiora miracula in iuuando & puniendo fecerint. Hac facultate diuus Paulus vsus est, cū percussit cæcitate Magum veritati contradicentem: & Petrus, quando Ananiā, & Saphirā sustulit. De hac facultate gloriatur, 2. Corinth. 10. & minatur eā 13. cū scribit: Si veni rursus, non parcam. Eadē facultate vsus est quando 1. Corinth. 5. fornicatorē tradidit Satanæ ad interitū carnis. Item Hymenæū, & Alexandrum, vt cessarent blasphemare 1. Timot. 1.

Adoptio. **A**D OPTIO, ab adopto, quod est valde desydero, aut filium adoptiuum facio. Adoptio (sicut scribit Caius) duobus modis fit, aut principis autoritate, aut magistratus imperio.

Anima & Spiritus. **I**NTER Animam & Spiritum hoc interest, quia Animæ sunt ea, quæ ad naturā pertinent. Spiritus verò ea quæ supra naturam. Esa. 26. Anima mea desyderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te.

Abba. **A**BBA Hebræis, imò Syris, vt indicat Hieronymus, sonat patrem, dictio è duabus primis literis composita, Aleph, & Beth. Sed vocē Hebræam reliquit, quo significaret peculiare quiddam esse in ipso vocabulo, quod & patres libenter audiunt, & pueri primū sonare discunt. Nam hoc statum

implorant patris opem, cuiusmodi est apud Latinos Pappus, vox infantibus peculiaris.

Filij dei non secundum carnem, sed secundum promissionem.

CAPVT IX.

Optat Paulus Iudæos saluari.



Veritatem dico¹ in Christo Iesu, non mentior, testimoniū mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia² mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim³ ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus⁴ meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt⁵ Israëlita, quorū adoptio⁶ est filiorum gloria⁷, & testamentum⁸, & legis latio, & obsequium⁹, & promissa: quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super¹⁰ omnia Deus benedictus in secula, Amen.

Cognati, Congeneres, sine affines.

¹ *Veritatem dico.* Testificatur de maximo & incomparabili suo amore in Iudæos, & causas huius amoris vrgentissimas subiicit. Vt autem dictis suis fidem non abroget, producit testes tres numero, Christum, Propriam cōscientiam, & Spiritum sanctum.

² *Quoniam tristitia.* Non sine artificio truncata utitur oratione quando mox non exprimit, de qua re loquatur. Nondum enim opportunum erat, interitum gentis Iudaicæ aperte exprimere. Conciliat tamen animos Iudæorum, & obtestatione ab inuidia sese expurgat, vt falsa mali affectus in Iudæos suspitione se liberet, ac si dicat: Quod posthac de gentium vocatione, & Israëlitis repudio dicā, Deum testor, quod nulla inuidia, aut affectu malo dicam. Nam tantum abest vt lapsus

lapsus Israëlitis me oblectet, vt magis animum meū dolore discruciet: Imò & mei capitis periculo animæque dispendio, si liceret, illorum salutem redimerem.

³ *Optabam enim.* Obseruanda est hīc Epitasis, id est, intēsisio. *Testes fidei Paulinae.* Quum multi Deum criminarentur, quod Hebræos, quos antea gloria dignissimos iudicasset, eiecerit, & affecerit ignominia, & his postmodum gentes suffecerit, qui sui nullam habuissent antea notionem: eo quæ & diuinā prouidentiam obrectarēt pleriq; & maledictis insectarentur, tanquam Deus suos sefellisset, quos beneficis ornare promississet. Dolens itaq; Paulus, & pro Dei gloria tutāda, & istorum maledictis perculsus, optabat se anathema fore, hoc est, quiddam sepositum & alienum, si fieri liceret, vel à coetu sanctorum qui deo assistunt, & gloriæ fruitione, non tamen à Dei amore, dummodo detractores huiusmodi salutem assequerentur, & abolerentur eorum in deum conuicia. Certè perditionem illorū sui dispendio auertere, & salutē illorū suo exitio redimere in lucro posuisset. Rapiatur vel ad impossibilia animus tātis æstibus agitatus. Hic dolor Pauli incōparabilis erat: hunc conceperat de ruina & eersione Israëlitis: ita Dauid optabat dari sibi, vt pro Absalone moreretur, hoc est, vt illū sua morte à morte redimeret. Similia in Psalmis & Iob multa legis: huiusmodi est verbū Moyfi Exo. 32. Aut dimitte eis hāc noxā, aut si non facis, dele me de libro, quem scripsisti. Isti excessus sunt charitatis, verè flagrātis, qui Deo displicere nō possunt, quum ex charitate proueniant, quæ Deum vnice delectat. Tales erant lachrymæ Domini super Hierusalem.

⁴ *Pro fratribus meis.* Hæc vna causa est charitatis suæ in Iudæos quæ est à natura, cum fratres dicit, & cognatos secundum carnem. Inseuit enim Deus nobis erga congeneres singularem charitatem, cui fides Christi adeo non derogat, vt Paulus pronunciet eum fidem abnegasse, & infideli esse deterrorem, qui hunc naturæ affectum erga cognatos exuerit.

⁵ *Qui sunt Israëlita.* Israëlita sunt non ex vulgo hominū fratres, aut gētiles, sed ex nobilissimo genere totius orbis, quos non mea solū, & sed Dei causa quisque faciat plurimi, cui scilicet Deus Deus sit. Non frustra inter eorum laudes hoc scribit, quod Israëlita essent: nam id summæ benedictionis loco precatu fuerat Iacob, vt nomen suum super eos inuocaretur.

6 *Quorum adoptio est.* Hæc est altera causa charitatis Pauli in Iudeos, sumpta à dignatione Dei: quòd Deus tam locuplete gratia ditauerat, tam honestis titulis donauerat præ omnibus populis orbis. Hæc sunt huiusmodi:

Esse adoptatos Deo in filios.

Singulari diuinæ bonitatis præsentia pollere, quæ vera gloria est.

Partorum Dei & promissionum vitæ esse participes.

Doctrina vitæ, quæ in lege est, veræque colendi Deum ratione instituit.

Genus ducere ex sanctis patribus.

Christum ipsum ex eorū gente natum, quæ vtique summa nobilitas est, ad Gal. 4. Cū autē venit plenitudo tēporis, misit Deus filiū suum, factū ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erāt redimeret, vt adoptionē filiorum reciperemus. Et supra 8, cap. Non enim accepistis spiritū seruitutis iterum in timore, sed spiritū adoptionis filiorum dei. Ex hac dignatione orabant apud Esaiam 63. Tu Domine pater noster es. Hæc dignatio expressa est Exod. 4. Filius meus primogenitus Israël. His verbis non solū Dei indulgentia erga Israël commendatur: sed etiā vis adoptionis demonstratur, sub qua celestis hereditatis promissio cōtinetur. Adoptionem hoc loco intellexit electionē illam Dei liberam, qua ceu peculium ex omnibus vocati lectique sunt gentibus.

7 *Et gloria.* Deuteronomij 4. cap. Hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc dicant, En populus sapiens, & intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis observationibus nostris. Hic Gloriam accipit pro excellentia in quam populum illum extulerat Dominus, præ omnibus reliquis populis.

8 *Testamentum.* Tabulas legis intelligit, & fœdera Abraham & patribus ista. Legislatio ad omnes leges & mores pertinet. Non vulgare est populi Iudaici decus, habere Deum legistam. Nam si alij Solonibus & Lycurgis gloriantur, quātō iustior est gloriandi materia de Domino?

9 *Et bsequium.* Cōmendat hic Paulus officia sacerdotalia & ritus ac ceremonias sacrorum, interprete Origene.

10 *Qui est super omnia Deus.* Hoc loco Paulus palam pronunciat

ciat Christum Deum esse: ad refellendum illorum errorem, qui tum Christum (vt ait Origenes) non audebant appellare Deum, ne plures Deos facere viderentur. Deplorabat Paulus, Iudæis Dominum IESUM non agnoscere, & promissum ipsis Christum insanè ab eis reici. Ob id hunc in modum exclamasse videtur: O verè nobiles & beatos Iudæos sua si bona nouissent. Ex istis natus est Christus ille, qui est Deus benedictus in omnibus, & super omnia Deus existens. Aliter: Gratiarum actionem super his omnibus beneficiis acceptis referens Paulus, ad vnigenitum Dei ait: Quid enim si cæteri malè dicunt? Sed nos qui occulta illius nouimus, sapientiam ineffabilem, & prouidentiam plurimam: certò scimus eum esse dignum, qui glorificetur, non qui blasphemis incessatur.

Non autem quòd exciderit verbum

Qui, quia semen. Dei: Non enim omnes, qui ex circumcisione sunt Israël, ij sunt Israëlita: neque

qui semen sunt Abraham, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est: Non qui filij carnis, ij filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est:

Secundum hoc tēpus, in tēpore hoc Ex concu. *Et c. 012 perat ex Isaac patre nostro.* Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Non solūm autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens, Isaac patris nostri. Cū enim nōdum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, (vt secundū electionē propositū Dei maneret,) nō ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia maior seruiet minori: sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui.

11 *Non autem quòd exciderit.* Correctio est. Transit Paulus ad suum negotium. Quòd ita gentis mex exitium deploro, nō eò spectat, vt iubeam, velimque quenquam desperare, & attin-

Israëlitæ.
Genes. 21. b.
Fily promissionis.
Galat. 4. d.
Genes. 18. b.
Genes. 25. e.

Genes. 25. c.
Malach. 1. a.

num despondere, ac si Dei promissionem Abrahamæ olim datam, nunc solutam, & abolitam putarem, diceremque nullus ex Iudæis seruari posse. Verbū: id est, promissio Abrahamæ facta non excidit, sed adhuc ad nos pertinet, & non est irrita.

2 *Sed in Isaac vocabitur tibi semen.* Non tam semine suo, quam fide Abraham ex Sara, etiam sterili, filiū Isaac suscepit. Itaque qui fidem Abrahamæ imitatur, Christo Deo gignitur, & verus Abrahamæ, ac promissionis filius censetur. Non solū autem illa Sara filium habuit promissionis: sed Rebecca, supple, habens in utero ex vno concubitu Isaac patris nostri. id est, ab Isaac patre nostro imprægnata. Hac persuadet, Paulum velle exemplo Ismaëlis & Isaac, Iacob & Esau, ostendere præfiguratam Iudæorum, qui maiores erant, abiectionem: & Gentium, qui minores, assumptionem. Et ne obicerent Iudæi, Gentes non assumendas esse, quòd Idololatræ essent: se verò seruados, ut Dei cultores: manifestat gratuitam gentiū vocationem præfiguratam esse. Cùm Deus elegerit Iacob, Esau verò abiecerit, antequam boni quicquam, aut mali egissent: imò antequam nati essent. Propterea dici, non ex operibus, quibus opponitur vocatio gratuita, sed ex vocatōe deo dictū est illi, supple, Rebecca, cū sciscitaretur oraculū. Vbi enim illi esset grauior collisio infantū in utero, & rogasset de ea Dominū: Responsum accepit, se gestare in utero duas gentes, & duos populos ex utero eius diuisim prodituros, alterūque populū alteri præualiturū, & maiorem seruiturum minori. Hoc igitur oraculum dictū est antequam Iacob & Esau nati essent, nedum antequam boni aut mali aliquid fecissent. Sunt ergo filij Dei electione, & vocatione: & nō carnali natiuitate, quæ ad pietatē hanc nihil confert. Obserua: hic Maior & Minor nō ad æratem propriè referuntur, sed ad vires, & præcellentiam.

3 *Sicut scriptum est.* Hæc clausula, sicut scriptum est (ait Hieronymus) & ad Genesios librum, & ad prophetā Malachiā refertur. Non solū ait, dilexi Iacob antequam nasceretur, & odio habui Esau, priusquam ex matris utero funderetur: sed in posteros eorū amorem meum & odiū cōseruaui. Odium in Esau, cuius mōtes, qui appellātur Seor, redegi in solitudinem, & vrbes feci esse desertas, & à serpentibus & bestis obtineri. Si autē dixerit Edom (hoc est Esau) destructi quidē sumus ad iram Dei, sed rursus ædificabimus ciuitates: hæc Domino prædicente, Cognoscite quòd illis ædificantibus ego destrua-

Genes. 25. e.

Maior & minor.

Seir.
Malach. 1.
Edom.

destruaui, & irā meā aeterna eorū vastitas approbabit. Odisi igitur Esau rebus ostendi, Amorē in vos, id est, in sequētibus ipsum Iacob approbabo: illis destructis & redactis in solitudinem, videbunt oculi vestri, & dicetis, Magnificetur Dominus super terram Israël, Et ex cōparatione malorum, quæ frater vester patitur, dei in vos beneficia sentietis. Hæc tenus Hieronymus in 1. ca. Malachiæ. Ex hac gēte Esau, prodiit illa exitiosissima lues abominationis Mahumetanæ. Vasta quoq; & horrida adeo hæc regio perpetuò est, vt rectè terminus impietatis dici debeat. Augustinus in epistola ad Sixtum presbyterum ait: Apostolus testimonium prophetiæ longe posterioris assumpsit: Iacob dilexi, Esau autē odio habui: vt intelligeretur hoc apertum postea per prophetam, quòd antequam illi nascerentur, erat in Dei prædestinatione per gratiam. Quid enim diligebat in Iacob, antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum gratiæ suæ donum? Et quid oderat in Esau antequam natus fecisset aliquid boni vel mali, nisi originale peccatum? Nam nec in illo diligeret iusticiam, quam nullam ille fecerat: neque in isto odisset naturā, quam bonam ipse fecerat.

Mahumetana lucsvnde.

Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moyse enim dicitur

Miserebor³ cuius misereor: & misericordiam præstabo, cuius miserebor. Igitur non volentis⁴, neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura⁵ Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam: & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat.⁶ Dicis itaque mihi, Quid adhuc⁷ queritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo⁸ tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, Quid me fecisti sic? An nō habet potestatem figulus luti, ex

Exod. 33. d

Pharao Exodi 9. d

Virtutem, potentiam.

Queritur? vel cōqueritur, aut incusat: subaudi Deus.

Qui, subaudi, ex aduerso respōdeas.

Esaiæ 45. d. Iere. 18. d.

Figulus Sapien. 15. b.

eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?

1 *Quid ergo dicemus?* Scopus Apostolo est, sequētibus dictis auferre obiectiones quas caro facere solet cōtra prædicationem electionis liberæ Dei. Quid putatis (ait) ex his, quæ præmissi, dicendum esse, aut inferri posse? forsitan id quod sequitur: Nunquid iniquus est Deus? Quia nondū natos, nec quicquam meritis sic discernit? Hoc religioſe menti est excrabi le; imò tam aduersum est veritati, vt impium sit dicere, nedū cogitare. Proterea indignatis responsionem subiecit: Absit.

2 *Moyſi enim dicit.* Hæc, & quæ sequuntur, vsq; ad illud, Si verò Deus volens, &c. Origenes tanquam aduersariorum obiecta accipit. Alij patres vt Pauli responsionem interpretantur. Apostolo institutum fuit (ait Chryſostomus) auocare ab huiusmodi quæstionibus de vocatione Gentium, & abiectione Iudæorū: & cuncta reicere in voluntatem Dei, contra quam nemo, nisi demens, disputationem instituere sibi permisit. Noli altum sapere, sed time. De hac vocatione & electione, legito Augullinum cap. 7. lib. 2. contra duas epistolas Pelagianorum.

3 *Miserebor.* Hunc locum interpretatur Beatus August. Lib. 2. quæstionum super Exodum, quæst. 154. cuius verba subscribā: Miserebor, cui misertus ero: & misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero. Quibus verbis prohibuit hominem velut de propriarum virtutum meritis gloriari, vt qui gloriatur, in Domino gloriatur. Nō enim ait, Miserebor talibus, vel talibus: sed cui misericors fuero: vt neminem præcedentibus bonis operibus suis, misericordiam tantæ vocationis meruisse demonstraret. Etenim Christus pro impiis mortuus est. Hactenus ille.

4 *Non est volentis.* Nō volentis; hoc est nō operū internorū; Neq; currentis: hoc est, neq; operū externorum: sed Dei miserantis subaudi est electio: hoc est, quòd homo sit electus. Dicamus ergo, vocationem Dei nō esse nostrarum virium, sed bonitatis, ac gratiæ diuinæ.

5 *Dicit scriptura Pharaoni.* Hoc dictū est, pro eo quod erat, Scriptura refert dictum Pharaoni: In hoc te regnare permisit, vt demonstraretur quàm sum lōganimis. Virtutem: id est, potentiam Dei, quā Oecumenius longanimitatē interpretatur.

6 *Indurat.*

6 *Indurat.* Indurat relinquendo hominem, & auxiliū alio, qui non debitum subtrahendo. Aut durum esse permittit.

7 *Quid adhuc queritur.* Hæc sunt quæ infert & colligit caro ex præcedentibus, videlicet eos, qui indurati peccāt, diuinitus nō posse Deo iure culpari, Quia Pharao persequēs Israēl & Dauid numerans populū & similes, faciunt indurati, quæ Deus vult eos facere, imò quæ ipse in eis facit. Quid adhuc queritur: supple, Deus id est, Cur Deus tales reprehendit? cū eius voluntati nemo resistere possit? Huius impudentā quæstionis retundit Apostolus, dicens: O homo quis es, &c. Vide Augustinum libro ad Simplicianum. Conqueritur Deus sæpe de hominibus, sicut per innumerabiles apparet scripturarum locos, quòd nolunt credere, & rectè viuere. Vnde & fideles, & Dei voluntatem facientes, conseruati dicuntur sine querela, quòd de illis non conqueratur scriptura.

8 *O homo, quis es, vt respondeas Deo?* Depellit nos Paulus ab eo, vt iudicia domini iudicemus, ostendens hoc esse extreme impudentiæ, & impietatis. Homo siquidem figmentum Dei est, ex se nihil: Deus omnis iustitia & sapientia. Quid ergo magis dedecet, magis que impium sit, quàm hominem contradicere Deo, disceptare de iudiciis Dei? Testatur de se deus, se misereri cuius vult. Credamus hoc certò, gratique amplectamur misericordiam, qua Deus nos complexus est. Testatur se indurare quos velit, Gratias agamus eius bonitati, quòd nos non indurauit: oremusque ne nos induret, & ne in tentationē inducat. Et timentes credamus omnia pro sua voluntate infallibili sanctissimè & prudentissimè agere. Nā tu quis es? Num is qui cū Deo habeas partiri imperiū? Tace, & time, Vide, & agnosce Paulum hīc nō soluisse omnes illas obiectiones à carne obiectas, vt arguantur quæ diximus hominibus obscura, & Deo duntaxat cōprehensibilia. Propterea neq; Apostolus ea soluit, sed hæsitantes & dubios obstruit, inquens: O homo, quis es, &c. Augustinus in octogintatrium quæstionum lib. 68. refellit hæreticorum calumnias, colligentium, ob id Paulum ad conuitia subitò deflexisse, quòd nodum quæstionis propositæ explicare non posset,

Quòd si deus¹ volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ aptata

Aptata, apparat.

h. iiii

in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quos & vocauit, nos: non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit¹. Vocabo non plebē meam, plebem meam: & non dilectā, dilectā: & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam. Et erit in loco vbi dictum est eis: Nō plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui.

Gentium vocatio.
Osee 2. d
1. Petri 2. b.

Osee 1. d

Et erit, sicut, siue cōtinget.

¹ Quod si Deus volens. Ad hanc orationis partē nihil sequitur quod respōdeat: quapropter ad superiora referendū est, vel ad illud, O homo quis es, qui respondeas Deo? vel ad illud, An non habet potestatem? Eclipsis est, Si deus volēs, &c. Sustulit vasa iræ, quid ad te, subaudi. Vasa iræ apta, id est, aptata. Deus quidē vasa misericordiæ preparauit, & vasa iræ sic aptata, lōganimis sustinuit. Aut: Quemadmodū ad vasa iræ tulit iram deus, quū diu fuisset lōganimis, ac patiens: sic ad vasa misericordiæ, hoc est, ad eos qui digni per eū misericordia sua reputati essent, attulit humanitatem & clementiam. Hoc subaudiendū est, vt ait Oecumenius. Gloriæ vocabulum, quod bis hoc loco posuit, positū est pro misericordia dei, quia præcipua eius laus est in beneficiis. Sic & Ephes. 1. Docet nos Paulus adopratos in laudē gloriæ gratiæ suæ. Et paulō pōst subjungit: Vt simus in laudē gloriæ eius nos. Significat ergo Paulus hoc loco, Electos esse instrumenta quibus misericordiam suam exercet Deus, vt nomen suum in eis glorificetur.

² Quos ego vocauit, nos. Ad eū sensum hoc dixit, quo supra, Quos prædestinavit, hos & vocauit. De vocatiōe intelligit, quam diuus August. appellat secundū propositū: vocatiōe, qua etiam attrahuntur, qui vocantur. Cū neutrum genus præcesserit, Vasa misericordiæ &c, nunc sequitur masculinū genus, Quos &c. Non ad verbū, sed sensum respicit, qui huiusmodi est: inter quæ vasa nunc & nos vocauit, vt se Paulus Iudæis vnā & Græcis immisceat.

³ Sicut in Osee dicit. Versus primus huius capituli quē Apostolus secūdo loco adduxit, in hoc propheta, legitur à quibusdā in

in hunc modū: Et erit in loco vbi dicitur eis, Loammī vos, id est, nō populus meus, dicitur eis filij Dei viuētis. Iusserat Deus prophetam ducere quæ meretrix fuisset, & vocare primum filium quē ei illa peperit Iezraël, quod satū à Deo significat. Filiam quā secundō peperit, Loruchama, id est, destitutam charitate: filiū verō quē tertio ei enixa est Loammī. id significat non populus meus. Nomina hæc volebat dominus symbola esse eorum, quæ per prophetam minabatur populo suo. Fecerat dominus Iehu regē in Israël, vbi ille iussu domini sustulit regnum Achab, occisio filio eius Loram & vxore Iezabel, totaq; gente. At quia perstitit hic Iehu in impietate quam inuexerat Ieroboam primus rex decē tribuū, minatur Deus se & genus suum extingendum, & cū eo abiecturum totum populum decem tribuū. In signum itaque extinguendæ posteritatis Iehu, quæ in Iezraël in regnū euecta fuerat, iussit prophetam primum filiū suū vocare Iezraël. In signum verō abiiciendi totius populi decem tribuum, voluit filium vocari Loruchama, & alterum filium Loammī. Vt autem mos domino est in prophetis, subiecit his minis pollicitationem misericordiæ suæ iterum exhibendā potissimum per Christum. Secundo igitur capite canit Oseas numerum filiorum Israël fore instar arenæ maris, & ibi adiicit, quod hic apostolus adduxit: Et erit in loco vbi dictum est eis, Non populus meus vos, dicitur eis, filij Dei viuētis. Nam mox colligēdos prædicat filios Iuda & Israël vnā, & hos sibi vnū caput, id est vnum principem imposituros: Atq; sub hoc, de terra vtique hostili ascēsurus in terrā sanctā. His subiicitur, dicite fratribus vestris Ammi, id est, populus meus, & fororibus vestris Ruchama, id est, charitate dignata, seu misericordiam consecuta. Post hæc cōmemorat impietatem & repudiū matris istorum, hoc est maiorum eorū, atq; iterū subiecit, de reassumendis posteris illorū, sibi que rursus despōdendis in iustitia & iudicio in fide & scientia domini. Et hanc pollicitationē beneuolentiæ his verbis cōcludit: Et dicā nō populo meo, populus me⁹ es tu: & ipse dicet, deus me⁹ es tu. Hanc restitutionē populi sancti & Iudæi intelligūt per Christū fuisse cōplēdā.

Loruchama.
Loammī.

4. Reg. 9.

Esaías autem¹ clamat pro Israël: Si fuerit numerus filiorum Israël tanquā arena maris, reliquiæ saluæ sient: ² Verbum sermonem.

Pauci ex Iudæis saluari.

Esaiæ 10. c.

Esaiæ. 1. c.

enim consummās³, & abbrevians in æqui-
tate : quia verbum breuiatū faciet domi-
nus super terrā . Et sicut prædixit Esaias :
Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis
semē⁴, sicut Sodoma facti essemus , & si-
cut Gomorrha similes fuissetus.

¹ *Esaias autem.* Non caret artificio, quod Esaiam clamantē facit, non loquentem: vt scilicet maiorem attentionem exci- tet, & vt animos Iudæorum deterreat, ne in carne nimium glo- rientur. Horrendum auditu est, quod ex infinita multitudine exiguus tantum numerus salutem consequetur.

² *Reliquiæ saluæ fient.* Cum dicit reliquias saluandas, satis indicat non omni Israël factam esse promissionem, in cuius locum successuræ essent gentes.

³ *Verbum enim consummans.* Deus ipse consummat, perficit & abbreviat fidei verbū in omnes terras . Facit quod finē habeant omnes ferm ones fidei, cogniti onisq; Dei, ait Oecome- nus: nec aliud verbū posthæc prædicandū sit, præter quod di- uulgatū est. Id quidē faciet, in æquitate . & iustitia: hoc est, vt iustificet omnes qui verbū illud sunt suscepturi . Nā si Iesum tuo ore fateberis , crederisq; corde & animo hunc ipsum à mortuis fuisse excitatum propter iustificationem nostram, in hunc sic credēs, saluus certō fies, hoc sanē breuiatū est verbū, hæc inquam cōpendiosa & breuia fidei dicta. Quidam aiunt de verbo incarnato , hoc est, filio Dei intelligi, qui decur- tus & ad hominis vsque naturā abbreviatus atque exinanitus habitu inuētus vt homo, reliquias Israël saluas fecit. Vel ver- bum (vt aiunt) pro lege Mosaiica sumitur , quod abbreviauit dominus dū pro cunctis tortuosæ & sinuosæ legis ceremo- niis, breuissimū dedit dilectionis & fidei præceptum. Nō de- sunt qui locum hunc sic interpretantur: Dominus sic decur- tabit populam suū , vt videri possit quædam veluti consump- tio, quod residuum erit, id est, facies aut vestigium ingentis ruinæ. Hæc autem paucitas quæ à cōsumptione restabit , erit opus iustitiæ domini , seruietque ad testificandam iustitiam per vniuersum orbem . Huc pertinet quæ Esaiæ 8. & Ezechie- lis 11. scribuntur. Et cecidi in faciem meam (ait Ezech.) cla- mans voce magna, & dixi, Heu, heu domine Deus, consum- mationem

Cōsummās
Perficiēs, sili-
cet dominus.
In æquitate
cum iustitia.
Similes, as-
milati.

mationem tu facis reliquiarum Israël?

⁴ *Reliquisset semen.* Semen relictum Iudæis , propter quod nō funditus deleuit eos, Deus est Christus superbenedictus, qui ex eis secundum carnem nasci dignatus est.

Quid ergo¹ dicemus? Quod gētes quæ² non sectabantur iustitiam , apprehende- runt iustitiam , iustitiam autem quæ ex fide est: Israël verō sectādo legem³ iusti- tiæ, in legē iustitiæ non peruenit. Quare?

Quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim⁴ in lapidē offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion la- pidē offensionis, & petrā scādali, & om- nis qui credit in eum, non confundetur.

Offenderūt
Impegerunt.
Ambr. legit
ex operibus
legis.

Gentes susce-
ptæ in popu-
lum Dei, Iu-
dæis abiectis
& quare.

Esaiæ 8. c
28. d
2. Petri 2. b.

Scandali, Offensionis. Confundetur. Pudore afficietur.

¹ *Quid ergo.* Vt omnem occasionē obmurmurandæ deo præ- cidat Iudæis, cur gens Iudaica sic abiecta fuerit. Quia prop- ria innituntur iustitiæ, fidem respuūt, & idcirco à Deo ex- cidunt. Christus omnes vocat : qui vult omnes homines sal- uos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. ad Timoth. 2. Neminem repellit, omnibus ex æquo requiem promittit: qui ergo ab hac gratia excidunt, sua culpa excidunt, vt Iudæi.

² *Gentes quæ non sectabantur.* Mirum dictum. Apprehendere vtique persequentium est. At iustitiam apprehendunt, qui eā non persequebantur : consequuntur illam, qui eam minimē sectabantur. Adeo tota est donum, & opus Dei in nobis.

Apprehen-
dere.

³ *Sectando legem iustitiæ.* Literam legis sectabantur: & ad ve- ram mentem legis non peruenierunt . Legē enim vt data est, qui verē sequitur, doctrinam fidei persequitur, & veræ iusti- tiæ, quæ vtique viua fide constat.

⁴ *Offenderunt enim in lapidem.* Offenderunt, id est incredulū manserunt. Quomodo autem aliquis offendit? Si aduerte- rit animū ad extremā legē, æquē ac Iudæi faciebāt. Offensio- nis porrō lapidē, petrāq; scādali, Christū dominū appellat, nomine illo imposito ab iis qui in eum impegerūt, eōq; pro- pria malitia offensi sunt . Impingere cōsueuerunt (ait Theo-

Lapis offen-
sionis.
Petra scan-
dali.

*Scandalum
passuum seu
Phariseorū.*

Luc. 7. b

*Christus sim
damentum.
Lapis angu-
laris.*

*Concil. 1.
Philip. 4. d*

doretus) qui aliò mente sua feruntur, dū ad iter non defigūt oculos. Hoc patiuntur sanè Iudæi. In superflua enim legis inhiantes, à prophetis iam olim prædictum lapidem videre noluerunt. Istud est scandalum passuum seu Phariseorum à doctoribus sic nuncupatum: eorum inquam qui sua & non rei visæ malitia scandalizabatur. Talis fuit illis Christus. Offendebat in eo illos, quòd haberetur Galilæus, quòd vilibus videretur ortus parentibus, quòd acriter hypocrisim eorum argueret. Propterea dicebat Christus, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Verè repulerunt Iudæi Christum, quando clamorosi dicebant, Tolle tolle, crucifige eum: & Non habemus regem nisi Cæsarem. Et cum huiusmodi aduersus eum vterentur, Nonne scimus & bene dicimus nos quia Samaritanus es, & dæmonium habes? Hæc itaque hîc Apostolus Christo domino tribuit, quæ propheta Esa. 8. & 28. cap. de domino Sabaoth prædixit, & Iudæis sui tēporis, quæ minatus fuit dominus Iudæis, tempore quo propheta scripsit illa. Nam sicut eo tempore Iudæi deficientes à Iudæis ad Assyrios, in dominum impeerunt: ex eo contra dominum offerati, quòd ille se eis offerebat saluatorem, veras præsidium petere ab incredulis: ita impeerūt multò grauius in dominum Iudæi post aduentum domini nostri Iesu Christi in carnem; cum contra eum ad eò furerent, quòd offerret eis vitam æternam, vetans fidere rebus præsentibus. Vocatur dominus fundamentum, quia ipso sancti omnes nituntur. Dicitur, & angularis lapis, quia coniunxit in se & gentes & Iudæos, ac omnes qui in eum credunt. His translationibus Apostolus vsus est 1. Corinth. 8. & ad Ephes. 2. cap. similiter & Petrus 1. Petri 2. Vide quæ in eum locum Petri scripsimus.

CONCILIATIO.

Quid hîc mœrens Paulus dolet, Quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Cum Philippæses hortetur, vt gaudeant semper? Respondeo: Quoties in mentem veniebat perditio Iudeorum, veniebat autem continuo aliud non potuit, quàm dolere & cruciari: diligebat enim illos Paulus solidè in Christo. At sicut simul semper atollēbat mētem in iusta Dei iudicia, & in bonitatem quæ exhibet nobis, tanto maiore gaudio mens eius perfundebatur, quàm dolor de exitio Iudæorū affligebat: quantò gratia facta sanctis multò maius bonum erat, quàm euerfio Iudæorū malū.

Q V O -

QVOMODO Paulus hoc capite affirmat Deum indurare corda hominum, cum ad Timotheū dicat, Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad cognitionē veritatis venire? Si indurat, vult indurare: volens indurare, nō vult quem indurat saluum fieri. Respondendum. Deus vult, id est hortatur omnes homines ad salutē. Pro omnibus Iesus Christus mortuus est, pro omnibus satisfecit, fuitq; satis pro omnibus passio eius. Sed non omnes illam viuā fide receperunt, oblatam vitro non exceperunt, ob id nō omnes salui facti. Quod autem obiicitur de induratione, soluitur à beato August. qui li bro vno de essentia diuina, ait, Indurare dicitur Deus quorundam corda, sicut de Pharaone rege Ægypti scriptum est. Non quòd omnipotens Deus per potentiam suā corda eorum induret, quòd est impium ita dicere & credere: sed exigentibus eorum culpis, cū duritiam cordis, quam ipsi sibi mala perpetrando nutriunt, non aufert, quasi ipse eos induret, quia iusto iudicio indurari finit. Aut vt idem August. lib. 2. cap. 18. quæst. super Exodum, ait, dicitur, Ego indurabo, tãquam diceret, quàm durum sit demonstrabo. Non obdurat (eodem authore epist. 105. ad Sixtum presbyterum cōtra Pelagianos) Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. Quibus enim non impertitur, nec digni sūt, nec merentur, at potius vt non impertiatur, hoc digni sunt, hoc merentur.

PAVLVS dicens, Non est volentis neque currētis, sed miserentis est Dei: videtur liberum arbitrium sustulisse. Respondet Theophylactus, Nequaquā hoc tollit: nam quemadmodum cum condenda est domus, in opifice pendere omnia dicimus, tametsi ille opus exequi nequeat: materia enim est ad structuram necessaria, & iuuantium ministrorū indiget opera: sed quoniam illi absoluenda est domus, fatemur illius id omne opus esse: sicutem dicere de Deo similitudine quadam solemus, & in eius potestate cuncta consistere, qui nihil à nobis nisi animi exigat promptitudinem. Et quoniam finem ille rebus imponit, & bene merētes coronat, damnatq; fontes: dicimus vniuersa in eius potestate consistere.

DICTIO.

ISRAELITARVM nomen gēti Iudaicæ venit à sancto patriarcha Iacob, quando in terra Canaan reuersus est, iam vndecim liberis & magna substantia auctus: luctatus fuerat

Concil. 2.

*Quid Deum
indurare cor
da.*

Tertia.

Israëlita.

cum eo angelus domini tota nocte, cui benedixit dominus impresso coxendici singulari curæ suę signo, luxatione quadam ex qua postea claudicabat. Ibi mutavit etiam ei dominus nomen, & Israëlem quasi potentem Dei vocavit. Dicebat nanque angelus Gene. 3. 2. Quoniam si cõtra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?

*Testamentũ
Pactum
Promissio.*

TESTAMENTVM est vltima & irrevocabilis morientis voluntas, qua ille suorum bonorum hæredes instituit. Dicitur & pactum in prophetis, & promissio. Lege Budæum in commentariis.

Cursus.

METAPHORA cursus pro conatu & ipsa actione vitæ frequens occurrit, Ad Galat. 2. Philip. 2. & 2. Timoth. 4. vocat cursum suum obitioem muneris sui Paulus. Hoc tamen capite videtur Apostolus currentem posuisse pro conante, moliente & satagente.

*Vocabitur,
pro erit &
veniet.*

HÆBRAEI verbo vocabitur, pro erit, creberimè vtütur. Genesis 21. Quia in Isaac vocabitur tibi semen, quasi dicat; Isaac erit hoc semen de quo pollicitus sum, aut in Isaac erit tibi hoc semen. Sic & Lucæ 10. Filius altissimi vocabitur, id est, erit. Ibidem, Quod nascetur sanctũ, vocabitur filius Dei, id est, erit filius Dei. Potest etiam Vocabitur pro veniet exponi, prius pro posteriore. Prius est enim vt vocetur quis, pòsterius vt veniat. Quod item frequens sic dicimus, is vocatus est, id est, veniet.

Vas.

VAS Hebraismo significat omne instrumentũ generali vocabulo omnium rerum. Psal. 70. Cõfitebor tibi in vasis psalmi, id est, instrumentis musicis Et Ezech. 9. cap. Vnusquisque vas interfectionis habet in manu, &c. id est, instrumentũ mortis. Sic Act. 9. Paulus apostolus vas electionis dicitur, id est, instrumentum electum, quo voluit vti Christus præ cæteris Apostolis ad cõuertendas gentes. Apostolus vocat vasa irę, quæ Deus perdit: sicut vasa glorię & gratię, quæ honesto lo habet. Sed apud Esaiam cap. 13. Vasa irę, instrumenta quibus iratus, populos puniat: & hæc vasa irę Dei sunt.

Sabaoth.

SABAOTH Hebræa vox est, quam septuaginta bifariam solent vertere, aliquando dominus omnipotēs, aliàs dominus virtutum. Solus Aquila vertit dominus exercituum. Paulus hoc capite vocem Hebraicam nõ putavit esse mutandã: opinor ob id quod in ea lateat nõnihil mysterij, quod aliena lingua reddi non poterit.

Corde

Corde creditur ad iustitiam, & ore confessio fit ad salutem.

CAPVT X.

*Voluntas,
propensus a-
nimi affectus*



*Voluntas, dei,
propensus a-
nimi affectus
Iustitia quæ
ex lege, legē
Mosaicam.*

Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad deũ, fit pro illis ad salutem. Testimoniũ enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habet, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suã quærentes statueret, iustitię Dei nõ sunt subiecti. Finis enim legis, Christus, ad iustitiã omni credenti. Moyses enim scripsit: Quoniã iustitiã quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ autẽ ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeritis in corde tuo, Quis ascendet in cœlum? id est, Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christũ à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Propẽ est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbũ fidei quod prædicamus.

*Iustitia du-
plex.
Leuit. 18. a
Ezech. 20. b
Iustitia fidei
Deute. 30. c*

1 *Fratres, voluntas quidem cordis mei.* Iudæos notaturus, benevolentiam primũ conciliat, ne inuidētis sermo esse videatur: sed cõmiseratione moti animi & propensi ad eorum salutẽ ait: Itaq; valde desidero atq; precor vt Iudæi saluentur. Ista appellacione, Fratres, expressit quanti eos ipse fecerit, & qua sollicitudine esset pro salute illorum. Aliter: Sentit Paulus se præstare Iudęis quod potest, propensam animi voluntatem, & precatones apud Deum.

2 *Æmulationem quidem Dei.* Iudæos cõmiseratione potius, quàm supplicio dignos arguit. Hi siquidem legis zelõ, tuentur quæ à Deo tradita sunt. Zelus tamen huiusmodi non est quẽadmodum oportet, ac secũdũ scientiã, & cognitionẽ, sed

Iustitia Dei. sine iudicio. Neque enim scire volunt, quemadmodum lex illis cessauerit, nec ultra vim habeat. Iustitiam Dei vocat fidem in Christum: Propriam iustitiam eam quæ est ex lege appellat, quæ ad perfectum non adducit. Quærentes iustitiã propriam statuere seu stabilire & confirmare, non fiunt subiecti iustitiæ Dei, cui ex diametro aduersatur. His illorum superbiam reteggit, & mentem præfecturę percupidam vel insanam potius patefecit, quandoquidem id quærant statuere quod instabile sit, & in ea re frustra versentur.

Finis legis.

3 *Finis legis Christus.* Finis legis cuiusque est ut ei viuatur. Lex Dei iustitiam veram docet. Finis ergo legis est nos viuere iustitiam. Istud iam solus Christus habet, & largitur in se credentibus: & hoc de eo lex omnis prædicat, ergo finis & ultimum legis, quo omnia in lege feruntur, est Christus iustificans in se credentes. Dicens Paulus omni credenti, respexit ad Gentium vocationem. Omni credenti Christus finis est, & completio legis ad iustitiam, qui pro omnibus credituris legem impleuit, ut iam nulli deinceps ad iustificationem lege sit opus.

Iustitia Moyfi.

fi.

Iustitia Euangely.

4 *Moyfes enim scripsit.* Paulus docendi gratiã, geminam constituit iustitiam, alteram Moyfi quæ requirit opera legis, alteram Euangely quæ requirit fidem in Christum. Tertium autem Moyfi est Leuitici 18. cap. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. Ego dominus Deus vester. Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuere in eis. Diuus Augustinus & plerique alij hoc de vita præsentis intelligunt, quam sibi seruant, qui legi obtemperant. Nam legis transgressores morte multabantur.

Iustitia fidei propè est.

5 *Quæ autem ex fide est iustitia.* Qua noua creatura, qua filij Dei, qua membra Christi sumus: qua Deo tribuimus omnia, qua toti à Deo pendemus, hæc inquam iustitia, non admittit ut cogitemus, illam magno apprehendamus labore, quippe quæ non longè, sed proximè nos est. Ad hoc autem assumit verba Moyfi ex Deutero. cap. 30. Mandatum hoc (ait ille) quod ego tibi præcipio hodie, nõ supra te est, nec procul positum, nec in cælo situm, ut possis dicere, quis nostrum valet ad cælum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamus: neque trans mare positum ut causeris & dicas, quis è nobis poterit trans mare transfretare, & illud ad nos usque adferre, ut possimus audire & facere quod præceptum est? sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo

tuo ut facias illud. Paulus hæc verba eleganter transfert ad iustitiam Dei, quæ non permittit dicamus, Quis ascendet &c. 6 *Ne dixeris in corde tuo.* Origenes intelligit in his verbis dæmoni cogitationem affigentem Christum cælo vel abyſso, & non agnoscentem regnare ubique. Diuus Chryſostomus dæmoni ab Apostolo existimat dubitationem dæmonis de descensu Christi è cælis in carnem nostram, & ascensu ab inferis in cælum. Sed iustitia fidei ornatus, credit Christum pro nostra salute venisse cælo in carnem nostram, & expiatus morte sua peccatis nostris, è mortuis surrexisse, & in cælos ad dexteram patris ascendisse. Ne igitur existimes te non consequuturum hæc iustitiam nisi ascenderis in cælum, quoniã hoc est Christum deducere, id est, è cælo auocare, ut eam afferat, quasi non eã iam attulerit iustificans nos sanguine suo: & ne dixeris, quis descendet in abyſsum quasi descendendum sit in abyſsum ut huc adferatur iustitia. Quia irritum facis tibi, quod ille pro te mortuus est & resurrexit, cælosque ascendit, imò verè mortuus est & resurrexit pro iustificandis nobis. Noli ergo putare impossibilem esse modum consequendæ iustitiæ. Noli desperare. Propè enim est verbum fidei, cum per Christum quem fides complectitur, lex inscribatur in cordibus, ut verè adsit creditibus in corde & ore. Sicut dicit scriptura, id est sicut Moyſes expressit, Iudæis legem procul non esse, sed adesse etiã intellectu facilem. Ita etiam hoc verbum fidei quod prædicamus tam propè est, ut & in corde & in ore plenum adsit. Verbum fidei est ipsum Euangely, in quo inest omnis vis legis, vis totius iustitiæ, quod non opus est tam procul è cælo aut abyſso petere, cum sit intra te.

Symbolum fidei.

Verbū fidei.

Quia si cõfitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiã: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocat illum.

Nõ cõfundetur, nõ pro defiet.

Esa. 28. d.

Inuocare
Deum.

Omnis enim quicumque inuocauerit nō mē domini, saluus erit. Quomodo ergo⁴ *Ioēlis. 2. g* inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quē non audierunt? Quomodo autem audient sine prędicatōe? Quomodo verō prędicābunt, nisi mittantur, sicut scriptum est, Quām speciosi pedes⁵ euangelizantium *Naum. 1 d* pacem, euangelizantium bona.

1 Quōd Deus illū suscitauit. Nominatim hoc ideo posuit Paulus, quōd in Christi resurrectione habemus salutis nostrę complementū. Et si enim morte (quę resurrectionis nomine intelligitur) peracta est redemptio, & satisfactio pro peccato: victoria tamen aduersus peccatum, mortem, & Satanā, resurrectione parta fuit, simul etiam vita instaurata. Quo fit, vt sępe vna resurrectio pro salutis certitudine memoretur, quę sub se mortem continet, non autem continetur sub morte.

2 Corde enim creditur ad iustitiā. In fide os cordis, & cor oris officio indiget. Eget os cordis officio. Nam pleriq; veritate mentita, etsi Christum ore fatentur, corde tamen ab eo sunt longius. Opus habet & cor oris ministerio. Quid enim prodesset animo duntaxat credere, nisi in hominum conspectu, & verbis profiteremur quod credimus? Confessio hoc loco ponitur pro fide expressa, pro laude & gratiarum actione.

3 Dicit enim scriptura. Testimonium profert, vt ostendat nō esse in fide differentiam inter Iudæum & nō Iudæum. Omnis enim siue Iudæus, siue Græcus, qui credit in Christum, nō frustrabitur suo voto.

4 Quomodo ergo inuocabunt. Elegās est gradatio, qua Paulus etiam gētium vocationem probat. Nam per fidem viuā decreuerat Deus omne mortalū genus seruare: & cū fides non possit haberi rei incognitę, oportuit & Gentibus prędicari Euangelium: ita enim futurum prędixerat Esaias 52. cap. Hęc gradatio aliquos habet locos cōmunes. Ministerium verbi, etiam externum, in Ecclesia Dei esse necessarium. Hoc manifestum est ex Act. 10. ca. de Cornelio Centurione. Secūsus: Ministerium verbi nemo, nisi vocatus, accedere debet. Hoc clarius

clarius explicat Paulus ad Hebr. 5. cap. Tertius: Is tantū inuocandus, cui fidēdum est. Deum ergo nemo inuocabit, qui nō antē de paterna erga se beneuolentia tantam persuasionem animo conceperit, vt ab ea quiduis ausit expectare. Qui Deū inuocat, in eo pręsidium sibi esse repositum confidat necesse est. Vt eius veluti patris cura protegatur, indulgentia ac charitate foueatur, benignitate subleuetur, virtute fulciatur.

5 Quām speciosi pedes. Hic locus omnis est de restitutione populi Dei, ea pręcipuē quę facta per Christum est, attamē sub typo restitutionis ex captiuitate Babylonica. Pręmittitur in eo. 52. cap. Esaię. Quoniam ablati sunt populus meus gratis. Dominatores eius, inquit, agūt, dicit dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur: propter hoc sciet populus meus nomē meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Ad hęc sequitur in propheta: Quām pulchri super montes pedes annūciantis & prędicantis pacem? & c. En tibi læticia expressa à propheta, imagine gestitiūm, cum admiratione ad optatum euentum euangelizatiūm. Pedes hoc loco accipe pro aduentu per metonymiam.

Sed non omnes¹ obediunt Euangelio. *Ioan. 12. f*
Esaias enim dicit: Domine, quis credidit *Esaię. 53. 4*

Auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem in nō gētē: in omnem terram exiit sonus eorum: & *Psal. 18. a* in fines orbis terrę verba eorum. Sed dico. Nunquid Israël nō cognouit? Primus² *Iudais reic-*
Mittā, cōmō adducam in non gentem⁴: in gētem infipientem, in irā vos mittam. Esaias autem *Esaię. 6 5. 4*
tao, deserens audet & dicit: Inuentus sum à non quęrentibus me: palā apparui iis qui me non interrogabant. Ad Israël autem dicit, *Ibidem.*
Ad, aduersus ta die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

*Liberum arbitrium.
Vnde fides?*

1 *Sed nō omnes obediunt.* Obiici poterat Paulo, Si à Deo missi estis, cur non omnes ex æquo obediuerunt Euāgelio? Certe liberi sunt. Credant & recipiant verbum. Tum aduertant multō antè dictum esse à Propheta non omnes credituros. Quandoquidem Iudæi perpetuō signa inquirebāt: occasione accepta hortatur eos, non esse necessarium signa inquirere: fides enim ex auditu, vt cernitis, non ex signis nascitur. Cū auditum dixisset, infert per verbum Christi, ne vile quippiā existimes auditum, vel prædicationem. Non enim isthic humana, sed diuina verba dicuntur. Obiiciet quispiā. Nunquid audiuerunt Iudæi? Respondet, Vniuersus terrarum orbis audiuit, vt testatur fidelis Dauid. Adeō currebat tempore Pauli prædicatione Euangelij, & diffundebatur quotidie, vt scripsit Apostolus Colossensibus, peruenisse illud sua adhuc ætate in vniuersum orbem, & ad omnem creaturam que sub cælo est. Tameñsi enim eo tempore nondum ad singula climata orbis prædicatione Euangelij peruenisset: peruenerat tamen ad præcipuas orbis regiones, ex quibus facile erat illam ad mortales reliquos omnes dimanare.

Coloss. 1.

2 *Primus.* Primus pro cōparatiuo prior, positum est: referatur enim ad Esaiam, quem mox citat.

Iudæorum æmulatio.

3 *Ad æmulationem vos adducam.* Prouocabo vos zelo. Vel ad æmulationem dicit, qua intelligit eum dolorē qui exagitat Iudæos, dum vident gentes frui felicitate, quæ ipsi olim promissa est: ex quo vtique impellentur vt ad eam felicitatē rursus adspirent. Nam sæpenumero vsu venit, vt qui adhortationi non crediderint, æmulatione persuadeantur, quæ res plurimum roboris habet.

Non gens. Gēs insipientes.

4 *In non gentem, in gentem.* Gentiles intelligit, qui quod idolatrarū & sine lege diuina essent, insipientes, & non intelligentes dicebantur, imō indigni erant qui etiam vocarentur gentes. Quid autem est vilius, aut imprudentius, aut insipientius idolorum cultoribus? Dicitur Deus prouocare ad æmulationem, & commouere ad iram, non excitando ad peccatum, sed largiendo gētilibus bona, propter quæ Iudæi occasione accepta furibundi ad iram prouocantur. Hac auctoritate Paulus ostendit Moysen expressisse exaltationem gentium, & lapsum Iudæorum. Hęc cū impleta facili agnoscat Iudæi, verè respicere deberent. Aduerte, Quos Moyses vocat, non gentem, gentem insipientē, hos Esaias non quærentes,

Deū prouocare ad æmulationem.

Esaiæ. 65, a

tes, neque rogantes dicit: tanquā indociles & rationis expertes, & quibus essent Dei verba infensa.

CONCILIATIO.

Prima. DICTVM hoc Ioēlis 2. cap. à Paulo prolatum: Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit: diffidere videtur ab eo Hebræorum 6. cap. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cælestē, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Non pugnat hi loci inuicem, sed vterque verus est. Verè inuocans Deum, credit in Deū, quē credit remuneratorē, nō solū in præsentī vita, sed futura: Fidelis Deus negare seipsum nō potest. Promissis stabit. Promisit credentibus vitam, Marci vltimo. Locus ad Hebræos intelligendus est de baptismo non repetendo, vt in eum locum Deo aspirante apertè monstrabimus.

Secunda.

PAVLVS ex testimonio Dauidis affirmans Euangelium Iesu Christi suo tempore diuulgatum in vniuersum mūdum, videtur aduersari dicto Christi, Matthæi 24. cap. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio. Signa inuulgati Euāgelij in totum orbem à Christo expressa illic, nondum ostensa sunt: non igitur est Euangelium in vniuersum mundum nunciatum. Respondet Hieronymus in Matthæum: Non puto aliquam remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret. Et quanquam non habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis nationibus, opinionem fidei non potest ignorare. Quo ad famā (vt dicunt) ad omnes peruenit Euangelium, non autem quo ad effectum & consummationem, hoc est, non omnes receperunt Euangelium: Quod fiet ante consummatum seculum.

DICTIONIO.

Abyssus. ABYSSEM scriptura vsurpat pro profundo ferè maris, nonnunquam terræ etiam. Iacob benedicēs filium suum Ioseph, precabatur ei benedictionē è cælo supernæ & ex abyssu infernè, Genesis 49. Hunc in modum vsurpatur Deuter. 33. & Psal. 70. Accipitur & pro aquarum congregacione, quæ finem non habet. Dæmonia rogabāt saluatorem ne iuberet vt in abyssum irent. Matthæi 8. Marci 5. & Lucæ 8. Vnde liquet abyssum pro inferis & loco reproborum dici.

Inuocare.

INVOCARE Deum frequenter accipitur pro opem omnem & salutem à Deo petere. Atque in hunc sensum hoc loco Paulus accipit.

Emulatio.

EMULATIO hic pro invidia & dolore accipitur. Pauci ex Israël, & multi ex gentibus vocati sunt. CAP. XI.

Nōne Iudæi abieci?



Ico ergo, Nūquid Deus repulit populum suum? Ab sit. Nā & ego Israëlita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin. Nō repulit deus plebem suam, quā præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura: quēadmodum interpellat deū aduersum Israël? Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septē millia virorum, qui nō curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reliquiarum secundum electionem gratiæ factæ sunt. Si autem gratia: iam nō ex operibus. alioquin gratia iam non est gratia.

Gratia. Opera.

1 Nunquid Deus repulit populum suum? Quia inobediētes māserrunt Iudæi, & contradixerunt. Istudne in reiectionem eorum factum est vt reuerti nō possint, & promissiones Abraham & patribus factæ sint irritæ: nequaquam. Nam & populus eius est, ipsumque præsciuit, id est, præcognouit ante gētes. Aut prædestinauit ac prælegit. Confirmatio est in promptu. Nā si Deus repulisset populum suum, me quoque repulisset, iam non me repulit, sed assumpsit vt etiam præco & doctor gentium essem. Non igitur repulsi estis, sed vos ipsos repellitis. Si repulisset, non ex Iudæis sanè Apostolos & præcones delegisset. Alludit Paulus ad id quod in Psal. 94. scribitur: Quoniā non

Præsciuit; ante agnouerat.

In Elia, de Elia.

Suffoderunt vel subuerterunt.

Reliquiarum electi ex Iudæis.

non repellat dominus plebem suam.

2 Quemadmodum interpellat. Querebatur Elias de Israëlitarum impietate. Vt enim deus ipsis sanctis est omnia, ita quicquid eos angit, id primū deo queruntur. Hoc exemplū Heliae ex 3. Reg. cap. 19. per ἡμολώσθη, quā Cicero collationem vertit, aptatur. Obserua: cū dicit, Septem millia: proculdubio dominus magnam multitudinem notauit.

3 Reliquiarum secundum electionem. Electos Iudæos reliquias secundum electionem vocat. Hanc plebem non repulit deus, quia præsciuit, & prædestinauit. Hæc est illa electio qua eos voluit eligi in Christo ante mundi constitutionē, vt essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, prædestinans eos in adoptionem filiorum. Hæc electio est gratia dei. hæc electionem non es cōsequutus tuis operibus quamlibet meritoris, imò tua hæc opera præcedit hæc electio. Facit ad hæc quod præceptor & magister noster Christus in Ioanne dicit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Quid sine hac electione in Christo esse possumus? nihil sanè. Eligit nos, vt tandem eo fruamur. Cū igitur hæc omnia sint ab eius gratia tanquam à fonte & principio, non erunt ex operibus legis & ceremoniis quibus ad eō addicti erant Iudæi, imò non ex operibus nostris. Ex operibus enim est quod operibus debetur, atqui si debetur, gratuitum non est. De operibus legis videtur hic locus intelligendus. Cū tota hac epistola, nihil aliud Paulus agat nisi vt confidentiam, in lege literæ, & externis operibus tollat à Iudæis. Quod si cui visum est & de aliis operibus intelligi. Intelligatur Paulus hoc loco velle, quòd non ex operibus fidem præcedentibus, qualia erant Gentilium & Iudæorum opera, reliquiarum saluæ factæ sunt: alioquin non esset gratia, si ante fidem & gratiam salutem mererentur.

Reliquiarum secundum electionem. Ephe. 1. cap.

Esse ex operibus.

Electio, qui ex Israël electi erant. Quid ergo? Quod quærebat Israël, hoc non est consequutus, electio autem cōsequuta est: cæteri verò excæcati sunt: sicut scriptum est, Dedit illis deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant, vsque in hodiernū diē. Et Dauid dicit. Fiat men-

Esaiæ 6. e
Matth. 13. b
Ioan. 12. f
Act. 28. f
Psal. 68. c

sa³ eorum corā ipsis in laqueum, & in captiōnem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. Dico ergo, Nunquid sic⁴ offenderunt vt caderent? Absit. Sed illorum delictō⁵, salus est gentibus, vt illos æmulentur. Quod si delictum⁶ illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium: quāto magis plenitudo eorū? Vobis enim dico⁷ Gentibus, quādiu quidem ego sum Gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis.

*Iudæi abieci
& gentiles
assumpti.*

*Pauli charitas
erga Iudæos.*

1 Electio consequuta est. Qui ex Iudæis electi erant, consequuti sunt salutem, quam per gratiā non ex operibus legis quærentes inuenerunt, & ea sunt potius Reliqui verò sunt ex cæcatis: à quo? à proprio cōtentionis malo, inquit Chrysost. Aduerte, hæc verba: Quid ergo, quod quærebat, &c. non sunt interrogantis, sed accusantis. Quid ergo aliud possumus dicere, quā quod Israël quærebat, innitens operibus propriis non est cōsequutus: supple, iustitiam. Sed electio, id est, fideles, ex gratia cōsequuti sunt. Cæteri verò nō item: propterea quod operibus nitantur, & ex operum propriorum fiducia existit mentis cæcitas. Qui enim propriam sibi fingunt iustitiam, iustitiæ dei non obediunt.

Compunctio.

2 Dedit illis deus spiritum. Dedit, non actum sed permissum intellige, veluti accipere permisit. Animi habitudinē, & attentionem circa peiora, compunctionem vocat: veluti, cum quis mordetur & pungitur dolore. Profert Esaiæ testimonium Paulus, vt non videatur infensus illis. Subinde profert Dauidem vaticinantem penam incredulitatis, quæ iam vera facta est, & ad suum effectum deducta. Citatur hic locus & in Actis Apostolorum cap. 28. sed iuxta translationem Septuaginta, qui sic interpretati sunt, vt dominus prædicet illorum cæcitatē,

*Scandalum,
offendiculi.*

*Æmulentur,
ad æmulandum
prouocentur.*

cæcitatē, non vt imperet.

3 Fiat mensa. Mensam vocat id præcipuè, in quo acquiescunt homines, quod auxiliū & recreationē videtur afferre. Quæ admodum mensa Pompei fuit rex Aegyptius, ille ipse ad quæ confugit, curus præsidio sperabat se fore tutum, fuit ei exitio: ita lex & titulus ille gloriosissimus populi Dei, erat Iudæis mensa. Hæ res sciebant diuinitus traditas, easdēque existimabant non posse mutari: propter quod euangelicam doctrinam, quæ legem antiquabat, damnabant, & auersabantur sperantes se fore victores. Hæ res fuerunt laqueus: id est, mala persuasionē tenuerunt irretitos animos, & tādē perdidērunt. Horum dorsum nouis & nouis erroribus incuruatum est. Harum horribilium pœnarum comminatio, nos admonet ne contemnamus Euangelium, ne in tales pœnas incidamus.

4 Nunquid sic offenderunt. Cùm acriter eos carpsisset, attētāt nō nihil cōsolationis eis adicere & inuenire. Certè peccata grauissima sunt. Sed nō tā profundus & demissus est lapsus, quin resurgāt si modò velint Iesum Christū omnibus obuiū agnoscere. Interim tamen obserua quod in ipsa consolatione reos ipsos facit seu accusat maximorum delictorum. Aliiter, I deo Deus passus est Iudæos labi, non vt in totum conciderent, sed vt ad tempus locū faciant gentibus, & iidē rursus gentium pietate prouocati respiciant & feruentur.

5 Sed illorum delicto. Totus hic locus eō pertinet, vt ipsis animam addat, consoleturq; ne desperent. Et vt gētium demitteret fastum, persuaderētque ne ad demētiā verterentur. Primò assumpti sunt Iudæi ad Euangelium vt salui fierent: nempe Euangelium virtus Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primū & Græco. Et Dominus ait, Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël. Item Matthæi 10. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israël. Acto. 13. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primū loqui verbū Dei. Sed incredulitas Iudæorum locum dedit gentibus. Lapsus Iudæorum occasio fuit salutis gentilibus, quando Iudæis Euangelium reiicientibus assumpti sunt gentiles, vt Iudæi æmulētur gentiles. Propterea dicebant Paulus & Barnabas loco producto ex Actis, Sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudi-

Matth. 10. e

catis aeternae vitae, ecce conuertimur ad gentes: sic enim precepit nobis Dominus, posui te in lucem gentium, ut sit in salutem usque ad extremum terrae. Audientes autem gentes gauisae sunt, & glorificabant uerbum Domini. Videtisne incredulitatem Iudaeorum locum dedisse gentibus, ut fierent exemplaria ad fidem, ut quia Iudaei credere nolentes lapsi sunt, resurgant per zelum quandam credentes.

Plenitudo Iudaeorum.

6 Quod si delictum illorum. Confolatur illos & erudit, ne despo deat animam, hac ratione. Lapsus & imminutio Iudaicae gentis reliquo orbi ad id profuit, ut gentium mundi que diuitiae existerent, hoc est, ut reliqui mortales maxima copia ad Christum uenirent. Plena igitur restitutio Iudaeorum salutem reliquis mortalibus adferet consummatissimam. Nec dixit, quanto magis conuersio eorum, sed quanto magis plenitudo ipsorum, hoc est, quando omnes ad Christum accessuri sunt, seu quando uniuersus Israel crederet: hoc uocat plenitudinem eorum. Idque adiecit gratiae donique Dei plenitudinem & exuberantiam demonstraturus. Cum dicitur quanto magis plenitudo eorum subaudiendum est adducet, diuitias gentium.

Iudaei caro Pauli.

7 Vobis enim dico gentibus. Volo agnoscatur quanta sit in uos Dei beneuolentia: cum praedico ista de uestra uocatione & Iudaeorum reiectione. Ut enim uester sum peculiaris Apostolus, ita cupio munus hoc meum ad uos gloriosum esse & haberi, hoc est, ad salutem uestram quam efficacissimum, ut uestra felicitate Iudaei extimulentur, & ipsi Christum amplectantur, non ut uobis condemnentur, & abiciantur. Supra Iudaeos cognatos & fratres appellat, nunc uero carnem suam: magis eos admonens, uiciniorisque reddens. Non dixit persuadebo, sed ad emulationem prouocabo, ut qui aliter persuaderi non possunt nisi per intentionem, & per appositionem exempli aliorum, exploratam habeat eorum contentione, renisum & peruicaciam. Dixit saluos faciam aliquos, non omnes. Quia maiorem partem in praesenti reiectam a Domino, ex prophetis prouauit.

Gentes non glorientur aduersus Iudaeos, sed timeant.

Si enim amissio¹ illorum, reconciliatio est mundi: quae assumptio, nisi uita ex mortuis? Quod si delibatio² sancta est, & massa: & si radix sancta est, & rami. Quod si aliqui³ ex ramis fracti sunt, tu autem

Amissio, Reiectio. Delibatio sancta est, primitiae sanctae sunt.

autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuae factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo: Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene: propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei: si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim Deus iterum inserere illos. Nam si & tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam: quanto magis ij, qui secundum naturam, inserentur suae oliuae?

Stas, Constitisti. Noli altum sapere, Ne offeraris animo.

Oleaster. Oliua.

Bonitas Dei. Seueritas Dei.

1 Si enim amissio illorum. Si abiectione Iudaeorum attulit mundo reconciliatione deo, quid igitur adferet eorum adsumptio seu adiectio eorum ad Christum? Vtique bonum maximum, aut hoc dicit: quid erit assumptio eorum? nisi ut dicamus, quod mortuos peccatis assumens Deus eos uiuificet, 2 Quod si delibatio sancta est. Delibationem siue primitias & radicem, Abrahamum uocat. Massam autem & ramos dicit, qui ex genere ipsius crediderunt. Alludit ad ritum quem Deus populo Iudaico praescripsit in lege sua: ut sibi omnium rerum primitias offerrent, quo reliqua omnia sanctificabantur. Inter caetera offerrebatur Domino collyrida, id est, farina olei admistione conspersa. Leuitici 7. Ex qua cum delibatio sancta erat, sanctam esse & reliquam consperfectionem oportuit

Delibatio. Primitiae. Radix. Massa. Rami. Collyrida.

Vtraque metaphora cum delibationis & reliquæ cōspersionis, tum radicis & ramorum, Apostolus idem colligit. Nam si gentis Iudaicæ primi patres sancti fuere, necesse est, ut sancti sint veri eorum posterii. Quæ illatio eo nititur, quod deus patribus promissit se fore Deum, & semini eorum. Hunc locum sic intelligunt Chrysostomus & Augustinus. Diligenter adnotavit hunc locum Augustinus epistola 106. ad Bonifacium contra Pelagianos folio 313. Illa conspersio vel massa est ex Abraham, non ex Adam, id est, ex communione sacramenti & similitudine fidei, non ex propagine mortali.

Oleum naturale.
Oleaster.

3 Quod si aliqui ex ramis fracti sunt. Naturalem oleam siue oliuam Iudæos vocat ex Hieremia capite II. Oleastrum autem, id est, oleam agrestem & syuestrum gētes intelligit. Hac colatione gentilium factum reprimit. Tu gentilis priusquam infusus esses veræ oleæ seu priusquam esses assumptus, destitutus eras vero succo spiritus, eoque sterilis eras veræ iustitiæ. Sed cum per fidem in Christum factus es semen Abrahamæ, Galat. 3. capite, infusus es Iudæis, ut gratia sanctis patribus promissa & facta fruaris, & spiritu illorum viuas, (id quod Apostolus per communionem radicis & pinguedinis significat) ne sublatus beneficio quod per Iudæos tibi contigit, Iudæos abiicias, & præ te contemnas. Habere igitur te Iudæos in precio cōuenit & colere, non contra eos superbire. Noli altum sapere, sed time. Quoniam futurum est, ut si in fide non manseris, à bona olea reseraris. Iudæi autem qui inde reserati sunt, fidem apprehendentes inferentur. Quia si is qui erat ramus naturalis oleastri, præter naturam suam in germanam oliuam insertus est: quantum magis & facilius Iudæi qui natura sua de vera olea participant, rursus in eam inferentur?

De cecitate
Israël & sui
susceptione.

Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc (ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israël saluus fieret, sicut scriptum est ⁴ Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentum: cum abstin-

Vobis ipsis sapientes, apud vosmet ipsos superbi.
Testamentum, sedus patrum.
lero

Iero peccata eorum. Secundum Euangelium quidē, inimici propter vos: secundum electionem autem, charissimi propter patres. Sine penitentia enim sunt dona & vocatio Dei. Sicut enim aliquando⁷ & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis, propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam: ut & ipsi misericordiam consequantur. Concluserunt enim⁸ Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. O altitudo diuitiarum⁹ sapientiæ & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles¹⁰ viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso¹¹, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi honor & gloria in secula¹² seculorum Amen¹³.

Sine penitentia, &c. dona quidem & vocatio Dei eiusmodi sunt, ut eorum illum non peniteat. Propter, per in vestram, per vestri. Omnia, oēs. Altitudo, profunditate inuestigabiles, imperuestrutabiles.

Dona.
Vocatio.

Increduli oēs

Sapient. 9. 6
Esa. 40. d
1. Cor. 2.

Mysterium.

Cecitas ex parte.

1 Fratres mysterium. Mysterium nihil aliud sonat quam rem arcanam & paucis cognitam, neque communicandam nisi initiatis. Per mysterium, aliud nihil videtur intelligere, quam hoc suum præsens institutum, hætenus obscurius tractatum: nempe, quod Israël tandem sit restituendus, quam restitutionem ex Isaia probat.
2 Ut non sitis vobis ipsis sapientes. Hoc valet beato Paulo, ne sitis elato apud vosmet spiritu, ne sumatis animos, ut vobis ipsis placentes contemnatu Iudæos. Nolite elatiore esse animo, & contra Iudæos nunc abiectos insolefcere.
3 Quia cecitas ex parte. Quidam referunt ex parte ad Israëlem. Quidam (ut beatus Ambrosius) ad tempus, quia non semper piternæ sed temporariæ tantum cæciti Israël subiectus sit. Sic in-

frà cap. 15. Apostolus cum de suo aduētu Romam, loquitur. Si vobis primūm ex parte fruius fuero. Vbi nō videtur partem ecclesiæ intellexisse, quia omnibus frui & satiari volebat, sed partem temporis, & moram cōgressus & colloquij. Cupiebat siquidem eundo in Hispaniam recreare se aliquantum, & per paucos dies alloquio & consuetudine sanctorū qui Romæ erant. Videtur Paulus dicere: Cæcitas & induratio contigit Israël non in perpetuum, sed quousque plenitudo gentiū, id est, cuncti ex gentibus (ait Gennadius) credentes, intraret pro intret, id est, gētiles omnes crediderint. Et sic omnis Israël saluus fieret pro fiet. Vt sit vnum ouile & vnus pastor. Israëlē appellat eos, qui in Iudaismo perdurant. Nam pones (inquit scriptura) eos dorsum, id est, retro aspicientes, ait Hierony. Et in reliquis parabis vultum eorū quando per Eliam & Enoch credituri sunt in finem. Vide Hieronymum in hunc Psalmum 20. Non desunt, qui dictionem ex parte, neque ad tempus simpliciter, neque ad multitudinem spectare putēt: sed pro quodam modo positam interpretantur, vt videretur Paulus temperare verbum aliqui per se asperum. Sensus ergo erit: Israëlē ita quodā modo excæcauit Deus, vt dū illi euangeliij lucem respuunt, ad Gētes transferatur, & illę quasi vacuam possessionē occupent.

4 Sicut scriptum est, Veniet ex Sion. Hoc testimonium volūt plerique desumptum esse ex Esaia cap. 59. Cum autē illic nihil habeatur de fœdere ac promissione abolēdorū peccatorum: id autē exprimitur singulariter in descriptione fœderis noui de quo Hieremias loquitur cap. 3. Videtur Apostolus hoc adduxisse partim ex 59. Esaia partim ex 31. Hieremias. Vide locos.

5 Et hoc illis à me testamentum. Id est, fœdus & pactū. Augustinus lib. de loquutionibus Geneseos primo, ait frequenter in arcanis literis, pro pacto poni testamentum.

6 Secundum Euangelium quidem. Hi duo nominatiui Inimici & Charissimi iuxta ordinē Grāmaticū, no habēt vnde pendeant: nisi subaudias, sunt. Sensus est: Causa incredulitatis & neglecti à se Euangeliij, Deo sunt inimici Iudæi, propter vos, id est, in vestrā vtilitatem, illis enim neglectis assumpti estis à Deo. Non est perfidiæ illorum gratulandum, sed dolendum si tardant conuerti. Et quia filij sunt patriarcharum, quibus promissiones factæ sunt, charissimi sunt Iudæi, quorū reliquiis

reliquiis promissa seruabit Deus. Quia dona & vocatio, seu quæ sunt secundum electionem & prædestinationem, impceniabilia (si licet hoc vti verbo) sunt, id est, super his Deus sententiam non est mutaturus. Aliter licet Iudæi ob incredulitatem suam dilecti non sint, propter patres tamen adhuc diliguntur, vnde & salutem sunt accepturi aliqui.

7 Sicut enim aliquando. Ostendit ex gentibus primūm vocatos esse quosdam, deinde qui non crediderunt, Iudæos electos. Atque idem rursus deinceps euenturum. Postquam enim noluerunt Iudæi fidem adhibere Christo, denuo gentes vocatæ sunt & secundò vocatæ crediderunt. Hoc tamen in Iudæorum reiectionem non vergit, sed vt etiam ipsi misericordiam rursus consequantur. Simul enim ingreditur sub finem ad Christum plenitudo gentium, & saluus erit Israël totus. Hæc est ratio dispensationis salutis, cum Iudæorum tū gentium, de qua omnes prophete, & hic Apostolus testatur. Ex qua ratione subiicit, Conclufit enim Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.

8 Conclufit enim Deus. Id est, incredulos arguit, iudicauitque vt omnium misereatur, id est, vt alios propter aliorum contentionē seruet, hos autem propter illos, illos verò propter hos. Alij interpretantur, Cōclufit permissiue scilicet sinendo eos in incredulitate abire.

9 O altitudo diuitiarum. Quia Apostolus non immensitatē modò sapientiæ & sciētia Dei, sed multò magis bonitatis & misericordiæ Dei prædicare hic instituit, malo hic diuitiarū seorsum & pro amplissima bonitate & misericordia Dei accipere (vt adnotauī in dictione huius cap.) de qua præmiserat: Conclufit omnia in incredulitate, vt omnium misereatur: quanquam in sapientia & scientia Dei, ipsa quoque bonitas & misericordia insit. Sed quod præcipue commēdare studet Paulus, id solet quoque nominatim exprimere. Cum Paulus intelligeret sapientem Dei gubernationem, qua à cōdito vsque mundo in rerum dispensatione conspicuus fuerit, nō habens quod respondeat, demiratus est tātummodo, dicens: o altitudo &c. Querēs à Paulo, quare sic gentiles consecuti salutem, & Iudæi tam miserè lapsi sint, quorum reliquiæ saluabūtur? In his & huiusmodi quæstionibus, quæ temerarij sunt, qui respondent aliter quàm præceptor Paulus. O altitudo, &c. Scriptura docet cōsiliū Domini de nobis, & de omni-

bus creaturis iustissimum & optimum esse, rationem autem eius à nobis peruestigari non posse, eoque viuendum esse nobis fide promissionū eius, fiducia bonitatis eius, vt dicamus cum Dauide Psal. 72. Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me: & cū gloria suscepisti me. Ex factis quidem domini consiliū eius ex parte nobis proditur, & ex parte etiam piē vestigatur, sed quem finem in omnibus vltimū mens Dei spectet, nos latet. Voluitque id nos latere, vt admirandi de his que supra nos sunt, agnoscamus nos planē homines esse, hoc est, terrenos, & qui nihil ex nobis, præter hæc infima peruestigare possimus. Tria, ait Theophylactus, hic demiratur Paulus in Deo, diuitias quā tā beneficis fuit erga gētes. Sapiētiā qui tantā ei etiā indocilibus sapiētiā impertierit. Et cognitiōē, qui prudēter dispiciat, quid cui expediat.

10 *Inuestigabiles.* Id est, nō vestigabiles, & inscrutabiles. Viē, id est, dispensationes & dispositiones. Diuus Hieronymus existimat Paulum retulisse locum qui est apud Esaiam cap. II. Et non est inuestigatio viæ eius.

11 *Quoniam ex ipso.* Hæc est ratio præcedentis dicti. Manifestare enim voluit, Deum à seipso, nullo alio mouente, aut instigante: item per seipsum, nemine ei ministrante, aut eum adiuuante, & in seipsum, hoc est, propter se vnum, & sua solius causa, omnia condidisse, seruare & regere. Origenes ad hunc modum interpretatur. Quod dicit, Ex ipso: hoc ipsum quod sumus indicat. Per ipsum autem, quod per eius prouidentiam dispensamur in vita. In ipso verò, quod perfectio omniū, & finis in ipso erit, tūc cū erit de⁹ omnia in omnib⁹.

12 *Ipsi gloria in secula seculorum.* Solet Paulus cum magni aliquid dixerit perorans, gratias agere Deo, idque nos facere instituit.

13 *Amen.* Id est, Quod propositū est de Euangelio, Quod virtus Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primū & Græco, est absolutum.

CONCILIATIO.

Prima.

PAVLVS hic Iudæos naturā olea, gentiles verò oleastros pronuncians, videtur sibi aduersari, cum Ephes. 2. cap. de se & aliis dicat: Naturā filij iræ eramus sicut & reliqui. Et suprā: omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Consensus est in Paulo, si diligenter obserues Apostolum, cum dixit, nos naturā

turā Iudæi sumus, item cū Iudæos oleā naturā facit, loqui de Iudæis ex dignatione Dei, qua illos Deus præ aliis cunctis populis terræ complexus fuit. Cū autē ait naturā eque filios iræ: & perinde sub peccato esse Iudæos & gētes, loquitur de Iudæis æstimatis ex vita ipsorum perditissima, quam viuebant cum oriretur Euangelium. Apostolus naturā accipit, vt par est rerū omnium naturam accipere, pro ingenio, quod Iudæis & gentibus est, ex instituto & dispensatione Dei circa vtrosque. Ex se enim nihil sunt omnia, quia facta sunt ex nihilo. Proinde natura & ingenium cuiusque rei, id est, quod Deus, in re quauis plerunque efficit, accipi solet. Aliter vsurpari ab Aristotele intelligo, sed hæc satis ad locorum conciliationem.

NON planē consentire videtur hic locus, Conclufit Deus omnia in incredulitate vt omnium misereatur, cū eo qui scribitur Marci vltimo: Qui nō crediderit, cōdemnabitur. Respondeo, hæc epistola Paulus multis argumentis probauit omnes homines esse peccatores, tam Iudæos quā gentiles, vt nō haberet vniuersā caro, vnde gloriaret de iustitia sua. De⁹ per legis sententiam arguit, iudicauitque omnes sub peccato seu incredulitate captiuos, vt nostri misereatur, benevolentiamque suam nobis exhibeat, qui nos ipsos non poteramus è vinculis eripere, & salui abire: nostri misertus saluauit nos à peccatis nostris in filio suo. Vides quā breui verbo, legē & Euangelium expresserit. Legem cū ait, omnes sub peccato conclusos: Euangelium cū addit, vt omniū misereatur. Quemadmodum & fecit Gala. 3. Conclufit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credētib⁹. At non condemnabit incredulitas, sub qua conclusus eras olim, modò credas deinceps in filiū Dei. Qui enim dolens agnouerit peccata sua, & veniam fuerit deprecatus, misericordiam consequetur. Omnium credentium in Christū miserebitur Deus. Qui verò non crediderit, cōdemnabitur.

IN SPECIEM pugnare videtur quæ hic Paulus dicit, Quis cognouit sensum domini, & 1. Corinth. 2. Nos autem sensum Christi habemus. Videntur hi loci verbis pugnare, sed si penitus introspexeris, quæ vtrobique præcedunt & sequuntur conciliabis locos optimē, & minimē dissentire intelleges. In hoc capite & præcedentibus, cū multa differuisset de prædestinatione Paulus, hoc epiphonemate seu rei pro-

Natura.

Secunda.

Tertia.

Epiphonema

late summa acclamatione, conclusit tantam disputationem, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ, &c. Hoc totum voluit Paulus: Cõsilia & iudicia Dei, quare illos eligat & affumat, alios verò eiiciat: nobis abscondita, & adoranda potius sunt quam inuestiganda. Psal. 35. Iudicia Dei abyssus multa. Et prohibet scriptura, ne altiora nobis perquiramus Quare igitur hunc saluet, alium condemnet, non est nobis scrutandum: ipse solus nouit, & ad eius omnipotentiam & maiestatem pertinet. Patris est beneplacitum & consilium, nobis secretum. Hic nemo nouit mentem Domini: Quia nemo consiliarius eius fuit. Quæ scripturis prodita nõ sunt nescire, pudor non est. Et de hac cognitione non loquitur Paulus Corinthiis, sed de ea quæ fit per verbũ Dei in scripturis sanctis. Nos sensum seu mentem Christi habemus, scilicet quam patefecit nobis per verbum suum. Vnde Christus Ioannis. 17. Verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. 1. Ioan. 5. Scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verũ Deum. Vt Paucis absoluam: Abscondita sunt nobis Iudicia Dei, nisi quæ scripturis sanctis & canonicis reuelant. En maiestatem sacrarum scripturarũ, quæ mentem & sensum Christi adferant.

Maiestas scripturarum.
Quarta.

QUID hic Paulus dicit inscrutabilia esse iudicia Dei, cum Dauid Psal. 118. certò pronunciet, In labiis meis pronunciaui omnia Iudicia oris tui? Dauid nõ dicit pronunciaui omnia iudicia tua, sed omnia iudicia oris tui, id est, nihil iudiciorum tuorum tacui, quæ mihi per eloquia tua innotescere voluisti. Omnia iudicia oris tui, id est, quæ mihi dixisti & reuelasti. Tropo scripturæ per os Domini intelligimus eloquium Domini, siue scriptura, siue reuelatione interna expressum fuerit. Vide Augustinum Tomo octauo, in Psalmum 118. cõcio ne. 6. fol. 919.c

Quinta.

PUGNARE videntur hi loci, Sine pœnitentia sunt dona & vocatio. Hier. 8. Loquar de gēte & de regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, pœnitentiã agam super bonum quod loquutus sum, vt facerem ei. Matt. 25. Tollite itaq; ab eo talentũ, & date ei qui habet decem talenta. Et Gene. 6. Pœnitet me fecisse hominem. Respondeo: Dona Dei & vocatio ex electione & prædestinatione procedentia sunt impœnitibilia, vt ita loquar, nunquam horum Deum

Deum pœnitet. Alia sunt non ex electione, sed secundũ præsentem iustitiam, aut spectatiã ad corpus seu ad res externas. Horum legimus Deum aliquando pœnituisse, vt in loco Genesios allegato. Ad huiusmodi Deus se in modum pœnitentis habet, dum mutat quod fecit: Nõ autem quod in Deo sit pœnitentiæ commutatio, sed id fit mutatione hominis gratiam Dei abiicientis.

DICTIO.

SPIRITVM compunctionis, dicit spiritum peruersum & exitiosum, qui cum omne malũ accersat, nihil quàm pũgit & cruciat. Hunc morbũ vocauit Esaias 19. cap. Spiritus erroris, quo significatur insanã, mentis perturbatio, inopia consilij; quam cum Dominus immittit iis, quos punire, atq; euertere statuit, dicitur à prophetis sub allegoria agentium in furorem nimio potu, infundere & obtrudere eiusmodi vinum vel poculum furoris, quo velut inebriati à recta mente excidunt, & cõsilia sibi pernicioosa sumant. Hic malus spiritus compunctionis mordet & exasperat corda odio Euãgelij, vt doleat audire, aut cognoscere Euãgelium. Quo affectu propriè Pharisæi laborabãt, sicut in Actis 7. ca. Audientes hæc discabantur cordibus suis, & stridebãt dentibus in eum. Nõ absimilis pingitur in Cain, Pharaone, & similibus. Primum, quia diabolus inflammat illos impios. Secũdò, quia ipsa humana ratio vehementer offenditur dissipacione impiorum cultuum.

Spiritus compunctionis.

Ministerium honorificare seu glorificare, est virtutem eius præcellẽtis, & cõmendare & exhibere ad salutẽ electorum. EXCIDERIS penult. producta futurum est ab excidor.

Ministerium honorare.

VITA ex mortuis, consummatio est vitæ Dei in sanctis.

PLENITUDO gentium, plenus numerus gẽtium est: quem Deus assumere è gentibus decreuit, & præfiniuit.

Vita ex mortuis.

DIVIITIÆ absolutè positæ pro abundante bonitate accipiuntur, vt suprã 10. cap. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum, id est, abundans bonitate ad saluãdum omnes. & Ephe. 2. Dicit imperuestigabiles diuitias, pro imperuestigabili bonitate. frequens addi solet huic nomini aliquid, vt cum Paulus dicit diuitias gloriæ, vel diuitias gratiæ.

Plenitudo gẽtium.

Diuitiæ.

CADERE est in præceptis ruere, nulla cum spe resurgendi, vt hoc loco, & Amos 5. Quomodo cecidit lucifer, qui mane oriabatur? Aliquando pro labi non in totum.

Oleaster,
Bonitas.
Benignitas.
Captio.

Inferius.

Mensa.

Laquei scri-
pturae.

Dorsum in-
curuari.

OLEASTER olea est sylvestris.
BONITAS seu benignitas est quaedam animi propensio ad bene merendum de quopiam.

CAPTIO non est hic decipula proprie, unde captiosos dicimus: sed pro venatu positum est, quo capimus feras, quasi dicas, capiuntur sua mensa, qua laxare animum debebant.

INFERIUS es, pro infertus es, quoties fisco arboris ramo inferitur furculus. Est enim hoc vnum infertionis genus. Quanquam hic magis significare videtur inoculationem, cum perterebrato, qua se protrudit gema, cortice, inferitur stolo.

MENSA dicitur saepenumero in scriptura, cibus, panis, refectionio aquae sapientiae siue verbum Dei, & ipsa praedicatio verbi. Vsurpatur pro lege & prophetis, in quibus sicut in mensa proponitur manna coeleste verbi Dei, quod animam refocillat & confortat. Deute. 8. Matth. 4. & Psal. 22. Parasti in conspectu meo mensam, id est, o domine verbum tuum in libris prophetarum scriptum, sit mihi consolationi. & Psal. 68. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.

LAQUEI SCRIPTURAE, sunt doctrinae siue ex diuinis deprauatae, siue ex humanis consistae: Quae non modo opinionem sed conscientiam quoque laedunt. His laqueis irretiti distrahuntur huc & illuc multiplicibus sententiis scripturae, & nihil vnquam certi consequuntur. Propterea hos hortatur Paulus 2 ad Tim. 2, Resipiscant a diaboli laqueis a quo captiui tenentur. Malach. 1. ca. & Ezech. 41. vocant mensam domini altare.

DORSUM incuruari, est deprimi opinionem. Nam qui carent verbo spiritus illuminante, hi semper ex alio errore alium pariunt. Et qui carent verbo consolatorio gratiae, subinde aggravantur aliis & aliis peccatis: hos ad Ephes. 4. Paulus dicit fluctuare falsis opinionibus. Dorsum eorum semper incurua, non solum ut premantur omnibus malis, foris inter gentes: sed etiam ut non videant sursum in caelum, & inuocent ex fiducia cordis dominum. Psal. 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram.

Singuli

Singuli diuersa accipimus dona.

CAP. XII.

Rationabile, rationale cultum. spiritalem & non carnalem.



Bsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationale obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, ut probetis quae sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta. Dico enim per gratiam, quae data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut diuisit deus mensuram fidei. Sicut enim vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes donationes, secundum gratiam, quae data est nobis, differentes: siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praestit in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Tribuit, impertit. Sollicitudine, diligentia.

Hostia deo placens.

Philip. 4. d

Ephes. 5. d

1. Thess. 4. 4

1. Cor. 12. b
Ephes 4. b

Corpus vni Christiani.

Reformamini, transformamini memini per renovationem mentis vestrae.

Bona, beneplacens, quod bonum est acceptumque, & perfectum.

Dico, iubeo. Sapere, sentire de se & infra.

Ad sobrietatem, moderate & moderate.

Eundem actum, eandem operationem.

Secundum rationem, iuxta portionem siue proportionem & mensuram.

Tribuit, impertit. Sollicitudine, diligentia.

1 Obsecro. Haec tenus de summa religionis satis disputatum est: nunc in orum paraneses subiicit, instituitque de bonis moribus praecipit.

2 Hostiam viuentem. Infra 15. cap. memorat, ut Deo adduxerit gentes, ceu oblationem acceptam & sanctificatam. No-

Quomodo
corp⁹ hostia.

Obsequium
rationabile.

Gratia in
Paula.

Sobrietas.

men hostiæ quadrat pulchrè, eò quòd hostia erat quæ macta-
ri solebat. Omnino enim mori nos nobisipsis oportet, cum
nos Deo contradimus immutandos ad vitã. At quo modo
erit victima corpus? Videant oculi quæ recta sunt: lingua ma-
nûsq; altera quidem laudibus Dei, altera verò præceptis va-
cet: sic fiet hostia viua corpus: rationabile obsequium dixit,
quod est secundum Christum, hoc est spirituale nouæ vitæ in
Christo sacrificium. Et non carnale & mortuum, vt olim Iu-
dæi victimas carnales offerebant. Immolate ergo vosmetip-
sos: hoc est, affectus carnales iugulate. Siquidem Deus non
vult mortuas pecudes, sed hostiam viuam, ipsum inquam ho-
minem sanctificatum, & repurgatum.

3 *Rationabile.* Hoc est: Exhibeamus cultum Deo rationale,
talem scilicet, in quo agnoscitur & apprehenditur Deus, seu
in quo existunt hi motus diuini, videlicet timor Dei, fiducia,
inuocatio, & confessio. Sensus ergo erit: Efficiamini hostiæ:
id est, agnoscite, prædicate, seu glorificate Deum, & sustinete
mortificationem, & credite quòd hi vestri cultus placeât Deo
propter Christum, propter quem & vos estis hostiæ.

4 *Et nolite conformari.* Inanitatem vitæ huius seculi fugien-
dam hortatur. Præterit enim figura huius mudi. i. Corint. 7

5 *Dico enim per gratiam.* Munus apostolicum ex singulari gra-
tia sibi collatum gratiã vocat. Quod ait omnibus inter
vos, eò non solum authoritatem præ se tulit præcipiendi: sed
etiam necessitatem præcepti, quod nemini non diligenter cõ-
siderandum sit. Hoc Pauli præceptum est, ne vltra mēsuram
nostram sapiamus. Id enim demētiæ est atque stultitiæ. Si ma-
gnis donamur donis, alios non despiciamus, non superbia-
mus, ne extollamur. Dei enim donum nõ est, nostra virtus. Ne
que quisquã quod nõ habet, aliis inuideat. Deus enim dona
distribuit, qui nouit quid cuiq; decorum sit atq; cõueniens.
Perseueret ergo vnusquisque in virtute, neq; æmuletur, neq;
effertur dono suo. Dicitur potest, hũc in modum: Videbatur ali-
quis factus tribuendus, iis qui fortuna, aut dotibus præcelle-
rent. Eum personarum delectum prorsus tollens Paulus, den-
nunciat quisquis sit ille (modò versetur apud Christianos)
ne se cuiquam anteponat, sed suam quisque dotem à Deo ac-
ceptam conferat ad commoditatem proximi.

6 *Sapere ad sobrietatem.* Hoc loco sapere non pertinet ad
ruditionem, sed ad cogitationem & opinionem, veluti cum
quis

quis effertur animo & magnificè de se sentit, vt præcedente
capite adnotauimus. Id ita esse satis declarat Origenes, sta-
tim indicans hunc sermonem pertinere ad eos, qui ex oleastro
infusi oleæ ferocirent & superbirent aduersus ramos ex olea
defractos. Hieronymus contra Iouinianum legèdum putat,
sapere ad pudicitiam. Interpres Origenis legit, Ad temperã-
tiam, quæ est moderatio cupiditatum & actionum. Cicilib. 3.
quæst. Tuscul. hanc vocauit frugalitatem. Vocabitur vt voles. *Frugalitas*
Sed mihi videtur vsurpandum esse, pro ea moderatione & cõ-
stantia, qua in quibusuis rebus, id seruamus & tuemur, quod
dicat recta ratio, quod iubet vera prudentia. Certum est Apo-
stolum hinc vnum hoc præcipere, vt quisque noscat, agatque
res suas, hoc est, suæ intendat, inferuiatque vocationi.

7 *Et vniciue sicut Deus.* Videtur hic textus sic ordinandus:
Quisque sapiat (subaudi) sicut Deus diuinitate vniciue mēsu-
ram fidei. Eadem Apostolus sæpe pro tota religione & noua
vita quam viua fide viuimus, accipit: Sic fidei hinc mensuram,
dicit donum & portionem vitæ nouæ, vitæ spiritualis, facul-
tatis viuendi & agendi ex fide tibi donata iuxta mensuram
tuam, hoc est, quantum tibi est necesse, ad tuam exercendam
& complendam vocationem.

8 *Sive enim in vno corpore.* Quid tu cristas erigis, atq; super-
bis? Quid verò æmularis? Nonne omnes vnus corpus sumus
in Christo? membra autem inter nos mutuo alter alterius?
Hęc similitudo infra. i. Corint. 12. latius exponitur. Vult hinc
Paulus vt à similitudine corporis discamus, quàm certam &
propriam oporteat vnumquemq; actionem habere in corpo-
re Christi, & omnino eã quã Dominus vniciue; donauerit.

9 *Sine prophetiã secundum cor.* Apostolus loquitur hinc de pu-
blicis ecclesiæ muneribus & donis, quibus ad vtilitatem com-
munem totius corporis dominus quosdam instruit. Atq; inter
dona diuersa in corpore Christi prophetiã primo loco ponit,
quæ est facultas spiritus Christi, quæ futura & arcana dei præ-
dicantur & renunciantur ad gloriam Dei, & ecclesiæ cõmodi-
tatem. Diuus Ambrosius secundum rationem fidei interpretatur,
dari prophetiã pro modo accipientis, hoc est, quatum causa
exigit propter quã datur. Chrysostomus scribit donum hoc
prophetiæ, accipere mensuram à suscipientibus, tantum sci-
licet influere, quantum reperiat vas fidei sibi appositum. Intel-
ligas tantò maiora esse dona, quantum fides fuerit integrior.
k iij

Fides.

Mensura fidei.

Cum enim Deus dona omnia pro mensura fidei distribuit, in dubie prophetia pro fidei proportione & modo confert. *10 Sive ministerium in ministrando, &c.* Nomina sunt ministrando & exhortando, pro in ministerio seu ministratio-
Ministerium in ministrando. ne per alterum ministerium munus ministrandi, administratio- nem scilicet Euangelij, & qua ad huius profectum faciunt: Per alterum donum ministrandi, facultatem, scilicet spiritus, qua- ritate & cum fructu ministratur, ut sensus sit: Alius habet mu- nus prophetiae pro portione fidei, eoq; etiam cum dono pro- phetiae: Alius ministerium, id est munus ministrandi in mini- sterio, id est, cum singulari facultate spiritus ministrandi ritate & cum fructu. Sic qui docet, id est qui habet docendi munus in doctrina, id est cum virtute & facultate spirituali, ad hoc munus docendi ritate obeundum. Ita est exhortans in exhor- tatione, hoc est cum munere exhortandi, etiam praeditus exhor- tandi dono. Qui tribuit seu est impertiens, id est Ecclesiae mi- nister ad dispensandas facultates Ecclesiae, & sanctorum col- lationes in usus egentium, qui alias diaconus, id est minister simpliciter dicitur, cum dono impertiendi quod hic exprimit, eod quod ait in simplicitate, hoc est bona fide nihil aliud re- spiciendo quam quod oportet. Est praeterea qui praest, qui pa- scendi & regendi Ecclesiam munus accepit cum solitudine & studio, id est dono spiritus, a quo verum studium & iusta sedulitas suppeditatur. Est miserans, munus gerens consulendi afflictis & miseris, in quo ministerio plurimum molestiae est. At qui etiam dono pollet ad munus hoc ritate obeundum, is citra molestiam & hilariter eo munere fungetur.

Dilectio sine simulatione: odietes ma- lum, adherentes bono: charitatem frater- nitatis inuicem diligentes, honore inui- cem praevinientes, sollicitudine non pigri, spiritu ferventes¹, domino servientes², Domino, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sancto- rum communicantes³, hospitalitatem⁴ se- stantes. Benedicite persequentibus vos: benedicite,

*Ephes. 4.
1. Petri. 2. c
1. Petri. 5. b
Hebr. 13. g*

Gaudere, benedicite, & nolite maledicere. Gaude- *1. Petri. 4. c
Gaudete.* re cum gaudentibus, flere cum flentibus: *Prouerb. 3. e
Flere, Elete.* Idipsum inuicem sentientes: Non alta fa- *Esaie. 5. c
1. Petri. 3. d* uicem, & c. pientes, sed humilibus consentientes. No- *2. Cor. 8. d
lite esse prudentes apud vosmetipfos: nul- Hebr. 12. d* li malum pro malo reddentes: Prouiden- *aliq in alios
affecti, vel
estote vnus
animi & af
fectus.* tes⁶ bona, non tantum coram Deo, sed etiam *Cōsentien-
tes, obscun-
dantes.* coram omnibus hominibus. Si fieri po- *Eccl. 28. a* test, quod in vobis est, cum omnibus ho- *Matth. 5. g
Dente. 31. e
Prouer. 25. c* minibus pacem habentes: Non vosmet- *Hebr. 10. e* ipsos⁷ defendentes charissimi, sed date lo- *Utionem.* cum irae: scriptum est enim, Mihi vindicta, & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbonem ignis congeres super caput eius. Noli vin- ci a malo⁸: sed vince in bono malum.

1 Spiritu ferventes. Spiritus nomine intelligit energiam exer- tam & emissam animi, ipsamque vim agendi intentam. Huius spiritus feruor est, singularis huius energiae & explicatae vis. In agendo contentio. Tali contentione ad praedicandum Christum erat Apollo, de quo Act. 18. scribitur quod loque- retur feruens spiritu, & docebat diligenter ea quae sunt Iesu: quo Lucas testari voluit illum fuisse vehementem, & causam Christi egisse contentione singulari.

2 Domino servientes. Origenes indicat in nonnullis exempla- ribus scriptum fuisse tempore servientes, ut intelligamus bo- ni consulendum, si quid pro tempore inciderit in commodi. nam id opinor est seruire tempore. Cum hoc cohaeret quod sequitur, spe gaudentes. Si quis exigit tributum, pendet: si quis veftigal, soluit. Si quis exigit honorem, redde. Si quis affligit, patere, nec ea res tristem reddat, sed spes erigat in malis ani- mum. Item quod praecedit, spiritu ferventes. feruor enim spi- ritus contemnit obstacula, & rapit omnem occasionem be- nefaciendi proximo.

*Spiritu fer- uere.
Apollo.
Seruire tem- pori.*

3 *Necessitatibus communicantes.* Necessitates dixit nō delicias & communicantes dixit, non subuenientes, quod commercium fit inter tantem & accipientem, & plus lucri facit qui dat beneficium, quam qui accipit.

Hospitalitas

4 *Hospitalitatem.* Ne expectes tantisper, dum ille ad te uenerit, erubescit enim ac pudore suffunditur, verū tu insequere eum, inuita eum, persequere ut hospitio excipias, noli extremam expectare necessitatem.

5 *Idipsum inuicem sentientes.* Vult Paulus vnūquēque Christianum affectum esse erga ceteros, quomodo singula membra corporis affecta sunt erga cetera membra. Hoc modo cōmunis erit affectus in Christianis, ut omnes non opibus, nō genere, non eruditione, non honoribus, sed Christo metiantur, qui est omnibus ex æquo communis. Nō enim personarum est acceptor Deus. Si magnū te existimas, talē & fratrem tuum reputa, etiā si pauper fuerit. Nam apud Deū, diuitiarū & inopię nullus est respectus aut discrimen. Quomodo autē tibi hoc contingat? Si de te ipse non alta sentias, verū si comodes & cōsentias tenuibus, atq; ad illorū humilitatem descendis. Poterāt Romani tali affectu vanę glorię propter vrbs amplitudinem detineri, ideo hunc fastum supprimit.

6 *Prudentes* Date operā, ut vestra probitate omnes edificentur. ut enim conscientię puritas coram Deo necessaria est, ita famę integritas apud homines curanda est.

7 *Nou vosmetipsos.* Grauius malum hoc loco corrigit. Precipit, quamlibet læsi fuerimus, ne tentemus ipsi vindictā, sed eam domino permittamus. Originem habet hoc malum ex immodico nostri amore, ac ingenita superbia: quę facit, ut vitis nostris benignē indulgeamus, alienis autem sumus inexorabiles. At dandus est locus irę: hoc est, permittamus domino iudicandi facultatem, quam ei pręripiunt, qui vindictam aggrediuntur. Vindictam ex testimonio Prophetę dominus sibi seruauit: sed nefas est Dei vices & partes usurpare; ergo nefas, & temerarium vlcisci, & vindictam sua auctoritate facere.

8 *Noli vinci à malo.* Bonum & malum hęc nō refertur ad hominem improbum aut probum: sed significat ipsum beneficium aut iniuriā. Vincitur igitur à malo, qui prouocatus iniuriā non temperat animo, sed adducitur ad retaliandam iniuriā. Vincit malū bono, qui malefacta bene factis repensans, efficit

Vincere malum bono.

efficit ut inimicus respiciens fiat amicus. hoc præceptū quoniam durum erat humanis affectibus, adiecit auctoritatem domini, dicit dominus.

CONCILIATIO.

PAVLVS hic malē precari hostibus simpliciter verat. Et tamen ipse cum prophetis inimicos suos grauiter deuouet. Ad Galat. 5. Utinam abscindantur qui vos conturbant. Psalmi plerique referti sunt huiusmodi imprecationibus, ut Psalm. Deus laudem. Omnino piē sancti malis ea orant, quę Deus iustus iudex illis irrogare debet, ne nomen Dei blasphemetur, & regnum Dei deprimatur. Deus maledicere dicitur, tamē homo maledicere prohibetur: quia quod homo malitia vindictę agit, Deus facit examine & virtutē iustitię. Fit igitur ut sancti viri maledictionis sententiā pronunciantes, non hęc voto vltionis, sed iustitię examinis, & iuxta Dei iudicis veri voluntatem erumpant.

Prima.

*Maledicere
Deus dicitur
quod tamen
facere homi-
ni phibetur.*

HIC IYBEMVR inimicos cibare & potare. Quod Apostolus ipse prohibet cibum sumere cum manifestē sceleratis qui fratres haberi volunt, 1. Corinth. 5. 2. ad Thessal. 3. Et 2. Ioannis: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domū, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis, Apostolus hortatur hoc loco ad officia charitatis. Hęc debemus omnibus, Cuiq; tamen ea ratione quam dominus erga vnūquēque præscribit. Nempe ut quisque proximus fuerit, vel agnatione, vel cognatione, vel affinitate, consuetudine domestica vel ciuili, aut ecclesiastica, aut vlla aliarum rerum societate & cōtractu, coniunctione loci, necessitate officij, vel quomodocūque dominus homines nobis iunxerit, his omnibus pro virili, id est, vocatione nostra pro illorum necessitate, atque etiam vtilitate, quę ab eis existere possit, benefacere & commodare debemus. Omne id quidē hoc fini, ut & ipsi Deo adducatur si fieri possit. Sin verò ut vel aliquis eorum vsus sit Reipublicę, citra tamen creatoris contumeliam. honor enim Iesū Christi & habendus & præferendus est rebus omnibus. Si quis se fratrem iactet, viuat autem palām impurē, aut doctrinā Christi vitare conetur, nec admittat qui ab impuritate vitę vel impia doctrina verbi Dei reuocent: Christianus cum eiusmodi, nec cibūumat, nec talem in domum suam recipiat, aut aue ei dicat.

Secunda.

Ministeriū.

MINISTERIVM simpliciter positum aliquando generaliter accipitur pro omni administratione Euangelij, & eorum qui ad profectum huius faciunt. Sic vsus est Paulus supra. 11. cap. 2. Corinth. 3. Ephes. 4. 2. Timoth. 4. Nonnunquam accipitur cum simpliciter ponitur, pro administratione rerum, quibus vita corporis sustentatur. Vnde & diaconi, id est, ministri simpliciter Apostolis dicti sunt. hinc. 2. Corinth. 5. vocat quod fratres Macedones contulerant in vsus pauperum, communicationem ministerij infanctos.

Carbones ignis.

CARBONES IGNIS, id est, prunæ, significat in scripturis ignem durantem ac ideo vehementiorem. Psal. 119. Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis. Aliquando fulmen, translatione sumpta ob huius elementi vehementiam. Aliquando ultionem dei grauissimam, vt passim in scripturis videre est. Vocat propheta carbonem verba legis, vel videntes animam angustiam, & confusione, & similibus affectibus. Psal. 139. Hoc loco carbonem ignis significant beneficia collata, quibus accenduntur erga datorem ad amandum.

Potestati sublimiori parendum.

CAPVT. XIII.



Magistratibus obediendum.
1. Petri 2. c
Sapient. 6. a

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à deo: quæ autem sunt, à deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: Non enim sine causa gladium

Necessitati gladium portat. Dei enim minister est: subditi, &c. vindex in iram, ei qui malum agit. Ideoque necessitati subditi estote, non solum propter iram, propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. *incumbentes.*

Necessitas est principis, autoritas.

Tributum, Matth. 22. e

1 Omnis anima potestatibus. Ostendit Christi euangelium, non ad publicæ bonæ ordinationis subuersionem datum esse. Quoniam intellegebat Paulus nonnullos Christianos prætextu religionis detrectare principum iussa, atque ita futurum, vt ordine perturbato, sursum ac deorsum omnia miscerentur: Præcipit vt quibuscumque potestate publica præditis, omnis homo obtemperet, dum nihil pretati & fidei aduersum man datur.

2 Non est enim potestas. De ipso principatus munere, non de principe hic differit. Quod alij dominantur, alij verò dominorum imperio pareat, nihil hic exprimo. Hoc vnum velim vobis persuasum, quod non est potestas, nisi à domino deo profiscatur. Siue regia, siue patris in filium, siue viri in uxorem, vel si quæ aliæ sint, siue cæteras omnes dixeris, quas esse vel inter bruta animantia constat, quales apium, anserum, & piscium sunt, & huiusmodi. Vide quam latè pateat potestatem omnem à deo institutam esse.

Potestas est magistratus à deo.

3 Itaque qui resistit. Occupatio est. Obiiciunt fortè fideles: Nos ipse reddis abiectiores, qui cum simus regno cælorum potituri, principibus subdas. Respondet, Deo & obedientes & subiectos esse qui principibus parèt. Quinetiam quod horribilius est, addidit, Qui non obediunt, Deo qui condidit instituitque magistratus, resistunt: sit igitur, vt parent sibi damnationem, quam accipient.

4 Non sunt timori boni operis. Id est, principes & magistratus non sunt in terrorem bene operantium, sed malè. Hæc formido malis non est à principe, sed à malignitate operantium malum. Ob id accensus est ferro princeps, vt improbos tormentis afficiat.

5 Ideoque necessitati subditi estote. Necessè est principi obediemus, non solum propter iram seu ultionem dei, qui præcipit

obediendum potestati seu magistratibus, sed etiam propter conscientiam ad id nos exhortatem. Propterea tributum ei pēdimus ac soluimus, mercedem nimirū gubernationis præsidatusque eius. Subministri sunt dei, curam subditorum gerentes. Qui neglectis suis priuatis rebus (si rectè principantur) publico suorum ciuium commodo inuigilant.

Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis: nisi, vt inuicē diligatis: qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces: Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo² instauratur, Diliges proximum tuū sicut teipsum. Dilectio proximi³ malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. Et hoc, scientes⁴ tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus⁵. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die⁶, honestè ambulemus: non in comeffationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis, non in contētionē & æmulatione: sed induimini dominum⁷ Iesum Christum, & carnis curam⁸ ne feceritis in desideris.

1 Nemini quicquam debere. Soluite vnicuique quod deberis, quo soluto desistis debere. At sola Charitas nō desinat debere,

Exodi 20. c
Deute. 5. b
Leuit. 19. c
Matt. 22. c
Galat. 5. c
Iacobi 2. b

Somnus.

Nox.
Dies.
Opera
Luce 21. f
Inducere
Christum.

Galat. 5. c
1. Petri. 2. c

Verbo in-
stauratur,
sermone sum-
matim com-
prehēdatur.
Plenitudo,
consumma-
tio.
Cum credi-
dimus, tum
cum credebamus.

beri, sed semper persoluatur: & nihilo minus semper debeatur, vt non sit finis bene merendi.

2 In hoc verbo instauratur. Instauratur, id est, recapitulatur, ait Augustinus, seu summatim in hoc verbo continetur. Sūptum est ab epilogis rhetorum, in quibus tota causa summatim repetitur, quam anacephalæosum vocant illi. Sensus est, quod omnia alia præcepta rediguntur ad præceptum dilectionis, & in eo comprehenduntur.

Instaurare.

Anacephalæosus.

3 Dilectio proximi malum non operatur. Litpore est, plus enim quam dicitur, significatur. Confirmat ratione quod dixerat epilogum, hoc est totius legis esse compendium in charitate. Cum lex hoc potissimum agit ne malum proximo faciamus. Vtique clarum est, proximi dilectione (quæ omnem auertit lædendi proximi voluntatem) legem impleri. Nam qui proximum diligit, neque adulteratur, neque mœchatur, neque furatur, neque huiusmodi quicquam aduersus proximum operatur, imò prodest omnibus, quibus potest & bonis & malis.

Litpore.

4 Et hoc scientes. Hoc, pronomen apud Græcos nō refertur ad tempus, cum tempus illis sit masculini generis. Verum ita loquitur: Et hoc, siue, Idque cum sciamus, nempe tempus, vt Et hoc, vim habeat exaggerandi. Veluti, cum dicimus. Scortaris, & hoc in quadragesima. Vt intelligamus, quæ præcepit nunc præcipue præstanda esse in lege euāgelica, quæ plus aliud exigit supra Moyse, naturæque legem. Tempus hoc loco significat opportunitatem, & occasionem. In hūc sensum accipiamus. Nemini supple quicquam debeatis, aut charitate supple abundemus. Et hoc facite, scientes tempus, id est, opportunitatem adesse id faciendi.

Tempus.

5 Quam cum credidimus. Id est, quam cum credebamus, siquidem nox infidelitatis, peccati & ignorantie & umbrarum Mosaicarum præcessit, siue progressa est, & tendit ad interitum illucescente euangelio, & solæ gratiæ, dies gratiæ seu Christus, qui se diem manifestauit, in quo operari debemus, appropinquauit.

6 Sicut in die honestè ambulemus. Nam orta luce (ait Cyprianus) ob pudorem homines se gerūt verecundiūs, cōponūtque mores ad hominum iudicia: nox enim vacat pudore.

7 Sed induimini Iesum. Cum nos sordidis vestibus exuisset, ne nudi & pudore suffusi appareamus, pro veste Christum no-

*Inducere
Christum.*

bis largitur. Qui Christum Dominum induerit, is habet vniuersam virtutem. Inducere Christum, hic significat, virtute spiritus eius vndique nos munire, qua idonei ad omnes sanctitatis partes reddamur.

8 *Carnis curam.* Carnis duntaxat ad sanitatem non ad continentiam habenda est ratio. Non viuas (ait ille) vt edas: sed edas vt viuere possis.

CONCILIATIO.

Prima.

PAVLO dicenti, Nō est enim potestas nisi à deo: aduersatur Oseas 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui.

LOCVS Pauli maximè in telligendus de ipso principatus munere, non autè de modo assequendę dignitatis & potestatis inordinato, aut de vsu seu potius abusu ipsius: de quo intelligenda sunt Oseas verba. Abusi sunt vehementer, de quibus dictum est, Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnu aduersus Dominum. Qui principatū assequuntur, obseruet locum Pauli ad Hebr. 5. cap. Nemo sibi honorem assumit, sed qui vocatur à deo, tanquam Aaron.

Secunda.

APOSTOLI & martyres magistratibus frequenter restiterunt. Quid ergo hic pronunciat Paulus: itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit? Resistendum est potestati tyrannicę, aduersanti fidei & pietati, & hæc à Deo non est ordinata.

Tertia.

INVICEM aduersari videntur hi loci: Cui honorem, honorem, Et Leuit. 19. Non honores vultum potentis. Non honorandus est potens, vt à via iustitię declinet. ob id sequitur in textu, Iustè iudica proximo tuo.

Quarta.

INVERE Christiano non est locus timori, vt hic docet Paulus. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. Quum igitur præcipit sequenti textu, Cui timorem, timorem: manifestat timorem debitum à verè Christiano. Est timor qui est quidam honor, & amor quandam venerationem prætendens, qualis videtur cum pronunciat: Nihil deest timentibus eum. Et, Timor Domini permanet in seculum seculi. Alius est timor seruilis, quo timet quis peccare, maximè vitandę poenę gratiã. Hic in se nō agnoscit verè Christianus.

DICTIO.

*Anima.
Potestas.*

ANIMA hoc loco pro omni homine ponitur. POTESTAS hic pro principatu, & potentatu, & magistratu

Aratu videtur accipi.

INSTAVRARI significat hic recapitulari, hoc est summam persingi in hoc verbo. *Instaurari.*

COMESSATIO est conuiuuium procacius ac iuuenile, & propriè cibi potusque post cenã ex luxu assumpti. Comos enim Græcis Deus est temulentię, vt fingunt poetę. *Comos.*

Infirmi non offendendi: Et de ratione dierum.

CAPVT XIII.

In disceptationibus, ad diuinationes disceptationum.



Nfirmm autem in fide affumite: nō in disceptationibus cogitationū. Alius enim credit se manducare omnia: qui

*De infirmis
in cibus & ratione dierū.*

Se māducare omnia, vscendum est se quibuslibet.

autem infirmus est, olus māducet. Is qui manducat, non manducantē non spernat: & qui non manducat, manducantem uō iudicet. Deus enim illū assumpsit. Tu

Iacobi 4. d.

Assumpsit, Non abiicit. Statuere illum, efficere vt stet.

quis es, qui iudicas alienū seruum? Domino suo stat, aut cadit. Stabit autem: potēs est enim Deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque

Dies.

In suo sensu abundet, Propriamē.

in suo sensu abundet. Qui sapit diem, Domino sapit: & qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et

*Viuere.
Mori.*

Sapit diem, Qui rationē auquā dierū habet.

qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi viuut, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur.

Domino sapit, Ad honorem Domini id sapit.

Siue ergo viuimus, siue morimur. Domini sumus. In hoc enim Christus mor-

tuus est, & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur.

1 *Infirmum in fide.* Suscipite eum qui nondum firmus est fide. Is non abiiciendus, sed tolerandus & alendus donec proficiat ad meliora. Hoc modo assumetur ad Christianam amicitiam & curam receptus, vobis adiungetur. Ex Iudæis plerique post Christi fidem susceptam, escas à lege olim interdictas cauebant, confisi nondum à lege plenè desiscere, ita vt à carne suilla abstinerent: sed cum se minus tolerabiles existimarent, si suillam solam non ederent, ceterarum carniū esu intermisso, oleribus vesciebantur. Ceteri verò qui perfectiores erant, & qui iam intelligerent legalia illa cessasse, carnes illas olim interdictas cauentibus conuitiabantur. Timens Paulus ne infirmi à firmioribus tam acriter lacerentur, à fide deficerent, hortatur huiusmodi infirmos benignè & leniter assumendos esse, non in disceptationibus cogitationum, id est, non in anxiiis disceptationibus, per quas futurum est vt illi alienentur. Hanc propositionem hic tantum proponit, quam exemplo Christi in principio sequētis capitis probat: Propter quod (ait) suscipite inuicem sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.

Credit manducare omnia.
Infirmus.

2 *Alius enim credit se manducare.* Noua locutionis forma est, quæ ad literam sonat, putat se manducare omnia. Cū sit sensus: Putat sibi licere vesci quibuscumque cibis, citra delectum.

3 *Qui autem infirmus est.* Infirmus hic non ad valetudinē corporis sed animi refertur, qui nondum plenè fide confirmatus est. Noster interpretes legit verbum Manducet imperatiui modi. Sensus est: Si existimat periculum esse in carnibus edendis, vescatur oleribus. Græcis verbum est indicatiui modi, at que hunc in modū adducit Hieronymus in Ecclesiast. cap. 2. *Qui infirmus est (ait) oleribus vescitur.* Non enim iubet vt vescatur oleribus, quem mallet firmiorem reddunt vesci quibuscumque, sed ostendit quid faciat infirmus, suæ obtemperans infirmitati. Quia dubius animi est quid manducet, cognoscens tot ciborum genera in lege prohibita, ne conscientiam quam habet, polluat: olus manducat, certus hoc ipsum non esse in lege vetitum.

4 *Non manducantem non spernat.* Qui firmus est, nihili faciat & pro nihilo ducat, aut videatur nō obseruasse, si viderit infirmum

firmum non manducantem. Non dixit, corrigat, sed ne spernat, ostendens quòd ridicula agat. Opus est enim ipsum fraternam charitatem corrigere, quando congruum videbitur, & non veluti execratum contemnere.

5 *Manducantem non iudicet.* Infirmus suillam non manducans, ne contemnet indiscriminatim de omnibus comedentem. Deus enim illum assumpsit, hoc est ad se attraxit, ac liberauit ab omni Iudaica obseruatione. Aut assumpsit, id est, nō abiecit, sed ad fidem etiam vocauit. Quis igitur es qui iudicas ex lege, à lege alienum? Obserua autem cum dixisset, Deus enim illum assumpsit, de obseruantibus & non manducantibus nihil tale protulit.

6 *Tu quis es qui iudicas.* Perfectiores alloquitur, qui alios & contemnebant, & de illis iudicium sibi usurpabant. A contemptu proximi iam auertit. Nunc ne proximum iudicent hortatur. Non quòd huius facta iudicanda non sint, eò iudicium interdicit Paulus, sed quòd proximus sit alteri in seruitutem adscriptus, hoc est, non tuum sit sed Dei mancipium. Domino suo curæ est siue stat, siue cadit, edens aut abstinens, qui etsi per infirmitatem fidei nunc cadit, stabit tamen, hoc est stabilietur à Domino, & confirmabitur. Potens est enim Deus illum statuere, hoc est, erigere & stabilire. Obseruabis interim Paulum hic dixisse, Potens est enim Deus, &c. ne intelligeres hominem propriis viribus aut meritis stabiliri, sed potentiam & virtutem Dei perseuerantiam & stabilitatē cōcedi.

Statuere.

7 *Nam alius indicat diem.* In primitiua ecclesia multi ex Iudæis infirmi & in fide debiles corticem legis seu literam sequentes, festa & calendas superstitiosè obseruabant, discernentes quòd vno die aliquid liceret, quòd altero die illicitum esset. Alij autem firmiores in fide agnoscens legalia cessasse, & planè antiquata esse, iudicabant omnem diem, hoc est, censèbant quamlibet diem cuiuslibet rei non malæ gerendæ aptam, nullam inter huiusmodi legis veteris dies, distinctionem ponentes. Chrysostomus interpretatur hæc de Iudæis, quorum nonnulli à carne suilla (etsi non perpetuò) statis diebus abstinerent, alij sine discrimine quouis die essentarent. De his neutros iudicandos, sed suæ conscientie relinquendos. Hic locus esse non debet argumento auferendi dies festos, quos Apostoli, deinde sancti patres instituerunt: cum Paulus hic solum de legalibus agat. Veri & boni

Festi dies seruandi.

Christiani est iudicare licitum esse die lunæ fieri, quod illicium est die Dominico, paschæ, pentecostes, aut assumptionis virginis Mariæ.

8 *Vnusquisque in suo sensu.* Non sunt hæc Pauli verba de doctrina fidei accipienda, sed de ieiunio tantum & abstinentia aut huiusmodi, quæ ex se mala non sunt, sed tum bene, tum male fieri possunt, id quæ iuxta conscientiam operantis. Nam cum de fide & eius dogmate agitur, nequaquã est opus, ut nostro sensu ducamur, quin erunt quæ à sanctis accepimus tenenda, vel si angelus è cælo demissus diuersa denūciat. Vnusquisque in suo sensu abundet, id est vnusquisque certus sit suæ mentis, & compertum habeat quod mente concipit, seque ipse consulat, & agat quod sibi conscientia indicat.

9 *Qui sapit diem, Domino sapit.* Sapere hoc loco curare est, & sentire discrimen inter diem & diem, quod est Iudaicæ superstitionis. Et non sapere, est non curare discrimen diei. Hæc intelligenda sunt de festis & diebus Iudaicis. Sensus est: Qui rationem aliquam dierum habet, Domino sapit, id est, ad honorem Domini id facit. Aliter: Qui sapit diem, siue sic sapiat, siue secus, Domino sapit, non tibi ad quem nihil attinet. Græci huic textui addunt particulam contrariam ad hunc modum: Et qui non sapit diem, domino non sapit, id est qui dierum distinctionem non facit, ad honorem Domini id facit. Similiter & qui indiscriminatim atque quibuslibet vescitur, & qui certis abstinet, agnosce ambos hunc & illum vno uti scopo, nimirum honore Dei.

10 *Nemo enim nostrum.* Si vita & mors nostra preciosa est domino, ipse reget & dispensabit ea quæ ad nos attinent: nec est opus ut proximum nostrum siue vescentem, siue abstinentem, siue dierum distinctionem aliquam facientem iudicemus vel contemnamus: sed Domini iudicio huc relinquamus, qui vitæ mortisque solus potestatem habet: hoc modo tolerabis fratrem, quoad firmior factus solido cibo vesci possit, quem lucraberis, lucratum seruabis ne pereat. Si cum mortui essemus, Christus ad eum nobis prospexit ut crucifixus moriens mortem nostram destruxerit, quanto magis viuentium cura tangetur, qui resurrexit propter nostram iustificationem? Est igitur Christus potestatem habens in mortuos & viuentes.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum?
aut tu

Stabimus, aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus¹ ante tribunal Christi: scriptum est enim, Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Scio, & confido² in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum: nisi ei, qui existimat quid commune est se, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur³ bonum nostrum. Non est enim regnum Dei escam & potus: sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei.⁴ Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem, quàm habes penes te ipsum, habes coram Deo. Beatus qui non iudicat semet-

1. *Corinth. 3. b*
2. *Esai. 45. d.*
3. *Philip. 2. b*
4. *Corinth. 3. d*

Scandalum, *Lapsus occasionem.* Confido in Domino, *Persuasum habeo per Dominum.*

Nostrum, *Vel vestri.* Bonum non nostrum, *Fides nostra.*

1. *Corinth. 8. d*
2. *Regnum Dei.*

3. *Titum 1. d*
4. *Corinth. 3. d*

ipsum, habe coram deo. Beatus qui non indicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

1 Omnes enim stabimus. Dominatum & potestatem Christi in omnes testatur: & tanquam serui apud Dominum Christum iudicabimur. Omnis confitebitur propria peccata, ex propria conscientia tanquam iudici. At cum de patre dictum sit, quod ipse neminem iudicet, sed omne iudicium dederit filio, Ioan. 5. clarum est igitur quod de iudice Christo à Paulo in medium sit de promptum, Confitebitur Deo & rationem reddet Deo. Igitur Christus Deus est, etiam si impij hoc nolint.

2 Scio & confido. Scio & certus sum, siue persuasum habeo: quia nihil est commune, id est, immundum per seipsum, id est, per se, seu ex natura. 1. Corint. 4. Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiicendum quod cum gratiarum actione percipitur. Aut nihil est commune & immundum per ipsum nempe Deum, vel per gratiam quae data est nobis ab ipso Christo. nihil naturam commune est, verum ex voluntate & conscientia utentis sit sibi ipsi commune, non omnibus. Quod enim (vt dictum est Petro Act. 10.) Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Quicquid aut edere aut attingere Iudaeis non licebat, commune, id est, immundum dicebant.

3 Non ergo blasphemetur. Caue ne tuis his dissentionibus causam praebes, vt quis detestetur bonum nostrum, id est, fidem nostram, religionem & pietatem nostram Euangelicam. Nam bene quidem doces nihil commune & immundum manifestans, sed contentio tua causam maledictionis praebet. Desiste igitur ab accusationibus & dissentione, non enim per cibum aut potum ingredi possumus regnum Dei. Qualia igitur sunt, quae in regnum introducunt: iustitia, pax, gaudium seu laetitia, hoc est, vita virtutibus conspicua. Pax inquam & laetitia, non in turpibus, sed in spiritu sancto, id est, quae per spiritum sanctum docetur.

4 Opus Dei. Id est, fratris salutem, quam Christus sanguine proprio comparauit.

5 Tu fidem habes. Tu in fide firmatus nihil (vt decet) commune &

ne & immundum ducis, noli ob hanc virtutem cristas erigere: Deus te animumque tuum nouerit, etque tantum placeas.

6 Beatus qui non iudicat. Hec intellige de propositis efcis dicitur. Beatus est qui seipsum non iudicat, seu quem ob promiscuum & indifferentem usum rerum, conscientia non condemnat, in quo exploratè scilicet veritatem cognoscit.

7 Qui autem discernit. Si quis haesitat inter cibos, liceatne comedere, & promiscue illis vescitur, is sanè eo ipso condemnatus est. Nam quod facit, non est ex fide, id est, contra conscientiam illis vescitur. Reiciamus ergo quicquid non est verbo Dei suffultum & approbatum: atque quod est contra constantem animi persuasionem ex Dei veritate conceptam.

CONCILIATIO.

PAVLVS constantè hic pronunciat: Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, Cui Deure. i. z. scribatur, secundum desiderium animae tuae occide & manduca omnem carnem.

SI QUAE praecedunt & quae sequuntur, ex locis productis legantur, nihil pugnantiae offendetur. Cum dicitur, manduca omnem carnem, iuxta voluptatem quam dedit tibi dominus, non secundum immoderatam voracitatem quam non dedit dominus: sed secundum voluptatem: aut, vt alij legunt, voluntatem moderatam, quae fratri non est offenculo. Quod autem Apostolus dicit, Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, vide quid praecedit: Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini qui per offenculum manducat. Non prohibet cibum vt immundum, sicut Adimatus Manichaei discipulus existimat, & errantes in errorem praecipitat: sed prohibet Paulus scadalum fratris, ne perdat. Lege August. parte sexta, libro vno contra Adimatum Manichaei discipulum. cap. 14. fol. 131. a

DICTIO.

ASSUMERE est adiungere & suscipere in curam salutis, completi ad fouendum & colendum. Hoc declarat Paulus dicens, Deus enim illum assumpsit.

DISCEPTATIO est disputatio, contentio, & discordia. OLYS, omnis herba satiuæ quae in vsu cibario est, dicitur ab alendo: Varro ab olla deducit.

COMMUNE tropo Hebraico dicitur impurum, hoc est profanum, & quod coinquinat & contaminat, hoc est quod non sanctificatum, vel benedictum, vel purificatum est.

Infirmi serē di.

Proximo placendum.

Psal. 68. b

Scripturarū vsus.

1. Corint. 1. b
Christus impleuit pmissiōnes Iudæis factas, gētibz facta misericordia.

Psal. 117. d
2. Reg. 22. d
Psal. 116. a

Esai. 114. c



Ebemus autē nos firmiores imbecillitates infirmorū sustinere, & nō nobis placere. Imbecillitates, infirmitates.
 Vnusquisque vestrūm proximo suo placeat in bonum, ad ædificationē. Etenim Christus non sibi placuit: sed sicut scriptū est, ¹ Improperia impropertium tibi, ceciderunt super me. Quæcunque enim ² scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam, & consolationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatiij det vobis ³ id ipsum sapere in alterutrum, secundum Iesum Christum: vt vnanimiter, vno ore honorificetis Deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicē, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum ⁴ Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gētes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea congregabor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo: Et iterum dicit, Laetamini gentes cum plebe eius. Et iterum, Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse: & qui exurget regere

Dilectiōe, bonitate.

regere gentes, in eo gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in spe, in virtute spiritus sancti. Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.

- 1 Non nobis placere. Hoc loco placet sibi, qui suo seruit commo, & quod agit ad suum trahit compendium. Quod genus homines Græcis φιλαυτοι dicuntur, non tantum ob arrogantiam, verum etiam ob priuati commodi studium.
- 2 Sed sicut scriptum est. Subaudiendā est contraria pars, Christus non sibi placuit, sed sibi displicuit, supple. hoc est, nō inseruiuit suis commodis, sed nostris consuluit, quæ admodum scriptum est, Improperia, &c. Verba sunt filij ad patrem.
- 3 Quæcunque enim scripta sunt. Non solum reddit rationem, cur præsentem Davidis prophetiam adduxerit, sed etiam quum iam finiret epistolam, scripturas citarit. Sensus est: Iam iterum induco scripturam, vt & supra subinde feci, hoc ideo facio fratres, quod nihil in omni scriptura est, quod non conferat nobis, si id religiose excutiamus, ad id, vt malorum tolerantiores, & ad bona alacriores & studiosiores spem in Deo habeamus continuè auctiorem & solidiorem. Patientia enim spem efficit, & spes rursus patientiam & expectationem parit.
- 4 Det vobis. Ostendit quod cū scripturis & doctrina & consolatione, quæ ex ipsis proueniunt, opus etiam sit oratione, vt Dei nobis auxilium cōciliemus, & det nobis id ipsum sapere, &c. Hoc est idē mutū inter nos & vnanimiter sentire.
- 5 Dico enim Christum. Hoc est, quæ hæcenus diximus, huc tendunt, vt intelligas Christum authorem esse noui Testamenti, quod primū administrauit circumcisioni, id est, Iudæis. Non sum (dicebat ille) missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israël. Idque factum, vt patrem ostenderet esse veracem, qui illis promiserat per prophetas. Cæterū id voluit esse commune gentibus, non ex promisso, quanquam & de illis erat prædictum, sed ex misericordia, & hoc gratius esse

donum, quod non expectantibus obtigisset. Opposuit igitur misericordiam promissis. Nam in illis ius quoddam esse videtur, hic fauor merus est. Habet enim quod expostulet, cui pollicitus sis, nisi præstiteris: & tamen plus affert voluptatis ac laudis, quod præter omnem spem obuenerit boni. Obserua, Vt gētes agnoscant Dei in se clementiā, vocat misericordiā. *6 Ita vt possitis alcerutrum. Quasi dicat: tantum valetis scientia & charitate, vt citra admonitionem meam possitis ipsi vos inuicem admonere, si sit opus.*

Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos deducens: propter gratiam quæ data est mihi à Deo: vt sim minister Christi Iesu in gentibus, sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in Spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium, verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita vt ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi. Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est, Quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligunt. Propter quod & impediabar plurimum venire ad vos: & prohibitus sum vsque adhuc. Nunc verò ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem au-

Paulus minister gentium.

Esaiæ. 52. d

Audacius, familiaris.

Sanctificans, administrans.

Gloriam, quod gloriatur ad Deum. in his quæ ad Deum sunt.

Repleuerim, consummauerim quæ spectant ad Euangelium. Sic autem prædicatus sum prædicare.

Plurimum, saepe.

tem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis: cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruius fuero. Nunc igitur proficiscor in Hierusalem

ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debito-

Collationem res sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debet & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cum consummauero, & assignaui eis fructum hunc, per vos proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Euangelij Christi veniam. Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

Obsequij mei, & c. ministerium hoc meum quod exhibeo, accipitum sit. Refrigerer, bis. Amen.

Audacius autem. Audacius dixit pro familiaris siue liberius: & hoc ex parte, quasi dicas aliquantulum. Admiscuit enim nonnulla liberius dicta de stulta sapientia, de idolis,

1. Cor. 9. b

Orationes fratrum petit

Audacius

de immoderata libidine, & ignominia. Proinde dicit se quædam liberius loquutum, nõ quod illos conteneret, sed quod illis fideret, veluti peculiaris illorũ Apostolus. Plus enim audemus apud illos quos familiarius amamus. Videtur in hũc sensum hæc dixisse: Non est opus vobis mea admonitione, cum ipsi positis inuicem id facere: tamen fretus bonitate vestra, non veritus sum ad vos scribere, communefaciendi gratiã magis quã docendi.

2 *Habeo igitur gloriam.* Habeo de quo glorier in Christo apud Deum.

3 *Ita vt ab Hierusalem.* Laboris pij neminem pigere debet: cum videamus Paulum nihil non laboris subisse, & tam longam peregrinationem Euangelij promulgandi gratiã indefessẽ fecisse, quam hĩc breuibus absoluit, veluti terminos statuens Hierosolymam & Illyricũ. Principio enim à Damasco in Arabiam profectus (vt ipse de se testatur Galatis) triennio exacto Damascum rediit, ac deinde Hierosolymam appulit, comite Barnaba, studio videndi Petri. Deinde verò à Hierosolyma iterum digressus: Cæsaream soluit in Tarsum. Inde porrò à Barnaba reuocatus, venit Antiochiã, vnde ab ecclesiã Hierosolymam cõferendi subsidij gratiã, ablegatus rediit tandem, & protinus ab eadem Spiritus sancti consilio longè in gentes missus, Seleuciam venit: hinc Cyprum appulit. Ab hac per Pamphyliam, Pisidiam, Lycaoniam, tandem ad Hierosolymam denuò peruenit. Ab hac iterũ ablegatus ab Apostolis, & senioribus, Sila ac Barnaba comitibus, peragravit Syriam, & Ciliciam. Deinde verò & Phrygiã, & Galatiam: sed & Phrygiã partem Mysiam. Peragrata verò hac, Troadem venit: atque hĩc per visionem vocatus, in Macedoniam in Europam soluens, pertransiit Atticam, Bœotiam, Achaïam, Epirum, omnesque regiones illas ad Illyricum vsque Euangelij prædicatione impleuit. Quis tot Christo Ecclesias colligere posset, nisi Dei virtute adiutus? Ab Hierusalẽ (inquit) Euangelium propagari vsque in Illyricum, neq; id recta via ad exitum festinando, sed circumcirca perlustrando, quascunque in medio regiones.

4 *Cũ in Hispaniam.* Nihil certi ex sacris literis dici potest, quod in Hispanias Paulus profectus fuerit, Sophronius Hierosolymitanus patriarcha scribit, Italias, Gallias, & Hispanias trãsitu beatissimi Pauli illustratas. Præterea traditur Philotheum

theum Hispaniarum principem Paulo adhæsisse, & Christi confessorum, factum esse.

5 *Probauerunt enim Macedonia & Achaia.* Id est, ex animo approbauerunt facere collationem, id est, cõmunionem siue communicationem de bonis suis, vtpote quæ in communem cedat vtilitatẽ, tã præbentis videlicet quã accipientis. Pauperes sanctos fideles dicit, qui duplici sunt ratione misericordia cõplectẽdi, & quia pauperes, & quia virtute sunt præditi. 6 *Hoc igitur cum consummauero.* Hoc est, vbi perfecero & obsignauero, vel obsignatam, hanc collationẽ reddidero. Sentit enim Paulus, se diligenter ac certa fide velle reddere hoc munus. Quod omnis pecuniæ tractatio suspecta solet esse, præsertim Iudæis auarissimis. Fructũ Theophylactus refert, non ad accepturos, sed ad eos qui contulerant: quasi in beneficijs Christianorum lucrum penes dantem sit, non penes accipientem. Atq; pronomen: Eius, non refert sanctos, sed Græcos Macedonas, qui fructum accipiunt, quum sanctis pauperibus elemosynam largiuntur. In hac pecuniarum obsignatione notatur fides, ac diligentia: quæ in iis esse debet, qui ecclesiæ præficiuntur bonis. Solet obsignari quod summa fide reddi, ac sincera esse volumus.

7 *In abundantia benedictionis.* Benedictionem Paulus aliquoties vocat elemosynam. Atq; hĩc videtur verecundè significare, vt Romani quoq; conferant. Quamquã Chrysostromus maualt hĩc generaliter accipi, pro omni virtutum & officiorum genere, propterea quod additur Euangelij. Aliter: Scio quod veniens, eò venturus sum, vt vos Euangelij benedictione impleam, seu abundè vobis benedicam.

8 *Et obsequij mei oblatio.* Id est, vt ministerium meum, quod est erga Hierusalem, acceptũ sit sanctis. Seu, vt ipsi cum alacritate & gratiarum actione recipiant, quæ in illis offeram.

9 *Vt refrigerer vobiscum.* Viden? Paulum omni vacare fastu? Non enim dixit docebo vos, sed refrigerer, seu requiescam, aut refocillabor, vos apud me per doctrinã, & ego apud vos ob fidei vestræ communicationem.

10 *Deus autem pacis.* Id vbiq; Apostolo in more est, vt post adhortationem, votum adiciat & exoptationem.

D I C T I O.

ILLYRIIS est lata regio inter Italiam, Germaniam, Thraciam, Macedoniam & Epirum: habens ab vno latere mare *Illyris.*

Hadriaticum, ab altero Danubium. Hæc regio nunc dicitur Sclauonia, vel Bosnenfis. Vide Volaterra, in. 8. Geograph. & Strabonem in. 7.

CoRatio.

COLLATIO, elemosyna est collecta.

PLACERE sibi dicitur, hoc loco qui suo seruit commo- do, vt prænotauimus. Interdum omnibus blandiri, etiam si nulli aut paucissimis placeat. Galat. 1. cap.

Benedictio.

BENEDICTIO in sacris literis sonat profectum & mul- tiplicatione. Genesis. 1. Benedixit eis dicens: Crescite & mul- tiplicamini. Nonnunquam benedictiones corporales, signi- ficant benedictiones illas cœlestes, quibus in Christo bene- dicimur. Ibi est abundãtia, opulentiã & plenitudo omnium bonorum. Ergo benedictio dei, est beneficiũ Dei: & cum Di- cere sit Deo idem quod facere, sicut scriptum est in Psalm. Ipse dixit & facta sunt: sequitur, benedicere est facere. Trans- latum etiam est ad homines, vt Benedictio pro elemosyna dicatur. Benedictio interior propriè est gratia & iustitia in spiritu sancto.

Salutat Paulus plurimos nominatim.

CAPVT. XVI.



Commendo autem vobis Phœbem sororem no- strã, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est in Cen- chreis, vt eã suscipiatis in

Domino. Christo.

Domino¹ dignè sanctis: & assistatis ei in quocunq; negotio vestri indigerit: ete- nim ipsa quoq; assistit multis, & mihi ipsi. Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu (qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt: quibus nõ so- lus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium) & domesticã ecclesiam eorum.

Ecclesiam. Congregatio- nem.

Salutate

Prisca. Aquila. Acto. 18. d

Salutate Epænctum dilectum mihi, qui est primitiuus² Achaia: in Christo Iesu. Salutate Mariam, quæ multum laborauit

In nobis.

Erga nos. Nobiles in apostolis. Insignes inter apostolos.

in nobis. Salutate Andronicum & Iuniã³ cognatos, & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fue- runt in Christo. Salutate Ampliatum di- lectissimũ mihi in Domino. Salutate Vr- banum adiutorem nostrum in Christo Ie- su, & Stachyn dilectum meum. Salutate Appellen probum⁴ in Christo. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salu- tate Herodionem cognatum meum. Salu- tate eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. Salutate Tryphænã & Tryphosã, quæ laborant in domino. Sa- lutate Persidem charissimã, quæ multum laborauit in Domino. Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius & meam. Salutate Asyncritum, Phlegõtem, Hermam, Patrobam, Hermẽ⁵ & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum, & Iuliã. Nereum & sororem eius, & Olym- piadẽ, & omnes qui cũ eis sunt sanctos.

Probum, Probatum. Domo, Fa- miliaribus, & infra.

Hermen, Mercurium.

Præter, Contra.

Salutate inuicem⁶ in osculo sancto. Salu- tãt vos omnes ecclesiæ Christi. Rogo au- tem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dis- sensiones & offendicula, præter doctrinã, quã vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis. Huuscemodi enim Christo do- mino nostro nõ seruiunt, sed suo ventri, & per

Philip. 4. d

Propter ven- trem prædi- cantes.

Obedientia.
Sapientia.
Acto. 16.

& per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia⁸ in omni loco divulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos⁹ sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis¹⁰ conterat Satanam, sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iasô, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius¹¹, qui scripsi epistolam in Domino. Salutat vos Caius hospes meus & vniuersa Ecclesiae. Salutat vos Erastus Arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amē. Ei autem¹² qui potens est vos confirmare, iuxta Euangelium meum & praedicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterii, temporibus aeternis taciti (quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum, secundum praecipuum aeterni dei ad ob-editionem fidei) in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Euangelium

Mysterium.
Scripturae.

Fides.

1 *Dignè sanctis.* Id est, vt decet suscipere sanctos. Hanc Phœben dignè suscipiendi duplicem, dat occasionem: tum quòd propter Dominum suscipienda sit, tum quia sancta sit. Hic praeterea obserua Pauli modestiā, qua nemini grauis est. Nō dixit, liberate ipsam ab iis quae ei imminēt, sed assistatis ei. hoc est, quantum in vobis est, conferte, & manū ei porrigite.
2 *Qui est primitiuus.* Primitiuum ideo dixit, vel quia maiorē quam

Cogniti,
Patefacti.

Dulces ser-
mones, &
benedictio-
nes. Blandi-
loquentiā
assentationē.
Innocentiū
simplicium.
Simplices,
Synceros.
Velociter.
Breui.
Vniuersae,
Totius.
Arcarius,
Quaestor
varius.

quam reliqui omnes praese tulerit pietatem pro his quae sunt Christi. Vel quòd Paulus hunc primum Achiuorum cōuerterit ad Christum.

3 *Et Iuniam.* Magnificiendū est, Apostoli nomē fuisse sortitam & Iuniam, praesertim quae mulier esset. Praeterea maioris aestimadū & inter nobiles Apostolos dici, & insignes. Andronicus & Iunia cognati dicuntur Pauli, quia nati iudaei & cōca priui, quia odio & insidiis Iudaeorū cū Paulo expositi erāt.

Iunia.

4 *Appellen probum.* Probū dicit qui nec criminis potest cogari, nec vlla affectus est nota. Aut hunc probum appellat, quia alter quidam tunc erat Appelles, idem nomen sortitus, moribus deprauatus. Origenes ad dubitat, num hic sit Apollo Alexandrinus, vir in scripturis eruditus, cuius mentio fit in Actis Apostolorum, cap. 18.

Appelles.

5 *Hermen.* Origenes in libris Periarchoi, arbitratur hunc Hermen esse authorem libri Apochryphi, cui titulus Pastor: vnde frequenter adducit testimonia, & putat scriptum afflatu diuino, quanquam non negat à multis contemni.

Hermes.

6 *Salutate inuicem.* Ex osculo sancto hos permiscēs pares facit: ne maior inferiorem contemnat, vel inferior maiori iniudeat, vel ne tristitia afficiatur, cuius nomē non fuerit his expressum, osculo hoc sancto mitigante omnia & coequant.

7 *Benedictiones.* Benedictio hoc loco pro laudatione siue adulatione positum est. Inculcauit enim hic Paulus idem dictum odio vitij, nempe assentationis. Nouum hūc deceptionis modum profert, quòd nimirum adulatione dolū nectāt.

Benedictio,
pro adulatione.

8 *Vestra enim obedientia.* Illi sua adulatione simplices quidē & innocētes decipiunt: At non vos vt incautos & imprudētes inescant & alliciunt propter vestram obedientiam quae ad omnes peruasit. Propterea gaudeo in vobis, hoc est vestri gratiā afficior lätitia, quia decepti non estis.

9 *Sed volo vos sapientes esse.* Simile dictū quod Dominus ait, Estote prudētes sicut serpētes, & simplices sicut colūbe. Vult Paulus Romanos simplices in malo, id est, ad mala aliis irroganda nil docti. Simplex enim & integer vita nemini nocet. Aut si maui: Prudētia vtamini, vt ne ab aliis iniuria vobis inferatur: simplicitate autem, vt ne aliis fallacias machinemini.
10 *Deus autem pacis.* Pacis largitorem inuocat, qui nedum offendicula disseminantes conterat, sed etiam horum praefectum & ducem Satanam cōmolat. Breui id futurum hoc ad-

uerbio Celeriter exprimés, illos cōsolatur. Cōterat & optā-
tis est, & prædicentis futura.

Tertius no- 11 *Tertius*. Tertius legendum est, Non Terentius. Nomē est
men viri. non ordinis, sed viri qui hanc epistolam scripsit Paulo dictū
te. Magnæ sibi laudi duxit, se esse amanuensē Pauli.

12 *Ei autem qui potens est*. Hyperbaton & oratio imperfecta
est, cui supplendū est Gratias agamus, aut simile quippiā. Ei
autē, scilicet Deo patri gratias agite qui, &c. Mysterij de gen-
tium vocatione æternis tēporibus taciti, id est, occultati, &c.
Secundū præceptū æterni Dei, id est, secundū quod æternus
Deus suo tempore iussit. Ad obediendum fidei, id est, vt
hanc reuelationē fidei obediat, secundū reuelationē my-
sterij olim taciti, nunc verò in cunctis gentibus per eorū fidē
cogniti. Ei inquam soli sapienti agite gratias per Iesum Chri-
stum. Cui sit honor & gloria in secula seculorum amen.

DICTIO.

Cenchrea.

CENCHREAE portus & emporiū, locus vbi merces ven-
duntur Corinthiorum. Cæterum cum plura sint huius nomi-
nis loca, nempe in Troade oppidum, atque aliud itidem in
Italia, tamen magis consentaneum Paulum sensisse de Cen-
chreis statione nauali Corinthiorū. Vide Plinium in 4. ca-
pite 4. & 5. & Strabo. in 8.

Prisca.

ORIGENES putat Priscam eandem esse quam Lucas in
Actis cap. 18. Priscillam appellat, cuius maritus erat Aquila,
Ponticus genere Iudæus religione, artifex tabernaculorum,
& (vt Origenes interpretatur) sutor.

*Aristobu-
lus.*

ARISTOBVLVS penultima accētū acuto, est enim Græ-
cis diphthongus, nomen ab optimo consilio dictū. Sic om-
nia in bulus producunt syllabam bu.

Arcarius.

ARCARIVS œconomus, id est, dispensator, quæstor æra-
rij & præfectus, dicitur qui vniuersam domus curam habet.

Cognati.

COGNATI propinqui dicuntur, non modò qui carnis ne-
cessitudine, sed qui fide & religione sunt iuncti.

In Græcis voluminibus reperiuntur
hæc adiecta verba.

Scripta est ad Romanos epistola è Corintho, per
Phœben ministram ecclesiæ Cenchreenfis.

F I N I S.

PRIOR AD CORINTHIOS
Epistola.STATVS PRIMAE HVIVS
EPISTOLAE.

Prior ad Corinthios Epistola tota est admonitoria,
Corrigens quæ corinthiis irripserant vitia, pseudo-
apostolorum verbosa & inani eloquentia. Nulla est
Pauli epistola, quæ tam multos eosque insignes do-
ctrinæ Christianæ locos excutiat, quàm hæc prior
ad Corinthios.

LOCI INSIGNES HVIVS
EPISTOLAE.

- 1 De ratione & facultate agnoscendi Euangelij.
Cap. I. & II.
- 2 De officio ministrorum Ecclesiæ. Cap. III. & IIII.
- 3 De excommunicatione. Cap. V.
- 4 De litibus propter res seculares, de quæ fornicatione.
Cap. VI.
- 5 De coniugio, viduis, & virginibus. Cap. VII.
- 6 De idolothytis & cauendo infirmorum offendiculo, &
proprio iure cedendo, vt plurimos Christo adducamus
Cap. VIII. & IX.
- 7 De fugiendo idolorum cultu, de exemplis ac sacris vete-
rum, de habitu obseruando in cœtu sacro, de quæ myste-
rio Eucharistiæ, & probatione faciendā ad recipiendū
verum Iesu Christi corpus. Cap. X. & XI.
- 8 De donis spiritus sancti, iusto quæ eorum vsu Cap. XII.
- 9 De natura & proprietate charitatis, & charismatum in-
ter se præcellentia. Cap. XIII. & XIII.
- 10 De resurrectione mortuorum. Cap. XV.
- 11 De subsidiis pauperum. Cap. XVI.

m ij

EPISTOLA B.

PAULI APOSTOLI,
Ad Corinthios prima.

Corinthiorum sectas componit.
CAPVT. I.



PAulus vocatus¹ Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei², & Sosthenes³ frater, ecclesie Dei, quae est Corinthi: sanctificatis in

Inuocare Christum.

Gratia per Christum.

Reuelatio Christi. i. ad Thessa lo. 5. d

Vocatio & fides à Deo.

Christo Iesu, vocatis sanctis cum omnibus qui inuocant⁴ nomen domini nostri IESV Christi, in omni loco ipsum⁵ & nostro, gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & domino IESV Christo. Gratias ago deo meo⁶ semper pro vobis, in gratia dei quae data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo⁷ & in omni scientia (sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis) ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit¹⁰ vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus¹¹, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri.

In Christo Iesu, per Christum Iesum, & infra.

In gratia dei, de gratia.

Sicut, quibus rebus, vel, quem ad modum.

Nihil vobis desit, nõ destituamini in villo dono. Sine crimine, inculpato.

fratri. Obsecro autem¹² vos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti¹³ in eodem sensu, & in eadem sententia. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Chloës¹⁴, quod contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autē Apollo, ego vero Cephæ, ego autē Christi¹⁵. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

Id ipsum, idem. Schismata, dissidiz. Perfecti in eodem sensu, Integrum corpus, eadē mente. Ab his qui &c. à familiaribus.

Secta inter Corinthios gloriantes in hominibus, non in Christo. 2o. 15. b

Act. 18. f

Vocatus.

¹ *Vocatus.* Vocatus, nomen est absolutum substantiuum, sicut & paulo inferius, vocatis sanctis. Quemadmodum olim apud Romanos euocati dicebantur, qui velut amici ab bellum accersebantur, & hodie quoque Gallis nonnulli vocantur electi, qui proximi sunt Senatorie dignitati. Valet autem ferme perinde quasi dicas, vocationis, Apostolus siue vocatione Apostolo⁹, & vocatione sanctis. Vocati nõ nati sancti, vocati ad sanctimoniam, ait Ambrosius. Quaquam olim omnes Christiani dicebantur sancti ad discrimen profanorum, atque hic erat titulus professionis.

² *Per voluntatem dei.* Hunc honorem nõ suo merito nactus est, sed dei voluntate, & beneplacito: Nemo enim sibi assumit honorem, sed qui vocatus est à deo tanquam Aaron. ad Hebræos. 5. cap.

³ *Sosthenes.* Sosthenes princeps fuit synagoge, qui cū Paulo coram Gallione cõparuit, & à Græcis percussus. Act. 18.

⁴ *Qui inuocant.* Psal. 44. Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Alij non inuocant. Psal. 53. Qui deuorant populum meum vt cibum panis, Deum non inuocauerunt. Non ergo Corinthiis tantum hæc scribitur epistola: sed omnibus etiã, qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, id est, omnibus Christi fidelibus.

Sosthenes.

5 In omni loco ipsorum & nostro. Quidam sic interpretantur, siue in suis locis in quibus agunt, siue in his in quibus nos agimus. Beatus Ambrosius videtur, Ipsorum, referre ad loca gentium, Nostro, ad Iudæorum. Sic enim ait, id est, cum Iudæis veris iungit & gentes. Quia salus ex Iudæis est Ioannis 4. Vt in omni loco ubi gentes quæ inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, & ubi Iudæi supra memorati sunt, similiter sint omnes vnum. Alij hoc modo, In quouis loco, siue ipsorum, siue meo, aut & ipsorum & meo. Vt intelligas Paulum omnem locum ducere, in quo sint qui inuocant nomen Domini, quod inter Christianos charitas virgæ necessitate cõmunia faciat omnia. His subscribit Theophylactus, indicans Paulum obiurgaturum Corinthios ob coortum inter illos diffiditum, hac usum parascue & præparatione, quasi diceret: Si omnium qui quouis loco credunt Christo, vna eademque est ecclesia, cur vos eiusdem Reipublicæ ciues inter vos diffiditis?

6 Deo meo. Tam vehemens est Pauli affectus, vt communem omnium Deum, suum hic faciat.

7 In gratia. id est, ob gratiam, quæ data est vobis in Christo, id est per, Christum.

Scientia sine verbo.

8 In omni verbo. Hoc est, inest vobis & intelligendi & eloquendi facultas. Est aliquando scientia sine verbo. Fieri enim potest, vt altiora quis meditatus explicare ea non possit. Est & verbum sine scientiâ, vtpote cum quis nullo sensu superuacanea narrat.

9 Sicut testimonium Christi. Quæadmodum euangelium ipsum per sermonem & cognitionem in vobis confirmatum (Etenim quod magis illi abundabant dotibus sacris, hoc testatior reddebatur Euangelij veritas) argumento est vos abundare diuitiis Christi, adeo vt nõ destituamini in vllò dono. Particula Vt, hoc loco, non notat finem, sed consequentiam.

10 Qui confirmabit. Quasi diceret: Ego vos nutabundos, & ab alijs circũuentos video, sed spe illa magna in Christum moti confirmabimini, imò inculpabiles & inculpato vos reddet Iesus Christus, cum in ius vocabimini in die qua separaturus est oves ab hædis.

11 Fidelis deus. id est, veridicus & mentiri nescius.

12 Obsecro autem. Obtestatur hic Paulus Corinthios, per non men illud quod omnibus Christo initiatis sacrosanctum esse debet, vt idem dicant, id est, idem loquantur & consentiant, non sint

non sint schismata, hoc est sectiones, dissensiones, diffidia. *Schisma.*

13 Sitis autem perfecti. Estote tanquam vnum corpus integrum, in quo nullum est membrum mutilum, aut macum, aut inæquale: vt sicut integri corporis membra eodem aguntur spiritu, ita & vobis mens sit eadem, sententia eadem. Sensus hic pro mente, non pro visu, gustu, aut huiusmodi accipitur: agit enim hic de consensu: Ambrosius sensum refert ad id quod illis fuerat à Paulo traditum, sententiam ad defensionem. Nam sententia vocatur ferè quæ profertur ac recitatur, sensus apud nos est. Subscribam Ambrosij verba. Perfectus vult eos esse in eodem sensu quem illis tradiderat, vt nõ discreparent. Ad illorum enim exemplum quos supra laudat, hos prouocat, vt hoc sentiant ac defendant. Hactenus Ambrosius. Certè palam pro scientiâ, sententiam legit Hilarius, in Psal. 132. Theophylactus itidem legit.

Sensus.
Sententia.

14 Qui sunt Chloës. Theophylactus Chloën familiæ Corinthiæ nomẽ esse putat: vt intelligas eius gentis aliquos fuisse, qui Paulo significarint de Corinthiorum diffidio. Non exprimit nomina, qui sibi Corinthiorum facta renũciafferent, sed domum integrâ & familiam posuit, ne testes productos, in sensos Corinthios redderet. Horum præterea testimonium producit, ne quæ obiciuntur, Corinthij negarent.

15 Ego autem sum Christi. Non ob id eos inculcat, quod se afferant Christi imitatores, sed quia non omnes itidem fateantur. Salutem enim vni Deo acceptam, baptistis suis & magistris neglecto Christo tribuebant. Et id, est Christum diuidere.

Gratias ago deo meo, quod neminem vestrum baptizauit, nisi Crispum, & Caium, ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis.

Baptizati estis. Baptizauit autem & Stephanæ domum. Cæterum, nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Non enim

Euacuetur, nisi me Christus baptizare, sed euangelizare: non in sapientiâ verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim pereuntibus, crucis pereuntibus quidem stultitia est: *Sapientia munda direiuitur.*

Esaiæ. 19. c
Abd. . c
Sapiëntia dei.

iis autem qui salui fiunt, id est nobis, dei virtus est. Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum: placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam querunt: Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis, Iudæis atque Græcis, Christum dei virtutem, & dei sapientiam. Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapiëntia, & iustitia, & sanëtificatio, & redemptio: vt quemadmodum scriptum est. Qui gloriatur, in domino gloriatur.

Christus in nobis omnia.

Non

lis autē qui &c. nobis autē qui salutē cōsequimur.

Virtus, potētia

Sapiēs, philosophus gentilis.

Scriba, Iudæorum doctor.

Inquisitor, disputator.

Quia, postquam.

Græci sapiëntiā, philosophicas rationes.

Stultitiam quia ridiculū putabāt christum Deum.

Nobiles: claro genere nati.

Mundi, secundum mundum et infra.

Ex ipso, ex eodem.

1 Non enim misit me. Euangelij prædicatione, onus grauius est quam baptismi prouincia. Nam hominis cuiuspiam immutare sententiam, vel à patris institutis, quibus diutius inoleuit, diuertere, interdum non sine summo disuadētis, vitæ discrimine, magni & excelsi animi est. Paratum verò quempiam & volentem ad baptismum excipere, cuiquam licet, qui sacerdotio fungitur, ait Theophylactus.

2 Non in sapientia verbi. Misit me Deus ad euangelizandum, non per orationis ornatum, & eloquentiam sermonis, quæ vobis placet, sicut Iudæis miracula ac prodigia, vt non euacuetur crux Christi, id est, ne vacua & inutilis arguatur. Nimirum quibiciffent illi, Apostolos persuasione & verborum lenocinio auditores ad veritatis notionem, & non eius virtute, quem prædicant, pellicere, quod reuera in blasphemiam cessisset.

3 Verbum crucis pereuntibus. Verbum crucis prædicationem designat, qua Christi affixi patibulo nomen diuulgabatur. Hæc prædicatione ridicula videtur pereuntibus, id est, incredulis: Credentibus autem, virtus ac potentia Dei est. Euangelium enim virtus Dei est in salutem omni credentibus. Roma. I. cap. Credunt non infirmitatem, sed virtutem esse crucem: intelligentes, mortem victam esse in cruce, & victoriam aduersus mundi tyrannidem, partam.

Verbum crucis.

4 Vbi sapiens? Vbi sapiens, id est, philosophus gentiliū, apud quos summa sapientiæ autoritas erat? Vbi nam scriba? id est, doctor Iudæorum. Vbi inquisitor huius seculi? id est, altercans disputator, qui suis ratiocinationibus & argutiis omnia vult assequi: quisque omnia permittit opinionibus quibusdam, & inuestigationibus. Horum nemo salutem nobis annunciauit, præter simplices & humiles piscatores, qui erroribus nos exemerunt. Quod interpretes vertit Scribam, Cirillus interpretatur grammaticam, grammatices professorem, poetarumque prælectorem, & interpretem.

5 Nam quia in Dei sapientia. Quia Christum veram Dei sapientiam prædicantem, & Apostolos Euangelium Dei annunciantes, neglexerunt qui mundana sapiunt, per suam sapientiam (quæ rebus externis & inanibus adhæret) Dei notitiam non sunt assequuti: placuit Deo, siue ita Deo visum est, largiri salutem credentibus per eorum prædicationem, qui stulti à mundo & eius assecclis iudicantur.

6 Iudæi signa petunt. Signa petunt, quia non diffidunt po-

Signa querunt.

ruisse fieri: sed an factum sit, quærunt. Viderunt Lazarum suscitatum, & multa huiusmodi à Christo in testimonium suæ diuinitatis producta: Sed in eum offenderunt, & sua malitia & incredulitate scandalizati sunt. Græci sapientiam quærunt; Sed cum prædicatur Euangelium, vt partus virginis: Deus & homo cruci affixus: Hæc & huiusmodi, vana & stulta ducunt, dum suæ sapientiæ (quam quærunt) id est, rationi humanæ, illa non congruere intelligunt.

7 *Ipsis autem vocatis.* Omnibus credentibus siue Iudæis siue Græcis Christus agnoscitur esse, & vera sapientia (quia per Christum cognitus est Deus) & Dei virtus, quia per ipsum facta sunt omnia. Quid igitur quæris Iudæe? Signa? Ecce Christus, Dei est virtus, quæ signorum est operatrix. Tu verò Græce, quid inquis? Sapientiam deposcis? habes Christum qui patris est sapientia.

Stultū Dei,

8 *Quod stultum est Dei.* Id est, id quod philosophi ridiculum & imbecille putant de Deo & Christo: fortius & sapientius est quam homines sint aut videant. Crucifixio stulta & insipiens visã est, hæc tamen hominibus sapientior est. Siquidem constat philosophos frigidis & vanis rebus vacasse, crucem verò mundo peperisse salutem. Hæc eadem crucifixio imbecilla & impotens incredulis videtur, sed potentior hominibus est, vt quæ mortem destruxerit, dæmonem victum & cohortum reddiderit. Stultitiam & imbecillitatem Dei, vocat prædicationem crucis, siue quòd ea res stulta & imbecillis videretur impijs, siue quòd ad ineffabilem illam Dei sapientiam ac potentiam, hæc quodam modo stulta appareret & imbecillis. Vt enim omnes iustitiæ hominum sine fide coram Deo sunt, veluti pannus mulieris menstruo fluxu pollutæ: ita vniuersa mortalium sapientia sine fide, si componatur ad incogitabilem illam ac celestem sapientiam, stultitia quædam dici possit. Nec est quòd abominemur, hunc sermonem, stultitia Dei, cum eo sit vsus August. epist. 102. Vide adnotatū hunc locum ab August. lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 13.

9 *Videte enim vocatiōē.* Agnoscite & contemplantini qui sunt ad fidem vocati, imò & per quos vocati estis, ad verã sapientiam. Quia inter fideles non multi sunt sapientes secundum carnem; hoc est, pauci sunt qui & philosophiam & sapientiã illam calleant, qua videbantur ante fidei professionē sapientes, non intulit nullus sapiēs, quia Dionysius Areopagita & Antiphatus

Antiphatus, & quidam alij sapientes Christum profitebantur, imò quidam potentes, & ingenui, & nobiles crediderunt.

10 *Sed quæ stulta sunt.* Qui videbantur stulti, idiotæ, imbecilli, electi sunt à Deo, confundentes Græcos & sapientes illos philosophos. Spectabant enim in foro opificem aliquem longè melius quam seipfos philosophari, imbecillum & abiectum humiles reddere, & mansuetos eos qui & potentatu & diuitiis pollerent.

11 *Ea quæ non sunt.* Qui nullius videntur esse momenti, ea quæ non sunt dicit. Quæ sunt verò, pro illis hic ponit, qui alicuius esse autoritatis apparent.

12 *Qui factus est nobis sapiētia.* Querit Theophylactus, Quare non potius dixit, Qui fecit nos sapiētes. Sed factus est nobis sapientia. Nempe vt muneris patefaceret largitatem, ac si inquit, seipsum nobis largitus est. Cum sit Christus sapientia nostra, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, nihil est ex nobis quo intumescamus, quo aliquid de nobis iactemus: sed in solo Deo, qui omnia est in nobis, gloriabimur.

CONCILIATIO.

NON SIBI consentire videtur in hoc capite Paulus. Nè *Prima.* pe quos dixit omni & eloquendi & intelligendi facultate ad deo ornatos, vt nullo dono destituti essent: paulò post diuisos & inuicem dissentientes arguit. Respondeo. Cœpit Paulus à commendatione perfectorum, vt modestius ægrotorum & imperfectorum vulnera patefaceret, quibus per Christum mederi posset. Et, vt Ambrosius monuit, Apostolus in vna plebe duobus scripsit populis, vt increpatio malorum sit, laus verò bonorum.

CHRISTVS quos misit, misit cum hac potestate, quã expressit Matth. vltimo: Euntes docete omnes gētes, baptizantes eos, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Paulus verò hic pronunciat: Non enim misit me Deus baptizare, sed euāgelizare. Missi sunt ad vtrūq; munus exercendū Apostoli. At quoniã Euāgelij prædicatio onus grauius est quam qui baptizant solo fungitur munere, Apostoli veritati Euāgelicæ annunciantæ dabant operã: huic enim negotio plurimū industriæ & laboris Ecclesiastice requiritur, quod non exigitur in baptizantibus: propterea quòd per occupationes illas arduas non licebat Apostolis: discipulis committebatur faciendum, Act. 6. cap. Nō est æquum nos relinquere verbū Dei, & mi-

Secunda.

nistrare mēsis. Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto, & sapiētia, quos constituamus super hoc opus. Quare sentētia Pauli præsens non absolutè negatiua, sed magis per collationem enuntiata est. Neque improbat baptismum, sed id quod præclarior est, verbum Euangelij præfert.

DICTIO.

Sosthenes.

SOSTHENES, Paulo religione frater, & muneris societate collega. Act. 18.

Chloë.

THEOPHYLACTVS Chloë familię Corinthiēsis nomen esse putat, vt intelligas eius gētis aliquos fuisse, qui Paulo significarint de Corinthiorum dissidio. Ambigit beatus Ambrosius, homines sint, locus, an fœmina: certè apud Horatium in Odis Chloë fœminæ vocabulū est: Me nūc Chresia Chloë regit, Dulces docta modos, & citharæ sciens.

Stephana.

STEPHANA, nomen mulieris, Paulo admodum familiaris & chara, cuius familiam ipse baptizauit.

Inquisitor.

INQUISITOR, Græcis est Syzetetes, id est, disputator, ad verbum sonat conquisitor, atque ita legit Ambrosius.

Prædicatio Pauli, non humanæ nititur sapientiæ.

CAP. II.

Paulus non videtur eloquentia in prædicando.

ET ego cū venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientię, annūciās vobis testimoniū Christi. Non enim iudicauī me scire aliquid inter vos: nisi Iesum Christū, & hūc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo, fui apud vos: & sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei. Sapientiā autem loquimur inter perfectos: sapientiam verò

Sublimitate, eminentia.

Persuasibilibus, persuasivis. Virtutis, potentia.

Sapientiam Dei prædicat Paulus.

verò non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiā in mysterio, quæ abscondita est: quam prædestinavit Deus ante secula in gloriam nostram, quā nemo principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nūquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus is qui diligunt illum: nobis autem reuelavit deus, per spiritum suum.

Prædestinavit, Præsumerat.

Quod, Quæ.

Esaiæ. 64. b.

Spiritus Dei doctor noster

1 *Et ego cum venissem.* Euangelij discipuli (ait Paulus) insipientes, & ignobiles electi sunt. Quando ad vos concessi, nō veni iuxta eminentiam eloquentiæ, aut sapientię humanæ. Dei Christi testimonium, id est, Christi mortē, & resurrectionem pronunciaturus.

2 *Non in persuasibilibus.* Meus sermo non erat, dicēdi arte, apparatus, & argutiolis instructus, sed spiritum sanctum præ se ferebat, & totus spirabat eundem, qui auditorum corda moueret, & signa quæ vel saxeos homines mollirēt, operaretur. Quoniam per dæmones, quibusdam præstigiis, & virtutes & signa eduntur, statim mentionem spiritus fecit, iudicans ad spiritum facta hæc pertinere. Opponit spiritum & virtutem sapientiæ hominum, hoc est, persuasioni, & verborum lenocinio. Hæc persuasio post Rhetorum ornāmēta nihil habet: at sermo veritatis vegetus est, viuax, potens, a deo quæ hominum pectora transformans. Rhetorum persuasio breui aures demulcet auditorum: sed verbum Dei manet, aculeum figit, tenet, & transmutat.

3 *In sapientia hominum.* Hominum sapientia, vocatur à Pauli eloquentia, & vis persuadendi.

4 *Sapientiam autem loquimur.* Id est, inter eos qui crucē Christi virtutis testimonio sapientiam fatentur. Hi enim sapientes (ait Ambrosius) & perfecti sunt, qui fidē magis verbis hæ-

bent, quàm rebus.

5 *Non huius seculi.* Id est, humanam cum hoc seculo euanitu-
ram. Principum huius seculi, id est oratorum & Philosopho-
rum, qui olim in republica regnabant.

Dei sapientia.

6 *Sed loquimur Dei sapientiam.* Quasi dicat: Loquimur non
inter quoslibet, ne rosas obiiciamus porcis, sed inter perfe-
ctos. Neq; quamlibet sapientiam, quã philosophi alij publicè
profitètur: sed arcanam illã & recòditam in secreto sacratis-
simo diuini consilij, creaturæ non communicatam, sed qui-
bus placuit, reuelatam. Hęc sapientia de mysterio incarna-
tionis verbi Dei est, cuius virtute adducèdi sunt ad eternam
gloriam filij adoptionis.

7 *Quam prædestinauit.* Id est, præsinuit Deus sapientiã illam
arcanam in gloriam nostram: hoc est, vt nos per Christum
assereret, & in numerum filiorum Dei adoptaret. Hac gratia
nihil melius in orbe nobis còtingere potest. Hęc ergo sapi-
entia, non est noua, sed ante secula prædefinita, & tandem de-
clarata est: Iudex & dux gloriæ nostræ.

*Principes se-
culi.*

8 *Quam nemo.* Seculi huius principes, intellige (ait Chryso-
stomus) Herodè & Pilatum: quibus eiusmodi mysteriũ fuit
incognitum: quinetiam vel ipsos Iudæorum pontifices, qui
pari ignoratã tenebantur. Sicut in Actis ait Petrus, Scio q̃
per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Beatus Am-
brosius interpretatur de demonibus, qui mortè Christi pro-
curarunt. De vtriusque potest intelligi, hic locus.

Acto. 3.

9 *Si enim cognouissent.* Si mysteriũ & incarnationis verbi Dei,
& nostrę redèptionis cognouissent: futurũ, item crucis splē-
dorẽ, futurãq; ex ea salutẽ. Vel si p̃difices ipsi, suam urbem
præuidissent cõcessuram aliquãdo Romanis in prædã, sēque
item in seruitutẽ ituros; nequaquam Dominum gloriæ cru-
cifixissent.

Spiritus enim omnia scrutatur: etiam
profunda Dei. Quis enim hominum scit
quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis,
qui in ipso est: ita & quæ Dei sunt, ne-
mo cognouit, nisi spiritus Dei. Nos au-
tem, non spiritũ huius mudi' accepimus,
sed spiritum qui ex D̃o est: vt sciamus,
quæ

A Deo, &
Christo.

quæ à Deo donata sunt nobis: quæ & lo-
quimur, non in doctis humanæ sapiētia

1. Petri. 1. c.

In doctis
humanæ sa-
pientiæ ver-
bis: sed in
doctrina.

libus spiritualia³ cõparantes. Animalis au-
tem homo, non percipit ea quæ sunt spi-
ritus Dei: stultitia enim est illi, & non po-
test intelligere: quia spiritualiter⁵ exami-

Vel, sermoni-
bus, quos do-
cet humana
sapientia: sed
quos docet.

natur. Spiritualis autem⁶ iudicat omnia.
& ipse à nemine iudicatur, sicut scriptum
est: Quis enim cognouit sensum Domi-
ni? aut quis instruxit eum, Nos autem sen-

*Esaiæ. 40. d
Sapient. 9. c
Roma. 11. d*

Examina-
tur.

sus Christi habemus.

Iudicat, Diudicat.

Instruxit eum? cõsiliũ dedit ei? Sensum,
Asentem Habemus, Tenemus.

*Spiritus mū-
di.*

1 Spiritum huius mundi.

Mundi spiritum, humanam sapiētiam
vocat Apostolus.

2 Quæ loquimur non in.

Vult Paulus intelligamus sermonem
Apostolorum nõ constare doctrina humana, sed afflatu di-
uino. Non enim loquebatur in verbis quæ doceant huma-
nam sapientiam, sed quæ doceant spiritum Dei.

3 Spiritualibus spiritualia comparantes.

Componentes & con-
ferentes spirituale ad spirituale, non indigemus humana sa-
pientia. Quòd si controuertitur de aliquo spiritali, statim
conferamus ad aliud spirituale, & testimonia à spiritalibus
adducamus, & dubia soluemus.

4 Animalis homo.

Animalis homo, est qui affectus sequitur
humanos, putatq; nullo sibi opus esse præsidio diuino: Quia
omnia vult assequi & cognoscere ratione humana & natu-
rali: Stulta omnia existimat quæ sunt spiritus.

*Animalis
homo.*

5 Quod spiritaliter examinatur.

Id est, per fidem & spiritum
demonstratur.

6 Spiritualis homo.

Spiritualis scrutatur & iudicat omnia, quæ
ad salutẽ faciūt, & ipse à nemine de sua doctrina iterrogatur
& discutitur: nõ à fidelibus, quia ab eis nõ dissidet, neq; ab in-
credulis, quia illorũ interrogatone & examine superior est.
Aut qui fieri potest, vt incredulus & infidelis de his iudicet, q̃
ignorat? Nemo enim bonus iudex est eorũ, q̃ nõ bene norit.

PUGNANT inuicem hi loci: Si cognouissent, nunquam Dominū gloriæ crucifixissent. Et Matth. 21. Agricole videntes filium, dixerunt intra se: hic est hæres, venite occidamus eum. Non planè cognouerūt illum Deum, sua malitia & inuidia obtenebrati. Aut, vt docet glossa ex Ambrosio: Sciebant principes Iudæorum eum esse, qui promissus erat in lege, mysterium tamen incarnationis verbi Dei & redemptionis humanæ ignorabant.

DICTIO.

Principes.

PRINCIPES in scripturis dicuntur magni, potentes, duces & sapientes. Psal. 32. Reprobatur consilia principū. Quod hinc exprimit Paulus, cum ait: Sapientiam Dei nemo principum huius seculi cognouit. Et Psal. 118. Principes persequi sunt me gratis, id est, iudices, reges, seniores plebis, doctores, & honorati propter sapiētiam. Sic enim scriptura vocat primarios viros, & apud homines honoratos. Psal. 118. Etenim federunt principes, & aduersum me loquebatur. Hos scriptura vocat cedros Libani. Psal. 28. Superbos. Esaia. 2. capi. Psal. 109. Coagulos montes. Psal. 67. Tauros pingues Tauros Basan, Principes Edon, Robustos Moab, & huiusmodi quæ passim in sacris reperiuntur. Princeps huius seculi dicitur in sacris ipse Satan, qui est spiritus operas in filiis diffidētia. De hoc mentionem facit Paulus, 2. Corint. 4. Ephes. 2. & Coloss. 3.

Cedri Libani.

Princeps seculi.

Carnales adhuc Corinthij: & quisque iuxta opera sua remunerabitur.

CAPVT III.



ET ego, fratres, non potui vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquā paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis. Sed nec nunc quidē potestis, adhuc enim carnales estis. Cū enim sit inter vos zelus

Quasi, Loquendum fuit vt.

Zelus, vel emulatio & con-

Lac. Scelas infertatur Paulus.

Contētio, & contentio, nōne carnales estis, & secundum hominē² ambulatis? Cū enim quis dicat³, Ego quidem sum Pauli: alius autem, Ego Apollo: nōne homines estis? **Quid, quis.** Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? ministri eius cui credidistis, & unicuique sicut⁴ Dominus dedit. Ego plantauit, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque⁵ qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt⁶. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores⁷. Dei agricultura estis. Dei ædificatio æstis. Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus⁸ fundamentum posui, alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet.

Adiutores, cooperarij.

1 Lac vobis potum. Id est, simpliciore[m] quamdam doctrinam: non escam seu solidum cibum, id est, altiora mysteria fidei. Quamobrem? Quoniā nondum poteratis. Habes ex hoc loco non passim quoslibet ad sacrarum literarum tum lectionem tum interpretationem admittēdos, docente Esaia, cap. 28. Quem docebit dominus scientiam, & quem faciet intelligere auditum? Ablatos à lacte, auulsos ab vberibus. **2** Et secundum hominem. Id est, secundum carnem. Frequenti tropo scripturæ Homo pro carnali & animali accipitur. Hoc indicat quod paulo potest sequitur: Nōne homines estis, id est, carnales? **3** Cum enim quis dicat. Docet Deo contumeliam inferri, quā administratis spiritualibus, non Deo sed hominibus gloria exhibetur, quemadmodum gloriātes in Deo, & de ipso om-

Contētio, Velfactio- nes. Homines, Carnales. Quid, quis. Ministri, nisi ministri. Vnicuique sicut, vt cui que.

Ministri

Psal. 61. d Galat. 6. b

Agriolatio Aedificatio Dei.

Lac patum dare.

Non passim sacra omnibus tradēda

Homo, caro.

em gratiam sperantes, dii dicuntur & à deo adoptati: ita & in homine gloriantes, homines & carnales sunt sententia Dei conclusi. Psal. 81. Ego dixi dii estis, vos autem sicut homines moriemini. Et quia Paulus & Apollos ministri sunt, cuius donum est, spes in illis non est praefigenda, sed in Domino Deo bonorum omnium auctore.

4. *Et vnusquisque sicut Dominus.* Non omnibus aequa est ministrandi facultas in Christi ecclesia: sed sicut voluit & sciuit, diuisit singulis officia ministerij.

5. *Itaque neque qui plantat.* Quantum ad Dei honorificentiam nihil est homo, ait Ambrosius, siue plantans, id est, euangelizans, siue rigans, id est, baptizans, ait Ambrosius. Plantata enim solent emori, & rigata ad effectum fecunditatis minimè peruenire, nisi det Deus vegeta vitam. Quantum autem ad ministerium pertinet, necessarius est homo, ut honorificetur Deus in ordinatis ad se.

6. *Vnum sunt.* Id est, sunt in vnum. Vterque in vnum & eundem finem tendit. Aut, Vnum sunt, id est, idem sunt, & nullius discriminis, quantum ad hoc quod vterque alienum agit negotium, neuter suum, ut ab his velut authoribus debeant Corinthij sibi cognomentum asciscere, & factionibus inter se diffidere.

Dei adiutores.

7. *Dei sumus adiutores.* Id est, cooperarij, ait Augustinus. Aut operis participes, ait Ambrosius, quos constat Dei esse adiutores, dum vicarij sunt Christi 2. Corinth. 5.

8. *Vt sapiens architectus.* Id est, ut doctus & scitus princeps & author fabricae, fundamentum posuit, id est, Christum saluatorem, & nostrae salutis auctorem praedicaui. Et hoc est scitè, & doctè iacere fundamentum, in quo iaciendo, summum est negotium,

Fundamentum ecclesiae.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam: vnusquisque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vnusquisque

Quia in igne reuelabitur, quod in igne reuelabitur.

vnusquisque⁴ opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit⁵, quod superaedificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit⁶, detrimetum patietur⁷: ipse autem saluus erit⁸, sic tamen quasi per ignem. Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se seducat: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim¹⁰ huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim. Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Deus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanae sunt. Nemo itaque gloriatur in hominibus. Omnia enim vestra¹¹ sunt: siue Paulus, siue Apollos, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue praesentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt: vos autem Christi, Christus autem Dei.

1. *Praeter id quod positum.* Nemo potest ponere aliud fundamentum. Quia quamuis haeretici sint aliqui, non tamen docent, nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commedare non possunt, nisi interposito saluatoris nomine praedicent, ut res contrarias & absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles. Haec tamen Ambrosius. Propterea hortatur Christus in Euangelio dicens: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum caelorum.

2. *Aurum argentum.* Aurum, argentum, & lapides preciosi, ad piorum opera: Lignum, foenum, & stipula ad improba facta pertinent, ut auctor est Hieronymus, libro primo aduersus

Infra 6.d
2. Cor. 6.c

Iob. 5.c
Psal. 93.b

Matth. 7.e

Iouinian. Tribus enim duraturis in igni, tria oppofuit peritura fi ignis inciderit.

*Iudiciū par-
ticulare.*

3 *Vniufcuiusque opus.* Manifestum fiet vniufcuiusque opus, siue aurum, &c. Siue lignum, &c. Quando? Dies iudicij diuini siue generalis, siue singularis (quod fit statim exhalata anima) index erit omnium operum. Quia in igne, id est, in stricto, & exacto diuini iudicij examine, manifestabitur. Hoc autem significat hoc loco ignis, ipsum examen iudicij siue purgatoriam hominis pœnam. Quia & aurū & argentū & lapides preciosos igne probandos, constanter Paulus affirmat. Hæc autem neque igne corporeo, neque villo tormento punientur. Ad hanc sententiam facit quod sequitur.

4 *Et vniufcuiusque opus.* Vide nullum discrimē huc afferri inter aurum, argentum, &c. & lignum, &c. ad id quod igne sunt probanda: sed omnia ignis probabit, id est, iudicium diuini omnia exactè examinabit.

5 *Si cuius opus manserit.* Id est, si cuius opus manet in eo igne, siue iudicio, illæsum & commendatum, mercedem accipiet, supple, is qui illud superædificauit.

6 *Si cuius opus arserit.* Id est, si cuius opus comburitur, seu ab illo igni & iudicio dignum reprehensione dicitur.

7 *Detrimentum patietur.* Id est, reuera ipsum opus repelletur, tanquam combustioni aptum. Hoc intelligendum de peccatis minutis & venialibus, seu operibus leuitate quadā actis, vt indicant sequentia.

8 *Ipsæ autem saluus erit.* Quia hæc leuia & minuta mala est operatus, non damnabitur, sed saluus fiet. Quomodo?

Purgatoriū.

9 *Sic tamen quasi per ignem.* Id est, per aliquam pœnam (qualis qualis illa fuerit) purgatoriam post hanc vitam. Quod dico post hanc vitam, id argumento est, quod Paulus hæc loquitur de tempore illius diei manifestabitur vniufcuiusque opus. Dies ille post hanc vitam, & non ante, erit. Atque ignis exactum iudicium diuinum, & quod ex eo sequitur siue commendatio, siue combustio fuerit, post hanc vitam significat.

Ignis.

Ambrosius.

Subscribam verba Ambrosij in hunc locum. Ideo autem dixit, Sic tamen quasi per ignem, vt salus hæc, nō sine pœna sit. Quia non dixit, Saluus erit per ignem, vt merito suo ab igni non combustus saluus fiat, examinatus per ignem. Sed cum dicit: Sic tamen quasi per ignem, ostendit saluum illum quidem futurum, sed pœnas ignis passurum, vt per ignem purgatus

gatus fiat saluus: & non sicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur. Hactenus Ambrosius. Beatus Augustinus, sermone de sanctis, de peccatis venialibus loquens, Quicquid (ait) de istis peccatis, à nobis redemptum nō fuerit, illo igne purgandum est, de quo, inquit, Apostolus, Quia in igne purgabitur. Theodoritus in hunc locum scribens ait, hunc ignē credimus esse purgatorium, in quo animæ tāquam aurum in conflatario purgantur.

10. *Sapientia enim huius mundi.* Stultum iudicat mūdus, quod ratione naturali non assequitur. Quæ autem Deus operatur, imò & alta illa incarnationis, & redemptionis mysteria supra naturam sunt. Propterea mundus hæc stulta existimat. Ita & quæ mundus suis rationibus assequi vult, stulta sunt apud Deum. Quæ enim diuinitus inspirata sunt, non veniūt humana ratione metienda.

*Stultū mun-
do.*

11 *Omnia enim vestra sunt.* Ac si diceret: Quia omnia siue Paulus, siue Apollos, siue vita, siue mors, &c. Ordinata sunt ad vestrā salutē, non est vobis gloriandum in illis, sed Christo, per quem omnia quæ ad salutem faciunt cōsequuti estis. Qui caput vestrum, & Deus vester est. Ideo non gloriamini in sōlo homine, sed Deo, & homine, sicut & ipse Christ⁹ gloriatur se habere patrem Deum.

CONCILIATIO.

FUNDAMENTVM hoc loco Paulus Christum constanter affirmat. Cum Ephef. 2. & Apocal. 21. Apolloli, & prophetæ, fundamenta dicantur. Certè non est aliud fundamentum, in quo possimus stabiliter superædificare, quā ipse Christus. Quem nobis prænunciantes prophetæ, & annuntiātes Apostoli, tanquam fundamentum iecerunt, vt fidem in Christum habentes templum Dei diceremur. Ministri sunt huius fundamenti non autem fundamentum ipsi Apostoli. Christus fundamentum est Apostolorum, non Apostoli fundamentum Christi.

DICTIO.

APOLO S nominatiuus est, cuius genitiuus est Apollo. INCREMENTVM Græcis est Epidosis seu Auxesis, Incrementū. Quatuor tamen maximè generibus video cōstare amplificationem, Incremento, Comparatione, Ratiocinatione, Congerie. Incrementum est potentissimum, cū magna etiam videtur, quæ inferiora sunt.

Incrementū.

ARCHITECTVS qui artis fabricæ peritus, ædificiorum structuris præest.
 COMPREHENDERE, est fugientem è cursu reprehendere, manuque iniecta capere.

Nemo iuxta exteriorem hominem iudicandus.

CAPVT IIII.

Ministri.

2. Cor. 6. a

Iudicare.

Omnia accepta à deo.

Ingrati Corinthij.

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Hic iam quaritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer: aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iustificat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Hæc autem fratres transfiguravi in me, & Apollo, propter vos: vt in vobis discatis, ne supra quam scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alto. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis, quasi non acceperis: sine nobis regnatis, & vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus. Puto enim quod Deus

Hic iam queritur iter dispensatores. Quod superest, autem illud requiritur in dispensatoribus. Dic, vel in hoc iustificatus sum. Quis putat esse fidelis dispensator? Perinde est, ac si diceret. Nihil facio, neque tantillum me mouet, à vobis, hoc est, vestro iudicio, aliis præferri, & haberi in lucem, famam ac nominis celebritatem. Vocat autem hunc diem humanum, qui ab hominibus veniat, & cum hominibus trahatur. ac si dicat: humana homines querant, nos Christi ministri sumus, & dispensatores mysteriorum Dei. Quare ite probari nos oportet à Deo & domino Iesu Christo, cuius diem & iudicium expectamus. A mundo autem nos prædicari & extolli nobis pro nihilo est. Eleganti figura metalepsi diem vocat iudicium.

Supra quam id quod scriptum est sentiretis subaudi, de nobis, ut ne hic illius, ille huius nomine inflati, mini alius aduerfus alium. Regnatis, regni adepti estis.

nos

In Christo, nos Apostolos nouissimos ostendit, tãquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles: nos autem ignobiles.

Pericula apostolorum in prædicando Euangelia.

1 Sic nos existimet. Apostoli pastores & doctores quidem sumus, non domini, sed ministri Iesu Christi, & dispensatores seu economi mysteriorum & arcanorum Dei. Per mysteria aliud nihil intellexit, quam Euangelium Christi: id quod notum est ex vltimo cap. ad Roma. & 3. ad Ephes.

2 Hic iam queritur. Quasi dicat, quid autem superest, requiritur: Quis inter dispensatores fidelis inuenitur? Nam fides in economo potissimum spectari solet, autoritas penes dominum est. hi administrant quidem, sed rem alienam, & rationem reddituri. ne quæ domini sunt, sua faciant. Huc pertinet, quod Lucæ duodecimo scribitur, Quis putas est fidelis dispensator?

3 Mihi pro minimo est. Perinde est, ac si diceret. Nihil facio, neque tantillum me mouet, à vobis, hoc est, vestro iudicio, aliis præferri, & haberi in lucem, famam ac nominis celebritatem. Vocat autem hunc diem humanum, qui ab hominibus veniat, & cum hominibus trahatur. ac si dicat: humana homines querant, nos Christi ministri sumus, & dispensatores mysteriorum Dei. Quare ite probari nos oportet à Deo & domino Iesu Christo, cuius diem & iudicium expectamus. A mundo autem nos prædicari & extolli nobis pro nihilo est. Eleganti figura metalepsi diem vocat iudicium.

4 Sed neque meipsum iudico. Ego qui conscientia meâ optime noui, nihil me esse iudico. Aut neque meipsum diiudico, neque conscientia mea arguit aut condemnat me.

5 Nihil mihi conscius sum. Quia nullius mihi culpæ sum conscius: non propterea fit ex hoc me fidelem dispensatorem iudicem. Fieri enim potest aliqua in me esse peccata quæ me lateant, & à proximo cognita offendiculo essent, si ministrum me exhiberent. Paulus non hæc agere intendit de iustificatione & peccatorum remissione, sed fidelis dispensatione Euangelij,

n iiii

& iudicio in proximum, Vide infra secundam conciliationē in vltimum caput 2. ad Timotheum.

6 *Qui autem indicat me.* Cū vestra iudicia nihili faciam, meo item non vtar iudicio, quā fidelis sim dispensator, sit propterea diuino reseruet iudicio.

Iudicium temerarium sciendum. Indicare.

7 *Nolite ante tempus iudicare.* Prohibet Paulus temerarium iudicium. Tempus iudicandi non est ante certam rei cognitionem. Iudicare, est de aliquo sententiam ferre, siue in bonum, siue in malum.

8 *Laus erit vnicuique.* Non à iudicio humano minister fidelis, sed à diuino commendabitur.

9 *Transfigurauit.* Cū audirem contentiones inter vos esse de doctorum vestrorum prælatione, Transfigurauit, hoc est, pseudopostolorum personam in nos duos, id est, in me, & Apollo transfusi, & sub persona nostra de malis dispensatoribus loquuti sumus, ne quos offenderemus, vt gloriationē vestram, ac vestrorum pseudopostolorum extinguerem.

10 *Vt discatis in nobis.* Hæc ideo pronunciauimus, vt ex nostra personæ figura nil vltra quā quod in sacris literis scriptum est, sapere discatis. Edifferit enim scriptura & superbiā interdicit in hunc modum Matth. 8. Quicūque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorū.

Lucæ 14. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. & alia huiusmodi multa. Nolite igitur contendere, sectas facientes præceptorū & scissiones, quibus alterum alteri præferatis, ne inflemini inuicē, sed idem sentite, ad quod sacræ, & non præceptorū vestrorum humanæ literę vos hortantur. Quodd autem iudicandum non sit quod ignores, nolite (dicebat Christus) iudicare, & non iudicabimini.

Matth. 7. 4

11 *Quis enim te discernit.* Cū intelligas iudicium humanum falli, considera apud te, Quis te commendat, & præstantior rem facit, an num homo? fallitur. Conueniamus, & concedatur tibi aliquid laudis, id nō tuum, sed Dei dono concessum. Si itaque accepisti, quid iactabūdus intumescis, quasi id proprio labore pepereris?

12 *Iam saturati estis.* Verba sunt ægreferentis. Ac si dicat: Tū cito oppleti estis, vt nullius opera indigatis? Ad tātā perfectionem euasistis, vt omnes cū diuinæ intelligentiæ, tum donorum opes nacti estis? hanc perfectionem futuro seculo seruata, vos, vt videre videor, in hac vita iam consecuti estis,

estis, quod perspicuum facit vestra iactantia.

13 *Sine nobis regnatis.* Iactabūdi gloriamini iam vos in omni bono diuino excellere: horum tamen nil in nobis placet, qui tantum laboris insumpsimus, vt solum in Deo gloriaremini. Et vtinam illo bono diuino iā excelleretis, hoc est, regnaretis, & beatitatem assequuti essetis, vt & nos vobiscum illa frueremur & regnaremus.

14 *Puto enim quod Deus.* Si vestram & gloriam & iactatiā spectare licet, iam non erunt oculi ad nos demittēdi. Ad nos inquam abiectissimos reos & fontes, ad mortem addictos & destinatos. veluti enim bestiæ in teatro & caueis damnati circūagimur, exponimurq; iniuriis, & fabula sumus mundo. has pœnas luimus non in abdito loco, sed vbique terrarum. Spectantq; nos tormentis variis afflictatos, non solum homines, sed etiam ipsi angeli, neque nobis cum hominibus solum est colluctatio, quin etiam est cum iniquorum angelorū potentia decertandum.

15 *Nos stulti propter Christum.* Ironia est. Stulti videmur gentibus prædicantes Christum Deum esse & hominem. Vos vero prudentes in Christo, quia Christum existimatis vos consequuturos sapientia vestra, quæ cū nostra sapientia pugnat. Agnoscite ergo vos vestra opinione falli.

Vsq̄ in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cœdimur, & instabiles sumus¹, & laboramus, instabiles, *incertis vagamur sedibus.* operātes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus: persecutionē patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus; tanquam purgamenta² huius mundi facti sumus, omnium peripsēma³ vsq̄ ad huc. Non vt confundam vos, hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo.

Decem millia Nam si decem millia⁴ pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangeliū ego vos genui. Rogo ergo vos, imitatores

Laborat manibus Paulus Act. 20. 8 1. ad Theff. 2. b 2. ad Theff. 3. b

Correptionis modus.

Imitatores.

mei estote, sicut & ego Christi. Ideo mihi ad vos Timotheū, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino: qui vos commune faciet vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non vēturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem ad vos citò, si dominus voluerit: & cognoscam nõ sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutē. Non enim in sermone est regnū Dei, sed in virtute. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?

1 *Instabiles sumus.* Hæc in opulētos qui ociarētur dicta sunt, hoc est incertis vagamur sedibus. Non habemus hic, sicut nec Christus, in quo caput reclinemus.

2 *Tanquam purgamenta.* Infideles non pluris faciebant Apostolos & Christianos quàm sordes mūdi, existimātes Deum offensum mundo, Christianorum internecione placari, mūdūq; ipsum tanquam purgamento, immunditiis & excrementis purgari.

3 *Omniū peripsēma facti sumus vsque adhuc.* Id est, vsque in præsentem diem pro abiectissimis hominibus habiti sumus. Metaphoricè hæc dicta sunt pro homine abiectissimo. Est omnino peripsēma apud Græcos quiddam tale, quale apud nos, nauci, quisquiliæ & sterquilinum.

4 *Et si decem millia.* Habete me in patrē, cæteros verò in pædagogos habetis, quorū amor lōgè abest à meo in vos. Ego vos genui in Christo per Euangelium, non illi vos. Obedite igitur patri vestræ salutis studiōsissimo, qui vel vitam ipsam vestra causā & gratia, si necesse sit, lubens impēsurus est, Decem millia posuit pro maximo numero.

CONCILIATIO.

10000 *Proverbiorum 13.* Iustus māducans repleuit animam suam, animæ autem impiorum in egestate sunt: pugnatum cum hoc Pauli dicto, Vsque ad hanc horam & esurimus, &

& sitimus. Respondēdum, Iustus verbo Dei nutritur, cui nihil commune habet impius & iniustus. Hoc loco non de pane illo cœlesti loquitur Paulus, sed de corporeo quo vescimur & nutrimur.

DICTIO

*D*IES humanus, tropo scripturæ iudiciū humanū significat & laudē, quo scilicet homines extollunt & reddunt illustres & nobiles de quibus bene senserint. Sic Ieremias de humano die loquitur cap. 17. b. Diem hominis nõ desideravi, tu scis. Quasi diceret, impingunt quoddam noua prædicē nominis & laudis desiderio, & celebritatis apud homines. Sed tu scis aliter habere, & humanum hunc diem me nunquā apud homines quæsisse. Eodem sensu dictū est à Christo Ioan. 5. Claritatem ab hominibus non accipio, id est, non quero ut homines magni me habeant & celebrent, seu nõ quero gloriā humanā. Eodem cap. de Ioanne dicebat: Vos autē voluistis ad horā exultare in luce eius, id est, quæsiuistis Ioānis testimonio illustrari & reddi nobiles, quo breui huius vitæ tēpore (quæ horæ similis est) apud homines alicuius nominis & celebritatis fuissetis habiti, id erat vestrū studiū erga Ioānē.

PERIPSEMA penultima longa, Laurētius Valla, puluerem vestigiōrū dici vult, Græca scholia dicūt peripsēma esse reticulū, quo sudātes se abstergūt. Alij solæ suppaētū coriū. Alij puluerē quē calcamus. Alij quod abiicitur in mare, quo nauis fit incolumis. Videtur peripsēma omnino apud Græcos quiddā esse tale, quale apud nos est nauci, quisquiliæ & sterquiliniū: beatus Amb. lustramēta & purgamenta vocat.

PÆDAGOGVS est seruus, cui patres liberorum moderatorum curam mandant.

OSTENDO hoc cap. pro facio. Apostolos ostendit nouissimos, sicut & 2. ad Timoth. ultimo: Alexander ararius multa mihi mala ostendit, id est, fecit.

Fornicator Satanae traditur, & qui excommunicandi. CAP. V.



*Q*uoniam auditur¹ inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis

Dies humanus.

Peripsēma.

Pædagogus.

Ostendere p.

Fornicarius excommunicatur.

Coloss. 2. 4

luctum habuistis, vt tollatur de medio ve-
strum, qui hoc opus fecit. Ego quidē ab-
sēns corpore, præsēns autē spiritu² iam
iudicaui, vt præsēns, eum qui sic opera-
tus est, in nomine domini nostri Iesu Chri-
sti, cōgregatis vobis³ & meo spiritu, cum
virtute domini nostri Iesu, tradere huius
modi hominem Satanæ in interitum car-
nis⁴, vt spiritus saluus sit, in die domini
nostri Iesu Christi. Non est bona gloria-
tio vestra. Nescitis, quia modicum⁵ fer-

*Fermentum
abiciendum.
Galat. 5. b
Pascha no-
strum, Chri-
stus.*

*Qui ex com-
muni-
candi.*

mentum, totam massam corrumpit? Ex-
purgate vetus⁶ fermentum, vt sitis noua
conspersio, sicut estis azimi. Etenim pa-
scha nostrū immolatus est Christus. Ita-
que epulemur, non in fermento veteri, ne-
que in fermento malitiæ & nequitiae, sed
in azimis synceritatis & veritatis. Scripsi
vobis in epistola⁷, Ne cōmisciamini for-
nicariis. Non utique⁸ fornicariis huius
mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut ido-
lis seruientibus, alioquin debueratis de
hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vo-
bis, non commiseri, si is qui frater nomi-
natur inter vos, est fornicator, aut aua-
rus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut
ebriolus, aut rapax, cum eiusmodi nec ci-
bum sumere. Quid enim mihi de iis qui
foris⁹ sunt iudicare? Nōne de iis qui in-
tus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris
sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex
vobis ipsi¹⁰.

*Massa cor-
rumpit? vel cō-
spersionē fer-
mentat?
Azimi, in-
fermentati.
Epulemur,
in azimis
festum cele-
bremus.
Azymis syn-
ceritatis &
panibus fer-
mento carēti-
bus, hoc est,
synceritate
& veritate.
Non utiq;
Ac non om-
nino.
Mihi, ad me
attinet.
Auferte ma-
lū, et: a au-
ferre istū qui
malus est.*

1 Omnino

1 *Omnino auditur.* Quare superiora minatus est, ostendit. In ecclesia cui præsēse videmini, auditur incestuosus. Omnes id videtis scelus, testibus non est opus, nulla tergiversatione tegi potest. Et si vnus sit crimen, omnibus tamen vobis impunitatur, quod omni studio corrigere, hunc nō admittamini. Videtur Paulus significare, hunc apud illos sapiētem habitum, cuius doctrinā inflarentur & superbirent. Propterea ait: Vos inflati estis. quasi dicat: Vos gloriāmini in illo super quem flendum & lugendum est, quod tam miseram, & scelestam vi tam viuat.

2 *Præsens spiritu.* Autoritate & spiritu se præsētem dicit, ne ex solo auditu absentem damnasse putaretur. hunc in modum pronunciabat Elisæus 4. Regū. 5. Nōne spiritus meus tecum erat in via?

*Spiritu
præsens.*

3 *Congregatis vobis.* Congregatos dicens: in nomine Iesu, id est, diuino & non humano instinctu, animaduertendi gratiā in flagitiosum, modum pronunciandæ sententiæ docet. Per virtutem, scilicet Iesu Christi (qui congregatis adsistit) trade re huiusmodi hominem Satanæ. Huic sententiæ se præsētem spiritu dicit Paulus, vt confidentiūs illam pronunciarent. Beatus Ambrosius, hanc congregationem seu concilium ex tribus constare scribit, ex Pauli decreto, consensu multitudinis, & autoritate Christi.

*Modus pro-
nunciandæ
sententiæ.*

4 *In interitum carnis.* Vt Satanæ scilicet, hunc morbo maceret. Nam cum ex corpore, ait Theophylactus, luxuriæ cōcupiscentia defluat, debet hoc sanè supplicis affici, vt saluus sit spiritus, hoc est, vt anima ipsa saluetur, aut vt gratia Dei illi integra seruetur. Præscribit hīc Paulus diabolo terminos, quales illi & deus in Iob præsiniuit: vt corpus duntaxat, anima in offensa, cōtingeret. Agnosce ex hoc loco, quod in primitiua ecclesia, potestas erat sanctis hominibus in peccatorum animaduersionem, dæmonia in rebelles immittendi, si- cut & expellendi, quæ corporaliter eos in pœnam contumaciæ afficerent. Qui excommunicatur, & è confortio ecclesiæ expellitur, cum non sit Iesu Christi traditur Satanæ, vt accipiendi illum corporaliter habeat potestatem, quoad ductus fuerit pœnitentia.

*Potestas ex-
cōmunicandi.*

5 *Nescitis quia modicum &c.* Superbiam & supinam Corinthiorum negligentiam accusat, ac si dicat: Dum gloriāmini, tantū malū non tollitis: Cauete, ne hæc faba in vos cūda-

tur. Elegātem similitudinem ex 12. cap. Exodi tractam subiungit, cum emphasi in hoc verbo, Modicum fermentum. Vt modicum fermenti massę addatur, tota fermentatur, & statim acidā fit massa: ita vnus mali consceleratıque hominis exemplum, totam mox contagione inficit ecclesiam.

6 *Expurgate vetus.* Ad puritatem vitę, & abnegationē prioris, id est, impię, & gentilitię vitę hortatur, argumento à rebus visibilibus sumpto, quę Iudęis in p̄cepto erant, vt figuras aperiens, vnam Iudęorum & Gentium ecclesiam ostendat. Expurgate vetus fermentum, id est, priorem vitā & corruptionem abnegate. Vt sitis noua cōspersio: hoc est, nouā viuatis vitam, sicut decet vos esse infirmētos. Nam nō putet quisquam ad se nihil pertinere, quod de fermento, Azymis, & Paschate Iudęis p̄ceptum est: id figura erat, quę nobis aperta est. Siquidem habemus Pascha nostrū, dominum nostrum Iesum Christū, per Iudaicum Pascha significatum; qui pro peccatis nostris immolatus est, immaculatus agnus dei, vnica pro peccatis hostia. Atq; vt illi suum pascha habētes epulabantur in azymis suis: ita & nos Christiani, cū verum habeamus pascha, æquum est vt epulemur, festūmq; agamus diem, hoc est, ex animo gaudentes in nouitate sensus, puram & synceram viuamus vitā, relicto fermento veteris Adę.

7 *Scrpsi vobis in epistola.* Quam epistolam? Vt quidam aiunt, aliam ab hac, quę non extat. Theophylactus & Scholia titulo Hieronymi scripta, in hunc locum asserunt, hęc esse priorem ad Corinthios epistolam & non aliam. Nam cū dixisset, Expurgate vetus fermentum, suspicari sunt fortē Corinthij, vel à cęteris sibi qui in Gręcia essent adulteris p̄cauēdum, quod tamen ita edisserit.

8 *Et non vtiq;.* Ac si diceret, Non iussi vt ethnicis scelerosis abstineatis, quod licet optādum esset, tamen fieri nō posset, cū vbique sceleratorum hominum plena sint omnia. Sed quo ad licet ab istiusmodi Christianis abstincte. Nunc obiter, hęc interijcit Paulus, Alioqui debueratis ex hoc mundo exisse: Hoc est, vti nam id esset quod opto, vt in totum huiusmodi cōsortia possitis vitare. Nunc quoniam frustra opto, quod fieri non potest, illud scribo quod antē scripsi, vt Christianos, tam fœdis vitiis infames arceatis à vestro contubernio, partim ne ipsi videamini factis illorum assentiri, partim vt illi pudore correcti respiscant.

9 De his

9 *De his qui foris sunt.* Qui foris sunt, gētiles dicit, qui extra aulam Christi diuagātur. Superuacaneū esset illis leges Christi iniungere, qui nolunt Christū deum agnoscere. Qui interiorius sunt, Christianos appellat.

10 *Auferite malum ex vobis ipsis.* Gręcis additur articulus, auferite hunc malum, id est, tollite scelerosum illum, vt de homine, non de peccato intelligamus. Quod adnotum est Augustino, in quęstionibus super Deuteronomium, admonenti, hoc sermonis colore solitam vti scripturam sacrā, quoties iuber de nocente capitis supplicium sumere, non quod Paulus idem senserit, sed quod excommunicatio apud Christianos, instar capitalis supplicij sit.

DICTIO.

M A S S A, ea est farina aqua conspersa, siue temperata, mista que, veluti cum argilla humore maceratur, farina, liquore aquę oleiue aut huiusmodi.

A Z Y M V S, id est infermentatus.

F E R M E N T V M, est tēperatura aquę & farinę, simile quid habens conspersionis. Sic humana doctrina, aliquando nō nihil ex literis sacris sibi aspergit: sed corruptę & temerē nō raro. Et doctrinę verę speciem p̄ se fert, sed sapore & discretione spiritus dignoscitur. Ideo Christus doctrinam Phariseorum, fermentum vocabat.

Christianus de re leuicula, vtpote repetundis pecuniis, apud infideles ne litiget, litē mve intendat.

CAPVT. VI.



Vdet aliquis vestrum, habens negotiū aduersus aliterum, iudicari apud iniquos, & nō apud sanctos? An nescitis, quoniam san-

De iudiciis forensibus.

Iudicari, causā dicere. Iniquos, gentiles, In vobis, per vos.

Minima iudicia erant quę pecunias concernebant. Quāto magis secularia, non tantum quę ad vitę vsum pertinent?

Et de hoc mundo iudicabūt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quāto magis secularia, non tantum quę ad vitę vsum pertinent?

ria⁴ ? Secularia igitur⁵ iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram⁶ dico. Sic non est inter vos sapiens, quisquam qui possit iudicare⁷ inter fratrem suum? Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriã accipitis? Quare non magis fraudem⁸ patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus? An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neq; maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.

Matth. 5. f
Lucæ. 6. e
Romæ. 12.

Scortatio fū
giēda, infrā.
10. e
Ecclē. 37. d

1 *Audet aliquis.* Paulus iudicās vehementer pudendū Christianos de pecuniis creditis & reperundis causas sub iniquis, id est, infidelibus iudicibus habere: miratur esse quenquam Christianum, qui possit animum inducere: vt apud Ethnicos iudices pro re pecuniaria, aut huiusmodi contendat, causam dicat & litiget. Iniqui enim & iniusti nominātur, sub quibus, quæ debentur, assequi non poterunt litigantes. Quare sanctis, id est, fidelibus sanctimonia pollentibus, id est, committendum, ad eos referendum iudicium.

2 *Sancti de hoc mundo.* Id est, è vita sanctorum apparet apparbitque mūdānos errare ac desipere. Hoc explicat sequens textus: Et si in vobis, &c. In vobis, hic dicitur Hebreo more pro, per vos. Per vos iudicabitur mundus, siue nunc cōdemnatur mundus impius ex innocētī vita piorum, siue olim cōdemnabitur, cum piorum & impiorum opera omnia profertur in apertum.

Secularia igitur iudicia, proinde de ijs quæ ad vitæ vsum pertinent.

Iudicia, lites accipitis, patimini? Fraudatis, damno afficitis.

Fraus hoc loco pro damno, non dolo.

3 Indigni

3 *Indigni estis.* Cū sitis iudicaturi de mundo, indignum est vos iudicari in gentilium iudiciis, quæ hic minima vocat, præ iudicio illo magnifico, quo sancti mundum & Angelos iudicabunt. Aut intelligi potest, indigni estis qui de minimis litigetis, aut iudicetis ob leuiculas res, vt de pecuniis repetundis & huiusmodi, iudicaturi & Angelos, id est, Dæmones, quādo vos qui estis hac carne obducti, incorporeos illos vicisse coarguemini. Alicubi audiebantur causæ capitales, alicubi leuiores, ac ciuiles, de mutuo, de cōmodato, de empro, Hæc, quæ ad vitæ vsum pertinent, vocat minima.

Iudicabimus Angelos.

4 *Quando magis secularia.* Græcis est βίωσις, id est, quæ ad victum, facultates & vitæ vsum pertinent. Nam βίωσις Græcis tria significat, vitam, victum & facultates ac substantiam qua viuimus.

Minima iudicia.

5 *Secularia igitur.* Quod si necesse fuerit de iis quæ ad victum & huiusmodi pertinent litigare: hortatur ne apud impios & infideles litigent. Non hic agit qui constituantur in ecclesia iudices, sed ne Christiani litigent apud impios seu infideles, & quemuis potius vel contemptissimum, modò Christianū, arbitrum suæ causæ faciant, quàm adeant tribunalia impiorum. Non quòd ita sentiat faciendum, vt infimis committantur iudicia: sed vt declaret quàm alterum, litigare scilicet apud impios, sit indecorum, dicit, hoc (id est, cōtemptrissimum Christianum iudicem constituere) citius cōmittendum est.

6 *Ad verecundiam vestram.* Hoc dico ad confusionē vestrā, siue pudorem, hoc vos pudeat, apud iniquos infideles litigare. Hoc, Paulus adiecit, significans se non esse loquutum ex animo, quòd veller contemptissimos ad iudicandum deligi, sed quòd hoc quoque iudicaret tolerabilius, quàm id quod illi faciebant litigantes Christiani apud Ethnicos.

7 *Qui possit iudicare.* Id est, inter fratrem & fratrem, aut inter Christianum, & Christianum. Quasi diceret, non est opus magna iuris subtilitate inter Christianos, inter quos ipse fraternus affectus facile vel remittit noxiã, vel cōponit negotiū.

8 *Non magis fraudem.* Quasi dicat, Sinite vos potius iniuria & damno affici, quàm vt inferatis. Fraudem pati hoc loco est damno affici aut fraudari.

Fraudē pati

Et hæc aliquando⁹ quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iu-

stificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Omnia mihi licent²: sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar³ potestate. Esca ventri⁴, & venter efcis. Deus autem & hunc, & has destruet. Corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori. Deus verò & Dominum suscitavit: & nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis quoniam corpora vestra, membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur⁵? Erunt enim (inquit) duo in carne vna. Qui autem adhæret⁶ Domino, vnus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat⁷. An nescitis, quoniam membra vestra templū sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à deo, non estis vestri⁸? Empti enim estis precio magno. Glorificate & portate Deum⁹ in corpore vestro.

*Membra Christi.
Genes. 2. d
Matth. 19. d
Ephes. 5. g*

*Templū spiritus sancti.
Supra 3. d
2. Corint. 6. c
Infra 7. d
2. Petri. 1. d*

1 Et hæc aliquando quidem. Hæc oratio correctionem habet: nam ne quæ prædixit flagitia, omnibus impingere videretur: quasi dicat, Quod in vobis erat flagitiū, in nomine, id est, virtute, Iesu Christi & spiritus sancti deletum est, cum abluti estis sacro baptismo, sanctificati estis per spiritū sanctū, iustificati estis per fidem viuam. Et ex his colligunt pietatis amatores, trinitatis mysterium. Elegans est emphasis cum dicitur Aliquando

*Omnia mihi licent,
Omnium mihi potestas.
Esca vētri.
subaudi, destrinata est.*

Aliquando fuisit, Quasi dicat, alios iam esse conuenit.

2 Omnia mihi licent. Ea mihi videntur (ait Augustinus) licere & non expedire, quæ per iustitiam quidem, quæ coram Deo est, permittuntur, sed propter offensionem hominum, ne ab hoc impediatur à salute, vitanda sunt. Ea verò non licere, & ideo non expedire, quæ sic ipsa iustitia vetantur, vt facienda non sint, etiam si ab eis quibus in notitiam fuerint permissa, laudentur. Quod si ita est, ideo non nisi illicita prohibentur à Domino, vt ea quæ licita sunt, & nō expediunt, non legis vinculo, sed libera dilectionis beneficentia caueantur.

Licent quæ non expediunt.

3 Sed sub nullius redigar. Omnium mihi potestas est. At ego non redigar sub vllius potestatem. Possẽm à vobis vctum & vestitum exigere. Hac potestate non sum vsus, ne illi, qui vestitum daret, subessem, & obnoxius fierem. Hortatur hęc Paulus, ne statim de his quæ etiam iure nobis debentur, in iudicio contendamus.

4 Esca ventri. Appellat ventrem ingluuiem, ipsam, non stomachum: corporis nostri membrum; Escas verò ciborū effusos & immoderatiores vsus. Esca amica est ventri, & venter escis. Hæc destruentur. In resurrectione enim mortuorū esus ciborum & ventris opera cessabunt. Corpus autem non fornicationi, sed ad Domini honorem ordinatum exhibeatur Domino, & corpori aderit, imò resuscitato immortalitatẽ præstabit. Dominus enim nobiscum est, quandiu fuerimus cum illo. Si negauerimus, & ille nos negabit.

*Venter.
Esca.*

5 Vnum corpus efficitur. Fornicatio ambos vnū facit, vt quomodo in natura, sic & in macula vnum sint: sed hoc illicitū & ad modicum tempus, illud verò licitum & inseparabile vtroque viuente.

2. Timot. 2.

6 Qui autem adhæret Deo. Quemadmodum per carnis opera, caro fit: ita per opera Dei, spiritus efficitur.

7 In corpus suū peccat. Quia (ait Ambrosius) ex hoc omne deperit corpus, in cæteris autẽ peccatis, portio perit, nō totum. Totum enim corpus, vir est & mulier. Quia portio viri est mulier. Quicumque enim aliud peccatum admiserit, extra se peccat: fornicarius verò, in carnem suā peccat. Age si vitam laqueo finiat, aut ferro se trucidet, non in corpus suum videtur peccare: sed in animam cui vim facit. Fornicari autẽ corporale est delictum, quod & corpus contingit & animam. Hæc ille. Non desunt, qui interpretantur nō de corpore no-

stro carnali, sed p illo spiritali corpore & foedere accipiunt intelligentes, nos videlicet membra adeoque esse & corpus Christi, & spiritum nostrum vnum esse cum spiritu Christi. magis mihi arridet prior interpretatio.

8 *Et non estis vestri.* Cū mēbra vestra non vobis, sed domino obstricta sint seruitute, necesse est nō pro vestro sed illius arbitrio seramini. Hæc non intulit Paulus vt nobis liberū demat arbitrium, sed iure vt arguat & ostendat Deo esse inferuendū, à quo tanti, hoc est, pretioso eius sanguine empti sumus. Cum ergo sumus empti, non sumus nostri iuris.

9 *Portare Deū.* Id est, imaginē dei in rebus bene gestis, ostendite. Sicut portauim⁹ imaginē terreni, ita portemus imaginē cœlestis. Hoc modo corpora nostra, ab immunditiis carnis in puritate & castimonia seruabimus.

DICTIO.

Secularia.

SECULARIA, hic dicit quæ Græcis dicuntur. *βιωτικὰ* quasi quæ ad vitam & rem domesticam pertinent.

Fraus.

FRAUS. Cūm dicit, fraudem patimini, non pro dolo, sed damno sumitur.

Quomodo coniuges, viduæ & vigenes se gerant. CAP. VII.

De coniugatis.

DE quibus autē² scripsistis mihi: Bonum est homini² mulierem non tangere. Propter fornicationem autem, vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat. Vxori vir debitū reddat³: similiter autem & vxor viro. Mulier sui coporis⁴ potestatem non habet: sed vir. Similiter autē & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare⁵ inuicem, nisi fortē ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi⁶: & iterum reuertimini in idipsum: ne tentet vos Satananas, propter incontinentiam vestram.

1. Pet. 3.

Mulierem, vxorem. Virū, vel maritum, & infra.
In idipsum. In vnum. Incontinentiam, Intemperatiam.

Hoc au.

Hoc autem dico⁷ secundum indulgentiam, & non secundum imperiū. Volo autē, Nam velim. tē omneis homines⁸ esse sicut meipsum: sed vnusquisque propriū donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius verò sic.

1 *De quibus autem.* Id est, vt respondeam de his, quæ scripsistis mihi. Scripserant Corinthij, rogantes Apostolū, Vtrum esset à re vxoria abstinendum, an minimè: propter quosdam Pseudapostolos, qui Christianis factis vxoratis, re vxoria interdicerent.

2 *Bonum est homini.* Bonum est vnicuique mortali, nil prorsus tangere mulierem, sed vitam cœlibem & castam ducere, præstantius est. Quòd si vxorem quis habet, bonū est illi nō adhærere, & adglutinari, si per vtriusque consensum ac citra incontinentiæ periculum fieri potest. Quòd si fornicationis periculum imminet, vir suam accipiat, hanc habeat, hanc non relinquat, sed illi adhæreat. Et vxor virum accipiat, illi adhæreat, & eo vtatur. Non dixit, vnusquisque (ait Hieronymus) propter fornicationem ducat vxorem: sed, vnusquisque suā vxorem habeat: suam (inquit) habeat, sua vtatur, quam habebat antequam fidelis fieret. Cōtrouerfia erat, an liceret vxorem dimittete post susceptam fidem, altera partium manente in infidelitate.

3 *Debitum reddat.* Liberis procreandis operam det: honesto re loquendi modo vtuntur Græci dicentes, debitam benevolentiam reddat: inuicem enim sibi debitores sunt in hac causa, ne peccandi detur occasio.

4 *Mulier autem.* Hoc dicit, quòd neque viro, neque mulieri liceat, corpus suum alij tradere.

5 *Nolite fraudare.* Ne fraudetis, ne debitum negetis. Fraudamus propriè, cūm subtrahimus rem debitam, sicut frustramur re sperata.

6 *Vt vacetis orationi.* Græcis est, vt vacetis ieiunio & orationi. Non dixit, vt oretis: sed, vt vacetis orationi: quòd ea res desyderet animū ab omnibus mūdānis vacantē. Treis circūstantias Paulus adposuit abstinentiæ ab vsu cōiugij, seu à debita beneuolētia, aut ex consensu vtriusque, ad breue tempus, & vt vacent ieiunio & orationi.

o iij

7 *Hæc autem dico secundum.* Quod dixi, nisi forte ad tempus, nolite quasi lege vobis imposita, quod impune excedi non possit intelligere: sed id dixi vestræ indulgens infirmitati, & fragilitati.

8 *Volo autem omnes homines.* Hæc sunt hortantis verba. Ad continentiam suo exemplo vellet omnes continentes esse. Qualis autem ipse erat, mox in subiectis ostendit. Sed hoc non est omnibus datum. Alius enim sic, ut sit continentior, & virginitatem tuteur: & alius sic, quia matrimonio, scilicet & nuptiis obstringatur.

De innuptis
& viduis.

Dico autem¹ non nuptis, & viduis:

bonum est illis, si sic permanerint, si

cur & ego. Quod si non se contineant²,

nubant. Melius est enim nubere, quam

vri. His autem³, qui matrimonio iun-

cti sunt, præcipio, non ego, sed Domi-

nus, vxorem à viro non discedere: quod

si discesserit, manere innuptam, aut vi-

ro suo reconciliari. Et vir vxorem non

dimittat. Nam cæteris ego dico⁴, non

Dominus: Si quis frater vxorem habet

infidelem, & hæc consentit habitare cum

illo: non dimittat illam. Et si qua mu-

lier habet virum infidelem, & hic con-

sentit habitare cum illa: non dimittat

virum: sanctificatus est enim vir infide-

lis, per mulierem fidelem: & sanctifica-

ta est mulier infidelis, per virum fide-

lem. Alioquin filij vestri immundi⁵ es-

sunt: nunc autem sancti sunt. Quod si

infidelis discedit⁶, discedat: non enim

seruituti subiectus est frater, aut soror

in huiusmodi. In pace autem vocauit

nos Deus. Vnde enim scis mulier, si vi-

rum

Matth. 5. c
19. b

Marci. 10. b
Luca 16. d

par.
Vocatio.

Nubant,
Contrahant
matrimoniu.

& infra.
Discedere,

Separari:
& infra.

rum saluū facies? Aut vnde scis vir, si mu-
lierem saluam facies? nisi vnicique⁷ si-
cut diuisit dominus. Vnumquenque si-

Sicut, Sic.

Doceo, or-
dino.

cut⁸ vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in
omnibus ecclesiis doceo.

1 *Dico autem non nuptis.* Cœlibibus & incōiugatis bonum est, si permāserint, sicut & ego. Hic locus manifestè ostendit Paulum cœlibem, & inconiugatum fuisse. Ambrosius in hunc locum dicit, Paulum virginem fuisse.

2 *Quod si non se continent.* Hæc dixit, eorum infirmitati indulgens: non præcipit, sed consulit, non solum viris, sed & mulieribus: non his, qui voto adstricti sunt, aut sacerdotio mancipati. Reddant, quæ promiserunt. Possunt id facere, quibus Deus promisit se non defuturum. Non enim finet vos teta-ri supra id quod potestis. infra 10. cap. Si innupti, & agnouerint se non promptiores, ut tota virtute contendant molestiam carnis superare (hos enim qui tota virtute contendunt, solet Deus iuuare) nubant. Melius est enim ut illi, vxorē accipere, aut illi viro nubere, quàm vri, id est, libidinis incendiū molestiamq; corporis non se cōtinentis pati, & illis vinci. Vritur voluntas calori carnis consentiens: desideria carnis pari & ab illis nō vinci, illustri viri est & perfecti. Obserua, cum dixit, Melius est nubere, quàm vri: non dixit, bonum est vri: sed sequutus est vulgatum loquendi modum. Vulgus enim dicere solet, Melius est lucrum, quàm damnum.

3 *His autem qui matrimonio.* Hæc sunt Pauli verba, ait August. de fidelibus & pari matrimonio iunctis. Præcipio, non ego: id est, quæ scribo & lege decerno, non sunt humana, sed planè diuina. Videor enim (ut infra) & ipse spiritus Dei habere. Tū 13. huius. An experimentū quæritis eius, qui in me loquitur, Christus? Ego auctoritate Iesu Christi, lege decerno, nuptias non dissoluedas sicut etiam magister meus Iesus Christus docuit & præscripsit. Matthæi 5. & 19. cap. Dicitū est autem, Quicumq; dimiserit vxorem suā, det ei libellum repudij: ego autem dico vobis, Quia omnis qui dimiserit vxorē suā (excepta fornicationis causa) facit eam mœchari. & qui dimissam duxerit, adulterat. Perdit illa adultera, ius exigendi debitū à viro, & hoc est diuortium quo ad thorū, ut dicunt

Paulus, vir-

gō.

Vri.

Vxorē viuē-
te etiā adul-
tera, nō ple-
nè dissoluitur
matrimoniu.

Theologi. Sed cum ait, *Qui dimissam duxerit, adulterat: ostendit non esse plenum & absolutum diuortium.*

4 *Nam ceteris ego dico, non dominus.* De coniugatis & dispari cultu iunctis, non inuenio legem in Euangeliiis expressam & scriptam, illam verò ego addo non mea, sed Iesu Christi autoritate. Si quis infidelium conuertitur, altero manente in infidelitate, non soluetur matrimonium, dummodo qui remanet infidelis, consentiat, citra Christi contumeliam & si dei iniuriam, si deli cohabitare. Hæc intellige, quòd vtrique, cum in infidelitate perseverent, inissent coniugium: mox alter ad fidem venisset. Nam si prius fuisset aut vir aut vxor fidelis, haudquaquam cum infideli iungi matrimonio licuisset. Obserua, vocabulo fratris, in sacris literis Christianum significari, & sanctificatum, hic vocari purificatum. Tâto honore dignatus est Christus nuptias, vt etiam altero coniugum Christiano, puræ & legitimæ dicantur.

Frater, id est Christianus.

5 *Alioqui sunt immundi.* Id est, non derelinquat fidelis infidelem sibi consentientem.

6 *Quòd si infidelis discedit.* Quòd si infidelis vult alteram partem suæ infidelitatis participem fieri, nolit; cū illa cohabitare: dirimat matrimonium, & ab infideli abscedat. Satus enim est, connubium ipsum dissoluere, quàm pietatem & Dei cultum dimittere. Vocauit enim nos Deus in pacem, nõ in dissensiones & contentiones. Hæc per parenthesis leguntur.

7 *Nisi vnicuique.* Fidelis (ait) mulier nõ dimittat infidelẽ cõsentientẽ secũ habitare: potest enim fieri, vt saluũ faciat virũ: sed id nõ fiet, nisi cũ illo perseuerauerit. Nõ enim cognoscet gratiarũ dona, quæ illi diuisa sunt, neq; vocationẽ seu statum eius, nisi manserit cũ illo. Sensus est, Vnde scis mulier, si virũ saluũ facies, nisi ille ambulet, tam sicut in illis, quæ illi diuisit dominus, quàm sicut vocauit illum dominus? Hunc in modũ perseuerabis, agnosces quàm bene & vtiliter cõsultura sis illi, vnde saluari possit. Quidã sic legit post Theophylactum: *Qui scis, an tu seruatura sis virũ, an tu seruaturus vxorẽ? Quod sequitur, est velut nouũ caput: Nisi vnicuiq; vt diuisit dominus, sic maneat: quasi dicas, Nihil aliud tentetur, aut nouetur ob alterũ infidelẽ tantũ, vt cuiq; sua fors obtigit, ita maneat.*

8 *Vnũquẽque sicut vocauit.* Siue infidelis, siue seruus, siue circumcisus, toleretur ab vxore fideli conuersa: & contrã, si cõsenserit cohabitare. Cõditionem hominis baptismus nõ mutat,

tat, non eximit seruum, non soluit matrimonium, modò citra Christi contumeliam & in pace fiat, quemadmodũ Apostolus in omnibus ecclesiis ordinabat & instituebat. Hic appendix, Et sicut in omnibus ecclesiis doceo: ostendat, quantum valeat cõsuetudo, & doctrina recepta ab ecclesia, ad cõuincendos veritatis & sacre doctrine osiores.

Circumcisus aliquis vocatus est? nõ adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruatio madorũ Dei. Vnusquisq; in qua

Ephes. 4.4

Magis, potius. si potes fieri liber, magis vtere. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter, qui liber vocatus est,

Suprà. 6. d

1. Petri. 1. d

seruus est Christi. Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisq; ergo in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat apud deum. De virginibus autẽ præceptum domini nõ habeo: Cõsilium autẽ do, tanquã misericordiã cõsecutus à domino, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse, propter instatẽ necessitatẽ: quoniã bonum est homini, sic esse. Alligatus es vxori? noli querere solutionẽ.

De virginibus.

Enim, igitur Instantem, presentem.

Solutionẽ, vel, diuortium.

Solutus es ab vxore? noli querere vxorẽ. Si autem acceperis vxorem, nõ peccasti.

Tribulatio nem, vel, afflictionem.

Breue, conuactum, vel breuiatum.

Et si nupserit virgo, nõ peccauit: tribulationẽ tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaq; dico, fratres, tẽpus breue est: reliquum est, vt, & qui habent vxores, tanquam nõ ha-

bentes sint: & qui flent, tãquam non flentes: & qui gaudent, tanquam nõ gaudentes: & qui emunt, tanquam nõ possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.⁸ Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est.⁹ Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatẽ vestram dico: non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi. Si quis autem turpem se videri existimet super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult, faciat, non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginem suã: bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuít: quod si dormierit vir eius, liberata est: cui autem gatur matrimonio. Iudicauit, decreuit. Legi, vel, matrimonio, vult,

Roma. 7. 4

Figura, habitus, vel, status. Sine vxore, vel, caelebs. Cũ vxore, vel, duxit vxorem. Et diuisus est, & mulier innupta, & virgo cogitat, diuisa est mulier et virgo. Innupta curat ea. Ad id, vt id facultatem præbeat sine, & cæt. Decorum est, sequamini & adheratis domino absq; vlla distractione. Turpẽ se videri, & c. in decorũ virgini suæ putat, si prætereat nubendi tempus. Si nubat, sũ

vult, nubat: tantum in domino.¹² Beatior autem erit, si sic permanferit, secundum meum cõsilium. Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.

¹ Circumcisus aliquis. Iudæus factus Christianus, non putet se fortẽ indignum quia præputium non habet, dãs gloriam præputio. Iudæos fuisse constat, quos sectæ pelliculæ puderet, quam Pharmaco reducerent: vt indicat Theophylactus. Aut Gẽtilis factus Christianus, nõ existimet se debere circumcidi: quia audit filios Abrahæ tãti fieri. Neq; enim circumcisio, neq; præputium prodest: sed observatio mädatorum Dei, id est, fides, qua per charitatẽ in mädatis dei operatur. Nihil ergo ad religionẽ cõducit, vel circumcisum, vel præputiatũ esse.

² Libertus domini. Qui fidelis sit, & remissionem peccatorũ accipit, libertus domini efficitur: est à domino manumissus, est libertate Christiana donatus, desit peccati seruus esse, & sit Christi seruus, hoc est, maxime liber. Manẽs tamen in sua seruitute corporea, in qua vocatus ad fidem repertus est.

³ Præceptũ domini. Suis literis rogauerat Paulũ Corinthij, narret si quod esset à Christo præceptum, quõ admandaretur virgines permanere ac persistere, qui voto virginittatis non essent adstricti. Respondet Paulus. De quibus scripsistis mihi & c. De virginibus autem præceptum domini & c. ac si dicit, non habeo præceptũ à domino, quod qui virgines sunt, & nulli voto virginittatis adstricti perseueret, aut nõ perseueret virgines. Nõ enim cõiugij autor re nuptiis aduersam impetare poterat (ait Ambros.) ne factũ suũ pristinũ accusaret.

⁴ Consilium autem do. Ac si diceret. Non præcipio virginibus voto non adstrictis, nubant aut non nubant: tamen iuxta donum & gratiã apostolici muneris mihi misericorditer concessam, vt fideliter consulem & dispensem mysteria mihi credita, consilium do, id est dico quæ mea est de hac re sententia, & quod optimum puto, velut Apostolus.

⁵ Propter instantem. Virginem permanere bonũ est, propter instantem necessitatẽ, quasi diceret, non solũ apud Deũ virginittas cõmendatur, sed & apud vitã præsentem, seu apud tẽpus præfens, dũ necessitates tẽporis nescit, quas patitur cõiugatio, & mœtiores partus, simulq; orbitates filiorum ignorat. Hunc in modũ, statum tẽporis considerauit Ambrosius per

*Necessitas
rei.*

*Virginitas in
vno solo labo-
rat: in cate-
ris libera.*

instantem necessitatē significatum. Oportet enim huiusmo-
di cōsilia pro temporum ratione moderari. Propter instan-
tem necessitatē, ait Theophylactus, id est, propter rei vxor-
iæ difficultates atq; molestias. Vnum est, quod laborat virgi-
nitas, vt affectum carnis vincat, in cæteris omnibus libera.

5 *Et si nupserit virgo.* Virginē hoc loco dicit, nō eā, quæ deo
dicata sit: hæc nanq; si nupserit, delinquit, vt pote, quæ Chri-
sto spōso superinducat adulterū. Hęc Theophylactus Chry-
sostomi abbreviator. Huc pertinet quod 1. Timot. 5. dicitur:

Cūm enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt, ha-
bentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

6 *Ego autem vobis parco.* Vestri misereor, cūm video vos sta-
tum tribulationū elegisse. Vellem lubens, si fieri posset, in has
tribulationes & molestias nō incideretis. Aut parci, cū per-
mittit: & nō cōtradicit volentibus, quod onerosum ostēdit.

7 *Tempus breue.* Dicit vitam hanc breuem, vt doceat volu-
ptatem, quæ tam breuis est, non magnopere appetendam: sed
potius quærendum & concupiscendum æternum castitatis
& virginitatis præmium.

8 *Præterit figura huius mundi.* Figuram mūdi appellat, quòd
mundus hic nihil solidi habeat, sed modò speciem quandam
bonorum ac malorum præ se ferat. Caue affigi huic mundo,
& adhærere labenti & fluxæ rei.

9 *Et diuisus est.* Id est, variis sollicitudinib; distrahitur. Nēpe
parit mulier, habēda est nutrix, nutriēdi sunt liberi, paranda
est annona, regēda est domus, vestiēda est vxor, & huiusmo-
di. Græcis alia est lectio, quā legit Theophylactus hūc in mo-
dū. Diuisa est mulier nupta & virgo, id est, diuerso vitæ stu-
dio sunt, rebus intendunt disparibus, & discrepāt curis. Quòd
fit, vt via sit eligenda, quæ potior sit, & minus laboriosa.

10 *Porro hoc ad vtilitatem.* Quod de virginitate dixi, nolim
id dictum, vt aliquos voto virginitatis non adstrictos cogā,
vel inuito seruare virginitatem. Nullam vobis inconiuga-
tis voto virginitatis non adstrictis, volo cōtinendi necessi-
tatem imponere. Hanc necessitatē Oecumenius laqueū vo-
cat: sed adhortor, supple, vos ad id quod honestum est, id est
sanctū, vt indiuisus domino adhæreatis. Paulus his loqui-
tur (ait Ambrosius) qui mira deuotione obsequi desiderant
cœlestibus præceptis: ostendens & docens quo compendio
citius itur ad Deum. Quia qui propter Deum promerendū,
virgo

virgo manere vult, sciēs quale præmium possit accipere, quia
licito temperat vt melior fiat, simul omnia impedimenta car-
nis spernit, non nescius hæc esse, quæ gressum currentis velut
oneribus compedum detinent.

11 *Et ita oportet fieri.* Dicunt quidam Paulum hic sentire de
parentibus locantibus nuptum filias, citra quorum authori-
tatem, non erat ratus matrimoniū contractus. Si quis autem
turpem se videri existimat (super virgine sua: id est, si quis ha-
bet virginem nubilem, virōque maturam. Quod sit superad-
ulta: id est, si sit (ait Ambrosius) vltra pubertatem. Et sic opor-
tet fieri: id est, illa omnino aspirat ad nuptias, vt timēdum sit
patri, ne furtim indecori aliquid moliat, aut audeat, nisi
matrimonio illi consulatur. Jam non peccat pater, si illā elo-
cet viro. Cæterum qui statuit in corde suo firmus: hoc est, cū
fit firma sententia, siue quæ in animo decreuit seruare vir-
ginitatem, & non habet necessitatem, sed potestatem habet
suz voluntatis, hoc est, liber est, & decreuit in animo serua-
re virginitatem, benefacit, & Deo firmius adglutinatur, &
nil peccat contra honestum.

12 *Tantum in Domino.* Mortuo viro, vxor libertatem habet
nubendi cui volet, tantum in Domino, id est, dummodo id
fiat in nomine Domini, hoc est, quod nubat Christiano, &
non Gentili. Hic est primus in nouo testamēto textus, pro-
hibens iniri coniugia inter cultu dispares.

CŌNCILIATIO.

PUGNANTIAM habent hi loci: Bonum est homini mu-
lierem non tangere. & Genet. 2. Non est bonum, hominem
esse solūm. Respondeo: Illic prospicitur naturæ humanæ cō-
seruandæ & propagandæ, hic verò Paulus spiritalē docet
vitam, quam & purius & facilius viuunt cœlibes coniugatis.

PAVLVS dicens: Si quis frater vxorem habet infidelem,
& hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illā: aduer-
satur factō Esdræ, 1. Esdræ, 2. capi. Nos præuaricati sumus in
Deum nostrum, & duximus vxores alienigenas, &c. Alienigenam
ducit Christianus infidelem habens.

LOCVS hic Pauli totus versatur circa eos, qui ante susce-
ptam fidem, coniugati erant, quorum alter, si sit Christianus,
altero manente infideli, non dissoluitur matrimonium, infide-
li consentiente cohabitationem, citra fidei contumeliam.
Esdras dissoluit à Domino prohibitas illas nuptias. Cōtra-

*Parentum cō-
sensus, cum
nuptui puel-
la traditur.*

*Matrimonii
nō cōtrahen-
dū inter di-
spares cultu.*

Prima.

Secunda.

xerant enim Iudæi cum alienigenis, quod nefas erat & piaculum grande in illa lege. sicut & nunc abominabile est, virum Christianum contrahere matrimonium, cum infideli, Quod indicat Paulus, circa finem huius capituli dicens: Cui autem vult, nubat: tantum in Domino.

NON consentiunt hi loci, In pace autem vocavit nos Deus: & Matth. 10. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium,

Tertio.

Nihil pugnantia est, si diligenter locos observaueris. Pax mundi, est societas carnis, impiorum & veritatis hostium concordia, gaudium temporale, fructus voluptatis, delicia seculi. Quam pacem habuit ille, qui dixit Luc. 12. Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Aut ille purpuratus dives, qui quotidie epulabatur splendide Luc. 16. Hæc pax est momentanea. Hæc amant filij seculi & mundi. Pax autem Christi perpetua & spiritalis est. Pacem meam do vobis (ait author pacis in Ioanne) pacem meam relinquo vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Hæc præliatur & aduersatur mundo. Semper spiritus aduersus carnem, & contra. Ismael aduersus Isaac. Esau, aduersus Iacob. Cain, aduersus Abel. Non est consortium iustitiae cum iniustitia, aut comunicio luci cum tenebris, aut conuentio Christi cum Belial. 2. Corinth. 6. Quod fit, iure optimo dictum esse, non veni mittere pacem, supple illam mundicalem: sed gladium, id est, separationem illam spiritalem, quæ inimicitias habet cum mundo, & pacem cum Deo: in cuius gratiam belligerandum est aduersus omnes, etiam & patrem & matrem, si quid mandatis Dei contrarium iusserint, imò & aduersus animam propriam. Hanc pugnam Christus abudè expressit Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, & uxorem & filios, adhuc autem & animam suam: non potest meus esse discipulus. Hæc pugna cum vitis admittit secum pacem cum Deo.

DICTIO.

Nubere.

NUBERE Græcis est verbum medium, tam viro quam uxori aptum.

Vri.

VRI hoc loco, de libidinis incendio molestiaque corporis, non se continentis intelligitur.

Liberus.

LIBERTVS is est, qui, cum esset seruus, factus est Liber. SINE vxore dicitur cœlebs, inconiugatus.

SVPERADVL

SVPERADVLTVS, Cuius flos iam præterit, & est vitra Subadultus pubertatem.

In ecclis, infirmorum ratio habenda.

CAPVT VIII.



Eius autem, quæ idolis immolatur, scimus quod omnes scientiam habemus. Scientia inflat: charitas verò edificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nõdum cognouit, quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De ecclis autem, quæ Idolis immolatur, scimus quia nihil est Idolum in mundo: & quod nullus est Deus, nisi vnus. Nam ecclis sunt, qui dicantur Dij, siue in caelo, siue in terra (siquidem sunt Dij multi, & Domini multi) nobis tamen vnus Deus, pater: ex quo omnia, & nos in illum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia vsque nõc idoli, quasi idolothyta manducant: & cõscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur.

Idolis immolata.

Scientia. Charitas.

Autem, igitur

Nihil est idolum, nullum est simulacrum.

Vnus Deus.

Vnus Christus.

Autem, verò.

Quasi idolothyta, tanquã simulacris immolati: et infra

Deus autem quæ idolis. Corinthij perfectiores erant nõnnulli, qui planè sentirent, nihil, quod in os ingreditur, hominem coinquinare: & idola è ligno constare vel lapide, illaq; non posse cuiquã nocere. Idolorum tépla & aras indifferèter ingreditur, idolothyta, id est, idolis immolata, cum Sacrificis comedebant, & illis sese ingurgitabant. Erant & infirmi à Pseudoapostolis persuasi, existimantes nefas esse, vesci oblatione idolis facta: qui cum viderent firmiores indiscriminatum illis vesci, scandalizabantur. Succesit Paulus docens, id obesse

utrisque, & perfectioribus (quia dæmonum mensæ participaret) & imperfectioribus, ut qui ad idololatriam inuitaretur. Relictis imperfectioribus, ad perfectiores sermonem dirigit, reprimisque in primis illorum, quam ex humana scientia ceperant, insolentiam.

2. *Scimus, quod omnes scientiam habemus.* De se, sui que similibus loquitur Paulus.

3. *Scientia inflat.* Rerum mundanarum cognitio, tumescendi occasionem præstat. Non vetat Paulus, ne nõ amplectamur scientiam, sed ne desit scientiæ charitas, sine qua, scientiã verè inscitiam dici puto. Lege Augustinum libro aduersus Faustum decimo quinto, cap. octauo.

4. *Si quis autem se existimat.* Si quis sibi videtur aliquid scire, nondum cognouit quicquam: ut intelligamus, hãc esse præcipuam scientiæ partem, nosse rationem sciendi. Oportet scientiam charitati esse coniunctam, quam quisquis habuerit, non tumescet scientia: sed humilitate quadam profitebitur se hoc vnum scire, quod nihil sciat: scientiam omnem Christo adscribens.

5. *Si quis autem diligit Deum.* Qui Deo per charitatem fit notus, a Deo scientiam sumit.

6. *Nihil est idolum.* Qui Deo per charitatem fiunt noti, nouerunt, quia nullam potentiam habet idolum, neque Deus est, sed lapis & Dæmon. Nullus est Deus, nisi vnus. Explicat hoc loco Paulus diuinitatē indiuiduam deitatis.

7. *Nam etsi sunt qui egr.* Multi Dij dicuntur, sed ficti & comætitij verbo tenus & nomine: siue in cœlo, ut sol, & luna, & astra reliqua, quorum diuinitatem commenti sunt Græci, quidam participatione Dij vt sancti.

8. *Ex quo omnia egr nos.* Deus omnia condidit. Nos tamē qui credidimus, per fidem in illum conuersi sumus, & velut in vnum commissi, in ipsum pendemus.

9. *Sed non in omnibus est.* Hæc quæ dixi, non omnes Christiani nouerunt. Quæ sunt? Cum simulachrum nullius momenti sit, neq; vllam ciborum differentiam facit, neque illis vllam, aut sanctitatem, aut immunditiam affert.

10. *Quidam autem cum conscientia.* Docti sciebant idolum nihil esse, vnde idolothyto vescabantur, sed quòd infirmorum putantium idolum aliquid esse, scandalum non vitarent, peccabant.

Esca

Esca autem nos non commēdat Deo.

Abundabimus: neque enim si manducauerimus¹, abundabimus: neque si nõ madycauerimus, deficiemus. Videte autē², ne fortè hæc licētia

Licētia, vestra, offendiculū fiat infirmis. Si quis enim viderit eum, qui habet scientiam, in Idolio, epulo simulachrorum, idolio³ recumbentem: nõne conscientia⁴ eius, cum sit infirma, ædificabitur ad mãm

Cū sit infirmum in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autē peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.

Quapropter, si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

1. *Neque si manducauerimus.* Neque commendabimur manducantes, neque peccabimus abstinentes.

2. *Videte autem.* Non dixit, scientia vestra, sed licētia vestra (ait Theophylactus) hoc est petulantia vestra & tumor infirmos offendat.

3. *In idolio.* Id est, in idolæo (vt legit Ambrosius) Est autem idolæum, penultima producta, locus simulachrorū, aut mensa, in qua carnes sacræ proponebantur.

4. *Conscientia infirma.* Id est, conscientia eius, qui infirmus est. 5. *In tua conscientia.* Quidam legunt, in tua scientia. Verba sunt irascentis, id est, ob hanc scientiam qua tibi persuades, licere idolothytis vesci, nihil veritus fratris infirmi offendiculum.

CONCILIATIO.

PERGNANTIAM inuicē habere videntur, quæ hęc Paulus, duobus locis profert, Scimus quòd omnes scientiã habemus. Et, Sed nõ in omnibus est scientia. Priore loco de se, sui que similibus loquitur, Posteriori verò, de infirmis mētionē facit, qui idolothytha quadã adhuc reuerentia excipiebant.

DICTIO.

IDOLVM penultima producta, est quicquid Deo prætu-

p

Scandala in
cibus.

Roma. 14. c.

Roma. 14. d.

Idolæum.

Idololum.

Idolothytū.

Idol. cum.

Dij.

leris vel æquaueris, vel in quo spem omnem collocaueris.
 IDOLOTHYTVM penultima producta, dicitur immo-
 latum siue sacratum idolo.
 IDOLAEVM penultima producta, locus est simulachrorū:
 aut mensa, in qua carnes sacrae proponebantur.
 DIJ, more scripturæ sæpiusculè sunt hi, qui iudicium dei iu-
 dicat, id est, Rectores, quibus gladius commissus est, hoc est,
 qui sunt iudices, & doctores Dei, quorum officium est, ve-
 ritatem Dei docere, & verbum eis commissum annunciare:
 & hoc vice Dei, qui voluit eos esse iustitiæ ministros, & ve-
 ritatis eius prædicatores: quasi dicat, estis filij Dei, omnes vi-
 dete, vt patrem iustum, & veracem vestro officio referatis.
 De his, lege Exodi 22. Psalm. 81. Ego dixi, Dij estis id est,
 feci vos iudices & doctores vice Dei. Et 1. Reg. 28. San-
 cti vocantur Dij, diuinitatis participes facti per Iesum Chri-
 stum. Sunt & Dij commentitij, quos Ægyptij & Idolola-
 træ colebant.

Prædicanti Christum victus debetur.
 CAPVT IX.

Opus Pauli.



Non sum liber? nõ sum A-
 postolus? Nõne Christū
 Iesum Dominū nostrū vi-
 di? Nõne opus meum vos
 estis in domino? Et si aliis
 non sum apostolus, sed tamē vobis sum.
 Nā signaculū² apostolatus mei vos estis
 in Domino. Mea defensio apud eos, qui
 me interrogant, hæc est: Nūquid non ha-
 bemus potestatem māducandi, & bibendi?
 Nunquid non habemus³ potestatem, mulie-
 rem fororē circuducendi, sicut & cæte-
 ri Apostoli, & fratres domini, & Cephas?
 Aut ego solus, & Barnabas, non habemus
 potestatem, hoc operandi? Quis militat

*Signaculū,
 Sigillum.
 Defensio,
 vel respectio.*

suis

suis stipendiis⁴ vnquam? Quis plantat vi-
 neam, & de fructu eius non edit? Quis
 pascit gregem, & de lacte gregis non mā-
 ducat? Nunquid secundum hominem⁵

*An & lex
 hæc non,
 An non
 lex eadem.*

hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scri-
 ptum est enim in lege Moyfi: Non alli-
 gabis os boui trituranti. Nunquid de bo-
 bus⁶ cura est Deo? An propter nos vtiq;
 hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt:
 quoniam debet in spe⁷, qui arat, arare: &
 qui titurat, in spe fructus percipiendi. Si
 nos vobis spiritalia seminauimus, ma-
 gnum est, si nos carnalia vestra metamus?
 Si alij potestatis vestra⁸ participes sunt:
 quare non potius nos? Sed non vsi su-
 mus hac potestate: sed omnia sustinem⁹,
 ne quod offendiculum demus Euangelio
 Christi. Nescitis, quoniam qui in sacra-
 rio operantur, quæ de sacrario sunt e-
 dunt? Et qui altario deseruiunt, cum alte-
 rio participant? Ista & dominus⁹ ordina-
 uit his qui euangeliū annunciāt, de euāge-
 lio viuere. Ego autē nullo horū vsus sum.

*Deuterono.
 25.4
 1. Timot. 5.*

Rom. 15.

Deute. 18.4

*Prædicato-
 ribus euang.
 ly victus de-
 betur.*

*Ego autē,
 Ego tamen.*

1 Non sum liber. Verba sunt irascentis. Erant, vt videtur, Co-
 rinthi præceptores nonnulli opulenti, qui gloriæ ducerent,
 alios gratis instruere, molirenturq; vt Apostolo ad ignomi-
 niam cederet, quæ sitis ex doctrina cibis. Qua re cognita, ca-
 uebat, ne visum à discipulis sumeret, tamen si id ei esset per-
 missum. Sensus huius orationis hunc in modum redigitur: di-
 ceret aduersarius, Propterea nulla sumis à discipulis alimenta,
 quia tibi, vt agas, hoc non licet. huic respōdēns ait, Quid
 illud? Nõne & Apostoli cæteri victum à discipulis capiūt?
 Etiam, inquit. Quid igitur? nõne & ipse Apostolus sum vsq;

illi sunt? scilicet. Nónne & liber sum? hoc est neminem habens, qui inhibere possit hunc victum. Dicit aduersarius: At in eo te superant ceteri, quia viderunt dñm. Respódet, Nónne Iesum Christum dominum vidi? Vidit Iesum Paulus, vt infra 15, cap. & Act. 26. His non contentus aduersarius dicit, Apostolus es, at nondum tui apostolatus specimen exhibuisti. Respondet, Nónne opus meum vos estis in domino? En vos estis opus meum, non mea quidem virtute, sed in domino, hoc est, domini virtute & potétia id egi. Etsi orbis terrarum non me profiteor præceptorem: vobis tamen nónne apostolus sum? Id tam euidens est, vt negari non possit. Potui ergo à vobis quicquam accipere, quod tamen non feci. Hæc legenda sunt per interrogatióem, quæ tamen vehementius affirmant, vt sit impudens contradicere.

2 *Nam signaculum.* Vos in argumentum mei apostolatus estis. Creditam hæc mihi apostolicam functionem ob signatis & obfirmatis. Ego muneris apostolici opera in vobis ostendo. Si quis me apostolum negauerit, vos mihi estis defensio, ego vos ostento.

Mulieres sequentes apostolos.

3 *Nunquid nõ habemus.* Vt prædicationi intenderent, & vacui curis secularibus essent Apostoli, mulieres locupletiores pedissequas habebant, quæ inferuissent, & ad victum necessaria apostolis suppeditarent. Hic locus argumentum sufficiens esse nequit, dicamus Paulum habuisse vxorem. Solum id docet, se posse habere mulierem ministram, quemadmodum habuerunt fratres domini, id est, cognati Iesu Christi, Ioannes, Iacobus, Iudas & Simon, ex fororibus virginis Mariæ orti, quos constat non habuisse vxores, sed mulieres ministras, vt dixi. Tropo scripturæ, cognati dicuntur fratres.

Cognati.

4 *Suis stipendius.* id est, propriis sumptibus.

5 *Nunquid secundum hominẽ.* Quæ dico, & humano & diuino iure confirmata & iniuncta sunt.

6 *Nunquid de bobus.* Est reuera illi cura, sed non adeo vt illis tulerit legẽ. Sed aliud præten dit Paulus ex hac in bestias indulgentia, vt Iudeos exerce ret assuefaceretque ad magistrorum curam suscipiendã. Qua ex re docemur, quæ de animalibus brutis (ait Theophylactus) in veteri testamẽto narratur, ad hominum conferri doctrinam.

7 *Quomam debet in spe, qui arat.* Aratoribus & triturantibus comparantur Apostoli. Obseruabis interim, in aratione semel dun-

mel duntaxat poni spem, nec fieri mentionem participatiõnis, propterea quod totus prouentus aranti tantum in votis sit. At qui triturat, iam incipit esse particeps spei, fruiturque optatis, laborans interim in aliã spem anni secuturi. Sacra facultas Theologiæ Parisiensis, cuidam asserenti, qui præmij causã certat, non certaturus, nisi sciat dandum præmium, is seipsum præmio frustratur: respondens, hunc locum Pauli est interpretata, cuius verba subscribam: Tametsi principalius (inquit) dei amore, quã præmij, debet homines certare, & bene operari: licitum est tamen eos præmio moueri ad bene operandum, & certadum contra tentationes: & oppositum asserere, erroneu est, & scripturæ aduersatur. Scribit enim Apostolus, debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Probantur etiam à Christo eunuchi Matthæi 19, qui se castrauerunt propter regnum cælorum. Et inclinavit regius propheta Psal. 118, cor suum ad faciendas iustificatiõnes, propter retributionem.

8 *Si alij potestatis vestra.* Si illi pseudapostoli à vobis acciperunt, quibus nõ debebatur, & quos certum est nihil vobis contulisse: quãto magis nos accipere poterimus, si vobis esse vtilis sentiremus.

9 *Ita et dominus ordinauit.* Ordinauit dominus dicens Lu. 10. Dignus est operarius mercede sua. Obserua dictum, de euangelio viuante: non autem, diuitiis affluant, & luxu diffuant. Hi lupos agunt, & tyrannos, de quibus multa dicuntur Hierem. 6. 23. Isa. 56. Ezech. 13. 34. Mich. 3. Malach. 1. & 2. cap. Peccat ergo bonorum ecclesię decoctores, quæ in vsum pauperum distribuenda erant.

Nõ autem. Non autẽ scripsi hæc vt ita fiat in me: *Quãquam.* bonũ est enim mihi magis mori, quã vt gloriam, *Gloriationẽ,* riam meã quis euacuet. Nam etsi euangelio euacuet, *Inanem reddat.* lizauero², nõ est mihi gloria: necessitas enim mihi incũbit: vix enim mihi est, si nõ euangelizauero. Si enim volẽs³ hoc ago, mercedem habeo: si autẽ inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? vt euãgelium prædicãs, siue sum-

Censura facultatis theologiae.

Gratis Paulus euangelizauit, ne one ri esset Christianis.

Credita, Commissa.

Servus Paulus.

ptu ponā⁴ euāgelium, vt non abutar^r potestate mea, in euāgelio. Nam cū liber essem⁶ ex omnibus, omniū me seruum feci, vt plureis lucrifacerem. Et factus sum Iudæis, tanquam Iudæus⁷, vt Iudæos lucrarer: his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, (cū ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant, lucrifacerem: his qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cū sine lege dei nō essem, sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erāt. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Omnia autem facio⁸ propter euāgelium: vt particeps eius efficiar. Nescitis quōd hi⁹ qui in stadio currūt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinēt¹⁰, & illi quidē, vt corruptibilem coronam accipiant: nōs autem, incorruptam. Ego igitur sic curro, nō quasi in incertum: sic pugno, non quasi aērē verberans¹¹: sed castigo corpus meum¹², & in seruitutem redigo: ne, cū aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Premium propositum.

¹ *Bonum est mihi.* Malim mortē obire, & inedia cōfici, quā vt gloriationem meam quis inanem reddat. Ingenti profus debatur gaudio Paulus, quōd gratis euangelizaret.

² *Si enim euāgelium.* Quia prædicatio mihi iniuncta est, & exequi iussa obstringor, prædicanti non est mihi gloriatio vlla,

vlla, hoc est, nihil ago supra debitū: necessitas mihi incūbit, id est, prædicatio mihi demandata est. Hanc functionem nifideliter obiens exequar, pœnas luam, vā mihi erit.

³ *Si enim volens.* Si vltro & iniussus ad administrationem Euāgelij peragerem, mercedem opulentissimā cōsequer. Si autem inuitus, id est, si iussus & ex mandato domini prædico, nihil est vnde gloriar. Quia dispensatio & administratio Euāgelij, credita & cōmissa est mihi. Id solū ago quod iubeor, & debeo facere: nihil ago non debitum, nulla est operis supererogatio: quō fit, vt nulla mihi superfit gloriatio. Imō iā audio Iesu Christi verbum Luc. 17. Nunquid gratiā habet seruo illi, qui fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cū feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis: dicite, serui inutilis sumus: quod debimus facere, fecimus. Obserua, quæ admodum non intulerit, si inuitus, mercedē non habeo, vt ostēdat se prædicandi Euāgelij gratiā habiturum mercedem, tamen si iussus id faciat. Aliās absurdum foret, si Apostoli pro huiusmodi suscepto munere, nihil præmij essent suscepturi. Plus tamē mercedis accepturus est, qui gratis, quā qui dono & mercede condonatus, Euāgelium prædicauerit.

⁴ *Sine sumptu ponam.* Id est, vt gratuitum faciam, & gratis prædicem.

⁵ *Nō abutar potestate mea.* Potestate sua nō abutitur in Euāgelio, dum respuit oblatos sumptus, quos accipere liceret: sed non expedit, vt vis Euāgelij commendetur, & fratrum saluti consulatur.

⁶ *Cū liber essem ex omnibus.* Munera accepta vim quandam obstringendi accipientē habēt. Paulus nulli erat obnoxius, qui nihil acceperat, quom potestatem accipiendi haberet.

⁷ *Tanquam Iudæus.* Paulus Timotheū circumcidit, & Hierosolymis sese purificauit, non factus Iudæus, sed tanquam Iudæus, id est, ostēdit dispensatione quadam, id factum à se, vt alios seruaret, alios in viam reduceret.

⁸ *Omnia facio propter Euāgelium.* Euāgelij appellatione (ait Theophylactus) fideles exprimit, qui salutem sunt per Euāgelium assequuti, quemadmodum & superius dixit, de euāgelio viuere. id est, ex fidelium ope vitam ducere.

⁹ *Nescitis quōd.* Hortatur ad cœlestis vocationis præmium. Ac si diceret, non satis est ad salutem, si fidem exceperitis, & stadium Ecclesiæ ingressi iam sitis, nisi comprehendatis,

hoc est, nisi præmium propositum assequamini.
 10 *Ab omnibus se abstinet.* Omnia se exiit, quæ impedimenta consequendi præmij esse possunt.
 11 *Acrem verberans.* Frustrâ laborans.
 12 *Castigo corpus meum.* Quia corpus violenta quadâ tyrannide, animâ aduersatur, & aliquando in serui morem contumacis lasciuuit: aduersus illud depugno, & mihi subigo, ieiuniis, vigiliis, & huiusmodi.

DICTION.

Signaculû.

SIGNACVLVM, est signum & sigillum, quo certa fides fiat. Quemadmodum vulgatis etiam prouerbiis, quod vehementer certum & indubitatum intelligi volumus, id dicimus ob signatis literis testatum.

Trituro.

TRITVRO, Id est, tero, & ad segetes pertinet.

Brauium.

ALTRIVM, Altare & ara, idem.
 LATINIS dicendum est brauium, non brauium: per b, nõ per u, in secunda syllaba penultima acuta. Et est virga siue sceptrum, vnde, qui regalia sceptrâ gestant, brabeutæ dicti sunt, quod horum partes essent, in certaminibus præmiû addicere, qui vicisset, ne quis inter certantes oriretur tumultus. Sunt qui putant palmeam virgulam tradi solitam victori, victoriæ symbolum, eamque virgam brabeutæ appellari. Est omnino præmium, sed quod omnino datur certantibus.

Stadium.

STADIUM, Curriculum est locus, in quo equi hominesque ad cursum exercentur, & athletæ certant. Est & mensura centum & viginiquinque passuum.

Veteribus omnia in figura contigerunt.

CAPVT X.

Num. 9. d
Exod. 11. d
Exod. 14. e
Exod. 16. d



Olo enim vos ignorare¹, fratres, quoniã patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in moyse² baptizati sunt in nube & in mari: & omnes eandem escã³ spirituale manducauerunt, & omnes eundẽ potũ spirituale biberunt (bibeat autem de spiritali, consequente eos⁴, petra (petra autem

Petra.
Exod. 17. d
Num. 20. b

Cõsequete eos. quã illos comitabatur.

tem erat Christus). Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupiscent. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quæadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt⁵ & ceciderunt vna die viginti millia. Neque tentemus Christum⁷, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore⁸. Hæc autem omnia in figura contingebat illis: scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines⁹ seculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat¹⁰ stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana¹¹. Fidelis autem Deus est¹², qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione¹³ prouentum, vt possitis sustinere.

Cõcupiscẽtia Num. 26. g
Idololatræ. Exod. 32. b

Tẽtare deũ. Num. 21. b

Murmurare Num. 14. f
Iud. 8. c

Tentatio.

Fines seculorũ, terminatum.
In quos, nos scilicet.
Apprehendat, apprehendit.

1 *Nolo vos ignorare, fratres.* Admonet Corinthios Paulus, exemplo Iudæorum, ne efferantur, quod baptizati & in ecclesiam admissi sunt. Quoniam hæc dona nihil illis profutura sunt, sicut nec multis Iudæis beneficia illa accepta de liberatione ab Ægypto, nube, aqua petræ & huiusmodi, nisi se diuina gratia dignos exhibeant.
 2 *Omnes in moyse baptizati.* Baptizati sunt in moyse, quia illo duce & præuio vsi sunt, ad figuram baptismatis. Nam cum

Patres in moyse baptizati.

priorem Moysen ingredientem mare spectarent, se inter fluxus commiserunt, & excussa Pharaonis seruitute, transgresso mari rubro, quodam modo in mari & nube baptizati sunt. Huius rei olim gestæ figura, in nobis contigit. Nam Christo duce prius mortem obeunte, & paulò post resurgente, eius mortem tunc planè præferimus, cum baptismi aquis immergimur, tunc demum resurrectionem significamus, quum ex aquis educimur, excussa veri Pharaonis, id est, diaboli seruitute. Aut in Moysæ baptizati sunt, quia Moysæ populum admonente, agnoscerent immensa Dei beneficia, nubè protectricem, mare diuisum à dextris & sinistris pro muro habitum, Pharaonem aquis extinctum, statim credentes Deo seruatori, abluti sunt à diffidentia diuinæ protectionis. Exodi 14. Cecineruntque domino canticum hoc: Cântemus domino, gloriosè enim magnificatus est, &c. Abrenunciantes idolo Ægyptiorum & pompis eius. Exodi 15. Moyses Christi typum gerebat, & figuris res adûbrabatur euangelica. Quòd in nube addidit Paulus, similitudinariè dixit. Nam quòd illis nubes protegens, conducens, ac refrigerans contulit, id abundantius Spiritus sanctus nube designatus confert. Nôpe nostrarum actionum dux & protector, concupiscentiarumque moderator & extinctor est.

Spiritalis
escæ.

3 Eandem escam spiri. Quemadmodum manna nõ opera humana, sed cœlitis & ministerio angelorum demissum (ob id spiritalem escam appellat) qua draginta annis Iudæi in deserto comederunt: ita nos baptizati, corpus dominicū manducamus. Et quemadmodum nos domini sanguinem, percussio Iesu Christi latere effusum, bibimus, & eo sitim omnè extinguimus: ita illi porum, quæ miraculosè petra fudit, biberunt. Aut eandem escam dixit, quòd nobis non sit alia salus proposita, quàm ipsi.

Petra Christi,

4 Consequente eos petra. Sequente tanquam itineris perpetua comite: reuera nõ erat petra, vnde aqua manauit eos comitans, sed spiritalis, id est, Christus, qui dicitur sequens: quia erat futurus in carne, aut quia perpetuò eos comitatus est secundum diuinitatem. Petra erat Christus, id est, Christum significabat postea nasciturum: de cuius percussio latere exiit sanguis & aqua.

5 Sed non in pluribus beneplacitum. Omnes affecti sunt huiusmodi beneficiis à domino, sed se tâta gratia indignos exhibuerunt,

buerunt, vt præter duos tantum Iosue & Caleph, in terram promissionis non peruenerint, sed in deserto prostrati sint, ac mortui.

6 Hæc autem in figura. Iudæorum facta, nostri figuram expresserunt, vt scilicet à vititiis illorum abstineamus, alioqui in deserto perpetuè vastitudinis perituri, neque verâ promissionis terram ingressuri, vt quæ donorum magnitudine illos excedimus, sic pœnis maioribus afficiemur, si Deum, delinquendo, offendimus: cum dicit malorū concupiscentes, omne genus malignitatis expressit: à concupiscentia enim, vititū quoduis emanat. Tertullianus lib. 5. aduersus Marcionem legit, Hæc enim exempla nobis sunt facta

Diffidentia
de Deo.

7 Neque tenuemus Christum. Diffidentia de misericordia domini illos arguit. Qui enim experimentū de virtute & potentia alicuius cupit, se de illo diffidere ostendit. Dicebāt enim, Nunquid poterit parare mēsam in deserto? Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? & huiusmodi.

Extermina-
tor.

8 Ab exterminatore. Id est, ab exitiali quadam potestate, & vltice potentia Dei, qualis qualis illa fuerit.

9 In quos, fines seculorum. In quos, id est, in nos, in quorū gratiam scripta sunt omnia, tota tēporum perfectio decurrit. Hoc est, omnes scripturæ indices fuerunt temporis Messia in quo sumus, quod est omnium præcedētium seculorum vsq; ad Christum, finis. Cum mūdi huius secula nastra esse finem dicit, ostendit Dei iudicium pro foribus adesse. Studcat igitur vnusquisq; nostrū bonis operibus. Cum finis seculi, aut vitæ cuiusque nostrū & modicum tempus superest ad bene agendum, alioqui sunt nobis horribiliora quædam supplicia expectanda, quò maioribus sumus donati beneficiis. Finem, seu vltimum seculū, intelligit totū illud tēpus, quod intercedit inter Christum natū, & vltimam illā iudicij diem.

10 Itaque qui se existimat. Per apostrophen ad quosdā scios Corinthi existentes sermonem dirigit, qui præsumentes de scientia, qua licitum est omnia edere, infirmis fratribus scandalo erant, ait Ambrosius.

11 Nisi humana. Id est, facilis & mediocris.

12 Fidelis autem Deus. Hos consolatur suadens, oculos ad Deum intendant, vt qui stet promissis. Venite, qui laboratis: & ego reficiam vos, ait ille.

Matth. 11. d

13 Faciet cū tentatione. Prouentum hîc dicit exitū suæ euen-

Prouentus.

tum, id est, is qui finit vos incidere in tentationem: idem faciet, ut tentatio bene eueniat. siue si tētatō ingruerit: faciet, ut statim ea euolet, ut ferre possitis, id est, ut leuior vobis videatur tentatio, & toleratu facilior. Adiuuabit ut possitis ferre tentationem & illam vincere, ita ut oneri superflitis, & superetis, faciet cum tentatione, id est, tempore tentationis, siue insurgente tentatione. Aut dici potest, faciet prouentū, id est, euicta tentatione, erit vobis locupletior fructus.

Idololatria fugienda.

Calix.

Panis.

Propter quod, Charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Ut prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis¹, cui benedicimus: nōne communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus², nōne participatio corporis Domini est? Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus. Omnes quidem de vno pane, & de vno calice participamus. Videte Israël, sectidum carnem: Nōne qui edunt hostias, participes sunt altaris³? Quid ergo? dico quod idōlis immolatum sit aliquid? aut quod idōlum sit aliquid? Sed quod quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant,

Socij dæmoniorum.

& non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicē domini bibere, & calicem dæmoniorū: non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An æmulamur⁴ dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent⁵, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificāt. Nemo quod suū est⁶, quærat, sed quod alterius. Omne quod in macello⁷

Sapien. 6. c Eccle. 37. d

De abis.

Calix, pocu- lū, & infra.

Panis, quē corpus Christi, quod sub speciebus panis sumimus.

Participatio, communicatio.

Participes sunt, consentiunt in sacrificia.

Æmulamur prouocamus.

Expediunt, conducunt.

venit,

venit, manducate: nihil interrogātes, propter conscientiam. Domini enim est terra¹⁰, & plenitudo eius. Si quis vocat vos

Psal. 25.

infidelium ad cœnam, & vultis ire: omne quod vobis apponitur, manducate: nihil interrogantes, propter conscientiam. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idōlis: nolite manducare, propter illum qui indicauit, & propter conscientia: conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Ut quid enim libertas¹¹ mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia¹² participo, quid blasphemor pro eo, quod gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia

Iudicatur, condēnatur. Blasphemor, maledicor.

Sine offensione esto- te, tales esto- te, vt nullum præbeat is offendiculum

in gloriam Dei facite. Sine offensione esto- te Iudæis, & Gētibus, & ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia, omnibus placeo: non quæres, quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant.

Coloss. 3. c

Offendiculum.

¹ Calix benedictionis. Ac si dicat, Sanguis iste, qui calice (dum sacra fiunt) continetur: ille est, qui è latere Christi profluxit. Hunc sanguinē cum sumimus, cum Christo communicamus, & cum illo commercium nobis esse declaramus, seu Christo coniungimur. Nōne igitur vos pudet, Corinthij, idolæis accumbere, & idolothyris vos ingurgitare, ab hac, tam sancta communione declinantes? Cū dicitur communicatio, summa exprimitur coniunctio. Obserua. Non dicit, significat communicationem, sed est communicatio, quia verus Iesu Christi sanguis cōmunicatur. Calix benedictionis, id est, gratiarum actionis, qui offertur pro gratiarū actione Deo, cui benedicunt, tum sacerdotes consecrando seu consecratione, tum omnes hunc cum laude & gratiarum actione sumentes.

Communicatio.

² Panis, quem frangimus. Corpus Christi, quod sub specie pa-

nis sumimus, nōne ostendit nos participationem, cum corpore Christi habere? Ioannis 6. Qui manducat carnē meam, & bibit sanguinem meum: in me manet, & ego in eo. Nō ait Paulus, significat, sed est, Esus enim substantiæ panis, non est cōmunicatio corporis Christi, sed esus corporis Christi sub specie panis, reuera cōmunicatio est corporis Christi. Quia mēse eius participes sumus, de vno calice bibimus, & de vno pane sumimus: vnus panis & vnum corpus in eo sumus mysticum: ac per illius sumptionem, Christi corpori incorporamur. Cū dicit, vnus panis, vnitatem Fidelium declarat, vt non multa sint corpora nostra, sed vnum. Nam quemadmodum panis vnus ē pluribus granis conficitur, sic & nos plures cū sumus, vnū efficitur corpus Christi, viua fide, Christo capiti adherentes.

9 *Videte Israël secundum carnem.* Ad differentiam adiecit secundum carnem, vt ostenderet alium esse Israëlem secundum spiritum.

4 *Participes sunt altaris.* Id est, consentiunt sacrificiis, aut hæc de se opinionem infirmis generant.

5 *Quid ergo dico quodd.* Quasi diceret, nequaquam loquor, quōd idōlum sit aliquid, cū id dictu per se sit absurdū. Sed dico, supple, quōd quæ Gentes immolant: dæmoniis, & non Deo immolant.

6 *An emulamur.* Id est, an prouocamus, tentamus, & irritamus deū? Vt dicatur de vobis, ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus. Tam stupido estis animo, vt ad aduersarios illius descueritis, qui vim vlciscendi habet. Frustra illum irritatis, qui fortior vobis est.

7 *Omnia mihi licent.* Omnia quæ à lege non prohibentur, licent, quia per se non habent peccatum: sed non semper expediunt, quia occasionem nonnunquam generant delinquēdi. Et si in se idolothyrum manducare, non est illicitum, est tamen malum edere, vt facitis, cum fratris offendiculo.

8 *Nemo, quod suum est, querat.* Non tam ius nostrum, & res nostras tueri oportet, quàm infirmitati alterius consulere. Charitas non æmulatur, non quærit quæ sua sunt: infra. 13.

9 *Omne quod in macello.* Omne quod venditur in macello, e-me & manduca: noli interrogare, ne cōscientiam tuā lædas, forsitan enim interrogādo, certior fieres idolothyrum esse, quod venditur: vnde possit cōscientia tua offendi. Hoc lo

co & sequente, ostendit Paulus se idolothyrum non inhibere, nisi quatenus suspicionem affert venerati idōli, quādo nō interdicat comedere, si extra idōlæum & sine cōscientia idōli, apponitur. Culpandus ergo non est, qui citra scandalum cum gratiarum actione carnem immolatitiam, nō vt immolatitiam, sed vt carnem, & cibum edit.

10 *Domini enim est terra.* Si Domini sunt, munda sunt omnia simpliciter ventibus.

11 *Vt quid enim libertas mea.* Libertatem appellat, quod attentione, studio & impedimento vacat. Liberum est mihi, omni cibo vesci. Et per Christum libertatem habeo vescendi idolothyto, sed sine fratris & proximi offendiculo, ob conscientiam enim fratris læsam, mea libertas vitio mihi verteretur, & condemnabilis fieret.

12 *Si ego cingitur.* Si ego escarum omnium participes sum, siue quolibet cibo vesci possum, idque, nō per idōlum, sed beneficio munificentiaq. Dei, quid blasphemor: id est, quid est, cur malè audiam pro eo, pro quo ego gratias ago, vescendo rebus creatis à Deo? Si quis Christianus cibo (quē inter conuiuas infirmus iudicasset idolothyrum esse) vesceretur, ignominia & simulationis à Gentili accusabatur, siue malè apud gentilem audiebat.

DICTIO.

VULGARITROPO Scripturæ, fermè omnes Prophetæ appellant Christum Petram, Lapidem: vt Psalm. 117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c. Esa. 8. Et erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & petra scādali, duabus domibus Israël, Esaie 28. Ecce ego mittā in fundamentis Sion, lapidem probatum, angularē, preciosum, &c. Sunt & similes loci passim in nouo testamēto. Accipitur aliquando Petra, pro robore, & firmitate, Psalm. 39. Eduxit de la cu miseria, & luto fecis: & statuit supra Petram pedes meos.

HUMANVM, vbiq. Paulus tenue quippiā, & exile appellat.

PROVENTVS, hic pro euentu & exitu ponitur.

VÆNIT, id est, venditur: à verbo Væneo, neutropassiuo.

MACELLVM, locus, quo vænalia omnia quæ ad viciū humanum pertinent, venduntur, contrahunturque. Sed Laniena carniū est locus, à lanione.

BLASPHEMOR, penultima longa, id est, malè audio, malè de me loquuntur homines.

Libertas.

Petra.

Humanum.

Væneo.

Macellum.

Laniena.

Blasphemor.

MVRMVRARE, ait Ambrosius, est falso adinuicem de Præpositis & rectoribus queri.

Caput mulieris, vir: item cœna Domini quomodo celebranda.

CAPVT XI.



Mitatores mei estote¹, sicut & ego Christi. Laudo autē vos, fratres, quod per omnia, mei memores² estis: & sicut tradidi vobis³

præcepta mea tenetis. Volo autē vos scire⁴, quod omnis viri caput⁵, Christus est: caput autē mulieris, vir: caput verò Christi, Deus. Omnis vir orans⁶, aut prophêtans velato capite, deturpat caput suum⁷. Omnis autem mulier orans⁸, aut prophêtans, non velato capite, deturpat caput suum: vnum enim est, ac si decaluetur. Nam etsi non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tōderi, aut decaluari, velet caput suum. Vir quidem nō debet velare caput suum, quoniam imago⁹ & gloria Dei est: mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierē: sed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamen habere supra caput suum, & propter Angelos. Veruntamen neque vir¹⁰ sine muliere, neque mulier sine viro in Domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo. Vos ipsi iudicate:

Caput viri.
Ephes. 5. e

Vir quare
non velat
caput.
Gene. 2. d

Deturpat,
probo afficit,
dehonestat,
& infid.

Decaluetur,
Rasa est.

Verūtamen,
Alioquin.

iudicate: decet mulierē nō velatam orare Deū? Nec ipsa Natura¹¹ docet vos, quod vir quidem¹² si comam nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine dati sunt. Si quis autem videtur¹³ contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei¹⁴.

¹ Imitatores mei estote. Se paulus proponit exemplar, quod non vult imitabile videri cuiquam, nisi respondeat ad archetypum Christi.

² Per omnia mei memores. Preparat illos laude adsequētē admonitionē, quasi diceret, Sicut in ceteris tenetis mea præcepta, ita in hoc quoque sequamini. Grauiora delicta castigauerat, vt de idolothytis. nūc leuia, & minora corrigit. Quæ erāt illa, si quæras (ait Theophylactus) quod detecta, & reuelata facie mulieres orabant, & vaticinabantur. Viri autē capillū, & comā, seu barbā promittebant, protendebantque, id est, crescere sinebāt, vt qui Philosophiæ studerēt: quod sanē Græcæ erat legis, vel institutio, vel eius Gētis mos patrius, & prisca cōsuetudo. Hos antea castigauerat, quorū aliqui morē gesserūt, & hos laudat: aliqui in pertinacia perstiterūt, quos castigat mitioribus verbis. Solet enim mitioribus verbis lenire, quos à vitiis sperat ad bonum traducere. Beatus Ambrosius putat hoc, Laudo vos, ironicè dictum. Non enim cōfirmat, sed succenfet eis, quia cū esset Apostolus eorum, immemores erant traditionum eius.

³ Et sicut tradidi vobis. Ex his constat, cum Paulum (ait Theophylactus) tum Apostolos reliquos, haudquaquā omnia literis mandasse præcepta, quæ populis tradidissent.

⁴ Volo autem vos scire. Hæc sunt Pauli instituta, quæ vult Corinthios & cognoscere, & obseruare. Nondū interdictū erat mulieribus publicè cū orare, tum prædicare & vaticinari: vt argumento sunt, multarū illius temporis acta. De capitis orā tum velamine, instituta tradit: Virum apertō capite: Mulierem autem operto, orare iubet. Ex his conicere licet, Corinthi plurimū immodestia fuisse. Erant nimirum, sicut hodie quoque fieri videas, qui non secus in ædem sacram venie-

Ecclesia Dei
non cōtentio-

bât, quàm solét in theatrú vaníssimi homines prodire spectatum. Nam viri galeros ornamenta, nescio quas muliebres nugas, capiti imponentes, omnium in se conuertebant oculos. Mulieres vero, & maritatae, & virgines, apertis ingredienti capitebus, simul & pudorem posuisse, & libidini, malisque cupiditatibus, ceu fomenta subministrare videbantur. Quasi verò ædes sacra nundinationis puellaris, & procorum magis theatrum, quàm domus modestiæ & orationis sit. In hos ergo grauius Paulus inuehitur. Vide libros Tertuliani aduersus hanc vanitatem conscriptos: alterum quidem inscriptum, De velandis virginibus: alterum, De habitu muliebri. Cypria. Christi martyr scripsit tractatum de habitu virginum.

5 *Omnis viri caput Christus.* Deus caput Christi est: quia dignum est, vt filij caput, pater dicatur. Christus enim dei est filius. Vir caput est mulieris, quia in eâ habet imperium: est enim de viro, id est ex eius costa, Dei virtute formata. Christus autem caput est viri, id est, dominus. Aut, *Omnis viri caput Christus:* id est, omnis fidelis & Christiani caput, est Christus. Sumus namque fideles ipsi, Christi corpus non gentiles, quorum non est caput Christus, quia non sunt eius membra. Aut, *Viri caput Christus,* quia vir soli Christo subiectus: *Mulier autem & Christo & viro subiecta esse debet.* Obserua hæc dictio, *Caput,* diuersam habet intelligentiam, quia & personæ discrepant, & substantiæ.

6 *Omnis vir orans.* Non prohibet Paulus assidue virum velare caput, sed solum dum publice aut orat, aut prophetat. Existimo ante hæc Pauli scripta, publicum illum orandi modum, qui, alternis choris respondentibus, fit in Ecclesia, non fuisse introductum: sed vnus aut orabat, aut vaticinabatur, cæteris tacentibus. Quod subindicat verbum singularis numeri, quo vitur Paulus, dicens: *Omnis vir orans.* Ab hoc ritu hætenus non recessit Ecclesia, quæ curat Sacrificum vnus orare, & pro omnibus altari assidere, aperto capite: alij lege re epistolam, alium prophetiam aut Euangelium, cæteris tacentibus & audientibus, dum vnus illorum in sacris pronunciat verbum Dei. Qui cum aliis cantans psalmos, & huiusmodi pronuncians, non publica, sed priuata & singulari oratione vitur, nõ personam Ecclesiæ agit. Quare is velato capite psallans & orans, Paulum non offendit.

7 *Deturpat caput suum.* Dehonestat Christum caput suum

Caput.

Vir orans.

Velamen caputis.

mysticum. Aut quia velamen illud, signum est cuiusdam seruitutis. Vir autem nulli, præterquam Christo, est subditus, cum sit princeps, & liber natus. Non igitur vir publice orans imponat velamen, id est, iugum capiti. Si quis perierit, Cur Paulus velamen viri crimini adscribit? Quia signa data sunt viro, & mulieri: alteri quidem dominatus, qui nullo velamine operiatur: alteri, id est, mulieri, seruitus, quæ aperto capite esse debet. Qui hæc transgrediuntur, naturæ terminos excedunt. Hoc est, quod Paulus dicit, *Nec Natura ipsa docet vos.*

8 *Omnis autem mulier orans.* Erant fœminæ, quæ prophetadi donum haberent, quales Philippi Euangelistæ filiæ extitere, Act. 21. & aliæ pleræque: has non solum vaticinij, & orationis tempore, sed operatas semper esse deposcit. Vnum enim est, ac si decaluetur, id est, vnum est, & idem: hoc est, nihil omnino refert si decaluetur, aut tondeatur, & derasa sit.

9 *Quoniam imago.* Id est, ratione sui principatus, Deo, & nulli creaturæ subditus est. Oportet enim principem in conspectu sui imperatoris, cum Magistratus insignibus apparere: id est, capite libero & expedito. Mulier autem est gloria viri, id est, sub viri potestate & principatu: ideo debet mulier velamen gestare, tanquam insigne seruitutis, vt demittens oculos, agnoscat se & Christo & viro subditam: etsi nulla alia ratione, tamen Angelorum (quos obedientiæ suæ aut inobedientiæ testes habet) ducta ne in conspectu illorum impudens appareat. Mulier enim aperta, est quædam impudens, & lasciuia caro. Melior est (ait Sapiens) iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. Aut velare debet caput: quoniam velut profugum eius caput & fugitiuum esse debet, quod credita sibi à Deo potestate descuerit: & præuaricatio ab illa inchoata est. Aut, Propter Angelos: id est, episcopos, ait Ambrosius: sicut docetur in Apocalypsi Ioannis, ad quos scribit Ioannes.

10 *Veruntamen neque.* Reuera discrimen est inter virum & mulierem quo ad ornatum capitis: sed in his, quæ ad salutem spectant, pares sunt vir & mulier. Aliter: In prima rerum creatione, fœmina ex viro: nunc autem Deo sic ordinatæ, neque fœmina sine viro, neque vir sine fœmina est. Omnia autem hæc ex Deo, communi omnium principio.

11 *Nec ipsa natura docet vos.* Excedit naturæ terminos, quod mulieres prophetantes, sint aperto capite. Dicit aliquis: Si

Fœmina prophetasse.

Quid est mulier aperta. Ecclesiast.

42.c.

Angeli episcopi.

hoc natura est, quare non ab omnibus gentibus custoditur? Quia illi à natura deciderunt, sicut ex multis aliis comprobatur, imò sine lege viuunt: apud quos, si Paulus de his loqueretur, aliis vteretur rationibus.

12 *Quod vir quidem si comam.* Obicit aliquis de Nazareis comam nutrientibus. Respondeo, id ex Dei dispensatione religiofissimè faciebant.

13 *Si quis autem videtur.* Occupatio est. Quæret aliquis, quales sunt hæ rationes Pauli de aperiendo viris capite, & velando mulieribus: vbi hæ scripta reperit, quis illum ista docuit? Respondet Paulus, autoritate consuetudinis ecclesiæ, cum in veterum nouo testamento. Vide & obserua, quàm magnam ecclesiasticæ consuetudini autoritatem affert, ad confirmanda quæ vel sacris Bibliis non sunt expressa. Suis syllogismis, & rationibus sophisticis, multa contentiofè refellebant à Paulo dicta Corinthij: sed ait Paulus, Consuetudine nullam eiusmodi habemus, vel contendendi, vel virilem enutriendi comam.

14 *Neque ecclesia Dei.* Id est, neque cæteri fideles ipsi: quasi dicat, quom nobis obsistitis, vos ecclesiæ Dei etiam resistitis.

Hoc autem præcipio¹: non laudans, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem, conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos: & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse²: vt, & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis³ in vnum, iam nõ est dominicam cœnam māducare. Vnusquisque enim⁴ suam cœnam præsumit ad māducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos⁵ non habetis ad manducandum & bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habēt? Quid dicam vobis⁶? Laudo vos? in hoc non laudo.

Consuetudo ecclesiæ plurimū auctoritatis habet.

De cœna Domini.

Hæreses, Sæctas. Iam nõ est, Non licet. præsumit, Occupat, anticipat.

1 Non

1 *Non autem præcipio.* Præcipio quidem hoc scilicet: Virum aperto capite & mulierè velato capite orare: non tamè probo, quòd conuentione vestra, seu dum conuenitis, deteriores euaditis: hoc est, non conueniendi, sed concertandi gratià conuenitis. Ad huius loci & sequentium explanationem, necesse est cõsuetudinem Corinthiorum agnoscere ex probatis authoribus. Erat vetus ecclesiæ mos, Corinthiis acceptissimus, qui (vt apud Chrysofomum, & alios vetustæ historiæ studiosissimos legimus) communis faciebant mēsa, statutis diebus & festis in ecclesia, vt decebat, & collectione perfecta inibi, post mysteriorum, scilicet corporis & sanguinis Domini communicationem, ad commune epulum omnes, tum diuites, tum quibus res domi angusta erat, conueniebant, cibus & omni impensa per sumptuosos & diuites in ecclesia oblati: pauperes, & qui nihil habebant, à diuitibus vocabantur, & communiter omnes discumbebant, in hymnis, gratiarum quæ actionibus conuiuia illa transigentes, quæ à comuni inuicem charitate: Charitates, Charistias quæ vocabāt. Augustinus existimat, hos ante receptā sacram Eucharistiā, mensis soltos accumbere: Christum imitatos, qui agnū paschalem primùm discipulis dedit, deinde suum corpus & sanguinem. Siue antè, siue post discumberent, procedente tempore, huiusmodi aboleuit cõsuetudo. Atque ortis dissentionibus, ritus ille mirabilis, qui mutua charitate, & Christiana philosophia non modica cõstaret, sublatus est, nec vltra Corinthiis seruabatur. Ex hac diuisione contigit, vt alij his, alij illis sese adingerent, dicētes, Ego sum Apollo, Ego Cephæ, & huiusmodi. & particularia fierent conuiuia, in quibus sese ingurgitarent. Et ab iis arcerentur, quibus arctior res familiaris erat: quietiam priuatim, & non in communi mēsa, prout variæ erant sæctæ, Christi corpus & sanguinem sumebant. Hæc sunt, quæ Paulus arguit, cum ait: Non laudans, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Et sequitur: Conuenientibus vobis, audio scissuras, &c. Obiter adnotandum duxi, quòd Pontius Paulinus in libello de Gazophylacio docet, Mensam in ecclesia poni solitam, pro pauperibus cibo reficiendis, quam etiam Domini Mensam vocat, & à domino positam, adhortans ditiores, vt egentibus de suo libenter impertiant.

Communes mensæ olim ex consuetudine.

Hæreses.

q iij

2 *Oportet hæreses esse.* Hæreses hîc dicit, non opinionum &

dogmatum, sed animorum diffidia. Cum iam particularia conuiuia, neglectis pauperibus, celebrari videat, & alios his, alios vero illis adiungi: oportet diffidia esse, ut qui pbi sunt, manifeftentur. Probos, & probatos dicit, qui cœcenandi seruaent consuetudinem. Aut pauperes, qui equo animo tolerarent se à diuitibus & contemptos, & à conuiujs expulsos, quô prius non esset eorum cognita tolerantia. Particula, ut, non causam, sed rei euentum dicit. Simile est, quod dixit Christus, Necesse est, ut veniant scandala. Sed non arbitrij libertatem (ait Chrysoft. in hunc locum) his verbis tollit, neque necessitatem aliquam, & violentiam vitæ imponit: sed quod ob prauam hominum mêtrem futurum erat, prædixit: ob eorum, qui curari non poterant, volûtatem. Non enim quod hæc prædixerit, idcirco hæc facta sunt, sed cum proculdubio futura essent, ideo prædixit. Hæc ille.

Math. 18.4

3 *Conuenientibus vobis.* Relegat eos Paulus ad illam noctem, in qua admiranda mysteria Christus tradidit. Dominica illa cœna communiter omnes habuit inclusos: Magister cum discipulis accubuit, imò ne proditor quidem eiectus est, sed ciborum factus est particeps, & mysteriorum socius. Qui ergo mensas particulares celebratis, non Dominicam cœnam manducatis, nõ ritû illius sanctissimæ cœnæ obseruatis. Dominica enim cœna, id est, domini, debet esse cõmunis. Quæ enim Domini sunt, non huius sunt serui, nõ alterius, sed omnibus communia seorsum vescimini, qui in vnum conuenire debetis mutua charitate, Dominicam cœnam indiscriminatim manducantes.

Dominica
cœnæ.

4 *Vnusquisque enim.* Hos placidè & gulæ & temeritatis accusat, dum ventri viuunt, & inebriantur. Pauper famæ conficitur, tu lautius viuus: inops sitibundus perit, tu verò oppletus vino, mades totus. Vnusquisque præsumit: id est, antè sumit, anticipat, & occupat suam cœnam, non expectatis pauperibus, priuatam & propriam, non communem faciens cœnam, contra Dominicæ cœnæ imitationem, & obseruatam ecclesiæ consuetudinem.

5 *Nunquid domos.* Occupatio est: dices, Non licuit per famem nimis vrgètem expectare communè cœnã. Respondet Paulus: Est tibi domus, in qua famem illam extinguis, priuatim vescaris. Non debes ecclesia tâquam domo priuata & singulari vti. Ecclesia enim facta est, non ut diuisi simus, quum conuenire

uenire oporteat: sed ut diuisi coniungamur: & non confundamus, siue pudefaciamus pauperes, qui nobiscum communem habent dominum.

6 *Quid dicam vobis.* Diciturus est se non laudaturum Corinthios, comessationes & conuiuia huiusmodi faciètes: in cæteris autem laudabit. Alij sic. Quid dicam vobis? Laudo vos? pro, Laudabo vos: imò non laudo vos in hoc. Non solum non laudabo, sed nec laudo.

Ego enim accepi¹ à domino, quod & tradidi vobis: quoniam dominus² Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem³: & gratias agens, fregit, & dixit, Accipite, & māducate⁴: hoc est corpus meum⁵, quod

Math. 26. c
Marc. 14. c
Luc. 22. bTradetur,
frangitur.

pro vobis tradetur⁶: hoc facite⁷ in meam commemorationem⁸. Similiter & calicem⁹ postquam cœnauit¹⁰, dicens: Hic calix¹¹, nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite¹², quotiescunque biberitis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem

Calicem, de hunc, & calicem bibetis, mortem domini paculo hoc. annunciate¹³, donec veniat. Itaque quotiescunque¹⁴ manducauerit panem huc, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis¹⁵ & sanguinis domini.

Ioan. 6. f

1 *Ego enim accepi à domino.* Particula Enim, rationem quandam subindicat, cur peccarent priuatim cœnantes. Atq; hæc non idoneam esse præparationem, ad sacratissimam Eucharistiam sumendam. Cuius ritum & vsum, ante hanc scriptam epistolam, Corinthiis tradiderat: iuxta non humanam, sed diuinam, quam à domino acceperat, traditionem.

2 *Quoniam dominus Iesus.* Meminit illius vltimæ noctis, qua dominus sacram instituit mensam, ut nos compungat. Quæ admodum enim illorum maximè meminimus verborum, quæ à morientibus vltimo loco audiuiimus, & ad hæredes, si eorû

mandata auderent contemnere, exhortantes dicimus: Intellexistis, quod hanc vltimam cenam dimisit nobis pater, & quo tempore expirabat, hæc præcepit: sic Paulus, Recordamini (inquit) o Corinthij, hoc vltimum nobis mysteriũ præbuisse. & ipsa nocte, qua erat pro nobis moriturus, hæc præcepit, & post eam traditam nobis cenam, non amplius aliam apposuit. Tu accede cum gratiarum actione, nihil indignum faciens. Noli ignominia afficere fratrem: hunc esuriẽtem caue contemnas: neque inebriare, neque contumeliam dicas in ecclesia. Noli à proximo scindi, etenim Christus cõmunem suam cenam fecit, omnibus æqualiter dedit, dicens, Accipite, & manducate. Neminem à sacrosancta mensa eiecit. Ita nec vos à conuiuio, quæ dominicam cenam representant, arcere pauperes debetis. Aut nolite indignum ducere ad cõmunem mensam, cum sumenda est Eucharistia, accedere: nolite priuatam, & à communi mēsa remotam adire: Omnium enim dominus est, & pauperum, & diuitum.

3 *Accipit panem.* Accipit panem azymum, quo iuxta præceptum domini vescerentur pharisei celebrantes. Gratias egit: id est, Benedixit, vt ait Matthæus. Laudabat patrem de reparatione humana proximè facienda. Fregit, hoc verbum exiſtimant à Paulo dictum per anticipationem, vt dicunt: quia cõsecrauit hac forma, quam nobis dedit, Hoc est enim corpus meum: postea fregit, & distribuit accumbentibus.

Eucharistia vsus, infantibus nõ datur

4 *Accipite, & manducate.* Faciunt hæc verba, ne infantibus, stultis, dementibus, & huiusmodi. Eucharistiam Ecclesia tradat. Sicut enim baptismus natis, & nõ adhuc in vtero existentibus, traditur, iuxta præceptum domini, Ioannis 13. Nisi quis renatus fuerit denuo, &c. Nisi enim is natus sit, qui fieri potest vt renascatur? Ita nõ traditur Eucharistia his qui adhuc non possunt accipere, qui non agnoscunt manducandum & sumendum: sed his, quibus verè dici potest, Accipite, & manducate.

Officiũ pronominis demonstratiui.

5 *Hoc est corpus meum.* Nullam hęc metaphoram agnosco, solam veritatem adoro. Non dixit Paulus, Hic, id est, in hoc loco: sed, Hoc, id est hæc substantia: demonstrando quod in manibus haberet, se illis traditurũ. Est enim pronominis demonstratiui officium, ostendere substantiam absolutè, & sine qualitate. Non dixit, Apparet aut significat: sed, est, & verè est corpus, non panis, sed meum. Hæc verba domini non solum

solum enunciant veritatem, id est, hanc substantiam esse corpus Christi: sed etiam faciunt, quod enunciant. Faciunt, quod sub hac specie est verum Iesu Christi corpus, & fit transsubstantiatio. De summa trinitate & fide catholica. c. firmiter. In ecclesia. Idem ipse sacerdos est sacrificium Iesu Christi: cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate diuina. De hac trãsubstantiatiõne, vide Doctores scholasticos in 4. Sētentiãrum, distinctione 11.

6 *Quod pro vobis tradetur.* Prædixerat Apostolis, Ecce ascēdimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur, &c. A Iuda principibus sacerdotum, à principibus, gentibus traditus est. Seipsum voluntariè tradidit. Oblatus est (ait Esaias) quia voluit. Ad Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis. Pater misericors tradidit filium. Ad Romanos 8. Qui proprio filio non pepercit, sed pro vobis omnibus tradidit illum, &c. Pro vobis: id est, pro vestra redemptione, non pro eius culpa. Vt qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Petri 2. cap.

7 *Hoc facite.* Præcepit facere, quod fecit: quod præcipiens vt facerent, dedit illis potestatem faciendi: hoc est, sacerdotes, & presbyteros ordinauit. Non dicit, Hoc dicite: sed facite hoc, quod feci. Quid fecit? Accipit panem, gratias egit, fregit, & consecrauit, consecratum sumendum dedit. Hoc ergo faciendi potestatem habet sacerdos.

8 *In meam commemorationem.* Quia non iterum moriturus est Christus, ex hoc mundo ad patrem discens, præcepit hoc sacramentum sui corporis & sanguinis celebrari: quod faciētes, memoramus dolores & crucē eius, cuius effusus sanguis facit satis pro omnibus. Quò fit, vt ipsum Christum in Missa offerentes, sacrificij crucis recordationem operemur.

Cõmemoratio passionis Christi.

9 *Similiter & calicem.* Eo modo calicem, quo & panem accepit: gratias egit, consecrauit & dedit sumendum Apostolis.

10 *Postquam cenauit.* Quasi dicat, inter cenandum panem accepit, & consecrauit: At finita cenã, seu postquam cenauit, calicem accepit, & vinum in calice, seu poculo contentũ, consecrauit in sanguinem suum.

11 *Hic calix, nouum testamentum est.* Integram formam cõsecrandi calicem voce tradiderat Corinthiis, cuius sensum hęc

refert: Hoc contētum in hoc calice, seu poculo, est meus sanguis, cuius effusione confirmatur nouum testamētum. Itaq; carnem & sanguinem christi sumentes, nouum consequimur testamentum, quod est noua lex, quæ obedientem sibi tradit cœlestibus regnis. Nam & Moyses, accepto sanguine vituli in patena, asperit filios Israël dicens, Exo diz 4. Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiscum, super cūctis sermonibus his. Hoc figura fuit testamenti, quod dominus nouum appellauit per prophetas, quo promittuntur, cœlestia: vt illud vetus sit, in quo terrena promittebantur, quod Moyses tradidit. Testamentum ergo sanguine constitutum est, quia beneficij diuini sanguis testis est, in cuius typum (ait Ambrosius) nos calicem mysticum sanguinis, ad tuitionem corporis, & animæ nostræ percipimus, quia sanguis domini, sanguinem nostrum redemit, id est, totum hominem saluum fecit. Legito 9. caput ad Hebræos, infrā.

*Sacrificium
Eucharistiæ
vsque ad diē
iudicij.*

12 *Hoc facite quotiescumque.* Præcipit Christus vsū huius sacramenti: hætenus verba sunt Christi, quæ Paulus sequenti textu explanat, maximè partem illam, *In meam commemorationem.* Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, id est, corpus meum, quod eo nomine vocat, quia sub specie panis est. Et calicem (supple, cōsecratum) bibetis, mortē domini annuntiabitis, Atque in his sacris perseverandum erit, donec veniat ille, quem sumitis, secundo suo aduentu, iudicaturus in maiestate sua viuos & mortuos. Duraturum enim est hoc iuge Eucharistiæ sacrificium, vsque ad finem seculi, post quem excellentiore modo & palām illum in gloria videbimus, non amplius sub speciebus panis & vini, sed iam illius fruemur non solum corpore, sed & diuinitate.

13 *Itaque quicumque manducauerit.* Explanat Paulus verba Christi, Accipite & manducate. Hic palām Paulus corpus cōsecratum panem vocat, non quod sit adhuc panis, eo modo quo fuit: sed quod sit panis viuus, & vitam conferens veram. Ex hoc textu, Theologi duplicem interpretati sunt manducandi & bibendi modum, sacramentalem & spiritalem scilicet. Qui manducant & bibunt (vt dicunt) sacramentaliter & spiritaliter, dicuntur à Paulo dignè sumere. Qui verò solum sacramentaliter sumunt, indignè accipiunt.

14 *Reus erit corporis.* Nō dicit Paulus, tanquam corporis & sanguinis, sed corporis: vt agnoscamus etiam indignos, hoc est,

est, immundos, & peccatum in se sentientes, sumere verū Iesu Christi corpus, non autem solum signum. Agnosce quàm grauis sit indignè sumentiu culpa. Reus erit corporis & sanguinis: ac si dicat, nō secus qui indignè sumpserit, sceleri erit obnoxius & obstrictus, quàm si sanguinem ipsum domini fuderit. Nam quæ admodū tunc cū Iudæi transfixerunt, nō vt biberent, transfixerunt, sed vt effunderent: ita qui indignè communicat, nullum inde fructum consequitur, sed peccans transigit, & effundit: propterea iudicium sibi māducat, hoc est, obstrictus est æternæ pœnæ.

*Iudicium sibi
manducare.*

2. Cor. 13. b

Probet autem¹ seipsum homo, & sic² de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat³ & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: non diiudicans⁴ corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi⁵ & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos⁶ diiudicamus, examinaremus, exa-

*Ex indigna
sumptione.
multa incom-
moda.*

*Nō diiudicās,
tāquam
promissio
ci
bo vtens.*

*Diudicare
mus, exami-
naremus.*

*Iudicari à
domino.*

vt non cum hoc mundo⁸ damnemur. Itaque fratres mei, cū conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: vt non in iudicium⁹ conueniatis. Cætera autem quum venero, disponam.

*In iudiciū,
ad condēna-
tionem.*

1 *Probet autem.* Ne indignè sumas, proba te ipsum, tuam examina conscientiam. Caue de hoc tam sacro mysterio irreuerenter quicquam aut eloqui, aut sentire. Neminem tibi in iudicium proposuerim, præter te ipsum. Si quid in legem admisisti, prius purgabis pœnitentia, & confessionis sacramento.

*Probare se-
ipsum.*

2 *Et sic.* Id est, non indignè sumes. Aut, Tuā examinata conscientia, probatāque vera discussione, licebit tibi tanta mysteria adire. Non festis modò profestisque diebus, sed quouis tempore, quum purum te, & dignum compereris. Non dicit solum de pane, sed addidit, Illo: vt planè intelligas, non panem quem dedit Moyses, sed quem pater Iesu Christi

De pane illo

de caelo dat, verum & viuum.

*Pœna indi-
gnè sumētū
Eucharistiæ.*
3 *Qui enim manducat.* Expressit indignè sumentium culpam, cū dixit, Reus erit corporis & sanguinis. Nūc pœnam indignè sumentii debitam manifestat, dānationem scilicet æternā, si graue & mortale fuerit peccatū. Si verò leuitate quadā commissum, & veniale (vt dici solet) temporalem pœnam.

4 *Non duuducans corpus.* Id est, Accedens ad hoc tam sacrum mysterium, tanquam ad promiscuam, & indifferentem mensam vescendi gratiā panis, extinguendīve famem, non diiudicat corpus domini, non didicit, non cogitat, qui cui seipsum exhibet.

5 *Ideo inter vos multi infirmi.* Ne videatur Paulus solūm verba dixisse, Reus erit corporis, &c. & iudicium sibi manducat, &c. opera & effectus peccatorū indignè sumentii ostendit, cū morbos & mortem hīc exprimit, atque Corinthios testes aduocat: agnoscant ex pœnis, quas patiuntur, se indignè tantum mysterium celebrasse. His terrore incutit, quē admodum superiore capite de idolorum sacrificiis agēs, veteres narrauit historias & plagas in eremo. Ideo ait, Quia non probati, aditi sacra illa mysteria, multi inter vos sunt viribus destituti, alij longo morbo & febris correpti, alij immatura morte præcuncti. Quid, si quis ad senectam vsque incolumis indignè perseuerans, tantum mysterium adierit? Hūc grauior pœna & manet, & expectat. Nisi Paulus has pœnas enumerasset ex indigna sumptione, credidissent Corinthij fuisse purē naturalia accidentia: sicut & à multis nunc perperam fit, qui has pœnas caelo & influentiis cœlestibus ascribunt, imò aliqui, ipsi fortunæ.

Fructus cognitiōis sui.
6 *Quod si nosmersos.* Non ait, Si puniremus, si supplicium de nobis sumeremus: sed, Si diiudicaremus, hoc est si nostra peccata cognosceremus, si cōdemnaremus nos ipsos, i. bereremur vtiq; & ab huius, & futuri seculi supplicis. Qui enim (ait Chrysostomus) seipsum cōdemnat, dupliciter Deū placat: & quod peccata sua cognoscit, & quod in posterum pius ad peccandum efficitur.

7 *Dum iudicamur autem.* Nō dicit, Punimur, nō inquit. Pœnas damus, sed, Corripimur, & erudimur, vt ostendat has afflictiones (quibus hīc iudicari à domino dicimur) admonitiones magis esse, quā damnationis: medicinæ, quā supplicij: correctionis, quā pœnæ. Neq; propter hoc tantū, id est,

id est, vt admoneamur, & erudiamur: sed maius minitendo supplicium, leue hoc præfens, & non grauis, has afflictiones præfens: s. efficit, dicens:

8 *Vt non cum hoc mundo.* Gehennam & horrendum iudicium, necessariam, & omnino futuram inquisitionē, & supplicium ostendit: quod quum apprehendimus, leuius has castigaciones præfentes toleramus.

9 *Vt non in iudicium.* Id est, in vestri iacturam, & cōdemnationem conueniat: ne quis intelligat eos iudices adire.

D I C T I O.

VELAMEN capitis, hoc loco, non solūm intellige de pite, verum etiam de coma, quæ & ipsa caput tegit.

DE TVRPO, id est de formo, quæ & dedecoro.

DE CALVO, id est, valde caluum & rasum facio, tondeo.

ANGELVS, commune vocabulum omnibus, qui mandata Dei perferunt, & verbum eius annunciant: siue spiritus illi cœlestes sint, siue Prophetæ aut Apostoli in terra, Malach. 2. Agge. 1. Lucæ 9. Matth. 11. cap.

COMA, capillitium: sed promissius, seu lōgius, & curatum: vnde comatulus.

ECCLESIA, est cœtus & concio: & dicitur cōsensus fidei, consensus animorum, cōsensus vnus baptismatis, vnus dei. Ephes. 4. Vna fides, vnū baptisma, vnus Deus. Vnde Christiani concies appellantur. Ephes. 2. Esaiæ 70. Atq; sicut ciuitas, ecclesia Dei est, sic ciuitas est consensus ciuium.

SCISSURA, est dissidium, sectio, schisma.

HÆRESIS, hoc loco, non de dogmate, vel secta dicitur, sed de dissensione illa, quā de mens habebant, priuata prandia exercentes in ecclesia.

VT particula, hoc loco, Vt qui probati &c. nō causam, sed rei euentum, & finem dicit.

COENAM dominicam, aliquando dicimus sacrum illud mysterium corporis & sanguinis domini: interdum verò conuictum illum ad venerandæ illius dominicæ cœnæ imitationē, quam Christus cum discipulis egit.

PANIS, pro omni genere ciborum vsurpatur, dicitur aliquando corpus Christi, vt hoc loco: Et sic de pane illo edat, &c. Ioan. 6. Non Moyse dedit vobis, hunc panem. Allegoricè pro vexatione, & afflictione spiritus. Psalm. 76. Cibabis nos pane lachrymarum. Sunt & aliæ significantiæ tropicæ,

*Velamen ca-
pitis.*

Deturpo.

Decaluo.

Angelus.

Coma.

Comatulus.

Ecclesia.

Scissura.

Hæresis.

Vt.

*Cœna domi-
nica.*

Panis.

Calix.

quas passim in sacris offendes.
 CALIX, poculum, & vas dicitur. Tropicè pro passione & afflictione: iuxta illud, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Psal. 115. Calicem salutaris accipiam.

Donec.

DONEC, aliquando vsque ad rei euentum dicitur: vt hoc loco, Donec veniat. Scriptura aliquando id quod perpetuò durare debet, huiusmodi verbis eloquitur: vt Matth. 5. Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Dormire.

REQUIESCERE, mors naturalis significatur. 4. Reg. 4. Psalm. 4. 1. Corinth. 15. 1. Thess. 4. Act. 7.

Vt varia corporis membra: ita varia gratiarum dona. CAPVT XII.



DE spiritualibus autem, nolo vos ignorare, fratres. Scitis autem, quoniam cum Gentes essetis, ad simulachra muta,

Marc. 9. f Spiritus sanctus.

prout ducebamini, eutes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministratorum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae: alij autem sermo scientiae, secundum eundem spiritum: alteri fides, in eodem spiritu: alij gratia sanctorum, in vno spiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij di-

Donorum distributio.

Prout, Vt cunque.

Euntes, Sequentes vel adducti.

In spiritu, Per spiritum & infra.

Anathema Iesu, id est, maledicitur & execratur Iesum.

Gratiarum, Vel donorum.

Ministratorum, Vel inferiorum.

Vtilitatem, Id quod non fert, vel expedit, Operatio virtutum, Efficacia potentiarum.

Sermonum, secretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum.

1 De spiritualibus autem. Id est, de spiritus sancti donis. Cum cepissent Corinthij fieri Christiani, abundè recipiebant spiritum sanctum: non visibiliter, sed sensibile quoddam indicium dabat operationis illius gratia. Et hic quidem Persarum, ille Romanorum, Iudaeorum alius, alius alia quadam lingua loquebatur. Ex quo perspicuum erat exterius, spiritum in ipso esse, qui loqueretur. Neque solum hæc operabantur, sed & alia plura. Etenim multi mortuos suscitabant, demones expellebant, & donis alijs pollebant. Alij quidem minoribus, alij maioribus, ob id multæ inter illos obortæ sunt diffensiones. Nam qui maioribus pollebant donis, alios contemnebant, superbientes: Alij minoribus ornati, maioribus inuidebant. Erant & vaticinatores, prophetarum personas induentes, quos à veris prophetis decernere docet, & diffidia omnia castigat.

Spiritualia.

2 Scitis autem quoniam. Reuocat illis in memoriam, quod aliquando fuerint Gentes. Id cum iam esse desierint, admonet, alijs moribus esse viuendum. Quia tempore idolorum, quidam vaticinabantur. Paulus hoc loco Vatem à Propheta discernit, vt ait Chrysostomus: ne quis demonum delirijs hallucinaretur. Nam ante finem & Vates, & Propheta non cognoscitur. Vatis proprium est, mente commoueri, & necessariò compelli, & trahi, tanquam furis percitum. Propheta autem non eiusmodi est, sed sobria mente, & modesta, & firma, que loquitur omnia, vt decet, nouit. Muta vocat, quia bruta, lingua, saxa, aut aliquid huiusmodi erant. Euntes, pro adducti, aut sequentes, positum est.

Vates, Prophetæ.

Muta simula, lachra.

3 Dicit Anathema Iesu. Agnosces hominem spiritalem, qui omnia in nomine Iesu loquitur, facit, aut operatur. Nemo huiusmodi dicit anathema Iesu: id est, nemo spiritualis maledicit & execratur Iesum eiusque euangelium.

4 Et nemo potest. Nemo potest sentire, & viuam fidem fateri Iesum esse dominum, nisi spiritu sancto doni fidei largitore motus & impulsus. Professio Christiana, seu profiteri Christum esse dominum, est à spiritu sancto. Huc pertinet, quod 1. Ioan. 5. scribitur: Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est, &c.

Professio Christiana est à spiritu sancto.

Dona spiritus sancti.

5 *Diuisiones vero.* Dona gratias vocat Paulus, & omnis spiritus sancti effectus: qui etsi diuersi & varij sunt, vni tamen a thori Spiritui sancto attribuendi veniunt: & non diuersi, & variis: vt Gentiles, qui eloquentiam Mercurio, sapientiam Minerva, nauigandi peritiam Neptuno, & huiusmodi somnia vana cogitantes adscribunt. Ipse Spiritus sanctus donum dicitur, à patre & filio procedens, qui dona in nos ex gratuita sua bonitate diffundit: sicut Iohelis. 2. prædictum est: Effundam de spiritu meo, super omnem carnem. Hic spiritus vnus, & multiplex est, Sapientia 7. Vnus in substantia, æqualis patri & filio, multiplex in donis & gratiis. Obserua: Dona dicit, non debitum: ne, qui plus accepisti, superbias: néve qui minus, inuideas, aut tibi debita existimes. Sed iure optimo age gratias largitori Spiritui sancto, à quo tāquam ab eodē fonte, tu & ille, hauritis.

Administratio- nes.

6 *Diuisiones ministracionum.* Alio nomine, dona illa appellat ministraciones. In ecclesia, varia sūt officia & ministeria, quibus variæ sunt ministrandi gratiæ concessæ ab vno auctore, qui dominus est. Hunc ordinē Ecclesie, Dei demirata est regina Saba in domo Salomonis, huius nostræ Ecclesie typo. 3. Reg. 10. Inter has ministraciones, sunt Apostolatus, Doctrinatus, Iniunctio baptizandi, Eleemosynas colligendi, & huiusmodi. Sunt enim ministri domini ad Ecclesie ædificationem. ob id dicit: Idem autem Dominus, cuius sunt ministri, vt supra. 8. cap. Nobis vnus Dominus Iesus Christus, per quē omnia. Personam Spiritus sancti expresserat: hic personam filij explicat, statim explicaturus & Patris personam, vt hanc personarum trinitatem nobis Deum vnum explicet, & omnium bonorum in nos auctorem, indiuisi que opera Trinitatis, in his quæ ad nos attinent: nempe operate vno, tres operari dicuntur. Vna est enim trium illarum personarum voluntas, vna & æqualis potestas & maiestas, quæ hinc à nobis potius adoranda, quàm inquirenda venit.

Trinitas cuius opera sūt indiuisa i his quæ ad nos sūt.

7 *Et diuisiones operationum.* Alio nomine etiam dona exprimit, personam Patris (vt prædixi) explicans. Operationem hinc dicens: vim quādam intelligit & efficaciam, qua Deus agit in nobis, non sine nobis: sed in nobis ad tollendum errorem eorum, qui causis secundis proprias actiones auferebant, quod Deus omnia operaretur.

8 *Vnicuique autem datur.* Et dona & operationes seu gratias (vt dicunt)

(vt dicunt) gratis datas, vocat manifestationem Spiritus: vnus enim manifestatur Spiritus sanctus. Non enim sunt differentiæ: donum, operatio, & manifestatio: sed res eadem.

9 *Ad vtilitatem.* Id est, ad id quod expedit, seu ad id quod confert, vt vtilitati ecclesie consulatur. Hæ gratiæ non solum dantur, vt manifestent Spiritum sanctum inuisibiliter acceptum, sed vt conferant Christianismo. Hoc loco reprobantur, qui Psalmis, Prophetiis, & huiusmodi vtuntur ad quædam vana.

10 *Sermo sapientia.* Non dicit, Sapientiam solum, sed sermonem, vt signum externum, manifestatiuum spiritus, ostendat. Sermo sapientia & scientia dicitur, virtus promptè & expedite explicandi, & effandi, quæ de Deo arcana & recondita cognoscuntur, tum in sapientia, tum in scientia. Paulus, & Ioannes tonitruum filius, & plerique alij sermonem sapientia habuerunt. Sapientia est de diuinis, vt principijs & regulis: Scientia vero, ex creaturis procedit ad diuina: hoc est (ait Augustinus) Sapientia est, per quam in se diuina cognoscimus & contemplamur. Scientia, qua per bonas actiones, ad deum tendimus.

Sermo sapientia.

Sapientia, Scientia.

11 *Alteri fides in eodem spiritu.* Fidem eam dicit, quæ est constantia fidei vel sermo.

Sanatio.

12 *Gratia sanitatem.* Id est, dona sanationum: seu vis, morbos sanandi, & curandi.

13 *Virtutum.* Id est, signorum & miraculorum. Qui habebat donum sanandi, curabat solum: sed qui etiam operationes virtutum, vim etiam puniendi & solo verbo animaduertendi in peccatores habebat, ait Chrysosto. Quemadmodum Paulus Helymam excæcauit. Act. 13. Et Petrus Ananiam & Sapphiram sustulit.

Virtutes.

14 *Alij prophetia.* Hoc dicebat Thessalonicensibus, Prophetias nolite negligere. Prophetiam dicit futurorū præcognitionem, vt spiritu repletus (ait Ambrosius) dicat futura. Summi etiam solet pro scripturarum cognitione infusa.

Prophetia.

15 *Alij discretio spirituum.* Id est, vis & facultas internoscendi, quis fidelium sit spiritalis, quis spiritu careat, quis propheta, qui veceptor, quo spiritu quis loquatur, inuidentiæ, an charitatis.

Discretio spirituum.

16 *Alij genera linguarum.* Simplex intelligit variis linguis loquedi donum, distinctum ab eo, quod est donum interpretan-

Linguarum varietas.

di linguas: multi sanè variis loquuntur linguis, à Spiritu sancto moti, qui nõ planè vocũ significantias intelligũt, & quibus non est interpretandi facultas, vt sequenti cap. 13. dicitur. Qui loquitur linguis taceat in Ecclesia, si desit interpret. Agnosces ex eo loco donum loquendi linguis, aliud esse à dono interpretandi. Magni apud Corinthios fiebat linguarum gratia (ait Chrysoſto.) Cui eò plurimũ confidebant, quòd prius fuisset Apostolis tradita, ob idque & aliis præſtãtior gratiis videbatur, quũ effet inferior Nam doctrinæ gratia longè est excellentior. Et simplex variis linguis loquendi donum, plurimũ antecedit linguarum interpretatio. Ideo dicebat: Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni sunt, maxime qui laborant verbo & doctrina. Et ad Timot. scripsit: Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ: noli negligere gratiam, quæ in te est. Rectè linguarum varietatem, Genæra nuncupavit.

2. ad Timot. 4. d.

Membra varia in vno corpore.

Metaphora corporis naturalis.

Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Sicut enim corpus vnũ est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles: siue serui, siue liberi: & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si tu potati si dixerit pes, Quoniam non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: nõ ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore.

In vno spiritu.
Mus, Vnum spiritum habemus.
Odoratus? olfactus? Eorum, sicut gulatum.

corpore, sicut voluit. Quòd si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnũ autè corpus. Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo: aut iterũ caput pedibus, Non estis mihi necessarij. Sed multò magis quæ videtur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt: & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorum circumdamus, & quæ in honesta sunt nostra, abundantiorum honestatem habet. Honestam autem nostram, nullius egêt: sed Deus temperavit corpus, et cui deerat abundantiorum tribuendo honorem: vt nõ fit schisma in corpore, sed in ipsam pro inuicem sollicita sint membra. Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnũ membrum, congaudent omnia membra.

Infirmitia, imbecilliora. Ignobiliora, minus honesta. Circũdamus. Nostra, nostri, & infra Schisma, dissidium. In idipsum, idem. Gloriatur, glorificatur. honorificatur.

1. Prout vult. Non vt ipsi vultis, sed vt ei libitum est, Spiritus dona largitur, & agit: vt qui Dominus est, & Deus. Neque alterius opera indiget, sed ipsemet operatur sicut & Pater & filius. Tu verò quis es, cui Spiritus non placeat opera? Quid inuides fratri plus habenti, aut minus habentem contemnis? Hæc enim dona sunt, non debita. Cur sic agat, non alia querenda ratio, quàm eius voluntas & beneplacitum. Atque id nobis euidenti est argumẽto, Spiritum sanctum esse Deum. Solius enim Dei est, facere prout vult: cuius voluntas rectè agentium regula, & index est.

2. Ita & Christus. Christus vnũ corpus habet mysticũ, Ecclesiam scilicet ex variis membris. Quemadmodum corpore & capite homo vnus efficitur: sic Ecclesiam ipsam & Christum tanquam pro corpore vno & capite ducens Apostolus, pro

Ecclesia, Christum constituit: qui, cum Ecclesiae caput sit, ab eo est Ecclesiae inditum nomen.

Christo in- 3 *In vnum corpus.* Christo incorporamur per baptismum, & *corporamur.* fidem in illum. In vnum corpus, id est, ut vnum corpus efficiamur: Neque sub diuersis spiritibus, sed vno eodemque spiritu, & baptismo vno & eodem abluti.

4 *Vno spiritu potati.* Potat^o, cui datus est potus. Nobis missus & datus est spiritus sanctus. Omnes (ait Ambr^o.) vnum spiritum potauimus, seu eundem spiritum hausimus, & accepimus.

5 *Nam ex corpus non est.* Ex comparatione corporis naturalis, ad corpus Christi mysticum, docet vnitatem seruandam, & schismata in Ecclesia (quae est corpus Christi) vitanda: Ut sicut manus non inuidet oculo, insigniore officio, & superiore ornato, & oculus manum inferiorem non contemnit, sed sibi inuicem seruiunt, & in vnum consentiunt: ita & in ecclesia, quae est ex multis fidelibus, mutuus debet esse & amor, & consensus.

6 *Si dixerit pes.* Profopopœia vitur Paulus, inducens membra ipsa loquentia, & perinde iurgantia inter se, ut arguat vnum corpus esse tametsi gratis differamus. Obserua, pedem non facit cum oculis disceptationem inire, sed cum manu, quae paulo se sit superior. Auditum introducit cum oculo contendere, ut ostendat his inuideri solere, non qui maximam in modum excellant, sed qui plusculum prouehuntur.

7 *Nunc autem possit deus.* Corinthios & superbos frænat, qui suis meritis, & propriis operibus has gratias, & dona sibi ascribunt. Quando ita Deo beneplacitum est, & pro sua imensa prouidèria fecit pedem, infimas parteis, manum mediam, & oculum, arcem ipsam in corpore habere: quae tamen inuicem non tumultuantur. Ita & qui in Ecclesia humilior est, sua sit conditione contentus: & qui sublimior, nil effertur: cum id diuino munere & dono acceperit, non propria virtute. Hæc omnia prout vult Deus, membris Ecclesiae largitur, disponit, ordinat. Quis igitur es, qui diuinæ voluntati & ordinationi aduersari vis? demitte supercilium, & gratias

age, pro acceptis à Deo beneficiis.

Membra in- 8 *Quae videtur infirmiora.* Infirmiora & necessaria membra *firmiora* & dicere videtur Paulus Oculos, quibus plurimum curæ adhibendum est, quod pusilli sint, & reliquis membris infirmiora. *Membra ignobiliora.* Ignobiliora, Pedes, ut postre-

postremos, & humi iacentes, quibus plurimum curæ adhibendum est, ut inoffensi, & terri seruentur. In honesta: pudenda, seu quæ inferiora sunt nobis (ait Ambrosius) reuerentiâ abutiantur habent, seu honesti ori tegumeto velantur. Sunt qui infirmiora putant, Vêrem. Hepar, & Splenem, quæ facile læduntur, & magis necessaria, quam sint oculi.

9 *Nullus egent.* Id est, facies, Nasus, Oculi, & ea quæ in nobis patere solent, non habent opus eo honore addito.

10 *Temperavit corpus.* Deus contemperavit, seu simul moderatus est & miscuit membra, tēperatura quadā, ut sibi mutuo sint auxilio, mutuus sit cōsensus, & non schisma, id est, dissidium.

11 *Sive glorietur vnum membrum.* Id est, si vnum membrum glorietur, siue honore afficitur, cætera membra gestiunt, & congaudent tantum abest, ut contristentur. Manifestum est, quia lætum est Caput, siue cætera membra, si Pedes fuerint accurati & sani. Sic debemus & nos alacres fieri, si fratrem aliquem viderimus cultorem Dei, & auctum honestate morum, hoc est, sanum esse cōsilio. Colligamus ex his, æquum esse, omnes nos debere esse eadem mente, & eadē sententia. Titus Lilius 2. lib. dec. 1. author est Menenium quendam Agrippā pari corporis & membrorum parabola grauissimos motus, inter Senatū & Plebem ortos, composuisse. Copiosissimè eadem exponitur à Dionysio Halicarnasæo lib. antiquitatum 6.

De membro, Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primū Apostolos, secundū Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationis, opitulationes, gubernationes, genera linopitulationis, interpretationes sermonum. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Aemulamini autem

Christi corpus.
Ecclesia.
Ephes. 4. c

charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

1 Vos autem estis. Si corpus nostrum seditiosum esse non decet, quanto minus corpus Christi, quod estis non quidem totum, sed membra ex membro, seu ex parte. ut intelligamus Corinthios esse tanquam membrum, & ab alio pendere, mutua connectione. Non erant Corinthij omnia membra mystici corporis Christi: sed aliqua pars, vnita quidem mutua connectione cum reliqua parte, seu reliquis fidelibus. Quidam legunt, Membra ex parte: quod Corinthij nondum omnes essent membra Christi, sed aliqua ex parte.

2 Primum apostolos. Apostolos his prelocauit (ait Chrysostomus) ut qui omnia in se donorum genera haberent. Ad hos spectat vniuersalis ecclesie regimen, non solum verbo & actis, sed etiam scriptura. Quod fit, ut scripta ab apostolis, & ab eis probata, auctoritatem sacre Scripturae habeant. Hi sunt Episcopi, confirmante Petro istud, & inter cetera de Iuda dicente, Et episcopatum eius accipiat alter. Dicuntur Legati Iesu Christi, 2. Corinth 5.

3 Secundum Prophetas. Apostolos, seu episcopos, tanquam bonorum omnium duces preposuit: deinde Prophetas subiecit: non illos veteris testamenti, qui vsque ad Ioannem Baptistam fuerunt: sed eos dicit, qui post Christi aduentum, futura predicarent, Summa largitate donum Prophetiae peruenit, & vnaquaque ecclesia iam multos habebat prophetas, ut quatuor filii Philippi discipuli & Euangelistae, Act. 21. Ut Agabum, qui Pauli vincula predixit, & famem, quae facta est sub Claudio. Act. 11. Ut illos ipsos Corinthios, de quibus inquit, Prophetae autem duo aut tres loquantur. Sed Timotheo scribens, Ne neglexeris, inquit, quod in te est donum, quod datum est tibi per prophetiam. Adeoque plures tum erant, quam veteri lege. Ambrosius prophetas dicit, & futura dicentes, & scripturas reuelantes.

4 Tertio doctores. Post Prophetam, Doctorem locauit, quod illud quidem totum est muneris diuini: hoc, & laboris humani, ait Chrysostomus. Nam & ex suis multa Doctor assert, congruant modo scripturae. Quae ab Apostolis & Prophetis tradita sunt, interpretatur Doctor.

5 Deinde virtutes. Id est potentiae, seu qui morbo affectos sanitati

Apostoli,
Episcopi.
Legati Iesu
Christi.
Prophetae
noui testamenti.

Doctores.

Virtutes.

nitati restituebant, & aduersarius inferebat supplicia, verbumque solo in blasphemos animaduertebant. Ideo virtutes sanandi gratis preposuit, quae bonam duntaxat reddebant valetudinem. His tamen praefertur doctor, qui eloquentia, & aliis vitae actionibus, ceteros instruit.

6 Optulationes. Id est, subsidia. Quae Imbecillos & aegrotos amplecti, suscipere, & de his curam habere, & gubernare. Maximum est diuinae beneficentiae signum, in rebus spiritualibus gubernatorem, aconomum, & hortatorem esse. Quidam interpretantur gubernationes, ministerium, quo aliqui gubernandis temporalibus bonis, in communem Ecclesiae vtilitatem oblati, ut Diaconi Hierosolymis destinati erant.

7 Genera linguarum. Variarum linguarum cognitionem, & pronuntiationem: ut praenotauius, hoc postremo loco linguarum donum posuit, ut coerceret Corinthios, qui in eiusmodi linguarum varietate nimium & insoluerant, & superberent.

8 Anulamini autem. Id est, ad ea nitamini dona spiritus, quae sunt eximia, & potiora, seu quae magis conducunt ad vilitatem publicam. Obserua, non dicit, maiora, sed meliora, hoc est, potiora, & magis vtilia, non ambitus accuseris. Cum Anulamini dicit, studium exigit, & maiorem quandam in comparandis spiritualibus cupiditatem.

9 Excellentioriam viam. Viam se dicit illis ostendere planioriam, qua itur ad coelum, quae meritum collocat apud Deum, Charitatem scilicet. Quae dicta sunt, non merita, sed Ecclesiae officia ad Gentilium confusionem, & Dei honorificentiam protestandam.

CONCILIATIO.

NON cohaeret haec Pauli sententia, Nemo dicere potest dominum Iesum, nisi in spiritu, cum Luca 4. cap. Exhibant autem daemonia a multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei. Respondet Chrysostomus: Daemones verberati & coacti, non sponte illa pronuntiabant. Augustinus lib. 2. de sermone domini in monte, dicit Apostolum posuisse verbum, quod est, Dicit, ut significet voluntatem, atque intellectum dicentis: Verè Christianus & animo & voce Iesum fatetur dominum & Deum, isque est Spiritus sancti effectus. Christus autem generaliter posuit verbum, Dicit, quum ait, Non omnis qui dicit, domine, domine, &c. Videtur enim dicere, etiam illo qui nec vult, nec intelligit quod dicit: sed ille pro-

Optulatio-
nes.

Linguarum
genera.

Emulari.

Prima.

Dicere quid
est.

priè dicit, qui voluntatem & mentem suam sono vocis enūciat. Hæc Augustinus.

Secunda.

Quid hic Paulus multos enumerat Prophetas in Ecclesiis, cum Christus dixerit, legem & prophetas vsq; ad Ioannem durasse? Christus de Prophetis aduentū suū prænūciantibus, Paulus verò de iis, qui futura prænūciant, est loquutus.

DICTIO.

Charisma.

SCISMATA, sectio, dissidium. Charisma donum & donatio gratuita, opitulatio, subsidium est & subuentio.

Charitatis descriptio. CAP. XIII.

Charitas.

Si linguis hominū¹ loquar & angelorum, charitatem autē non habeam: factus sum velut æsonās, aut cymbalum tinniens. Et si habuerō² prophetiam, & nouerim mysteria³ omnia, & omnem scientiam⁴: & si habuerō omnem fidem⁵, ita vt montes transferam, charitatem autē non habuerō, nihil sum. Et si distribuero⁶ in cibos pauperum, omneis facultates meas, *Cibos, aliam.* & si tradidero corpus meum, ita vt ardeat: *Ita vt ardeat comburatur.* charitatem autem nō habuerō: nihil mihi prodest.

¹ Si linguis hominum. Quāquam benignissimè & liberalissimè Christiani ditati sint donis præclarissimis, per pauci tamē inueniuntur, qui illis rectè & piè vtantur: sese demittentes, & per ea aliis inferuientes, vt est natura charitatis & dilectionis: sed multi, qui nomen sibi & rem quærunt, primas in omnibus ambiunt, ac præstare aliis laborant. Huius laudis studiosos Paulus hic taxat, & pronūciat eos nihil planè esse, quādo abest charitas, etiam si adhuc multò celsiorem haberent cognitionem, & dona longè ampliora. At quoniam de dono linguarum maximè gloriabatur Corinthij, ab illis incipit: Si linguis hominum loquar, & angelorum: hoc est, si ad eò scilicet & scitè docerem, & prædicarem, vt nemo hominum vel angelorum magis scitè aut scilicet, vt verba elegantissimè

gantissimè & dulcissimè sonarēt: essem autem absque charitate, hoc est, famam & laudem, nō solam salutem proximorum in eo, vel spectarem vel quærerē: essem velut es tinnitū: hoc est, possem fortè per hæc aliquid alios docere, tinnitū verbi Dei aliorum aures ferire: sed coram Deo, omnino nihil essem. Cū dixit, Et angelorum: nō id quidem, quòd angeli linguas habeant, sed vt exprimeret melius quiddam, & præstantius, quòd humanas excederet linguas. Linguam angelorum dicens, non carneum instrumentum: sed beata spirituum inter se colloquia, more nostro loquens linguam vocauit. Sicut alibi dicēs: In nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & inferorum. Nō equidem genua, ossaue angelis & spiritibus tribuit: sed hæc pronūcians, eminentem adorationem pro humano captu declarat. Lingua angelorum, dici potest potētia quædam intelligendi, qua inuicem diuina communicant sensa, cui nomen inditum est ex nostri organi similitudine ad promēda verba. Charitatem, de qua hic Paulus loquitur, Theologi intelligunt dilectionem, quæ diuidit & separat filios regni, à filiis perditionis. Hanc vocat Christus in Euangelio, Vestem nuptialem, qua induti conuiuia (ait Augustinus) securi discumbunt.

Lingua angelorum.

Philip. 2. b

Charitas.

Matth. 22. b

² Et si habuerō prophetiā. Id est, si gratiam vel futura prædicendi, vel scripturas intelligendi habuerō, & absit charitas, verè nihil prodest: ad Dei enim gloriam prophatur. Non nobis domine, (ait Dauid) nō nobis, sed nomini tuo da gloriam. Huiusmodi prophetantes in sacris reperies. Nam & Baalam prophetauit, cū propheta non esset, (ait Ambrosius) sed Ariolus. Et Caiphas prophetauit, non merito, sed dignitate ordinis sacerdotalis. Et Saul prophetauit, cū iam inobediētiæ causa, spiritu malo fuisset repletus.

Prophetia.

Psal. 113.

Nume. 24.

Ioan. 11. f

1. Reg. 10. c

³ Et nouerim mysteria omnia. Nōsse mysteria, est scripturæ reconditos atq; allegoricos sensus eruere. Vt Paulus Galat. 4. per Saram & Agar, duo testamēta: per Isaac & Ismaēl, duos populos docet significatos. Item vt Christus seipsum per serpentem æneum asseruit significatum, Ioan. 3. huius generis sunt cognoscere: quomodo Dauid, Salomon & alij, Christi typum gesserunt. Sic ergo spiritualem aliquam doctrinam, sub historia & reb⁹ externis cognoscere, vocat Paulus. Nōsse mysteria. Iudæ nihil profuit fuisse cum Apostolis, & didicisse mysteria, cū charitatis inimicus & hostis, tradidit Sal

Nōsse mysteria.

Scientia.

Fides.

Matth. 17. c
Luc. 17. c

uatorem. Et propheta Ezechiel cap. 28. Diabolum mysteria cœlestia scire ostendit, quādo increpata voce, in paradiso illū fuisse, & preciosos lapides habuisse testatur. Hæc nihil illi profuerunt: quia charitatis immemor, in superbiā profiliuit.

4 *Et si habeam omnem scientiam.* Scientiā vocat, nosse quid factū opus sit in rebus istis externis, quibus uti deceat, quibus nō: siue hæc humanitus fuerit acquisita, siue diuinitus infusa. Scribis & Phariseis nihil profuit scientia, qui charitatē suā inuidia suffoderunt.

5 *Et si habuero omnem fidem.* Fidem hic dicit donū, superiore capite expressum. Hæc est fides illa magna, qua etiam montes transferuntur, grano sinapis in Euangelio comparata, nō ob sui exilitatem, sed vim & acrimoniam, qualis est in modico sinapis grano. Licet maximum sit transferre montes, id tamen nullius momenti, si absit charitas.

6 *Et si distribuero.* Papē hyperbolē (scribit Chrysostomus) Nam & hæc ipsa noua cum amplificatione proponit. Neq; enim si pauperibus alteram facultatum inearum, duāsve, aut treis (inquit) dederō partes, sed si vniuersas dederō. imō & si tradiderō corpus meum, non dixit, vt moriar, sed quod omnium est visum grauiissimum, vt viuens ardeā, & viuus cōburar, haud magnum ex ea re erit lucrum, si fratrem negligam.

Charitas patiens est¹, benigna est: Charitas non æmulatur², nō agit perperam³, non inflatur, nō est ambitiosa⁴, nō quærit⁵ quæ sua sunt, non irritatur⁶, non cogitat malum⁷, non gaudet⁸ super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit⁹, omnia sperat¹⁰, omnia sustinet: Charitas nunquam¹¹ excidit, siue prophetiæ euacuabūtur: siue linguæ cessabunt, siue sciētia destruetur. Ex parte enim¹² cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cū autē venerit¹³, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte humile officium. Euacuabuntur: abolebuntur, & te

Euacuauit,
aboleuit.

Maior autē horū, maxima ex his.

te est. Cū essem paruulus¹⁴ loquebar vt paruulus, sapiebā vt paruulus, cogitabā vt paruulus. Quādo autē factus sum vir, euacuauit quæ erāt paruuli. Videmus nūc¹⁵ per speculū in ænigmate: tūc autē facie¹⁶ ad facie. Nunc cognosco¹⁷ ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nūc autē manēt, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horū¹⁸, est charitas.

1 *Charitas patiens est.* Mébra & species charitatis describit. In primis charitas reddit hominem longanimē & patientem, benignum & toleranter ferentem eum qui iniuria affecerit. Aut cū dicitur, Benigna est: pro quo Ambrosius legit, Iucunda est: significatur comitas, ac suauitas morum, quæ opponitur asperitati ac difficultati seu morositati. Vera pietas nescit supercilium, simulata sanctitas, asperitate morum grauis est. Benignitas Latinis plerunque ad beneficentiam pertinet. Sic enim à bono dicitur benignus, vt à malo malignus.

2 *Non æmulatur.* Non inuidet: Non enim liuore inuidiæ ringitur ex alienis donis, cū sua largitur.

3 *Non agit perperam.* Non agit contumeliosē, petulāter, inconstanter, leuiter. Videtur vox Perperam, à perperis fratribus esse confecta, qui Cecropes dicti sunt, quorum procacitas & improbitas, etiam fabulis est nobilitata. Perperā agere dicitur, qui data opera secus agit, quā oportet.

4 *Nō est ambitiosa.* Non est fratrum contemptrix. Nemo illi sordet: nullus ab ea spernitur.

5 *Nō querit quæ sua sunt.* Omnia sua profundit, omnia proximis consecrat, vt illorum vtilitatem, famam, dignitatem, vitam, & salutem promoueat.

6 *Non irritatur.* Bilem illi nunquam moueris, qualibet vel iniuria, vel ingratitude: mansuetissimē omnia perfert, neque se vlla re commoueri sustinet.

7 *Non cogitat malum.* Non imputat cuiquā malum, nec malum cogitat de quoquam. Nō liuore tenetur ad vindictam, vel vt superior euadat.

8 *Non gaudet super iniquitate.* Nil prorsus lætatur, cū iniuria

Paruulus.

Vir.

Charitas patiens.

Benignitas.

Æmulari.

Per peram.

Ambitio.

Nō querere quæ sua sūt.

Nō irritari.

Non cogitare malum.

cuiquam, vel malum infertur: sed congaudet veritati.
Omnia credere. 9 *Omnia credit.* Simplex res est charitas, credit fidei; facit omnibus, cunctos sui similes existimat simplices & rectos, nihil doli suspicatur.

10 *Omnia sperat, omnia sustinet.* De omnibus semper meliora sperat, quamlibet mali quidem sint. Cogitat continuo, ac dicit, Speranda sunt meliora: aut qui credit, sperat: & qui sperat, sustinet: hoc est, durat in tempus, ut promissa appareant.

Charitas non excidit. 11 *Charitas nunquam excidit.* Charitas nunquam cessat, ubique prodest, ubique est vsui. Nunquam diligentibus Deum intermoritura est, æternam perseverat, etiam in vita futura, sed reliqua dona abolebuntur. Si quidem in vita futura quilibet Deum aperte conspiciet, non erunt illic, qui prophetent, aut linguis loquantur, ad reuelanda Dei mysteria. Erit nanque Deus omnia in omnibus, 1. Corinth. 15. Hic Paulus excursum facit vitæ præsentis, ad futuram. Quæ hic obscure cognoscimus, illic nuda & aperta erunt omnia. Non erit opus prædicatione, dono linguarum, & huiusmodi. Apertum & evidens erit Euangelium, quod hic fide amplectimur. Obserua in hoc cõtextu hypozeuxin, id est, subnexionem, ubi singula verba singulis rebus sententiisque iunguntur, siue prophetiæ euacuabuntur, siue &c. Tale est illud Psal. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.

Ex parte cognoscere. 12 *Ex parte enim cognoscimus.* Id est, nostra cognitio imperfecta est, quia constat fide, non aperta. & euidete cognitione. Ita & prophetia nostra inabsoluta est, & obscura, quâquam vtraque & cognitio & prophetia nihil minus indicet, quam angeli vident, nimirum eodem Deum: sed, ut dictum est, obscurius, & imperfectius atque illi vident. Quare non vanum est, quod in proverbio est, Senesco semper multa ad discens. Et quod dicit Seneca in epistola ad Lucilium: Tandiu discas quandiu nescias, aut, ut dicitur, quandiu viuas.

13 *Cum autem venerit.* Id est, cum euaserimus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ephes. 4. Auferetur obscura cognitio. Lege infra adnotatum in illud, In virum perfectum. Ephes. 4.

14 *Cum essem paruulus.* Eleganti, & familiari similitudine probat, quod dixerat, per intervalla crescere scientiam, eamque non absolui, nisi imperfectio morte semel exuatur. Ut ætas auctibus

auctibus & interuallis crescit, ita & sciëntia, donec assurgat ad plenam intelligentiam. Senes obliuiscimur rerum puerilium: imò quod oblectamento erat, molestia parit. Cum in Christo virilem, & plenam induerimus etatem, quæ huius vitæ corruptibilia & imperfecta derelicta & abolita erunt.

15 *Videmus nunc.* Fides, ut speculum & enigma est: in speculo enim non est ipsa facies, sed faciei imago: ita in fide non est ipsa æternæ diuinitatis facies, sed imago quædam eius per verbum representata. Ita Enigma aliud significat, quam verba præ se ferant. Reddunt itaque, hæc obscuram cognitionem. Videmus quidem Deum trinum & vnum, non clarè, sed per speculum: hoc est, per creditas similitudines quasdam horum inferiorum, quibus ad illa superna ferimur: idque fit in ænigmate, hoc est obscure.

16 *Tunc autem facie ad faciem.* Non quidè quòd facies quædam Deo sit, (ait Chryostomus) sed ut ex eo ostendat notationem quandam manifestiorem, & magis patentem futuram: hoc est, videbimus ipsam Dei essentiam, 1. Ioan. 3. cap. Videbimus eum, sicuti est.

17 *Nunc cognosco ex parte.* Ex parte cognosco, quia in ænigmate, & non plenè: seu non facie ad faciem video, & cognosco rem ipsam. Tunc autem, id est cum hunc spiritum, & hæc animam efflauero, siue ex hoc corpore emigrauerit anima, cognoscam sicut & cognitus sum: id est contemplabor, & videbo ea, quæ sacræ literæ me docuerunt: atque iis fruam, quibus me aliquando fruiurum speraui, dum hic viuerem. Cognitus sum, dicitur pro eo, quod est, doctus sum.

18 *Maior autem horum.* Inter hæc, quæ præscripsimus, summum tenet locum Charitas.

CONCILIATIO.

PAULVS hic enarras claram illam futuram visionem, quæ erit facie ad faciem, & hæc quam hinc habemus obscuram, aduersatur Patriarchæ Iacob dicenti Genes. 32. Vidi dominum facie ad faciem. Non eam, quam nunc in cœlis visionem claram, nudam, & apertam, sed obscuram in viro lucente habuit Iacob. Excellentiam autem illius apparitionis, tam familiaris expressurus, hæc loquendi formula est vsus, Vidi Dominum facie ad faciem.

DICTIO.

EX PARTE: id est, imperfectè.

Fides ut enigma.

Facie ad faciem.

Cymbalum. CYMBALVM, Instrumentum musicum, quod in sacris matris Deorum cum tympanis habebatur, ob perpetuum strepitum, sonitum, & tinnitum:

Ænigma. ÆNIGMA, obscura allegoria, vel quæstio obscura, quæ difficilè intelligitur, nisi aperiatur: vt illud Iudicum 14. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.

Perperam. PERPERAM: Id est, peruersè.
MAIOR autem horum est charitas: pro, Maxima ex his Charitas: aut, Maior his est Charitas. Quamquam & latini ad exemplum Græcorum aliquoties comparatiuum vsurpât pro superlatiuo: vt illud Catulli, Hesperie qui cælo lucet iucundior ignis. Et Quintus Curtius, Duo maiora omnium nauigia, dixit. Et Græci nonnunquam comparatiui superlatiuorum vice abutuntur.

Lingua, sine interprete non profunt.

CAPVT XIII.

**Charitas.
Prophetia.
Loqui lingua.**



Et amini Charitatem¹ æmulamini spiritualia², magis autē vt prophetetis. Qui enim loquitur³ lingua, nō hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit: Spiritu autem loquitur⁴ mysteria. Nā qui prophetat⁵, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autē prophetat, Ecclesiā ædificat. Volo autem⁶ omnes vos loqui linguis: magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur⁷, vt Ecclesia ædificationem accipiat.

**Ecclesiam,
congregationem.**

Studium bene merendi Sectari.

1 Sectamini charitatem. Omni conatu vult Paulus, nos eniti ad bene merendum. Vocat enim studium bene merendi charitatem. Non dixit, Sequamini: sed, Sectamini. Nam qui sectatur

statu aliquid, non solum amat quod persequitur, sed ad illud toto conatu contendit, non autē desistens, quàm persequendo consequatur: quod quidem si per se non potest, per eum qui se præcedit, fugienti incumbit, proximum quenque flagitando, hortando, retinere & seruare sibi comprehensum velit, dum consequatur.

2 *Æmulamini spiritualia.* Ne existimetis me idcirco Charitatem adeo extulisse, vt Spiritus dona extinxisse videret: Dico, Æmulamini spiritualia dona, præcipuè munus prophetandi a dipiscamini. Dona hæc spiritualia vocat, q̄ afflatu Spiritus dentur, aliquoties etiam malis: inter quæ tamen primum locum tribuit prophetiæ, quam hoc loco vocat interpretationem diuinæ scripturæ.

Dona cur spiritualia dicuntur.

**Prophetica.
Loqui lingua.**

3 *Qui enim loquitur lingua.* Qui peregrina, & incognita lingua loquitur, vt pronuncians canonicas orationes, & easdē non intelligens, non ad hominum ædificationem loquitur, seu homines non alloquitur: sed Deū in spiritu, in cuius laudem hæc pronūciat. Nemo enim audit, id est, intelligit, & cognoscit peregrinam linguam, & illius vocis significantiam.

Lingua donum.

4 *Spiritu autem loquitur mysteria.* Nolim existimes superuacuum esse, quod lingua loquitur: per hunc spiritus sanctus loquitur magnalia Dei. Obserua: Qui dono linguarum solo donabatur, neque seipsum intelligebat, neque ab aliis intelligebatur, nisi fuissent interpretes: sed accepto dono linguæ, mouebatur à spiritu sancto, ad loquendum magnalia Dei, prout Spiritus sanctus dabat ei eloqui: huius lingua non solum mouebatur ad pronuncianda verba, sed & ipse affectus miro ardore ad deū Spiritu sancto ductabatur. Beatus Chrysostomus legit, Spiritu, non Spiritus: vt dicatur Spiritu motus, hæc mysteria Dei pronunciare. Aut Spiritu datius erit, id est, Spiritui vt respondeat illi quod præcessit: Non hominibus loquitur, sed Deo. Beatus Ambrosius: Spiritu auferendi casu legit: atque Spiritum accipere videret pro voce, cū adscribit, Spiritu autem loquitur, nō sensu: quia ignorat quod dicit.

Spiritus vox.

5 *Nam qui prophetat.* Prophetia vtilior est, præstatio est doctri-
Prophetia
no linguarum. Siquidem prophetia à Spiritu est, instabiles vis.
& labentes ædificat, seigniores hortatur & excitat, pusillanimes consolatur, audientibus vniuersis vtilitatem impertitur, & toti Ecclesiæ prodest, Lingua autem loquens, nō omnis.

sed seipsum ædificat id est, vni sibi prodest. Quantum igitur priuato publicum differt, tantum prophetia linguis.
 6 *Volo autem.* Ne per inuidiam linguis detrahere videretur, (nam hoc dono multi pollebāt) eam suspicionem correpturus, Placet (inquit) loquamini omnes linguis, magis verò vt prophetetis. Maius & minus rerum est nō contrariarum, sed excellentium, Ex quo liquet, donum non reprehendi, sed illos ad præstantiora vocari. Non solum volo (ait) omneis loqui linguis, sed etiam prophetare: & hoc magis, quàm illud.
 7 *Nisi interpretetur.* Interpretatio est gratia Spiritus, quam prophetiæ nō postponit, vt quæ multis & Ecclesiæ utilis est. Obscurioribus enim interpretatis, quæ lingua explicantur, ædificatur Ecclesia. Hæc ædificatio fructus est interpretationis, quem non habet simplex linguæ donum.

Interpretatio.
110.

Nunc autem, fratres¹, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in sciētia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt vocem cantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur, id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id, quod dicitur? Eritis enim in aëra loquentes². Tam multa, vt puta³, genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutē vocis, ero ei, cui loquar, barbarus: & qui loquitur mihi, barbarus. Sic & vos⁴, quoniā æmulatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesiæ querite, vt abundetis. Et ideo qui loquitur⁵ lingua

Tamen, quinetiam.

Manifestū, significatē. Vt puta, verbigratia. Linguarū, vocum. Virtutem, vim. Cui loquar qui loquitur. Æmulatores, sectatores. Abundetis, excellatis.

lingua, oret vt interpretetur. Nā si orem lingua⁶, spiritus meus orat: mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est⁷? Orabo spiritu⁸, orabo & mente: psallam⁹ spiritu, psallam & mente. Cæterum si benedixeris⁹ spiritu, qui supplet locū idiotæ, quomodo dicet Amen, super tuam benedictionē? quoniam quid dicas, nescit. Nā tu quidē¹⁰ bene gratias agis: sed alter non ædificatur. Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum¹¹ linguis loquor. Sed in Ecclesia volo¹² quinque verba sensu meo, su meo loqui, vt & alios instruam, quàm decem millia verborum in lingua.

Cæterum, alioqui.

Benedixeris, id est, laudes & celebres Deum. Idiota, Indocti. Omnium vestrum, magis quàm omnes vos.

Sensu meo, mente mea.

Orabo.

Benedicere.

1 *Nunc autem fratres.* Nisi dixero quod facile clareq; à vobis percipi possit, sed linguarum munere præditum esse me tantum ostendam: nullum ex his, quæ non intelligitis, fructū facientes, abibitis, credo. Nam quæ utilitas esse ex voce non intellecta potest? Hoc cōfirmat ex metaphora tubæ & citharæ, quæ nō rhythmō, nō harmonia debita, sed cōfusē, simpliciterq; sonās, & inspirata, neminē afficit audiētē. Cū dicit, Siue in reuelatione: id est, nisi ea tradiderim, quæ solēt explicare, qui dono reuelationis pollēt: aut in sciētia, qualia proferre debent, qui diuina mysteria aperiunt Auditoribus: aut in prophetia, quando de præteritis, deq; præsentibus atq; futuris rebus differit quispiam: aut in doctrina, id est, in specie quadam sermonis, vim instruendi habentis, quum de virtute vel dogmatibus oritur disputatio, vel ad Audientium vilitatem fit instructio.

In aëra loqui. Vt puta.

2 *In aëra loquens.* Id est, frustra, & in vanum.
 3 *Vt puta genera linguarum.* Vt puta, id est, verbi gratiā. Hæc formula nimirum vtimur, quum exemplum fingimus, aut ponimus. Tot sunt genera vocum in hoc mundo, & nullum horum genus est aphonum, id est, voce carens siue mutum, hoc est proprias habens significantias, vt intelligantur: quas nisi intellexero, ero, cui loquar, barbarus: nec intelligam, nec

intelligar. Dicit aliquis, si simplex lingua Mortalibus nihil erat profutura, quare conferebatur? Respondeo, Ut illi con-
ducatur, qui eam acceperit. Aut qui munus interpretandi non ha-
beat, cum adhibens qui habet, suum munus per illius utile mul-
tis reddat.

4 Sic ergo vos, quoniam. Quoniam ad spiritus dona anhelatis,
agite, non solum ut potiora possideatis sed etiam cum abundan-
tia habeatis, modo ad communem utilitatem possideatis.

5 Et ideo qui loquitur. Modum exprimit, quo id donum in
communem Ecclesiae utilitatem cedat. Postulet non linguam
solum, sed interpretationis etiam donum, ut prodesse om-
nibus queat.

Oratio lingua

6 Nam si orem lingua. Si puro lingua & non interpretatio-
nis dono, supplicatione pronuncio, ut assolent Latini homi-
nes Graece cantare, oblectati sono verborum, nescientes tamen
quid verba significet. Spiritus meus: id est, vox mea, aut gra-
tia agitata linguam, vocem formandi gratia, orat: vocalis est
oratio. Mens autem mea est sine fructu: id est, Intellectus meus,
non intelligens orationis voces, & earum significationes,
nihil utilitatis habet, seu non percipit sensu & intelligentia
orationis. Scopus tamen & intentio huius orantis plurimum
sic oranti prodest. Quinetiam fit plerumque, ut plus fructus com-
munis (qui est lumen Dei: ad ea quae sunt propriae salutis) per-
cipiat huiusmodi orantis mens ex fervore spiritus in Deum,
quam percipiat orans Theologus, sciens, & cognoscens ab-
strusos huius orationis & psalmi sensus omnes. Multum enim
utilitatis affert pia illa intentio, servienti Deo, laudandi Deum,
reuerendi eum, ac diligendi: ut ait sacra facultas Theologiae
Parisiensis, Titulo 19. in Determinationibus suis. Non dicit
Paulus, spiritus orat, sed, spiritus meus: ut vocalem sonum, &
non spiritum sanctum exprimeret?

7 Quid ergo est? Ist est, quid maiore poterit asferre utilitate,
quidve a Deo est magis efflagitandum.

8 Orabo spiritu, orabo et mente. Efflagitandum est, oremus non
solum spiritu & voce, sed etiam mente: id est, meditatione oratio-
nis sensum concipientes. Item quae psallam non modo spiritu seu vo-
ce, sed & mente: hoc est, psalmi decantati meditatione, con-
cipiam quid oratione significatur. Non dicit Paulus, malum esse
psallere, aut orare voce, absque orationis cognitione: sed me-
lius esse & voce & meditatione orare, cognitio orationis sen-
su. Aut

su. Aut orabo spiritu, orabo & mente oratione interna, spiri-
tus fervore motus.

9 Caterum si benedixeris. Hic loquitur Paulus de publice ora-
te. Si Deum laudaveris aliena & peregrina lingua, ex dono
Spiritus, coram laico benedictionis tuae significatio non cogno-
scere, non aderit, qui responsurus sit tibi, Amen, sine orationis
facienti. Seu non erit qui tuae benedictionis testimonium perhi-
beat, vel consensum. Quoniam quid dicas, nescit laicus, qui nul-
lo gradu ecclesiastico fungitur: aut, si benedixeris spiritu, id
est, voce tantum non intellecta ab assidentibus.

Laicum.

10 Nam tu quidem bene. Laudat quidem linguam loquentem, quod
Deo loquatur: pluris tamen facit, si & hac oratione assiden-
tes edificaverit.

11 Quod omnium nostrum lingua. Ne Paulus videretur Corin-
thiis donum linguam contemptum habere, dicit, se omnium lo-
qui lingua.

Paulus om-
nium linguis
loquitur.

12 Sed in ecclesia volo. Volo, pro malo, positum. Et, sensu meo,
id est, mente: ut mens intelligat & cognoscat quae dicuntur,
eademque interpretari possit. Quinque positum est pro pau-
cissimis: sicut decem millia, pro plurimis. Malo, ait Paulus, per-
pauca ad profectum loqui, quam multa, quae nulli proficiant.
Quidam quaerunt, quae sunt illa quinque verba, a quibus e-
contrario, quae sint decem millia, est quaerendum. Sacra Theo-
logiae facultas Parisiensis, in quadam censura de cantu Ecclesiae
tractans, ait, Scribens Paulus, in Ecclesia volo quinque verba
sensu meo loqui, quam decem millia verborum in lingua: De
cognitionibus, seu sermonibus, qui habentur ad populum, tractat:
in quibus, inutilis est copia verborum non intellectorum: non
de cantibus ecclesiasticis, quorum alia est ratio. Vide censuram
illam, titulo 19. Propositione. 6.

Pueri mali-
tia:
Esaie 28.

Fratres, nolite pueri effici sensibus:
sed malitia paruuli estote, sensibus autem
perfecti estote. In lege enim scriptum est:
Quoniam in aliis linguis, & aliis loquar
populo huic: & nec sic exaudiet me: dicit
dominus. Itaque linguam in signum sunt,
non fidelibus, sed infidelibus. Prophe-
tia autem non infidelibus sed fidelibus. Si

ergo conueniat² vniuersa ecclesia in vnu,
 & omnes linguis loquatur, intrēt autem
 idiotæ aut infideles, nōne dicent, quod *Idiotæ,
 indocti.*
 insanitis? Si autem omnes prophetent,
 intret autem quis infidelis, vel idiota: cō-
 uincitur ab omnibus, diiudicatur ab om- *Conuincitur,
 coarguitur.*
 nibus. Occulta enim cordis eius manife-
 sta fiunt: & ita cadēs in faciem adorabit
 deum, pronuntiās, quod verē deus in vo-
 bis sit. Quid ergo est³ fratres? Cū con-
 uenitis, vnusquisq; vestrū psalmum ha- *Psalmū, vel
 canticum.*
 bet⁴, doctrinam⁵ habet, apocalypsim⁶ ha- *Apocalyp-
 sim, reuela-
 tionem.*
 bet, linguam habet, interpretationem ha-
 bet, omnia ad ædificationem⁷ fiant. Siue
 lingua⁸ quis loquitur, secūdum duos, aut *Secundum
 duos, fiat
 per binos.*
 vt multum tres, & per partes, & vnus in-
 terpreteretur. Si autē non fuerit interpres, *Vt multū,
 ad summum.*
 taceat in ecclesia, sibi autem loquatur &
 deo. Prophetæ autē duo⁹ aut tres dicant,
 & cæteri diiudicent. Quod si alij¹⁰ reue-
 latum fuerit sedenti, prior taceat.

*Malitia pue-
 ri.
 Perfectus
 sensu.*

¹ Sed malitia paruuli. Illi in malitia puerascunt, qui nihil mali
 cuiquam ingerunt, nec aliter se habent, quā pueri ipsi, qui
 nemini nocent. Ille perfectus est sensu, qui discernit quæ sunt
 ex gratia, aut præstantiora, aut magis vtilia, qui non modò
 nulli nocet, sed prodest quā plurimis, neque solum nequi-
 tiam fugit, sed nequitiam ipsam insectatur. O Corinthij (ait
 Paulus) si verē discernitis, & iudicatis, ex testimonio. Esa. 28.
 cap. facile agnosceatis prophetiam commo diorem lingua, seu
 simplici dono linguæ. Hebræi infideles linguis, & non admo-
 dum prophetia donati sunt: facti fideles prophetis abunda-
 uerant. Est ergo prophetia linguis præstantior. In lege enim,
 ait Paulus, hoc est, in vetere testamento, Esa. 28. scriptum est,
 Quia in aliis linguis (id est, in his qui sunt diuersarum lingua-
 rum) & labiis aliis (id est, diuersis modis proferendi) loquar
 popu-

populo (id est, Hebræo: Variis enim linguis inter diuersilin-
 gues loquebantur Apostoli) & nec sic exaudient me (id est,
 non obedient mihi) dicit dominus. Seu hoc signum dabo,
 vt per sanctos meos inusitato sermone loquar, & nec sic elo-
 quentem intelligent. Itaque o Corinthij, agnoscite quòd lin-
 guæ sunt in signum & miraculum datæ infidelibus, id est, nō
 credentibus. Prophetia autem est fidelibus in ædificatio- *Ab infideli-
 bus recedit
 prophetia.*
 nem. Propterea Hebræis à Christo & fide discedētibus abla-
 ta est prophetia, remanentibus linguis. Fideles non indi-
 gent signis, cū iam fidem tumentur, & seruent. Aut dicito in
 hunc sensum: Lingua est infidelibus in signum: hoc est, ad in-
 fideles duntaxat perterrendos accommodata. Prophetia ve-
 rò vt fidelibus, ita & infidelibus vtilis est: vt pote quæ illos
 infidelitatis arguat, tamen si minus in signum his tradita fuis-
 se dicatur.

² Si ergo conueniat. Ostendit iacturam & dānum ex lingua,
 si absit interpres: videlicet idiotas, seu laicos, id est, nullo or-
 dine ecclesiastico fungentes, dicturos, sic lingua loquentes
 insanire: hoc est, dementes esse, quales erant qui maledictis
 Apostolos incessabant, dicentes vino madere, & ebrios esse:
 cū hi quibus mens sanior esset, longē aliter sentirent, ma-
 gnalia dei demirantes. *Laici.
 Insanire.*

³ Quid ergo est fratres. Hieronymus hūc locum sic exponit:
 Quid ergo est faciēdum? aut quid diffiniemus esse tenendū?
⁴ Psalmum habet. Canticum, aut vim vel edendi, vel canendi *Psalmus.*
 psalmi. Quidam sic interpretatur: Cū conuenitis, quisque
 vestrū psalmum intelligit.

⁵ Doctrinam. Vim & docendi, & exhortandi. *Doctrina.*
⁶ Apocalypsim. Reuelationem, seu donum prophetiæ: aut *Apocaly-
 psis.*
 reuelationis occultorum & mysteriorum.

⁷ Omnia ad ædificationem. Nihil sit in vobis, quod non vos
 alterutrum ædificet.

⁸ Siue lingua quis. Nō vult Paulus plureis in eodē cœtu pro-
 phetare, & simul loquētes interpretari: ait enim, Siue quis lo-
 quatur lingua, subaudi, fiat ad ædificationem: sed ita, vt sin-
 gulis cōuentibus bini duntaxat loquatur, aut ad summū tres:
 sed ita vt non simul loquatur omnes, sed vicissim sileat & lo-
 quantur. Quòd si non adest interpres, is qui lingua loquitur
 taceat, & apud se loquatur & deo: hoc est (ait Ambrosius) in-
 tra se tacitè oret, aut loquatur deo, qui audit muta omnia. In

Intentio sacrificii lingua loquentis.

Sacra facultas.

ecclesia enim ille debet loqui, qui omnibus proficit. Ex his docemur, Quemadmodum Paulus loquentem lingua, seu solo linguæ dono donatum, vult loqui sibi & deo, atque in hoc deum commendari. Ita & sacrificiorum orationes canonicas (quorum significationes non agnoscit) recta intentione iuxta ecclesiæ & intentionem & institutionem, ad dei laudem, gloriam, & honorem: ad gratias super acceptis beneficiis, & muneribus persolvendas, ad obtinenda à deo, quæ vitæ presentis conducant & futuræ, pronunciantem commendare debemus: huiusquæ intentionem & operam magnopere gratam esse deo, cõstanter pronunciantem est. Nam si cor hominis deus maxime requirit, quid magis gratum illi esse poterit? (ait sacra facultas Parisiensis, loco supra adducto) quæ quod homo pio affectu, ipsum laudare, reuereri, amare, appreciari elaborat, ac libenter laudibus eius adsistat? Nulla profectò verborum intelligentia cum hac pia intentione potest conferri, quam habere solent etiam simplices, rudes, & ineruditi. Hactenus sacra facultas. Cum dicitur, Per parteis iutellige, Vicissim: aut, vt Ambrosius legit, particulatim.

9 *Prophetae autem duo.* Dicunt nõ simul, sed vicissim, & ceteri discernant, discutiãtve dicta, ne profitens se prophetam, fallat, aut fallatur. Erat decernendi, & diiudicandi gratia, Quæ vates tum veri, tum falsi dignosceretur: eo quæ duobus, vel tribus prophetandi munus demandavit, vt & ordo seruetur, & in ea turba prophetæ non lateant.

10 *Quod si alij reuelatum.* Ad modestiam & humilitatem hortatur. Sine contentione, & vicissim audiant: Vt prophetante aliquo, si Spiritus sanctus quidpiam alteri reuelauerit melius prior taceat, & non queratur, interceptum esse suum sermonem. Nam si maluisset Spiritus priorem loqui, haudquam alterum ad loquendum excitasset.

Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortentur. Et spiritus prophetarum, prophetis subiecti sunt. Nõ enim est dissentionis deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Mulieres in ecclesiis taceant non enim permittitur

1. Timot. 2. d.

Per singulos, singulatim. Exhortetur Consolationem accipiant. Dissentio nis deo, cõfessionis auctor. eis

eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interroget. Turpe est enim mulieri, loqui in ecclesia. An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quod domini sunt mandata. Si quis autem ignorabit, rat' ignorabitur. Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honestè & secundum ordinem fiant in vobis.

Ignorabit, rat' ignorabitur. Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere.

Honestè, vel decenter. dum ordinem fiant in vobis.

1 *Potestis enim omnes.* Consolatur eos, dicens: Nulli interclusa est illa gratia, sed in omnibus diffundi potest, & singulatim prophetare poteritis: vt Ecclesia omnis instruat, & solamen ad virtutem à prophetante accipiat.

2 *Et spiritus prophetarum.* Quidam falsò existimabát, veros prophetas, quí cœpissent loqui, non posse à cœptis desistere. quasi verò essent, veluti illi bacchantes Vates, olim furiosi, perciti per vim, & coactè à dæmonibus tracti. Horum errorem tollens Paulus, ait: Spiritus prophetarum (id est, spiritualis gratia prophetandi) subiecta est prophetis: seu, est in potestate prophetarum: vt cum velint, vtantur, aut abstineant, prout ecclesiæ conducere viderint. Noli igitur contendere tu, qui prior loquebaris, nec factiones exercere: finges te neque tacere, neque aliis prophetandi locum dare posse. Silētium enim tibi præfidenti indicit Spiritus sanctus, cum alteri quidpiam melius reuelauit.

3 *Mulieres in ecclesiis.* Postquam tumultum, quem linguæ, & prophetiæ ambitio pepererat, cõposuit: agnoscens iam mulierum dicacitatem, & tumultuariam loquacitatem prophetantibus obesse, pergat ordine quo dam strepitum illum muliebrem emendare, intempestiuam earum libertatem excidendo: & rectè quidem. Nam si donis præditos, & spiritu infusos loqui quomodocunque, & quotiescunque volunt, non sinit: multò minus, has temerè, frustra que nugari patietur.

*Mulieribus
presectura
quous iure
negatur.*

*Acquiescen
dū quæ cæte
ris sunt com-
probata.*

Luca. 13. e

Apo. 22.

Prophetare.

Magna itaque cum autoritate nugas illarum comescit, le-
gēq; adducta Gene. 3. cap. Sub viri potestate eris, & ipse do-
minabitur tui, munitus: ipsis ora confuit, ne publicè in eccle-
sibus doceant, aut prophetēt. Imò (ait) ne loquantur sermone
publico, quo præfides quædam viderentur: his enim præse-
ctura quouis iure negatur.

4 *An à vobis verbum Dei.* Respondet his, qui de præscripta
mulierum conticentia in ecclesiis cōtradicerent. Aliæ eccle-
sias non sinunt mulieres in cōuentibus suis loqui: Vósne do-
ctores estis aliorum, à quibus Euangelium exiit: an non ma-
gis discipuli, qui obedire, non contendere, debeatis? Aut in
vos solos peruenit, id est, omnium primi fideles estis & soli,
seu solis vobis prædicatum est, & soli sapitis? Oportet igitur
& vos his acquiescere, quæ cæteris comprobata sunt.

5 *Si quis autem ignorat.* Ignorabitur & à nobis, & à domino:
dicente eis qui se in eius nomine prophetasse dicebant: Ne-
scio vos. Chrysostomus legit, Si quis autē ignorat, ignoret:
perinde ac si inquit Paulus: sanctus sum meo officio, dixi
nanque quod erat dicendum, pareat modò qui velit. Aut, Si
quis ignorat, id est, si quis nolit hæc scire: ignoret, id est, ne-
sciat suo periculo. Hæc figura dictū est & illud, Qui sordeat,
sordeat adhuc.

DICTIO.

PROPHE TARE variis modis scriptura vitur. Primò,
tam pro præteritarum, quàm futurarum rerum enarratione.
Ad hunc loquendi modum & Moyses quidē propheta fuit,
cū de mundi creatione, & aliorum operum Dei testificaba-
tur, & docebat, Gene. 5. Secundò, prophetare est futura præ-
dicere: vt omnes illi prophetare dicebantur, quorū vnus de
Christi natiuitate, alter de eius doctrina, tertius de eius pas-
sione, quartus de eius regno prænunderet & loqueretur. In
summa, Omnes quotquot de eo tāquam de filio Dei, totius
mundi redēptore vaticinabantur. Tertio, prophetare inter
eius alias significationes, est prophetiā enucleare, & psalmos,
& verba dei canere, spiritu sancto motore & doctore, quē-
admodum legis Asaph, Idythum, Heman, prophetasse con-
fessionem & laudem domino in cithara, qui erant cantores
à Dauide, iussu Dei instituti: vt 1. Paralip. 25. Et Helisæus ad
Psalterium prophetat. Quarto, Prophetare idem est quod
predicare, & prophetiam exponere: vt hoc capite, & Act. 13.

Erant

Erant autem in Ecclesia Prophetæ & Doctores.

PROPHE TIA est expositio, siue interpretatio scripturæ, *Prophetia,*
vel reuelatio, non futurorum tantū, sed quorumcunq; maxi-
mè scripturæ, & donum interpretandi sacras literas.

LO QY I linguis, est textū scripturæ, seu Psalmos, seu Pro- *Loqui linguis*
phetias, seu legem Dei, seu preces, alia atque alia lingua pro-
nunciare. Qui hoc simplici dono pollet, vocum (quas pro-
nunciat) significationes non intelligit.

VETE RES Barbarum vocabant, quicquid erat peregrini *Barbarum.*
num: deinde vox deflexa est ad vocis & sermonis absurdita- *Peregrinū.*
tem. Offendit enim sermo peregrinus imperitos, etiam si cō-
cinnior sit nostrate lingua. Postremò cœpit accommodari
& ad mores feroces atque asperos.

ID IOTA, Græca vox est, quæ significat & priuatum, id *Idiota.*
est, non fungētum aliquo Magistratu, & illiteratum: hoc lo-
co plebeium, & indoctum significare potest.

Resurrectio mortuorum futura. CAP. XV.



Otum autē vobis facio¹, fra- *Euangelium*
tres, Euangeliū quod prædi- *predicatum à*
caui vobis, quod & accēpi- *Paulo.*
stis², in quo & statis³, per quod

*Qua ratio-
ne, quo pa-
tō.*

& saluamini, qua ratione prædicauerim
vobis si tenetis, nisi frustrā credidistis.
Tradidi enim vobis⁴ in primis quod &
accepi, quod Christus mortu⁵ est pro pec-
catis nostris secundū scripturas⁶: & quia
sepultus est, & quia resurrexit tertia die,
secundum scripturas: & quia visus est Ce-
phæ, & post hoc vñdecim. Deinde visus
est plusquā quingētis fratribus simul: ex
quibus multi manent vsq; adhuc, quidā
autem dormierunt⁷. Deinde visus est Ia-
cobo,⁸ deinde Apostolis omnib⁹. Noui⁹
simè autem omnium, tāquam abortiuo,
visus est & mihi⁸. Ego enim sum minim⁹

Galat. 1. b
Esaiæ 53. b
Iona 2. a
Osæ 6. a
Ioan. 20. e

Paulo visus
Christus.

Act. 9. a
Ephes. 3. b

Apostolorum, qui nō sum dignus vocari
Apostolus, quoniam persecutus sum ec-
clesiam Dei. Gratia autem Dei, sum id
quod sum: & gratia eius in me vacua⁹ nō
fuit, sed abundatius illis¹⁰ omnibus labo-
raui: nō ego autem, sed gratia Dei mecū.

Christus pri-
mus resurre-
xit, et omnes
per ipsum re-
surgent.

Sive enim ego¹¹, sive illi: sic prædicaui-
mus, & sic credidistis. Si autem Christus
prædicatur, quod resurrexit à mortuis:
quomodo quidā¹² dicunt in vobis, quo-
niam resurrectio mortuorū nō est? Si au-
tem resurrectio mortuorū nō est: neque

Christus resurrexit. Si autē Christus non
resurrexit, inanis est prædicatio nostra.
inanis est & fides vestra. Inuenimur autē
& falsi testes Dei: quoniā testimoniū di-
ximus aduersus Deum, quod suscitauerit
Christum, quem nō suscitauit, si mortui
non resurgunt. Nam si mortui nō resur-
gunt, neque Christus resurrexit. Quod si
Christus non resurrexit: vana est fides ve-
stra, adhuc enim estis in peccatis vestris¹³.

Colos. 1. c
Apoc. 1. b

Ergo & qui dormierunt in Christo, pe-
rierunt. Si in hac vita¹⁴ tantū, in Christo
sperantes sumus, miserabiliores sumus
omnibus hominibus. Nunc autem Chri-
stus resurrexit à mortuis, primitiæ dor-
mientium¹⁵, quoniam quidem per homi-
nem mors: & per hominem resurrectio
mortuorum. Et sicut in Adā omnes mo-
riuntur, ita & in Christo omnes viuifica-
buntur: vnusquisq; autē¹⁶ in suo ordine.

Primitiæ

Primitiæ Christus¹⁷: deinde ij qui sunt
Eius, ipsius. Christi, qui in aduentū eius crediderunt.

1 *Notum vobis facio.* Explicato seorsum de spiritualibus tra-
ctatu, ad eā quæ omnium maximè necessaria est, resurrectionis
disputationem ex abrupto cū affectu vehementi sese conuer-
tit, excitas auditores, beneuolos simul & attētos reddit. Re-
surrectio nostræ fidei caput est, & principiū. Nam si resurre-
ctio tollatur, & illud tollitur, Christū ipsum resurrexisse. Sic
fides euertitur. Corinthi erant, qui sua philosophia superbi,
resurrectionem futuram nolebāt agnoscere. Hoc peruersum
dogma magno studio Paulus euertit, muniens suos non ra-
tionibus, sed gestis iam rebus, & ab ipsis iam dudum receptis,
persuasusq;: vt si repugnaturi sint, iam non Paulo, sed sibi ipsis
repugnent. Notum vobis facio (inquit) fratres, Euangelium
quod prædicaui vobis, nihil vobis noui vel peregrinum, &
quod non receperitis, annuncio, & ad memoriā redigo.

2 *Quod accepistis.* Non solum audiuistis, sed operibus & mi-
raculis accepistis, quæ vobis annunciaui.

3 *In quo estis, per quod.* His loquitur qui firmi erāt in fi-
de traditionis. Quia mortui resurgent. Promiscuis tamē ser-
monem dirigit: vt & hi qui in fide fixi sunt, gaudeant: & qui
nutant, corripere se doleant & corrigantur. Per quod euange-
lium (quod est virtus Dei in salutem omni credētū) saluami-
ni: si modò tenetis, qua ratione, & qualiter Euangelium vo-
bis prædicauerim. Quia mortui omnes resurgent, nisi frustra
credidistis: hoc est nisi in vanum sortiti estis nomen Chri-
stianū. Præcipua enim & summa vis Christianitatis in resur-
rectionis dogmate ipso sita est, autore Paulo Roma. 1. Hæc,
Si tenetis, nisi frustra credidistis: dura sunt verba, & aspera, &
tamen amicè dicta, & suauiter: vt videant Corinthij, quàm
paterno animo erga ipsos animatus & effusus sit.

4 *Tradidi enim vobis.* Hoc nō est meū inuentū, aut cōmētū
aliquod meū: quod vobis tradidi, est euāgelium, & doctrina
ab ipso Iesu Christo salutis authore tradita, eaque in primis
annūciata: vtpote quæ sit totius fidei fundamētū. Et quæ ad-
modū acceptū illud dogma credo, & teneo: ita & vos tene-
re debetis, & credere, & eò cōstantius, quia iam acceperitis.

5 *Secundum scripturas.* Non ociose dictū est à Paulo, Secun-
dum scripturas: Quoniā resurrectio Christi à mortuis (quod

Resurrectio
fidei caput.

supra naturæ leges sit & iura) difficilius cæteris nostræ redemptionis mysteriis, & tardius recepta, atque persuasã fuit mentibus humanis. Vnde & discipuli post multas manifestationes Christi à mortuis suscitati, ipsis factas: post multa itidem argumenta, signa, & indicia, quibus præbuit seipsum illis viuum, adhuc subdubitarunt de illius resurrectione, vt iã in cœlum ascensurus Christus, exprobrauerit illis incredulitatẽ illorum, & duritiam cordis ad credendũ. Marci vltimo. Athenienses item Act. 17. audita resurrectione mortuorum à beato Paulo, cũ stans in medio Areopagi, verba vitæ & salutis æternæ ipsis annunciarẽt, irriserunt eum. Itaque vt omnis tollatur occasio ambiguitatis, dicit Paulus, secundum scripturas: significans, Christi resurrectionem in scripturis prænunciatam esse, vt in Psalms & Euangeliis, & eo modo, quo prædicitur à scripturis, eam esse completam. Ita & Christum mortuum dicit, nõ pro suis, (quippe qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius) sed pro nostris peccatis. Idq; factum est, non casu, aut fortuna, sed ita prænunciarent scripturæ sacræ Exod. 12. Isaia 53. Danielis 9. Zachar. 3. & 13. & Psal. 21. Cũ itaque scripturis sanctis indubitato credendum sit, absque vlla hæsitacione: & Christum pro nobis voluntariè mortuum, & tertia die à mortuis resurrexisse credendum est, constantèrque profitendum.

6 *Quidam autem dormierunt.* Mortem, somnum, & dormitionem dicit. Quemadmodum enim qui dormiunt, à somno surgent: ita qui mortui sunt, à morte resurgent.

7 *Visus est Iacobo.* Hic Iacobus à multis dicitur non frater Ioãnis, sed qui frater domini est dictus, & Hierosolymę Ecclesiæ præfuit, Alphæi filius. Non meminit hic Paulus mulierum, quibus apparuit Christus: quod harum testimonium sit frigidum, & ad testimonium non satis idoneum. Propter tamen sexus imbecillitatem (ait Chrysostomus) gratiam Saluatoris resurgentis sensit mulier. Deinde, ordinis hoc loco, non temporis particula.

8 *Visus est et mihi.* Dicit aliquis: Cur seipsum Paulus resurrectionis dominicæ testem producit, deinceps & sua errata commemorat? Nèpe vt fides ei maior adhibeatur. Nõ enim parcat alienis commissis, qui sua expromit. Abortiuum foetũ se appellat: id est, hominem proiectiũ, cõtemptum, & nullius propemodum frugis, vel dignitatis. Subiungit verba qui-

bus

bus seipsum explicat: Ego enim sum minimus Apostolorum. Dicunt nõnulli abortiuum vltimum mulieris partũ. At quia Christo iam in cœlos cum carne recepto Apostolatũ recepit abortiuum, hoc est, vltimò natum & factum Apostolum sese dicit.

9 *Vacua non fuit.* Non fuit inanis, sterilis, & infrugifera.
10 *Sed abundantius illis.* Abundantius aut diutius, (vt quidam ait) aut qui cũ potestatem cibos accipiendi haberet, sicut & alij, nõ accepit. Factus est iis, qui sine lege sunt, tanquam sine lege. Et quòd ad Gentes missus sit, & orbis partem maximam oberrauit, maiore gratia præditum fuisse intelligunt. Si enim plus laborauit, fuit maiore gratia donatus. Plus laborum insumpsit, quàm quisquam alius Apostolorum, dum videlicet ab Hierusalem in circuniacetibus regionibus per vniuersam propemodum Arabiam, Syriam, Ciliciam, Pamphiliam, Galatiam, Asiam, Macedoniam, & Achaiam ad Illyricum vsque omnia prædicatione Evangelica repleuit. At de nullo Apostolorum maiora leguntur. Non abs re vocatur doctor Gentium, quæ in totum dispersæ sunt orbem, & maiorem orbis partem quàm sit Iudæa, cui potissimum designati erant Apostoli. At ne quispiam existimaret Paulum hæc omnia suis viribus adscripsisse: subiungit, Non ego autem, sed gratia Dei: Non ego sum is, qui hoc feci, sed gratia potius Dei, quæ mihi adfuit: vt intelligamus, totũ hoc Deo ferri acceptũ. Sunt qui interpretantur, Abundantius illis: id est, copiosus quidem, quàm omnes illi pseudapostoli, laboraui: ac si diceret, Tametsi multa fecerint, & sciant etiam gloriari, tamen omnes in vniuersum non tantum fecerunt, quãtum ego solus, & vniuersus, ac minimus Apostolorum. Nam clarissimum est, Paulum nihil velle detrachere veris Apostolis, in quorum numerum sese adiungit: sed in pseudapostolos his verbis inuehitur, qui ipsum prorsus nihili pendebant.

11 *Sive enim ego.* Siue ego maiores labores prædicãdo insumperim, siue illi: tamen quod ad Euangelij prædicationem, hanc spectat, vnum omnes sentimus, Mortuum scilicet Christum tertia die resurrexisse. Eaque summa est fidei, quam sic prædicauimus, & nobis sic prædicatibus credidistis. Non noua vobis nunc nuncio: nam enim aliquãdo hæc accepistis, accepta credidistis, vera esse dixistis, & certiora, quæ per me prædicata sunt non seorsum, sed in propatulo, & in præsentia.

Dixit, Credidistis, & non, Creditis: quia instabiles erant, & nutabundi.

12 *Quomodo quidam.* Ait, Quidam in vobis, ne videatur Corinthios vniuersos vituperare.

13 *Adhuc estis in peccatis.* Christus resurrexit propter iustificationem nostram, & traditus est propter delicta nostra. Si ergo non resurrexit Christus, iustificationem non estis consequuti, in peccatis vestris adhuc estis. Sed existimatis vos fuisse Christi sanguine ab omni crimine liberatos, & à morte peccati fuscitatos cum illo, qui resurrexit propter vos. Est ergo vel cæcis ipsis apertum, resurrectionem mortuorum esse.

Opera quibus merces debita.

14 *Si in hac vita tantum.* Si futuræ vitæ spes non esset, videremur vel ipsis incredulis miserabiliores, qui hac vita etiam lætiores, quàm nos fruuntur. Vt quid enim ieiunia, vigiliæ, munda vita, iustitia, misericordia, & propter Christum mors, si pro his nulla merces erit in futuro?

15 *Primitiæ dormientium.* Christus primitiæ, qui a primis ad immortalitatem resurrexit. Cum præcesserit ille præuius, necesse est, vt & subsequentes se habeat, vtpote qui sibi viua fide adherent.

16 *Vnusquisque autem suo ordine.* Dixerat, Omnes per Christum viuificabuntur: sicut homo Adam omnibus mortem induxit: ita fit, vt per hominem Christum viuificentur, seu à morte resurrecturi sint, omnes & pij & impij. Seruato tamen ordine, Pij ad gloriam, & lucem, Impij ad pœnam, & tenebras. Ordo nõ temporis est, vt dicantur Pij prius resurgere, postea Impij: futura enim resurrectio in momẽto fiet. Sed hinc dicitur ordo dignitatis, & meriti.

Resurrectio nis ordo.

17 *Primitiæ, Christus.* Prior surrexit, & tempore, & dignitate, vt nobis spes sit resurrectionis. Deinde resurgent omnes qui sunt Christi, posteriores tempore & dignitate, nempe qui carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Deinde finis: id est, consummata omnium resurrectio. Tunc finẽ hæc omnia acceptura sunt, vt iam nõ viuatur vita corporis & voluptatis, vt fingunt Iudæi & Agareni: sed vita æterna fruuntur electi, & pœna æterna affligentur reprobi.

Deinde finis: cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.

Euacuauerit, aboluerit.

Oportet

Ponat, potuerit. Eius, suos. Nouissime nouissima.

Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.

Nouissimè autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat, Omnia subiecta

Sinedubio, præter, vel, palam est excipiendum.

sunt ei: sine dubio, præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autè subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt: vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter vestram gloriam, fratres, quã habeo in Christo Iesu Domino nostro. Si (secundum hominem) ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corruptunt mores bonos, colloquia mala. Euiugilate iustè, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad reuerentiam vobis loquor.

Propter vestram gloriam, per nostram glorificationem.

Reuerentiã, pudorem.

1 *Cum tradiderit regnum Deo & Patri.* Id est, cum Christus, electorum Ecclesiam sanguine suo redemptam, ab omni perturbatione & afflictione liberam, & à Dæmonum insidiis & insultibus tutam patri tradiderit. Cum enim generalis resurrectio fuerit, nullos à Dæmonibus & aduersariis insultus sentiet Ecclesia, quæ tota in Deum rapietur. Sic tamen tradet Ecclesiam patri, vt sibi non illam adimat, sed ipse vnus Deus cum patre & spiritu sancto regnabit. Aut Christus tradet regnum Deo & patri, cum ostendet Ecclesiæ, non se esse ex

quo omnia, sed per quem omnia sunt: ait Ambrosius.

2 *Cum euacuauerit.* Cum antiquauerit, & eneruauerit omnem Dæmonum potestatem, & tyrannidem, quam exercent hic aduersus electos & Ecclesiam, consummata erit omnium resurrectionis. Necessè est tamen interim Christum ducem & imperatorem suæ Ecclesiæ esse, illiusque curam gerere, donec, seu quodausque, tyrānos dæmones omnino sustulerit, & eneruauerit. Nam electos propter carnis fragilitatem labi, & uinci frequenter contingit. Obserua: euacuatis peccatis, euacuabuntur à nobis omnes contrariæ potestates: Virtus enim earum, nostra peccata sunt.

Vis potestatum peccata nostra.

3 *Oportet autem illum regnare.* Occupatio est: Dices fortasse, Quare ilico post resurrectionem suam Christus, non posuit inimicos sub pedes, ubi iam omnium rerum factus est dominus, potuitque omnia pedibus suis subiicere? Respondet Paulus: Quando ita placitum est Deo, & sacræ literæ ita prodiderunt, quid rogas? quasi verò putaueris id Christi honori derogare. Sacris literis memorię proditum est, Christum regnare, & dominari debere vnā cum mundano magistratu & regno spiritali sua administratione. Psal. 110. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Hoc mirum in modum nos cōsolatur, salutisque nostræ rationem habet, quòd non ilico dæmones pleno & consummato supplicio affecerit ante mille annos, siue ante finem seculi: sed pœnā arctioris carceris distulit, vsque dum nos quoque adueniremus. Nam nō omnes adhuc nati sunt, qui ad eius regnum pertinent. In hoc itaque illi regnandum est, vt filios Dei congreget. Quare regnum suum antè prorsus implere debet, nec prius inimicos abolere, & absumere exitio, quàm omnes, quibus imortalitatem destinauit, adduxerit. Deinde omnia simul tollet, inimicos trucidaturus. Interim permittit verbum suum, prædicari, & regit Christianitatem spiritalibus officiis prædicandi, sacramenta porrigendi, cum fide & spiritu in medio inimicorum nos præmentium, cōtra quos & eorum vim ac iniurias nos tuetur, & retinet hac certissima consolatione, Fore, vt illo die ipsos pedibus suis prorsus subiecturus sit: quod facere iam cœpit, & quotidie certè facit. Quis nō videt prædicatione Euāgelij omnes sectas spiritaliter dissipatas esse, diabolium fugatum, tyrannos de folio suo deturbatos, mūdi

furorem

furorem & insaniam depressam, mortis vim atque robur ademptum. Oportet ergo gloriā Christi innotescere prius toti orbi, vt omnes filij Dei dispersi ex omni terra colligantur, impietas quoque seipsam in omnibus diaboli membris proderet, & tandem vincet dominus Iesus, vindicans & suū & sanctorum suorum sanguinem de manu impiorum, quos & in die illo triumphantium more calcabit.

4 *Nouissimè autem.* Destructio mortis, est resurrectio mortuorum, Diabolus in Apocalypsi Peccatū & Mors appellatur, quia author est peccati & mortis.

Diabolus cur peccatum dicitur.

5 *Omnia enim subiicit.* Omnium potestatem Pater dedit Filio, vt homini, nō vt Deo: quia æqualis est suo patri, vt subiicere sibi possit omnia. Nondū enim plenè diabolicas potestates sibi subiicit: permittens ad exercitationem Electorū sibi relinquitur, donec regnum sibi demandatum patri tradiderit.

6 *Tunc & ipse filius.* Christus secundum humanitatem, etsi nunc sit subiectus, quia tamen nunc non omnes apertè cognoscunt hanc subiectionem, tunc manifestabitur reuera patri subiectus, & obediens: cuius voluntatem impleuerit, quū Ecclesiam suam, seu regnum suum, ab omni Dæmonum impetu, & tyrānide liberauerit. Vel ita (ait Petrus Longobardus in hunc locum) vt agat de Christo secundum diuinitatem. Cū subiecta fuerint illi omnia: id est, cū omnes adrauerint Christum vt Deum: Tunc & ipse subiectus filius erit illi, qui subiicit sibi omnia: id est, Tunc Christus se deum ostendet, sed de Deo, vt vnus principij summa, & ineffabilis autoritas maneat. Ita ostendet se Deum de Deo, vt tamen sit vnus Deus in omnibus. id est, in confessione omnium, ex quo omnia sunt. Aut sic, Vt sit Deus omnia in omnibus: id est, omnem ac plenam in omnia subiectionem habens: vel, vt sit in omnibus, supple Electis: omnia, id est, pro rebus omnibus erit, & solus in illis regnabit. Aut cum illi subiecta fuerint omnia, tunc & ipse filius (in membris scilicet suis) subiicietur ei, qui illi subiicit omnia. Hoc est, deuidis, & subiectis in vniuersum hostibus, tunc sancti Dei, in quibus viuunt filius purissimè ac scelicissimè, regem ac Dominum suum agnoscent, obseruabunt, ac laudabunt. Subiectio illa liberimū erit sanctorum regnum: Erit enim Deus omnibus electis omnia: id est, omnium desideriorum expletio, plena merces atque abundantissima fœlicitas. Hic sensus planior est, magisque mihi

Christus omnia in omnibus.

Baptizari.

videtur arridere, quàm superior.

7 *Quid facient, qui baptizari.* Baptizari, tropo sacrae Scripturae interdum est, supplicium pati. Marci 10. Calicem quidem quem ego bibo, bibetis, & baptismo quo baptizor, baptizabimini. Luc. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor. Quid facient, qui baptizantur, id est, supplicia & afflictiones patiuntur: pro mortuis, id est, pro asserta mortuorum resurrectione, & qui pro illius articuli fidei defensione, non dubitant subire martyrii viri sancti. Quidam aiunt, in primitiua Ecclesia quosdam fuisse, qui baptizabantur vice illorum, qui è viuis non baptizati discesserant: existimantes, non resurrecturos, nisi in illorum gratiam baptisma susciperent. Illorum fidem de resurrectione futura commendat Paulus, non autem factum & errorē de baptismo repetito. Alioqui si resurrectio mortuorum non est futura, illi qui baptizantur pro mortuis: id est, vice eorum qui mortui sunt: Vt quid baptizantur pro illis? Vtique videretur vana eorum fides.

8 *Quotidie morior.* Quomodo hoc fit nimirum quod mortem semper secum circumferat, quodque citra intermissione in iis versetur angustiis, ut mortem impensius sentiat, quam vitam. Assidue versabatur in certamine, in quo, mors & vita, peccatum & iustitia bona & mala conscientia, gaudium & tristitia, spes & metus, fides & incredulitas mutuo luctabantur.

9 *Si secundum hominem.* Videtur mihi legendus textus, Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi: quid mihi prodest? Si secundum hominem: id est, secundum humanum sensum, sub quem non cadit cognitio futuræ resurrectionis, seu ut caro iam soluta reformetur ad vitam. Aut, Secundum hominem: id est, propter hominum gloriam, & non ob spem futuræ resurrectionis, & retributionis, Pugnavi ad bestias Ephesi: (solebant enim olim damnati bestiis obici, exemplo sunt Daniel, & plerique alij, quorum mentio celebris est in Historia) quid mihi prodest? Quasi dicat, nihil. Sed pugnavi, non secundum hominem: hoc est, non humana ratione, & virtute, sed divina: certus de resurrectione futura, nihil verius illas bestias, quibus expositus fui. Græci interpretes, quorum est Theophylactus, detorquent hoc ad tumultum ab aurifice Demetrio concitatum, ob Ephesiam Dianam, Act. 19.

Paulus bestiis expositus.

10 *Manducemus.* Vox est diffidentium, & desperantium de promissis Dei. Hoc autem dictum ab Esaia cap. 22. desumptum est, vulgo

est, vulgo illorum dementiam increpante, qui nullam afferunt resurrectionem.

11 *Nolite seduci.* Arguit Corinthios, qui ad resurrectionem diffidentem, ab aliis fuerunt decepti, frequenti malorum colloquio.

12 *Evigilate.* Expergiscimini à peccato, ut iusti sitis, & nolite peccare. Nam ex huiusmodi peccandi licentia, vestra hæc de resurrectione oritur incredulitas. Qui enim malis & peccatis obduruerunt, nullam esse existimant, tormentorum formidine, resurrectionem.

13 *Ignorantiam enim Dei.* Qui nullam dicunt futuram resurrectionem, Dei ignoratione tenentur, Dei potentiam non agnoscunt. Hæc ad reverentiam loquor: id est, non ut infensus, aut hostis incessem contumeliis, sed pudore afficerem. ut correctos vos, & verecundia quadam adfectos, ad veritatis notionem traducerem.

Sed dicit aliquis, Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? *Quomodo resurgunt mortui.*

Inspiciens tu, quod feminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Et quod feminas, non corpus, quod futurum est, feminas: sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus, sicut vult: & unicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia autem volucrum, alia piscium. Et corpora cælestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: surgit in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surgit in gloria. Seminatur in infirmitate: surgit in

Ut puta, Exempli gratia.

Claritas, Vel gloria, et infra.

Ignobilitate, Ignominia.

Genes. 2. b
Adam duplex.

Primus & secundus homo.

Osee 13. d
Heb. 2. d

Peccatum.
Victoria.

1. Ioan. 5. d

virtute. Seminatur corpus⁴ animale: sur- Virtute,
get corpus spirituale. Si est corpus ani- potentia.
male, est & corpus spirituale, sicut scri-
ptum est, Factus est primus homo Adam
in animam viuentem⁵: nouissimus Adam
in spiritum viuificantem. Sed non prius⁶
quod spirituale est, sed quod animale:
deinde quod spirituale. Primus homo
de terra, terrenus: secundus homo de cœ-
lo, cœlestis. Qualis terrenus, tales & ter-
reni: Et qualis cœlestis, tales & cœlestes.
Igitur sicut portauimus⁷ imaginem ter-
reni, portemus & imaginē cœlestis. Hoc
autem dico, fratres, quia caro & sanguis
regnum Dei possidere non possunt: ne-
que corruptio incorruptelam posside-
bit. Ecce mysterium vobis dico: Omnes
quidem resurgemus⁸: sed non omnes im-
mutabimur. In momento, in ictu oculi,
in nouissima tuba (tānet enim tuba) &
mortui resurgent⁹ incorrupti: & nos im-
mutabimur. Oportet enim corruptibile
hoc induere incorruptionem: & morta-
le hoc, induere immortalitatem. Cū
autem mortale hoc induerit immortali-
tatem: tunc fiet sermo qui scriptus est,
Absorpta est mors¹⁰ in victoria. Vbi est
mors victoria¹¹ tua? Vbi est mors stimulus
tuus? Stimulus autem mortis, peccatum
est: virtus verò peccati¹², lex. Deo autem
gratias¹³, qui dedit nobis victoriam per
Dominum nostrum Iesum Christum.

Omnes qui
dem, Nō om-
nes quidem
dormiemus:
omnes tamen
immutabi-
mur.

Est mors,
&c. Tuus
mors aculeus?
vbi tua infer-
ne victoria?
Virtus, Pa-
tentia.

Itaque

Itaque fratres mei dilecti, stabiles esto-
te, & immobiles: abundantes in opere
Domini semper, scientes quod labor ve-
ster¹⁴ non est inanis in Domino.

1 *Inspiciens tu, quod feminas.* Hoc pronomine Tu, emphasim exprimit. Si quod tu feminas, prouenit lōgè præclarior, multò id vberius efficiet deus in resurrectione, cuius ille est propriè author. Exemplo grani docet, non prius resurrecturum corpus ad immortalitatis fructum nisi prius in terra mortuū fuerit: sicut ad frugem granum euadere nequit, nō antè mortuum. Si ergo (ait Ambrosius) nudum granum seminatur, vt Dei nutu quodam modo elementorum ministerio vestitum resurgat, multa secum habent incrementa vtilitatis humanæ: cur non credibile sit, Dei virtute mortuum posse resurgere, meliorata tātū substantia, non numero multiplicatū. Obserua: Quidam hæretici dixerūt, nō idem illud corpus, quod fuerat, suscitari: id enim aiunt per Apostolum significatum, quum dixit, & quod feminas, non corpus quod futurum est feminas. Certè Paulus nihil aliud docere nititur, quā quod non resurgit tale, quale sepultum & seminatum est. Hoc significauit, nō tale feminas, quale futurū est: nā subiūgit Paulus: Deus autē dat illi corpus sicut vult. Et ne quis nouū, vel alienū corpus intelligeret, addit: Et vnicuique seminū proprium corpus. Non ait, aliud: sed, suum cuique datur corpus. Corpus ergo quod sepelitur, feminis loco est: ex eo idē nascitur corpus, licet speciosius: nudū enim, & corruptione plenum illud erat, dum sepeliretur: at in resurrectione clarificatum & locupletatum est.

2 *Non omnis caro, eadem caro.* Et si omnium generabilium & corruptibilium eadē sit materia, nō tamen rationalium & irrationalium eadē est caro: id est, non est eiusdem dignitatis. Si inter genera carnis, discrimen reperitur, iuxta animantium differentiam: quid miraris, si in resurrectione mortuorum, non eadem in omnibus offendatur gloria? Quemadmodum inter corpora cœlestia, Solem, Lunā, & Stellas, alia aliis clariora sunt: ita cum resurgent iusti, alij aliis splendidiore apparebunt, pro diuersis meritis diuersa præmia dabuntur: iuxta sententiā saluatoris, In domo patris mei, mansiones multæ sunt.

3 *Seminatur in corruptione.* Non hīc agit de naturali semine, *Seminari.*
t iij

Brutum moriens omnino extinguitur.

sed de corpore nostro, femini comparato. Seminatur, id est, moritur in modum seminis morientis, vt fructum afferat: nō in modum bruti moriētis, quod moriens omnino extinguitur. Cū autem moritur corpus nostrum, nō omnino sibi moritur, sed moritur in modū seminis moriētis: quod ita moritur, vt sibi laudabili orē vitā acquirat. Sic corpora nostra seminantur, seu moriūtur ad vitā meliōrē. Cū ait, In corruptione declarat rem seminatā, id est, corpus nostrū, corruptione plēnū, seu corruptibile: quod cū seritur, moritur, velut semē. Seminatur in corruptione: id est, corpus nostrū corruptibile moritur, & resurget incorruptibile, moritur ignominis plēnum, resurget gloriosum, &c. Aut, Seminatur: id est, demandatur terræ corpus: In corruptione, id est, vt corrumpatur. & surget incorruptibile. Similiter sepelitur corpus ignobile, & resurget gloriosum.

Animalis potentia.

4. *Seminatur corpus animale.* Ab animali potentia, quæ est vegetatiua, & sensitiua (qua hic dum viuimus, indigemus) nuncupatur animale, in quod anima ipsa imperium habet, & gubernationem. Spirituale autem, quod Spiritus sancti opera abundē vititur, ab eodēq; gubernatur, hic Spiritus nō assiduē in nobis operatur: quia nobis peccātibus abscedit statim, & auolat. Tūc autē quum resurgemus, perpetuō idem iustis & electis aderit. Vel simpliciter Spiritale, dicit incorruptum, quale in aërem deferri possit, & locum non occupare, in modum Spirituum, iuxta dotes sibi resurgenti concessas.

Primus Adam.

5. *In animā viuentem.* Primus homo Adam erat in animā viuentem effectus: hoc est, viuebat sibi, sicut & vnusquisq; sibi viuit: hoc est, corpus habet animæ viribus gubernatum. Nouissimus verò Adā, id est, Christus, est in Spiritum viuificantem. Dominus enim Iesus Christus secundum suā substantiā Diuinam, seu Diuinitatem, æqualis est Spiritui sancto, quem hoc mūdo habebat, quo & propriam carnem viuificabat, & nobis per eum in corruptionē largitus est. Quō fit, vt vitæ huius corruptibilis pignora, in priorē Adā ceperimus: futura verò vitæ immortalis, incorruptibilis, & huiusmodi, in Christo, qui est via, veritas, & vita, Eloquutionis idioma satis agnitū: Factus est in animam viuentem: pro eo quod est, Factus est anima viuens. Quemadmodum illud dicitur, Esto mihi in Deum protectorem.

Psal. 30.

6. *Sed non prius quod spirituale est.* Est quidam rerum ordo in his,

his, vt non prius spirituale, quàm animale. Sed prius animale & imperfectū quod tollitur, & resurgit spiritale & perfectum. Quēadmodum vides primum Adam animalē, in animam viuētem: postea agnoscis secundū Adam cœlestem in animā viuificantem. Ab hoc cœlestes, & spiritales dicimur: ab illo verò terreni, & animales. Cœlestis, dicitur (ait Ambrosius) quia non humana fragilitatis ritu, sed diuinæ maiestatis nutu & conceptus est, & enixus. Nam vsque adeo naturā nostri habuit, vt secundus Adam dicatur, & homo.

7. *Sicut portauimus imaginem.* Gestauimus imaginem terreni Adæ peccando & moriēdo, gestabimus imaginem posterioris innocenter viuendo. Aut peccator imaginem Adæ portat, iustus verò imaginem Christi. Ergo (ait Ambrosius) sicut portauimus veterem hominem ante baptismū: ita & post baptismum, portemus nouum.

8. *Omnes quidem resurgemus.* Omnes moriemur, & resurgemus: Sed non omnes immutabimur: non omnes consequemur gloriam. Soli electi ad immortalitatis commodum immutati & diuinę glorię comitatu ditati erūt: in peccato suo & miseria permanentibus impiis. Vocat Paulus, vt infra, mutationem ad gloriam illam cœlestem & statū gloriosum, Immutationem. Et qui hinc ad illam gloriam mutantur, & trās-eunt, Immutari dicuntur. Hæc est illa immutatio perfecta, de qua loquutus est Iob, Expecto donec veniat immutatio mea, *Immutatio.* Reprobi mutabuntur quidem cum resurgent, & immortales, & incorrupti: sed illa est imperfecta, & secundum quid, vt dicunt, mutatio. *Iob. 14. c.*

9. *Mortui resurgent.* Obserua: Cū de reprobis est loquutus, tertia persona est vsus, Mortui, id est, reprobi & peccatores, (vt in Psalmo, Non mortui laudabunt te domine) resurgent incorrupti. Et nos immutabimur: id est, electi immutabuntur ad gloriam. Aut tum boni tum mali, ad immortalitatem corporis resurgent. Nos verò, id est, electi, immutabimur: quia de miseria ad gloriam transibimus. *Psal. 113.*

10. *Absorpta est mors.* In Christo victore absorpta est mors, qui mortem occidit resurgendo, & victor apparuit.

11. *Vbi est mors victoria tua?* Ex persona iustorū loquitur, insultando morti. O mors, vbi est tua gloria, seu potētia & victoria, qua totum genus humanum tibi subigebas? O mors, vbi est stimulus tuus, seu peccatum, quo ad mortem impulsus

Stimulus mortis, peccati.

est homo? Hoc declarat dicens, Stimulus autem mortis, peccatum. Sagitta mortis (ait Ambrosius) peccatum, per quod animæ iugulantur.

12 *Virtus verò peccati.* Occasione enim accepta per legē, quæ docet, & per eā cognoscimus, peccatum sit maius & grauius.

13 *Deo autem gratias.* Non nostro, sed Iesu Christi beneficio collata est nobis victoria: ille certauit, illius certaminis fructum consequimur, per eius immensam clementiam. Gratias agamus.

14 *Labor vester non est inanis.* Quasi dicat: Olim à vobis virtus ipsa negligebatur, quia resurrecturos vos minimè credebatis, eoq; laborem vanum ducebatis. Nunc verò pro certo habetis, resurrectionem futuros: credentes, vestros labores nequaquam fore inaneis, quos in dominum, & in nomine eius operati fueritis.

CONCILIATIO.

Prima.

HÆC inuicem pugnare videntur, quæ Paulus hoc capite pronūciat: Ego sum minimus Apostolorum: Et, Abundātius omnibus his laboraui. Respondeo. Paulus sequutus Præceptoris sui Iesu Christi doctrinam (Matth. 20. cap. Quicumq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus) ea humilitate floruit, vt statim pronunciauerit se abundantius illis laborasse, non sibi, sed gratiæ Iesu Christi ascribens laborē. Nō autē ego (ait) sed gratia Dei quæ mecum est. Hac humilitate vsq; adeo valuit, vt euangelizauerit imperuestigabiles Iesu Christi diuitias, & docuerit dispensationē mysteriorum Dei, absconditam à seculis in Deo, qui creauit omnia.

Secunda.

QVOMODO coherere videantur, quod hic Paulus dicit, In Christo omnes viuificabuntur: & quæ Ioan. 5. scribūtur: Filius quos vult viuificat? Nihil pugnantia est, si obseruaeris duplicem esse mortem. Est quædam mors carnis, quæ fit, cum exhalamus animā. Est alia mors, quæ est fidei viuæ, quādo in impietate submergimur, vt Deum non curemus, & veniam non deprecemur. Salutis mors est, quando æternis tenebris mancipamur, quæ dicitur mors æterna. Ita est quædā viuificatio, quæ dicitur, Carnis resurrectio: de qua loquitur Christus in Ioanne, Veniet hora, in qua omnes qui in monu mentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerūt, in resurrectionem

Mors duplex.

Resurrectio duplex.

resurrectionem iudicij. Similiter & Paulus in hoc toto capite loquitur de viuificatione, quæ fiet in consummatione seculi, quando vniuersi ad iudicium resurgemus. Est quædā viuificatio, quæ est excitatio ad vitam mortalem, vt cum verbo excitati sunt mortui, ad vitā priorem. De hac loquitur Christus Ioā. 5. Sicut pater suscitatur mortuos, & c. id est, filius: quia eandem potētiam habet cum patre, excitat defunctos ad vitam priorem quos voluerit, non minori potentia & virtute, quā pater. Id quod in lazaro excitando, Ioannis 11. in filia Archisynagogi, Marci 5. In filio viduæ, Lucæ 7. satis commōstrauit. Est & alia viuificatio, quæ fit, quando excitantur impij ab impietate, & credunt in Iesum Christum.

Viuificatio.

QVOD hic Paulus dicit, quòd Christus regnum patri traditurus est: cum scriptura passim testetur, Christum perpetuò regem mansurum, & eius regni finem nullum futurum? Respondendum: Paulū hic loqui de regno Christi, quod in terris iam per fidem administrat, in quo per verbū suū regnat, non apertis rebus, sed perinde vt solem per nubes densas lucentem conspiciamus, nubibus autem deædentibus, aut vento discussis, cum lumē, tum solem videmus. Ita hoc loco, regnum Christi præsens est Ecclesia, in qua nunc per fidem videmus: sed cum finis adierit, ablata erunt nubes, & quotquot fuerunt, sunt, & erunt electi, per Christū, & in Christo fructur Deo, & summa pace & tranquillitate donabuntur. Et id est, quod hic Paulus dicit, Christum traditurum Deo regnū. Transferet Christus occultum in apertum.

Tertia.

PAVLVS constanter hic pronūciat. Omnes quidem resurgemus. Quum tamen non ignorauerit dictum Dauidis, Non resurgunt impij in iudicio. Nō loquitur propheta primo Psalmo de resurrectione nouissima, quæ fiet in consummatione seculi, vbi Christus Iesus cum hortatu, & voce Archangeli, ac tuba Dei descendet de cælo, & apparebit in gloria maiestatis suæ, iudicaturus viuos & mortuos. Tum enim omnes, quum pij tum impij, resurgent ad iudicium, vt reponet vnusquisque, prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum, 2. Corinth. 5. Et de hac resurrectione copiosè hoc capite Paulus differit, constanter pronūcians, Quòd omnes resurgemus. Dauid verò confert hoc loco pium cum impio, & commendans virtutes iustorum, ait, Et folium eius non defluet, & omnia quæcūque faciet prosperabunt. Mox verò

Quarta.

Resurrectio pulchra antithesi, impij mala recensens, subdit: Non sic im-
impiorum in pij, non scid est, non prosperabuntur in omnibus viis suis,
iudicio. velut pij, qui in lege domini meditantur die ac nocte: sed ta-
 quam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. Ideo nõ re-
 surgent impij in iudicio, neque peccatores in cõcilio iusto-
 rum: id est, non perdurabunt in sanctorum Ecclesia, disper-
 gentur velut paleæ leuissimæ: quia in impietate sua submer-
 si, vero iudicio carent: quo perpetuò etiam carebunt, dum
 Christum, & eius sponfam Ecclesiam, non sequuntur: nolunt
 sua in concilio piorum damnari, & vbi audiunt se condẽna-
 ri verbo domini, furiunt, insaniunt, nolunt audire sanam do-
 ctrinam, dicunt suum spiritum sibi esse fati. Sed toto celo
 errant, quum si spiritum Dei haberent, non à piorum conci-
 lio, in quo Spiritus sanctus residet, discederent. Nõ enim dis-
 fensionis est Deus. Aut si vis ad extremum iudicium versum
 illum Davidis referre, sic interpretare: Non resurgent impij
 in iudicio & iustitia, velut pij: sed in iniquitate sua resurgēt:
 neque in concilio iustorum, sed cõdemnatorum corona &
 cõctu, cum quibus ibunt in ignem æternum, qui paratus est
 diabolo, & angelis eius.

1. Cor. 14. 8

Mors.

Videre mor-
tem.

MORS in scriptura somnus ferè vocatur: hinc mors pio-
 rum & Christianorum somnus appellatur, quippe qui non
 gustant mortem æternam, vt Ioan. 8. Si quis serm onem meũ
 seruauerit, mortem non gustabit in æternum. & Ioan. 11. Qui
 credit in me, non morietur in æternum. Videre mortem &
 corruptionem, Hebraismus est in scriptura pro mori, & cor-
 rumpti. Non videre mortem, pro, non mori. vt Luc. 2. & Ioã.
 8. Quo fortè scriptura vtitur, ad ostendẽdã diuinam virtutẽ,
 cui omnia viuunt, & nihil perit aut corrumpitur: Sed nobis
 perimus, & nobis morimur, & corrumpimur.

CRA S moriemur, proverbium est Laconicum, vide Chi-
 liades Erasmi.

CORRUMPUNT bonos mores colloquia praua. Sena-
 rius est Menandri poëtæ comici, ait Hieronymus.

Mysterium.

MYS TER IUM significat aliquid secretum, quod remo-
 tum est ab oculis atq; absconditum, precipuè verò in verbis,
 vt cū dicitur, quod obscurum est, & intellectu difficile, sole-
 mus dicere, Hoc mysterium est. Verè Euangelium, imò ipse
 Christus mysterium Dei est: Euangelii enim prædicat, quæ à
 ratione

ratiõẽ humana & sensu remota sunt, ad eò vt totus orbis ne-
 queat ea capere, neque à quoquam, nisi fidei. 1. Corinth. 2.
 Prædicamus sapientiã Dei in mysterio absconditã. Hac Dei
 mysteria sunt, Christũ natum esse ex virgine, passum, & resur-
 rexisse, cœlos ascendisse, & ad dexteram patris sedere.

CARO & sanguis, in sacra scriptura interdum pro homi-
 nibus, vt Galat. 1. & 2. Non acquieui carni & sanguini. Ali-
 quando pro sensu humano, aut viribus hominis. Vt Matth.
 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Potest pro affectibus
 & concupiscentiis nostris accipi, vt hoc loco, qui affectus &
 concupiscentias sequuti fuerint, regnum Dei non posside-
 bunt. Interdum caro significat proximum, vt 2. Regum 5. &
 Esaiæ 38. Carnem tuam ne despexeris.

Caro,
Sanguis.

IN ICTV OCULI, Diuus Hieronymus ad Minerium in-
 dicat, ytrũque inueniri *εἰς τὸν*, id est, ictus: & *μοῦνα*, id est, mo-
 tus. Prius translatum est ab ictu teli, seu fulminis. Secundum
 à motu lancis, seu libræ.

Meminit Paulus collectæ: & pollicetur redi-
 tum, multos nominatim salutans.

CAPVT XVI.

Collectis,
collatiombus



DE collectis autẽ, quæ sunt in
 sanctos, sicut ordinauĩ Eccle-
 siis Galatiæ, ita & vos facite.

Collectæ in
pauperes san-
ctos.

Per vnã sabbatĩ vnusquisq;
 vestrũ apud se ponat, recondens quod

Benepla-
cuerit, cõmo-
dum fuerit.

ei beneplacuerit: vt non cùm venero, tũc
 collectæ fiãt. Cũ autẽ præsens fuero, quos
 probaueritis per Epistolas, hos mittam,

Gratiã, mu-
nificentiã.
Dignũ, ope-
raspretium.

perferre gratiam vestram in Hierusalem.
 Quòd si dignum fuerit, vt ego eã, mecũ
 ibunt. Veniã autem ad vos, cùm Macedo-
 niam pertransiero: nam Macedoniã per-
 trãsibo. Apud vos autẽ forsitã manebo,
 vel etiã hyemabo: vt vos me deducatis,

quocunque iero. Nolo enim vos modò
in transitu videre: spero enim me aliquã-
tulum temporis manere apud vos, si do-
minus permiserit. Permanebo autem E-
phesi, vsque ad Pêtecosten. Ostium enim
mihi^a apertum est magnum, & euident, & Euidens,
aduersarij multi. Si autem venerit Timo-
theus, videte, vt sine timore sit apud vos:
opus enim domini operatur, sicut & ego.
Ne quis ergo illum spernat. Deducite au-
tem illũ in pace, vt veniat ad me: expecto
enim illum cum fratribus.

*Timotheum
commendat
Paulus.*

1. *Sicut ordinavi.* Non ait, Hortatus sum, vel dedi consilium:
sed, ordinavi, quod est maioris potestatis: vt intelligamus
vel regium decere imperium, eleemosynam impartiri.

2. *Per vnam sabbati.* Per vnam sabbati, dominicum diem in-
telligit, ait Chrysofsto. Hoc est, primam sabbati, vel primum
hebdomadæ diem.

3. *Recondens.* Id est, thesaurizans. Quod ei placuerit, addidit,
ne quem fortè, cuius tenues essent fortunæ, puderet muneris
parum magnifici. Recondat ergo apud seipsum quisque:
adeoque cumulet, auctumque deinceps, & cumulatum dese-
rat. Ad eos hic sermo habetur, qui ex iustis laboribus sua
quærunt, non illis qui vsuras exigunt, has restituant: Neque
militibus hic sermo dirigitur, qui inuadunt alios, & gaudent
alienis calamitatibus. Ex his enim profectò nihil dignatur
dominus accipere.

4. *Ostium enim mihi.* Video mihi accessum amplissimum, ad
complureis suscipiendæ fidei gratiã paratos: sed multi sunt
aduersarij. Hoc dicens, indicat magnam cum diabolo lu-
ctam, qui alios concitat, vt aduersentur, quando potestate
pristina sentit se spoliatum. Aut vt intelligas, spem fructus
esse vberem, quum ait, Ostium magnum mihi apertum est,
sed aduersarij multi: id est, sed non sine negotio, ob eos, qui
conarentur impedire. Ostium apertum esse, metaphora pro-
uerbiali pro eo dixit, quod est, occasionem, & velut ansam
subministratam esse.

D c

De Apollo autem fratre, vobis notum
facio, quoniam multum rogavi eum, vt
veniret ad vos cum fratribus: & vtique
non fuit voluntas eius, vt nunc veniret.

*Ei vacuum
fuerit, opor-
tunitatem e-
rit naclus.*

Veniet autem cum ei vacuum fuerit. Vi-
gilate, stete in fide, viriliter agite, & con-
fortamini: omnia vestra in Charitate
fiant. Obsecro autem vos, fratres, nostis
domũ Stephanæ & Fortunati, & Achai-
ci, quoniam sunt primitiæ Achaicæ, & in
ministerium Sanctorum ordinauerunt se-
ipso: vt & vos subditi sitis eiusmodi, &
omni cooperanti & laboranti. Gaudeo

*Stephanæ &
milia.*

*In præsen-
tia, de ad-
uentu.*

*Vobis, mihi
uestri.*

*Refecerunt,
refocillau-
erunt.*

autem in præsentia Stephanæ, & Fortu-
nati & Achaici, quoniam id quod vobis
deerat, ipsi suppleuerunt: refecerunt enim
& meum spiritum, & vestrum. Cognosci-
te ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos
omnes Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Do-
mino multum Aquila, & Priscilla, cum
domestica sua Ecclesia, apud quos & ho-
spitor. Salutant vos omnes fratres. Salu-
tate inuicem in osculo sancto. Salutatio,
mea manu Pauli. Si quis non amat Do-
minum nostrum Iesum Christum, sit a-
nathema: Maran Atha. Gratia domini no-
stri I E S V Christi vobiscum. Charitas
mea cum omnibus vobis in Christo Ie-
su, Amen.

Osculum.

*Maran
Atha, id est,
Dominus no-
ster venit.*

1. *De Apollo fratre.* Apollon frater erat Timothei: eruditior
ille, & natu Timotheo maior fuisse videtur. Vt ne dicat: Cur
nobis illum virum non misit, sed pro illo iuuenem? Placat il-

*Apollon frã
ter Timothei*

los dicens: Rogavi illum, veniret ad vos, & utique nõ fuit vóluntas eius: id est, voluntas Dei non erat, vt veniret.

2 *State in fide.* Siue illi veniant, siue negotiis Ecclesiasticis impediti aliò diuertant, vos interim state in fide, & nõ in sapientia illa peregrina, aduersus infidias malè persuadentium.

3 *Omnia vestra in charitate.* Si charitas vestro cordi fixa fuisset, nunquam quisquam dixisset, Ego sum Apollo: Ego sum Pauli. Sub prophano iudice nemo quisquam litigasset, imò prorsus ne litigasset quidem: Vxorem patris nõquam illi dixisset: Nunquam tenuiores illos contempserunt: Sectas nunquam introduxissent: Donis nunquã sublatis fuissent, si Charitatis vis locum vllum tenuisset.

4 *Primitiæ.* Primitias vocat, vel quia primi in Achaia, id est, Græcia crediderant, vel, quòd cum fide vitam optimam velut fructibus quibusdam declararent, & egregiè qualibet in re sese darent. Primitias enim cæteris rebus, quarum primitiæ sunt, selectiores esse oportet, quale testimonium illis, hoc loco Paulus dedit.

5 *Vt et vos subditi sitis.* Id est, morem gerite, grati estote illi familiæ Stephane, nõ solum illi, sed & bene meritis & laborantibus grati estote. Coadiuuemini mutuo, tum facultatum impensis, tum corporis administratione communicetis. Erre enim propositum hoc, quo se in sanctorum ministerium ordinauerunt, leuius, si vestræ suppetiæ coniungantur, beneficentiæque vis perueniat ad plures.

6 *Cognoscite qui eiusmodi sunt.* Id est, in honore eos habetote, siue honorate, cognoscentes eorum studium, vel laborem.

7 *Si quis non amat dominum.* Si quis membra sua facit meretricis, sacrificauerit idolo, fratrem oderit, nomina ab hominibus sibi imposuerit, Ego Cephæ, ego Apollo, &c. Resurrectione non crediderit: sit anathema, sit segregatus & sepositus à Domino & Ecclesia. *MARANATHA:* id est, dominus venit: quasi dicat: Venit enim dominus vindex illius.

8 *Charitas mea.* Significat Paulus, ac si diceret, omnibus me vobis per charitatè subiicio, seruiturus per dilectionem cuiuslibet indigenti opera mea. Aut dici potest: Precor, vt quæ admodum ego vos Christiano affectu diligo: ita vos inuicem syncerè diligatis, ea charitate qua nos conglutinavit Christus Iesus, Amen.

CONCILIATIO.

QVOD

QVOD Christus Luca 10. dicit, Neminem per viam salutaueritis: aduersatur Paulo dicenti hoc cap. Salutate vos in osculo sancto. Christus hoc loco non vetuit Apostolis, ne quæquam perpetuò salutarent: sed hoc voluit, ne vocatione desererent, aut commissum munus interrumperent. Seruendum est fratribus, sed post Deum. Primum quærite regnũ Dei, & iustitiam eius, Matth. 6. Salutandi sunt fratres, exequuto Dei imperio: cuius habes exemplum apud eundem Lucam, capite præcedente. Nam cum quidam voluisset sepelire patrem, & postea sequi Christum, dixit illi Iesus: Sine, vt mortui sepeliant mortuos suos: Tu autem vade, & annuncia regnum dei. Et alter ait: Sequar te domine, sed permitte mihi primum renũciare iis qui domi sunt. Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Ita hic, quando vult, neminem salutent per viam: vult, prædicatores negotium suum proficere, & nullo impedimento remorari negotium euangeliij, Quasi dicat: Ecce ego mitto vos ad prædicandum, non ad salutandum: docendi provinciam vobis committo, non salutandi. Pergite igitur, docete Israel. Postea ubi negotiũ euangeliij exequuti fueritis, salutandi erit locus, vocationi vestræ nunc inseruite. Sic Helisæus seruo suo eundem salutandi affectum prohibuit, dum ad excidandum filium Sunamitidis mittit. 4. Reg. 4. Primum potiora exequenda, deinde licebit ad alia quoque se accingere. Apostoli crebras salutationes intermiscerent suis epistolis, ne putes Christianis non licere salutare amicos.

DICTIO.

ANATHEMA, hac voce Paulus extremum exitium significare solet, quod Hebræi vocant hæam.

MARANATHA, Duæ dictiones: magis Syrum est, quàm Hebræum: tamen ex confinio vtrarumque linguarum aliquid & Hebræum sonat, & interpretatũ est, Dominus noster venit. Sic Hieronymus & Ambrosius transferunt.

Missæ fuit hæc prior, è Philippis per Stephanam & Fortunatum, & Achaicum & Timotheum.

Quidam scribunt hanc Epistolam non è Philippis, sed Epheso missam, quòd hoc capite vltimo Asiaticarum meminerit Ecclesiarum.

POSTERIOR AD CO-
rinthios Epistola.

Posterior hæc Epistola, cum ferè tota nihil aliud sit, quàm apostolatus Pauli apologia: contristatos tamen & emendatos Corinthios consolatur: eosdem suo exemplo ad persecutiones patienter ferèdas, cohortans.

LOCI INSIGNES HVIVS
EPISTOLAR.

- 1 Differit de vtilitate Crucis, certitudine Euangelij, & fructu seuerioris sue increpationis, in priore epistola factæ: de absoluendo fornicario, consensu Ecclesiæ petito. Cap. I. II. & VII.
- 2 De prærogatiua & efficacia ministerij noui testamèti, præ ministerio Moyfi. Cap. III.
- 3 De lucro, & vera tolerantia aduersitatum, quæ pro veritate Christi perferuntur, & potestate ministeris Ecclesiæ à Christo data & communicata. Cap. IIII. & V.
- 4 De vero studio religionis, & cauenda contagione malorum: de quæ salutari tristitia & pœnitentia, ob peccata. Cap. VI. & VII.
- 5 De subsidio pauperum in Palæstina. Cap. VIII. & IX.
- 6 De pseudapostolis, de potentia spiritali & multimoda probatione apostolatus Pauli. Cap. X. XI. & XII.
- 7 De seueritate exercenda in eos qui cum peccauerunt, negligunt pœnitentiam. Cap. XIII.

EPISTOLA B.

PAULI APOSTOLI,
Ad Corinthios Secunda.

Deus suorum liberator & consolator.

CAPVT I.



PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, & Timotheus frater Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus Sanctis, qui

sunt in vniuersa Achaia: Gratia vobis & Pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum², & Deus totius consolationis, qui consolatur nos³ in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi cõsolari eos⁴, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur⁵, & ipsi à Deo: quoniam sicut abundant passiones⁶ Christi in nobis, ita & per Christum abundat & consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: siue consolamur, pro vestra consolatione: siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur: & spes nostra firma est pro vobis, scientes quòd sicut socij passionum

Gratiarum actio. Ephes. I. a I. Pet. I. a

Consolator deus in tribulationibus

Exhortatione qua exhortamur, Consolatione qua consolamur. Passiones, afflictiones. Vestra exhortatione Vestri consolatione.

*Afflictus
Paulus in
Asia.*

*Fidendum in
Deo.*

Orationes.

*Timotheus
Paulo infe-
rior.*

*Deus suapte
natura misere-
ricors.*

estis, sic eritis & cōsolationis. Non enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia,^a quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos^o etiam viuere. Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis^o habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitatur mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum^u perfonis facierum, eius, quæ in nobis est, donationis, per multos, gratiæ agantur pro nobis.

1 Et Timotheus frater. Erat Timotheus Paulo inferior, sed Charitas omnia conglutinat. Fratrem dicit, partim illi hac re dignitatem & auctoritatem (vt Corinthiis sit reuerendus & obseruandus) concilians, partim suam declarans modestiam. Non dixit Paulus & Timotheus: Quia (ait Ambrosius) non ambo Apostoli.

2 Pater misericordiarum. Est Deus solus suapte natura misericors, non autē creatura, quæ miseris, qualis qualis fuerit, subiecta est, vt docet Paulus Rom. 8. Vanitati creatura sub. &c. Fit igitur, vt misericordiā Dei, creatura omnis indigeat. Reuera tantum misericordiæ nobis præstitit, vt ab ipsis portis mortis nos reduxerit: Ex his colligamus, vnicam esse misericordiam, plures autem quibus opus est misericordia.

3 Qui cōsolatur nos. Sinit quidē nos Deus affligi, sed dū affligimur, nos cōsolatur, & nostrā auget paciētiam. Laudemus deū, vt Deum omnis cōsolationis: hoc est, exmīe in omnibus aduersis cōsolantem. Solet deus suos cruce explorare & probare, igneque afflictionis rubiginem carnis excoquere. Gestiant ergo, & gaudio magno ducantur sancti, dum in disciplina hac, & ludo, siue schola Dei exercentur ad vitā atq; innocentiam. De hac re Paulus Rom. 5. & 8. cap. & Hebræ. 12.

*Tæderet
nos etiam
viuere, Vel,
desperauerim
us etiam
de vita.
Responsum,
Sententiam.*

4 Vt

4 Vt possimus consolari eos. Apostolorum & prædicatorum munus explicat, quorum maximè interest, ne desides & ociosi viuant, sed solatio refecti, ac respiratione refocillati, afflictos consolentur, vnguant, corroborent, atque erigant. Quidam sic interpretatur: Nostri cōsolatio, & aliorum est cōsolatio. Aliter: Cōsolatio, qua Deus nos cōsolatur, nobis vires suppeditat: vt possimus oppressis, & afflictis solatio esse.

5 Qua exhortamur. Id est, cōsolamur à Deo, verbum passiuè accipitur.

6 Abundant passiones. Quas pro Christo toleramus passiones, suas reputat. Nèpe, Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. Quò magis affluerint nobis passiones, tantò maior, & abundantior erit & cōsolatio, vt & Petrus est de carcere liberatus, & ipse Paulus visione Domini & voce confirmatus in templo.

7 Spes nostra firma est. Etiam si innumerabileis molestias patimini, tamen confidimus futurum, vt ne in vestris quidem persequutionibus deiciamini: tantum abest, vt metuamus, ne perturbemini his afflictionibus, quas patimur.

8 Quæ facta est in Asia. Vltimo capite prioris epistolæ dixit, Permanebo autem Ephesi, vsque ad Pentecosten, Ostiū enim mihi apertū est magnum, & euident, & aduersarij multī, in ciuitate Epheso. Hunc locum interpretantur de ea seditione, quam Demetrius aduersus Paulum Ephesi excitauit, Act. cap. 19.

9 Vt tæderet nos. Hoc appellat Dauid portas inferorū, ac dolores, & vmbra mortis. Ac si dicat, Periculum sustinuiimus, vt ne expectaremus quidem nos amplius victuros.

10 Responsum mortis. Ipsæ angustia & afflictiones ad eò vehemētes, talē vocē per me afflictū edebat: Omnino morior, in flat vitæ finis, mors fores pulsat. Ob oculos enim mortē spectabat Apostoli à fidei aduersariis obiectā, & cōminatā, imò ipsa pericula nihil aliud, q̄ ipsam mortem spirabat. Erat Paulus tantis obrutus molestiis, perinde atq; solent esse infirmi, à medicis morti adiudicati, de quorum vita desperatur.

11 Vt ex multarum. Apud Ambrosium legitur, In multorum facie: vt intelligamus, gratias publicitas agendas, de donis ipsi Paulo collatis, cuius reditus sperabatur ad Corinthios. Paulus hoc loco ait, se fuisse Dei clementia saluū red-

*Electorum pas-
siones, sunt
Christi.*

ditum, moxq; & Corinthiorum precibus, acceptam salutem adscribit. Eripuit nos (inquit) à periculis Deus: erepturus que est, vobis precantibus deum pro me: vt quæ in me collata est gratia per multos, id est, per vos: plurimū enim pro me estis orantes, in quorum gratiam eripior, vt ex multarum personis facierum, gratiæ habeantur: hoc est, à vobis nostra causa grates variis modis tum priuatim, tum publicè dicatur. Erant ergo turpiter, qui ecclesiæ, & publicas illas supplicationes contemnūt, plus fiduciæ centurionum, & equorum multitudini adscribentes, quàm iis, quorum arma sunt preces, & lachrymæ ad Deū. Sunt & insani plerique, qui neque Deum, neque ecclesiæ preces agnoscunt: sed ordine præpostero omnia tribuunt fato. Tamen si bono nostro, nostraq; opera nõ indigeat Deus, est tamen illi placitum, & gratum, cum eo precibus agamus, vt in fiducia rogantes exaudiamur.

Sinceritas Pauli in prædicando Euāgelio.

Gloria Pauli. Cur Paulus non redierit Corinthum.

Nam gloria nostra hæc est, testimoniū Gloria, conscientiæ nostræ: quod in simplicitate *Gloriatio* cordis, & synceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo: abundantius autē ad *Ad vos,* vos². Non enim alia scribimus³ vobis, *Ergo vos,* quàm quæ legistis, & cognoscitis. Spero *Legistis,* autem quod vsque in finē cognoscetis: si *Legitis.* cut & cognouistis nos ex parte, quod gloria vestra⁴ sumus, sicut & vos nostra, in *Secundā gratiā habere-* die Domini nostri Iesu Christi. Et hac cōtis, *Vel, ge-* fidentia volui prius venire ad vos, vt *minam apud* secundam gratiā⁵ haberetis, & per vos transire *vos inirem* in Macedoniā: & iterum à Macedonia, *gratiam.* *Voluissē,* nire ad vos: & à vobis, deduci in Iudæā. *In animo* Cum ergo hoc voluissē, nūquid leuita- *versarem.* te vsus sum? Aut quæ cogito, secundū *Est & non?* nem cogito, vt sit apud me⁶ Est, & Non? *Quod est etiā, et* Fidelis autem Deus, quia sermo⁷ noster, *quod nõ, nõ?* qui

qui fuit apud vos, non est in illo Est, & Nõ: Sed est in illo est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Syllanū & Timotheū, non fuit in illo Est & Non: sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est. Ideo & per ipsum Amē. Deo ad gloriā nostram. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christum, & qui vnxit nos, Deus: qui & signauit nos: & dedit pignus Spiritus⁸ in cordibus nostris. Ego autem testem Deum⁹ inuoco in animam meam, quod parcens vobis¹⁰, non veni vltra Corinthum: non quia do minamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. Nam fide statis.

In illo est, ideo & per. Per ipsum sunt est, et per. Nostram, Per nos. Pignus, Vel, arram. Non veni vltra, Vel secundū veni.

Confirmatio. Vnctio. Signum. Spiritus sanctus.

1 Testimonium conscientie. Gloria, id est, gloriatio. Prior consolatio, inquit, ex Deo est, hæc vero ex conscientie puritate: & hanc gloriationem vocat, fiduciam habens ob conscientiam cuiusuis labis ex ortem, Ac si dicat: Non ob aliquod facinus hæc passus sum: conscientia siquidem testis, certus sum, quod simplicitate, & non in sapientia carnali, id est, dolo sitate, & astutia.

2 Abundantius apud vos. Quandoquidē & signa, & miracula apud Corinthios edidit, & vitam irreprehensibilem exhibuit, quæ & scriptis & prædicationi responderet, quā (ait) sperat ab ipsis vsque in finem cognoscendam, simplicem, & synceram.

3 Nõ enim alia scribimus. Ea se dicit Paulus scribere, quæ nõ solum literis cernerēt, sed & operibus eius manifesta haberēt.

4 Quod gloria vestra. Dicit, suo more, vocat iudicium. Quāuis vulgi iudicio, nõ est mihi causa gloriandi de vobis, aut vobis de me, tamen apud Christum est, quod gloriemur vtriq; de alteris. Agnouistis iam olim qualis sim, Agnoui & ego vos.

5 Vt secundam gratiam habeatis. Id est, vt duplam gratiam ha-

Dies pro iudicio.

beatissimam alteram per epistolam, alteram ob presentiam. Porro gratiam hic appellat gaudium.

6 *Vt sit apud me Est, & Non? Quæ cogito, id est, delibero, nõ secundum carnem & leuitatem humanam statuo, vt sit apud me Est & Nõ: id est, promissionis inconstantia. Quod enim promisi me ad vos venturum, & non veni: promisi quidem quantum ad me attinebat. At quia non sum meus, sed ipsius Spiritus, à quo gubernor, & eius dominio sum subditus, aliud quam ad vos, motus & impulsus sum. Dices, An ex Spiritu, promiserat: Minime, ait Chrysostronus: Non enim omnia Paulo erant cognita, quæ euentura forent, vel profutura. Et quid miraris, si non omnia futura nouit Paulus, cum in deprecationibus frequenter ignorauerit, quod expediret? vult illud, Quid oremus, quem admodum oportet, nescimus. Vbi igitur ignorauit? Cum postulat, vt à tentationibus liberetur, dicens, Datus est mihi stimulus carnis, Angelus Satanæ, qui me colaphiset. Propter quod & ter Dominum rogavi: Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus mea, seu potentia mea, in infirmitate, seu imbecillitate perficitur. Vides, vt non nouerit petere quæ conducebāt: vnde nec accepit, quāquam sæpenumero postulasset, hæc Chrysostronus.*

7 *Fidelis sermo. Occupatio est, diluens quod tacite obiecturi erant. Si nulla (dicent) tuis inest dictis firmitas, quandoquidem promiseras te venturum, nihil postmodum egisse deprehēderis: verendū est ne hic tuus sermo, seu hæc tua prædicatio, huiusmodi sit, videlicet Est & Non: hoc est, nihil habeat firmitatis. Respondeat. Erat mei iuris professionem ad vos polliceri: sed me mea fefellit opinio. Prædicatio verò, Dei est opus. Est autem Deus fidelis: id est, veridicus, & neminē fallens. Fit igitur, vt sermo eius nihil inconstantiæ & infirmitatis habeat. Non solūm hoc habet prædicatio, sed & promissiones Dei, cuiusmodi sunt mortuorum resurrectio, adoptio filiorum, & futuri denique spes seculi, & huiusmodi multa continent in se Est, & Amen. Hoc est, firmitatem præ se ferunt, & futura confirmant. Chrysostronus videtur sentire, hunc locum hoc modo explicandum: Quod distuli promissum reditum, non est mutatae sententiæ: volebam enim tum, & adhuc volo: sed quod in animo volo, non sic volo iuxta carnem, hoc est iuxta voluntatem hominum, qui in rebus gerendis animo suo obsequuntur, vt sit apud me Est, Est: & Nõ, Non: id est,*

id est, vt quicquid velim faciam, & quicquid nolim, vitem. Imò subditus sum spiritui Dei, per quem aliquando vector factus quod volo, & iubeor facere quod nolebam. Per hunc igitur stetit, quod minus venerim. Sed tamen quāquam in hac parte frustratus est vos sermo meus, tamen in prædicatione Euangelij vos non fefelli, sed auxiliante Deo, firmum est, & indubitatum, quicquid docui. Aduerte cum dicit, Est, Est: & Non, Non: sentit agendi quod velis libertatem. Quum dicit, Est & Non: significat lubricam fidem, hoc est falsitatem. Quum dicit, Non, significat frustratam spem, ac vanam pollicitationem. Quum dicit, Etiam, siue Est, significat inuolabilem veritatem.

Liberum arbitrium.

8 *Pignus spiritus. Pignus spiritus, dicit dona spiritus sancti, quæ sunt arrabo, siue arra, quæ fidem facit totius promissioni præstandi: Metaphora tracta ab iis, qui instrumenta obsignant, & annulis signatorij fidem dant, & sese obstringunt ad id, quod obsignant.*

Pignus spiritus.

9 *Testem Deum. In animā meā: id est, in iudiciū animæ meæ. Necessesse erat iuraret, æmulorum linguas comprimēdi gratiā, vt excusationi paulò post pronuntiandæ adhiberetur fides. 10 *Parcens vobis. Auditū est mihi (inquit) quosdā apud vos stupro inquinatos esse, eoque venire nolui, ne vos cōtristarem. Si quidem necesse fuisset, si adfuisset, examinare, negocium persequi & punire, atq; à multis pœnam exigere. Itaq; satius duxi abesse, daréque pœnitentiæ locum, quā si præsens persequutus fuisset, ac magis exacerbasset malū. Vnus verbo parcendi, ne videatur imperiosus, subiūgit: Nõ quod dominamur fidei vestræ. Non dixit, Vobis, sed, Fidei vestræ: quia voluntaria esse debet. Sed quia magis nobis ex animo est, cooperari gaudio vestro, quippe qui statis in fide, id est, firmi estis, potestissimè imbecillos refocillare, & deuios in viam reducere. Aut cum dicit, Non quia dominamur fidei vestræ, ac si diceret, Tantum abest, vt fidei prætextu dominium in vos ambiam, vt me propter religionem magis seruū esse agnoscam. Nolite ergo audire illos pseudapostolos, qui dicunt, me prætextu prædicationis affectare, vt vobis imperem, & tandem vos tyrannide opprimam.**

CONCILIATIO.

ADVERSATVR hoc loco Paulus dicens, Ita vt tæde- *Prima.*
ret nos etiam viuere, beato Iacobo i. capite dicenti, Omne
v iij

gaudiu existimate, fratres, cu in varias tentationes incideritis. Nemo est, qui no fugerit tetationem, vt huiusmodi, & in eius natura cognitam non autem oderit, si finem & fructum prospexerit, aut ex illius toleratia, aut expugnatione. Matth. 5. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitia, quoniam ipsorum est regnum coelorum.

PAVLVS dicens, Et hac confidentia volui prius venire ad vos, & c. diuersum pollicitus est in Epistola priore, cap. vii. Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertrāsiero, nam Macedoniam pertransibo.

ABSI T, vt Apostolus (ait Chrysofotomus) sibi pugnantia loquatur. Nam hac contraria sunt (vt videtur) his quae scripserat, non his quae volebat. Eoque non hic dixit, Scripsi me venturum ad vos per Macedoniam: sed, volebam. Nam etsi hoc non scripsissem, attamen illud conabar, ac volebam: & priusquam venirem ad vos, tantum aberat, vt promissis vellem deesse, vt & has literas praenire voluerim.

DICTIO.

Achaia.

ACHAIA ampla Graeciae regio est, cuius Corinthus ipsa metropolis est.

Misericordia.

MISERICORDIA Hebraico tropo pro beneficio, vel, quod vulgo dicunt, amicitia. Hac misericordiam facias mecum, hoc mihi beneficij prestes. Sic misericordia Dei est, quando Deus infundit nobis gratiam, ac benefacit: & misericors donum, seu misericordiae donum, quum ipse nobis ignoscit, donat.

Tæderetvita.

TÆDERETVITAE: hoc est, vt desperaremus de vita: im-personale est.

Conscientia.

CONSCIENTIAM, vitam dicere Paulo moris est: vt hoc cap. & 2. ad Timoth. i. & alibi de vitae munditia dixisse intelligi potest. Est conscientia cauteriata, vt i. ad Timot. 4. id est, vi formata, & velut naturaliter male intentionis, nota huius adulterinae intentionis stulto zelo impressa. Est conscientia tortoris loco: vnde Efaia ultimo, vermis, ac tine a dicitur: in super, ignis æternus: neque alia grauior contingit erynnis.

Amen.

IN ipso Amen. In, pro Per, vsurpatur. AMEN vox Hebraica est, quae eum habet vsu, vt per ea confirmemus, quae ante dicta sunt. Tres enim voces sunt, quibus

bus precantur rebus suis foelicitatem ac successum: Selach, id est, semper: Schalom, id est, pax: Amen, id est, fiat.

Selach. Schalom.

Tristitiam Paulus adimit sua consolatione.

CAPVT II.



Tatui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos: & quis est qui me

De Corinthia Ecclesia con sensu eiecto, qui respiscens receptus est.

Confidens in omnibus vobis, fiduciam hanc habens erga vos omnes.

lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis, vt non cum venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confides in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione, & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis, quam charitatem habeam abundantius in vobis. Si quis autem contristauit me: non me contristauit, sed ex parte, vt non onerem omnes vos. Sufficit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio haec, quae fit a pluribus: ita vt econtrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeat, qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illum charitatem.

Lachrymae Pauli.

Onerem, grauem.


Donetis & consolemini condonare debetis & consolari.

Vt confirmetis, efficitur vt in illum valeat charitas.

1 Ne iterum. Quod ait iterum, indicat illum iam fuisse ab illis contristatum.

2 Quod si ego contristo vos. Laetabatur Paulus, videns correptos a se, & ob id, mactos ad meliora conuerti. Nullus, inquit, me perinde laetificat, atque ille, qui meis verbis, dum contristatur, ad meliora conuertitur, dum me videt iratum.

3 Si quis autem contristauit. Conciliare vult fornicarium illum,



Excommunicato nō solū pœnitentia, sed & absolutio necessaria.

Titus.

pœnitentia ductum, Corinthiis. Quia quidam est, qui me cōtristavit, quem superiore epistola reprehendi, non me solūm contristavit, sed & vos ex parte, id est sanctos & Christianos peccato illius contristatos. Ut non onerem vos omnes: id est, ut non vos omnes illius delicto consensisse dicam. Sufficient illi obiurgatio, &c. Huic parcens, non meminit peccati, hunc vult pœnitentem recipi, quem quia non solus, sed Corinthiorum Ecclesia dānauerat, ut priore epistola dixit: Cōgregatis vobis, & meo spiritu, iudicavi huiusmodi hominem tradere Satanæ. Et ideo vult illum pariter ab illis absolui, dicens: Cui autem aliquid donastis, & ego. Agnosce hoc loco non ociosum esse verbum Donandi: ut planè non satis sit quempiam excommunicatum pœnituisse, nisi ab Ecclesia receptus absoluat, & absolutus declaretur. A pluribus autē dixit, pro eo quod est, ab Ecclesia.

4 Propter quod obsecro vos ut. Hoc est, Efficite, & date operam, ut auctoritatem habeat charitas erga illum.

Ideo enim & scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obediētes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos, in persona Christi, ut non circumueniamur à Satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Cū venissem autem Troadem, propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino: non habui requiē spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum: sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniā. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorē notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Quia Christi bonus odor sumus deo in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereūt.

Aliis

Experimentū vestrum, probationem vestri, Persona, vel, cōspectu Circūueniamur, occupemur, In domino per dominū, Valefaciēs, dimissis.

Nos, p nos.

Odor vitæ & mortis.

Cauponari verbū Dei.

Triumphat nos Deus.

Aliis quidem odor mortis, in mortem: aliis autem odor vitæ, in vitā. Et ad hæc

Adulterantes, quis tam idoneus? Non enim sumus (sicut cauponari) adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo, in Christo loquimur.

1 Ideo enim scripsi. Hoc referrī potest tā ad priorē, quā ad posteriorem epistolam, ac si diceret: Cū scriberem ad vos, fornicarium illum Satanæ traderetis: id quidem in eum finem non scripsi, ut miser ille plecteretur: sed ut experiret quā essetis morigeri, & mandatis nostris obsequentes.

2 In persona Christi. Id est, vice Christi, ut infra cap. 5. Ut nō Satanæ opera circumueniamur, & occupemur, qui gregem nostrum minuit, & sub pietatis specie perdit, in desperationem alliciens, si duriorem illi fornicario pœnitentiam adiecimus. Non enim illius cogitationes ignoramus: hoc est, vafritiem eius, dolositatem, molitiones, malitiam, sub pietatis imagine factos incurfus.

3 Ostium esset vobis. Id est, Auditorum paratiores animos inuenissem ope & auxilio domini.

4 Triumphat nos. Triumphant alij pro terrenis rebus, his decertando. Sed Deus nos triumphare facit in Christo Iesu: id est, cū Iesum filium Dei prædicamus, quem solū gloriæ ducimus. Absit enim mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Ambrosius, Triumphat nos, facit nos victores, vincete perfidiam fide. Atque quod aliis videtur esse ignominia, nimirum vndique eiici propter Christum, hoc nobis videtur esse summi honoris, imō assidua trophæa erigit aduersus diabolū. Huius triumphī fundamentum subiungit Paulus dicens, in Christo Iesu, id est, propter Christū, & ob Euangelij prædicationem.

5 Odorem notitiæ suæ. Metaphoram adducit, ab odoris fragrantia sumptam. Sicut qui portant vnguenta, sic omnibus, inquit, sumus manifesti, Dei notitiam, appellans vnguentum preciosum. Non dixit notitiam, sed odorem notitiæ. Quod prius dixit, Videmus nunc per speculum in ænigmate: hic idem dicit odorem. Qui perferit odorem, scit quidem vnguentum alicubi positum esse: cæterum cuiusmodi naturæ,

non item nouit, ait Chrysoftomus, nisi prius ipsum videre contingat. Sic & nos, Deum quidem esse scimus: at quid sit secundum substantiam, nondum scimus. Scimus autem quando quod ex parte est, euacuatum fuerit, visuri illum sicuti est. Interim sumus tanquam regale suffumigatorium, siue thuribulum, quocumque accesserimus cœlesti fragrantibus beneuolentia. Etiam siue quis saluus fiat, siue quis pereat, manet Euangelium propria habens virtutem: non aliter quam mel, quanuis amarum sit ægrotantibus, naturam tamen dulce est. Euangelium non facit, ut illi pereat. Vult enim Deus omnibus homines saluos fieri, &c. Sed illorum amentia. Etiam si quum prædicamus, aliqui pereant, sua malitia, non nostra culpa pereunt. Nos tamen manemus, & perseueramus hoc esse quod sumus, nimirum bonus odor Christi. Quod autem ipsi offendunt, & in Euangelium impingunt, id fit vitio impingentium. Nam idem sol ceram liquefacit, & lutum indurat: Idque subiecti magis, quam sua naturam. Flos vnus & idem est, sed mel ex ipso colligit apis, venenum aranea. Ignis aurum reddit fulgentius, & sentes exurit. Lux vna & eadem est, molesta tamen est quorundam oculis, quorundam gratissima. Ita & lux Euangelij, quam nocturnæ, tenebriones, & Antichristi præambulones exosam habent: aquilæ, & filij lucis expetunt.

6 *Et ad hæc quis tam idoneus.* Annunciare, quæ sunt Iesu Christi, res est vehementer ardua, & quæ non queat à quibusuis præstari. Solum ab iis, quibus à Deo datur. Imbecilli & nihil sumus, nisi præstò sit Dei potentia: ad eum nanque & solum, non ad nos spectat rerum omnium summa. Hoc dicto ferit Pseudapostolos, qui gloriabantur, quasi ex sese attulerint Euangelium. Hic verò hoc nomine ait se gloriari, quod existimet, illic nihil esse ipsius, sed gratiæ Dei. Nam si non sumus idonei, gratiæ est, quod geritur.

7 *Adulterantes.* Id est, corrumpentes, & falsificantes.

DICTIO.

Troas.

TROAS, adis, ciuitas est, quæ prius Troia appellabatur. Est & regio, quam Ptolemæus minorem Phrygiam appellat: adiacet Helleponto.

Odor.

ODOREM constat figurato sermone famam & celebritatem nominis significare, ut hoc loco, Nos bonus odor Christi sumus. Odor suauitatis in thymiamate orationem humilè piorum

piorum significat: ut intelligi solet in Apocalyp. 8. cap. Item, Euangelium vocat Paulus hoc capite bonum odorem.

Litera occidit, Spiritus viuificat.

CAPVT III.

Incipimus iterum nosmet ipsos commendare? Aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitiis² epistolis ad

Scitur, intelligitur. Manifestati, Dum declaratis.

vos, aut ex vobis? Epistola nostra³ vos estis, scripta in cordibus vestris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus: manifestati⁴ quod Epistola estis Christi, ministrata à nobis⁵, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Corinthij epistola Pauli erant.

Carnalibus Carnis.

Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ, sed Spiritus⁶. Litera enim occidit⁷, Spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis⁸, literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israël in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius

Hebr. 4. d

Litera.

Euacuatur, Aboletur, infra.

quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria?

1 *Incipimus iterum.* Occupatio est, diluens suspicionem, quæ quis fortasse contradicaturus est Paulo, magna de se pronuncianti. Non enim sumus, &c. Sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo, in Christo loquimur. Quid istud Paule?

Hæc de teipso dicis, ac teipsum laudibus vehis? Non hoc volumus, ait: nimirum vt nosmetipfos ostentemus, ac nosipfos efferamus: sed adeo non egemus commendatitiis epistolis, neque id quaerimus, vt quidam Pseudapostoli gloriae & vanæ laudis cupidi.

2 *Commendatitiis.* Cōmendatitiis ad vos: hoc est, quæ ab aliis profectæ, commendent nos vobis: aut à vobis profectæ, cōmendent nos aliis.

3 *Epistola nostra vos.* Epistolam suam vocat, non quam scripserit, sed qua commendetur. Studium curandæ salutis illorum, argumentum erat & epistolæ vice. Quod epistolæ, inquit, in meam commendationem egissent & laudem, id ipsi per vos agitis: hæc scripta est in cordibus nostris: id est, vos cordi inscriptos habemus. Quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus: id est, quo eumq; proficiscimur, vos circumferimus cordi nostro inscriptos, vestras virtutes omnibus propalantes, & celebrantes.

4 *Manifestati.* Id est, dum manifestatis vos esse epistolam: aut, dum manifestamini quod estis epistola Christi: seu quia Christus menti vestræ inscriptus est, cuius legem cordibus vestris inscriptam portatis.

5 *Ministrata à nobis.* Quemadmodum Moses lapides ac tabulas celte adornauit, sic nos apparauimus animos vestros, non re quapiam materiali, sed spiritu Dei viui, quem in vobis, illo largiēte, insculpsimus, non in lapideis, vt olim lex, sed in carnis mentis vestræ tabulis. Hæc ministrauimus, non nostro merito fidentes, qui nos idoneos ministros agnoscimus, sed Christo, cui acceptum totum fero. Tatum enim abest, vt quicquam nobis adscribamus, cum ne sufficiens quidem simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. Sed virtus nostra, & vigor omnis, ex Deo reuera proficiscitur. Ipse namque nos idoneos reddidit, & aptiores effecit ad rei huius diuine, & noui testamenti administrationem.

6 *Non litera, sed spiritu.* Moyse literæ duntaxat creditæ sunt, quæ occidunt, dum transgressores capitaliter puniunt: Sed Apostolis & Christo fidentibus Spiritus ipse cōcessus. Non enim spiritualibus quibusdā & diuinis tantum Apostolorum nitebatur doctrina, sed simul ac manus imposuissent, & Spiritum largiebantur. Intellige nouum testamētum, Spiritum: vetus, Literam. At Apostoli delecti sunt, vt Spiritum administrarent,

*Vetus lex, scilicet litera.
Noua lex,
Spiritus.*

strarent, non ceremonias legis tatum, ac præcepta legis, quæ, suo more, Literam vocat Paulus.

7 *Litera occidit.* Docuit Euangelium non lapideis, sed carnis tabulis: non atramento, sed spiritu inscriptum. Nunc prorsus illos excitās, ait: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Quid hoc est? In lege, qui peccatum habet, punitur: hic autē qui peccata habet, accedens baptizatur, & fit iustus. Iustus autem factus, viuit liberatus à morte peccati. Lex si prehendit homicidam, tollit è viuis. Gratia si acceperit viuificat, illuminat, ac viuificat. Quid hoc? Imò colligentem ligna Sabbato lex lapidauit, hoc est, litera occidit. Lex è viuo reddit mortuum quem capit: Euangelium verò è mortuo facit viuum. Venite ad me qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Non dixit: Puniam vos: sed, Reficiam. Aduerte Non solum Spiritus viuificat, verum etiam aliis præstat id faciendi potestatem. Accipite (inquit ille) Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Litera sine Spiritu prorsus vana, & inutilis est, mortem pariens.

8 *Quod si ministratio mortis.* Quia oculis corporeis non potuit Paulus nouæ legis excellentiam ostendere, illius eminentiam ex collatione ad veterem exhibet, dicens: Quod si lex vetus mortis ministra, fuit in gloria: quomodo non magis administratio Spiritus erit in gloria? Lex quippe vetus sensibilem quandam nata est gloriam, Moyse scilicet faciem fulgentiorem: & hanc quidem vacuam & inanem factam, iam desitam & ociosam, & quæ finem iam ceperit. Noua verò, eam videlicet quæ mente concipitur, & perpetuò duratura est. Deformata: id est, formata, aut insculpta. Non enim hoc loco præpositio De, adauget, sicut nec in verbis Deambulo, & Deosculor.

Abundat, Nam si ministratio damnationis, in gloria est: multo magis abundat ministerium Iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur: *Vel vtamur.*

*Lex vetus
quantum ab
Euangelio
differat.*

Euangelium.

Velamen
Moysi.
Exod. 34. d
Obtrectati Lu
dai.

& non sicut Moyses ⁴ ponebat velamen
super faciem suam, vt non intenderent⁵:
filij Israël in faciē eius, quod euacuatur⁶:
sed obtusi sunt sensus eorum. Vsq̄ue in
hodiernum enim diem, id ipsum velamen
in lectione veteris testamenti manet nō
reuelatum (quoniam in Christo euacua-
tur:) sed vsque in hodiernum diem, cum
legitur Moyses⁷, velamen positum est su-
per cor eorum. Cū autem conuersi fue-
rint⁸ ad Dominum, auferetur velamen.

Spiritus Deus

Ioan. 4. c

Dominus autem Spiritus est. Vbi autem
Spiritus Domini, ibi libertas. Nos verō
omnes⁹, reuelata facie, gloriam Domini
speculantes, in eandem imaginem trans-
formamur à claritate in claritatem, tan-
quam à Domini spiritu.
vel referentes. Claritate in claritatem, Gloria in gloriam.

Administratio
dānationis.

1 Nam si ministratio damna. Ministratio damnationis: id est,
Lex quæ condemnabat transgressorem, si gloriosa fuit, mul-
tò gloriosior esse debet Lex Euāgelica, iustificationis nostræ
ministratrix.

2 Nam nec glorificatum est: Id est, Quod tam glorificabatur,
accedente gloria Euāgelij, perdidit gloriam: & ideo addi-
dit. In hac parte: id est, in comparatione propter excellētem
gloriam noui testamenti, quod manet & perdurat. Lex verō
Moysi antiquatur, seu euacuatur, & extinguitur.

3 Multa fiducia vtimur. Designat Paulus, habito Euāgelio,
apertam, non velatam loquendi libertatē, quum quis palam
eloquitur quod sentit.

4 Et non sicut Moyses. Dicit Moysi faciem fuisse obtectam:
nec aspici, donec id quod erat abolendum, coruscante Euan-
gelio, euanesceret, & sic licebat intueri faciē Moysi. Sed non
poterat crassus ille populus perspicere, quod lex illa finē ef-
set habitura. Hic textus eclipsim patitur, subaudiēdum enim
est ali-

est aliquid, & nō facimus sicut Moyses, qui ponebat, &c. Pos-
sumus enim intendere oculos in hanc gloriam, qua circunda-
mur, licet multò maior sit illa.

5 Vt nō intenderent. Aspicere poterant, sed fixis oculis & diu
inhærentibus nō poterāt. Intendunt, qui desigunt oculos, &
immotis oculis intuetur, quæ admodū solēt amâtes, & qui at-
tentè audiunt loquentē. Non intenderent in faciem: id est,
in spiritualem legis cognitionem.

6 Quod euacuatur. Id est, eius qui euacuatur, vel aboletur: vt
referas ad Moysen moriturum. Moyses mortalis erat: Chris-
tus, vt Deus, immortalis: Moysi lex ad tēpus erat instituta,
Christi lex finē nescit. Aliter: Eius quod euacuatur: id est, nō
intenderent in legem euacuandam, & abolendā. Tametsi lex
non aboletur propriè, sed figuræ cedunt veritati.

7 Cum legitur Moyses. Id est, Lex.

8 Vbi conuersus fuerit ad Dominum. Vides hoc velamen non
fuisse vultus Mosaiici, sed Iudaici aspectus. Neque id factum
est, quò celaretur gloria Moysi: sed ne illi eam conspicerent:
non enim erant capaces: Si conuertantur ad Dominum, tol-
letur velamen. Atque hic est modus, quo reducantur Israē-
litæ ad Dominum, cū à lege defecerint, & ad Euāgelium
se contulerint.

9 Dominus autem Spiritus est. Græcis additur articulus, Do-
minus, Spiritus ille est, nempe legis. Quasi Moyses fuerit ca-
ro, vt pote mortalis, & imbecillis, & crassus iuxta typū quem
gerit. Christus Spiritus largitor, & Spiritus vt efficax &
immortalis.

10 Nos verò omnes. Scissum est templi velamen adeò vt vmbra
cesset, & corpus seu veritas nobis Christianis maneat. Nemp-
pe nos, vt speculū sumus: qui claritate excepta, & splendorē à
nobis remittimus, aliis videndū, & intuendū: & per abūdantē
Dei gloriā in nos transfusam, transformamur in eandē cum
illo imaginē, seu ad eius imaginē & similitudinē accedimus,

1. Ioannis 3. Quum apparuerit, tunc similes ei erimus. Trans-
formamur, inquā, tanquā à Domini Spiritu: id est, ab ipso spi-
ritu nos transformate, vt conformes simus imaginis filij dei.
Obserua: Tanquam, hic non sonat similitudinē, sed congruē-
tiam. Tanquam spiritu Domini, vt intelligas eximiā, dignam-
que, quam conferat Domini Spiritus. Similis locus est apud
Ioannem 1. cap. Gloriam quasi vnigeniti à patre, &c.

Moyses Lex.

Tanquam.

CONCILIATIO.

Prima. PAVLVS hęc vocat legem, Literã, non Spiritum: quam ta-
Lex literã. men ad Roma. 6. dicit spiritualem: Scimus quoniam lex spi-
Lex spiritua- ritualis est. Respondeo. Lex eò spiritualis dicta est, quòd à
lis. Spiritu concessa & prodita sit, sed quia nõ vt noua Spiritum
 conferebat, à Paulo Litera nuncupata est. Non enim Spiritum
 attulit Moyses, sed literas.

Secunda. QUID hic Paulus dicit legẽ destrui? Si enim quod destrui-
 tur, per gloriam est, &c. Cũ Romanorum 3. cap. pronũciat,
 Legem destruiamus per fidem? Absit, sed legem statuimus.

NON est idem quod dixit, Legem destruiamus: &, Lex de-
 struitur. Paulus dicit, se non legem destruere. Nam etsi de-
 struitur lex per eam, quã supereminet, gloriam, & non per
 Paulum, neque per alium quempiam Sanctorum destruitur.
 Propterea dicebat Dominus: nõ veni soluere legem, sed ad-
 implere. Nullus ergo Sãctorum, imò nec ipse Dominus de-
 struit legem. Sed ablatum est velamen legis per Christum,
 & quod latebat, apparuit: ablata est ymbra, manet Veritas.
 Id vnum hoc loco persuadet Paulus, gloriam legis tempora-
 lem, & pertransientem à gloria æterna & permanente de-
 strui, & superari.

Legis vela-
men ablatũ.

Speculãtes.

Vultus.

SPECVLANTES, à speculo, non specula ductum est: vt
 intelligas, Dei gloriam à purgatis animis ceu speculo exci-
 pi, & reddi.

VULTVS nõnunquã pro honore, & autoritate, vt Esaiã
 3. cap. Auferet omnem honorabilem vultum. Sæpe etiam in
 Sacris, accipitur pro indignatione.

Deus per vasa fiõtilia, manifestat suam
 gloriam. CAP. IIII.

Purẽ Euan-
gelium præ-
dicat Paulus.

N Deo habetis hanc ministra-
 tionẽ, iuxta quod misericor-
 diam cõsecuti sumus, nõ defi-
 cimus: sed abdicamus²¹ occul-
 ta dedecoris, nõ ambulantes³ in astutia ne-
 que adulterantes verbum⁴ Dei: sed in ma-
 festatione veritatis cõmendãtes nosmet-
 Reiciimus occultamenta. Adulterantes, Dolo tractantes.

Deficimus,
 vel degeneramus, aut
 senescimus.
 Abdicamus
 occulta,
 ipsos

ipfos ad omnem conscientia⁵ hominum
 coram Deo. Quòd si etiã opertum⁶ est
 Euangelium nostrum, in iis qui pereunt,
 est opertum: in quibus Deus huius seculi⁷
 excæcauit mentes infidelium, vt non
 fulgeat⁸ illis illuminatio Euangelij glo-
 riæ Christi, qui est imago Dei. Non enim
 nosmetipfos prædicamus, sed Iesũ Chri-
 stum Dominum nostrum: nos autem ser-
 uos vestros, per Iesum. Quoniam Deus⁹,
 qui dixit de tenebris lucem splendescere,
 ipse illuxit in cordibus nostris, ad illu-
 minationem scientiæ claritatis Dei, in fa-
 cie Christi Iesu. Habemus autem¹⁰ thesau-
 rum istum in vasis fiõtilibus: vt sublimi-
 tas sit virtutis Dei, & non ex nobis.

Euangelium
quare qui-
busdam inco-
gnitum.

Prædicare
Christum
Cognitio E-
uangelij à
Deo.

Sciẽtiæ cla-
ritatis, cogni-
tionis gloriæ
Sublimitas
fit virtutis,
virtutis emi-
nentia sit.

1 *Ideo habentes.* Cũ magna me auditis de Apostolorum
 dignitate prædicare, nolite pensare, id nostrã, sed diuinã po-
 testati & virtuti adscribendum. Nos enim duntaxat Euan-
 gelij ministerio fungimur, factumque est diuina clementia,
 vt non defecerimus: hoc est, nullis afflictionibus & malis
 succubuerimus.

2 *Sed abdicamus.* Pseudapostoli facie adumbrata, & subdola,
 omnia factitabant, fumos obiciẽtes discipulis. Quẽadmodũ
 & hodie Iudæi faciunt mysteria Talmudica & Cabalistica.
 Hi, acceptis muneribus, nil se accepisse à fidelibus simulabãt,
 vt sanctimonia imbuti viderẽtur. Cũ tamen essent impurio-
 res: Paulus ait, hæc occulta dedecoris propulsemus à nobis,
 & abdicemus, nec talia committamus, quã postmodum ma-
 nifesta cum fiunt, ignominiam afferunt perpetranti.

3 *Non ambulantes.* Cedunt nanque ad dedecus, quã versutẽ,
 & dolose geruntur.

4 *Neque adulterantes verbum Dei.* Non solũ vitam simplicẽ,
 & cuiusuis doli expertem, ducamus: sed etiam sermo noster
 argutiis vacet, non simus falsificantes verbum Dei.

5 *Ad omnem conscientiam.* Non more Pseudapostolorum, religionem palam simulemus, clam mundo & carni seruientes: Sed quales sumus, tales Deo & hominibus appareamus.

6 *Quod si etiam opertum est.* Occupatio est: fortassis obiecturus est quispiam, Quid isthuc est Paule? modò prædicabas, nos, facie reuelata, prospicere Euangelium, & gloriam Domini contemplari: Credentibus (inquit) & fidelibus est apertum: at non item infidelibus: non euangelij culpa, sed ipsorum qui fide carent. Clarè nanq; & his si crederent, Christi gloria & vis omnis euangelica pateret.

7 *Deus huius seculi.* Hoc est, in quibus deus excæcauit (id est, cæcos esse permisit) mentes infidelium huius seculi: vt intelligamus deum verum vltorem scelerum, excæcare mētes infidelium huius seculi. Hanc lectionem plerisque placuisse nostrorum, testis est August. lib. aduersus Faustum. 21. cap. 2.

Quòd Manichæi duos deos facerent, alterum verum, alterum de scaterent mala, quem Hylem vocabant. At idem aliquanto post negat absurdum videri debere, si diabolus dicatur deus huius seculi. Quemadmodum & illud dictum est Paulo, Quorum deus venter est. Item illud in Psalmo, Dij gentium dæmonia. Intelligere possumus Deum huius Seculi, Satanam: quemadmodum sentit Cyrillus. Nec te moueat, quòd illi tribuatur vocabulum dei. Non est enim simpliciter

*Manicheorum error.
Hyle Manicheorum deus.*

Deus seculi.

Diabolus qui dicitur deus?

*Deus verus.
Dij per adoptionem.*

Dij iuxta opinionem.

Deus, diabolus: sed illis est deus, qui illum anteponunt Christo. Veluti avaris pecunia, siue mammona, deus est. Certè Ambrosius non veretur interpretari, diabolus huius seculi, deum malorum. Nam in diuinis literis, triplici differentia inuenitur nomen dei, ac domini. Iuxta naturam ac veritatem, solus Deus dicitur Deus ac Dominus; iuxta adoptionem, Ergo dixi dij estis, & filij excelsi omnes: Et iuxta opinionem, i. Corinth. 8. Nam et si sunt qui dicantur dij in cælo siue in terra. Non absurdum videbitur Deum huius seculi dici, sicut & Deum terræ & cæli, Abraham & Iacob, cum sit Deus omnium.

Vt.

8 *Vt non fulgeat.* Particula Vt, euentum rei, non causam dicit. Sensus est, Ne illucesceret, illis derelictis & obcæcatis, illustratio euangelij, hoc prædicationis gloriæ Christi. Aut, ne illucesceret illis lux euangelij, quæ est lux Christi.

9 *Quoniam deus, qui dixit.* Sicut Deus dixit, seu iussit, cum tenebræ essent super terram, Fiat lux, & facta est: ita ipse illu-

xix

xit nobis prius per Iesum Christum, ad illuminationem scientiæ claritatis dei: id est, vt claram & gloriosam dei patris cognitionem illucescere aliis faceremus, in facie & vultu Iesu Christi, qui est imago Dei patris. Alludit ad Moyse faciem velamine opertam, cum in Christi facie clarè resfulserit gloria dei patris, velut in imagine absolutissima, & expressa patris substantia. Aut, In facie, id est, in persona, seu vice Christi prædicaremus cognitionem dei, sicut sequenti capite: Pro Christo legatione fungimur. Aut illuxit nobis in facie Christi: id est, per Christum deum patrem agnouimus, & eundem prædicamus, & vobis annunciamus. Dicete Christo in Ioanne, Pater, ego te clarificaui super terram, & manifestaui nomen tuum hominibus.

Ioannis 12.

10 *Habemus autem thesaurum.* Diuina est potentia quòd tam multa præclara de ineffabili gloria Dei, tanquam thesauris, contineat fictile vasculum, seu corpus hoc mortale: vt nõ nostris meritis tantam dignitatem tribuamus, sed eminenti potentia, ac virtuti Dei, qui fragili vasculo, tantum thesaurum credere dignatus est, vt eminentia virtutis, seu potentia eius emineat, & appareat per homines prædicatores. Thesaurum sacramentum significauit dei, in Christo.

Angustiamur, Anxij reddimur.

Apqriamur laboramus, vel tædio uinimur, aut cõtristamur su præ modum.

In omnibus tribulatione patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed nõ destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deicicimur, sed non perimus: semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod loquutus

Afflictiones.

Mortificatio Christi.

Psal. 115.

sum:& nos credimus,propter quod & lo-
quimur : scientes, quoniam qui suscita-
uit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, &
constituet vobiscum.Omnia enim⁴pro-
pter vos : vt gratia abundans, per mul-
tos in gratiarum actione,abundet in glo-
riam dei.Propter quod⁵, non deficiamus:
sed licet is, qui foris est, noster homo
corrumpatur: tamen is qui intus est, re-
nouatur de die in diem . Id enim quod
in praesenti est , momentaneum & le-
ue tribulationis nostrae : supra modum
in sublimitate aeternum gloriae pondus
operatur in nobis, non contemplanti-
bus nobis quae videntur, sed quae non vi-
dentur. Quae enim videntur, tempora-
lia sunt : quae autem non videntur, aeter-
na sunt.

Internus.
Externus
homo.

Etiam ea quae videntur, &c. Temporalia, temporaria.

1 *Semper mortificationem.* Sancti variis mortibus, & affli-
ctionibus, propter euangelium, quotidie obnoxij erant. Qui,
quia Christo commoriebantur, & Christo consurgebant, at
que credentes qui haec spectarent, propter spem, & fidem,
quam in Christum habebant, vegetiores fiebant: ita vt mani-
festaretur in illis Christus resurrexisse, seu vita Iesu appareret
in afflictis, quos quotidie ab his periculis & afflictionibus
criperet dominus Iesus. Hunc locum explicat Paulus loco
sequenti. Consuevit enim enodare Apostolus, quod obscu-
re pronunciauit. Propter hoc enim (inquit) tradimur: hoc est,
mortificationem circumferimus, vt virtus vitae illius appareat,
non permittentis carnem mortalem a multitudine malorum
tanta patientem vinci.

Clavis scri-
pturae.

2 *Ergo mors in nobis.* Nos morimur, & afflictiones varias ob
euangelij defensionem patimur, vt vos per religionem & fi-
dem hanc acceptam, meliorem & aeternam vitam viuatis.

Cum Iesu,
per Iesum.
Per multos
Pluribus gra-
tias agentibus.
Abundet,
exuberet.
Id enim,
&c. *Nam mo-
mentanea le-
uitas affli-
ctionis no-
strae, mire su-
per modum
aeternum po-
dus gloriae
parit nobis,
dum non spe*

3 *Haben-*

3 *Habentes autem.* Eodem presidio, quo Dauid in afflictio-
nibus seruatus est, & nos seruamur: spiritu quo loquutus est,
& nos loquimur. Credidit ille, propter quod & loquutus est.
Credimus cum illo in Christum & resurrectionem eius, pro-
pter quod confidenter loquimur & praedicamus, scientes nos
fore resurrectionis illius participes.

4 *Omnia enim propter vos.* Vestri ob gratiam vniuersa sunt
condita: quin & ipsa resurrectio vestri ob gratiam & utilita-
tem fiet. Quo fit, vt cum exuberante Dei gratia in vos, abun-
det etiam necesse est multorum officium, in agendis gratis
ad gloriam Dei.

5 *Propter quod, non deficiamus.* Cum spectatam habemus Dei
potentiam, & clementiam, qui nos a malis eripit, non fene-
scimus, non defatigamur. Quidam per futurum explicat, no-
credamus malis, hortantis est sermo. Quandoquidem exte-
rior homo, id est, corpus, cum caeditur & affligitur, corrup-
pi solet. Sed interior: id est, spiritus ipse, & anima innouatur,
bene sperando, & fido plurimum in Christum, qui dat vt
agnoscamus temporarias, & momentaneas istas afflictiones
perituras: idcirco toleratu leuiore, quando ad exiguum tem-
poris inferuntur: nobis tamen parituras excellentissimam aeter-
namque, ac solidam gloriam & pondus: hoc est magnitudi-
nem ingentem gloriae.

DICTIO.

APORIOR, conuicior, & quasi pauper abiicior. Vnde *Aporior*
Aporia, id est, penuria, & indigentia. Est scripturae vsus, vt hu-
miliare vocet abiicere, deprimere, & in nihilum redigere: quo-
modo & mulieris humiliatio, ad libellum repudij pertinet.
Deuter. 21. Quare & Christiani in plerisque scripturae locis,
pauperes, afflicti, humiliati vocantur.

MORTIFICATIO non tantum humana quaedam co-
ercendi diligentia, aut externi cruciatus, sed quando verus *Mortifica-*
metus Dei absterret nos a peccando, ita vt verè perhorres-
cat cor, metu diuini iudicij & Dei amore: vt vitet peccatum.
Sic percussum cor, infirmitatem suam agnoscit, & opem a
Deo implorat. Talis mortificatio, opus est Spiritus sancti:
Roma. 8. & Galat 5.

Domus ter-
restris.
Corpus spiri-
tuale.



Cimus enim, quoniam si ter-
restris domus nostra huius ha-
bitationis dissoluatur, quod
ædificationem ex Deo habe-

Apoc. 16. c

mus, domum non manu factam, æternam
in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus²,
habitationem nostram, quæ de cœlo est,
superindui cupientes, si tamen vestiti &
nō nudi inueniamur. Nam & qui sumus³

Colluctatio
spiritus &
carnis.

in hoc tabernaculo, ingemiscimus graua-
ti: eo quod nolimus expoliari, sed super-
uestiri: vt absorbeatur quod mortale est,
à vita. Qui autem efficit nos in hoc ip-
sum, Deus, qui dedit nobis pignus Spi-
ritus. Audentes igitur⁴ semper & sciētes,
quoniam dum sumus in hoc corpore, pe-

Fides.

regrinamur à domino: (per fidem enim
ambulamus, & nō per speciem) audemus
autem, & bonam voluntatem habemus,
magis peregrinari à corpore, & præsen-
tes esse ad dominum. Et ideo contendi-
mus⁵, siue absentes, siue præsentis, place-

Roma. 14. b

re illi. Omneis enim nos⁶ manifestari o-
portet ante Tribunal Christi, vt referat
vnusquisque propria corporis⁷, prout
gessit⁸, siue bonum, siue malum.

Terrestris
domus.

1 Terrestris domus nostra. Multi terrestrem domum, quæ in
terris his dicitur, accipere. Ego verò asseuerauerim, corpus
hoc nostram dici.

2 In hoc ingemiscimus. In hoc: id est, propter hanc tantā glo-
riam

Grauari,
onerati.

Efficit, pa-
rauit.

Pignus, vel
arrabonem.

Audentes,
confidentes.

Bonā volū-
tatē habe-
mus. p. bonam⁹

ppria cor-
poris put,
ea que sūt p
corpus, iuxta
id quod facit

riam æternam, Ingemiscimus: id est, multo desiderio labora-
mus, cupientes habitationem nostram, quæ de cœlo est, su-
perindui: hoc est, nos donari immortalitate & incorruptibi-
litate: vt hoc corpus nostrum conformetur Christi corpori,
societate immortalitatis, Si tamen vestiti & non nudi, fide &
opere pietatis inueniamur: aut si corpus exuentes, Christum
induisse reperiamur. Quicumque enim in Christo baptizan-
tur, Christum induunt. Dicit potest, in hoc (supple corpore)
ingemiscimus &c.

3 Nam & qui sumus. Qui sumus in hoc caduco & fictili cor-
pore: scimus quidem ineffabilem esse animi erga corpus affe-
ctum, horumq; vnionem naturali quodam appetitu indisso-
lubilem. Non propterea ingemiscimus, quod è corpore sim-
pliciter sit abeundum, sed quia volumus superuestiri, & cor-
ruptionis vacui esse, vt corruptio illa & mortalitas, non au-
tem corpus à vita illa æterna consumatur, absorbeatur, &
pereat. Nec corporis gratiâ solū grauamur, sed quia corru-
ptibile sit, molestè ferimus. Deus enim effecit, id est, creauit
& parauit nos, in hoc ipsum, id est, in hunc finem, vt immor-
tales & incorruptibiles effemus. Et dedit nobis pignus spiri-
tus, id est, ipsum spiritum, vt sciamus quia tēplum sui spiritus
perire nō patitur. Aut quia eruens nos à peccato, (à quo ori-
tur corruptio) spiritum nobis cōtulit, quia incorruptionem
efficit, manens arrabo futuræ immortalitatis & gloriæ: si in
finem vsq; Christo adhærentes, sollicitè perseuerauerimus.

4 Audentes igitur. Audentes ergo: id est, cōfidentes, & in-
trepidi, neq; insidias, neq; afflictiones perhorrescamus. Sciē-
tes, & non ignari, quod in hoc seculo peregrinamur à domi-
no, id est, illum modicè nouimus, nepe per fidē & ænigma-
ticam cognitionem, non autem per speciem, id est, non facie
ad faciem illius vllā habemus cognitionem. Cū itaque hoc
pacto hæc se habeant, confidenter optamus, & valde deside-
ramus, imò sic animati sumus, vt malimus peregrinari à cor-
pore: (id est, abesse à corpore) quod liceat adesse Deo. & alibi
dicit: Cupio dissolui, & esse cum Christo.

5 Et ideo contēdimus. Hoc dicit Paulus, ne fortè cū peregrini-
nationem intelligis, existimes satis ad salutē tibi id fore. Vn-
de inquit, studendū, vt hinc Deo grati abscedamus, ratione
vitæ, quā illi acceptā in hoc seculo duxerimus. Cōtēdimus,
id est, certamus & ambigim⁹: ita vt ab aliis vinci nō patiamur,

Pignus spi-
ritus.

Peregrinari
à domino.

Philip. 1.

Siue presentes, siue absentes: pro, siue foris agētes, siue domi.
 6 Omnes enim nos. Pro magnitudine potentiae sedentis, ma-
 gnitudo Tribunalis & terror iudicij aestimanda sunt.
 7 Propria corporis. Id est, quae per corpus fiunt.
 8 Prout gessit. Hoc est, ad ea quae gessit: hoc est, pro ratio-
 ne, & portione eorum, quae in corpore viuens fecit.

Scientes ergo¹ timorem domini, homi- Timorem
 nibus suademus: Deo autem manifesti su- terrorem.

mus. Spero autem & in conscientijs ve-
 stris manifestos nos esse. Non iterum cō-
 mendamus nos vobis: sed occasionem
 damus vobis gloriandi pro nobis: vt ha-
 beatis ad eos, qui in facie² gloriantur, &
 non in corde. Siue enim mente excedi-
 mus³ Deo: siue sobrij sumus, vobis. Cha-
 ritas enim Christi vrget nos: aestimantes
 hoc, quoniam si vnus pro omnibus mor-
 tuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro
 omnibus mortuus est Christus: vt & qui
 viuunt, iam non sibi viuāt, sed ei qui pro
 ipsis mortuus est & resurrexit. Itaque nos
 ex hoc⁴ neminem nouimus secundum car-
 nem. Et si cognouimus secundum carnem
 Christum: sed nunc iam non nouimus.

Mors Chri-
 sti.
 Viuere Chri-
 sto.

Esai. 43.e
 A. 2. oc. 21. b

Reconciliavit
 nos sibi Deo.

Si qua ergo⁵ in Christo noua creatura; Quae ergo i
 vetera transferunt, ecce facta sunt omnia Christo no
 noua. Omnia autem ex Deo, qui nos re- ua creatura
 conciliavit sibi per Christum: & dedit no- Quis est in
 bis ministerium reconciliationis. Quo- Christo noua
 niam quidem Deus erat in Christo⁶, mī- creatura.
 dum reconcilians sibi, non reputans illis Reputans,
 delicta ipsorum: & posuit in nobis ver- imputans.
 bum

Mente exce-
 dimus, insa-
 numus, vel ra-
 ptum sumus.

Ex hoc,
 post hac.
 Ia, amplius.

Exhortate, rogante. bum reconciliationis⁷. Pro Christo⁸ ergo
 legatione fungimur, tanquam Deo exhor- Legati Chri-
 tante per nos. Obsecramus pro Christo, sti, Apostoli
 reconciliamini Deo. Eum qui non noue-
 rat peccatum, pro nobis peccatum fecit⁹,
 vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso¹⁰. Iustitia Dei.

Scientes ergo timorem. Suasione multorum fallebantur ple-
 ri que, dubitantes de die iudicij: habentes, inquit, tremendi il-
 lius iudicij notionem, suademus hominibus, id est (ait Theo-
 phylactus) scriuimus, atque ita temperamus, vt neminem of-
 fendamus. Non enim tantum abstinendum est à malo, sed
 etiam, ab omni suspitione & specie mali. Aut, scientes quan-
 tus merus sit diuini iudicij, suademus hominibus, vt caueant.
 Deo enim manifesti sumus, si & nos non formidemus. No-
 uit Deus quales sumus, falli non potest.

A malo et
 mali suspicio-
 ne abstinendū.

2 Eos qui in facie. Id est, qui vultu pietatem praferunt, cor-
 de verò nihil habent, quod sanum rectum ve sit.

3 Mente excedimus. De magnis rebus Paulus loquuturus, vi-
 detur ecstasim incurrisse, vt ostendatur vehemens eius animus
 ad Dei honorem exprimendum. Quidam tribuit Paulo in-
 saniam quandam amatoriam: (absit iniuria verbo.) Nam Pla-
 to triplicem furorem docet, Vatum, Poetarum, & Amantium,
 quorum postremum putat esse felicissimum. Vltimum tri-
 buunt Paulo, qui non in se, sed in Christo vixerit. Quem ad-
 modum amantis anima, non est vbi animat, sed vbi amat. Qui-
 que optarit pro fratribus anathema fieri à Christo. Legunt,
 excidimus: non, excedimus: quod repetendum est, ne sermo
 sit in absolutus. Siue enim mente excidimus, excidimus Deo:
 id est, ad Dei honorem. Siue sanæ mentis videmur, vobis sa-
 ni sumus. Solet familiarius sic explicari, Si supra intellectus
 vestri & rationis metas egressi, aliquid planè diuinum loqui-
 mur, aut de nobis magnifica dicimus, Deo: id est, ad Dei ho-
 norem, supple, loquimur. Omnia Deo, & nihil nostræ virtu-
 ti adscribimus. Siue sobrij sumus: id est, siue humilia & me-
 diocria propter infirmiores, qui ardua illa, & magnifica non
 capiunt, dicimus: vobis, id est, propter vos, id facimus, capa-
 citati vestra nos accommodantes.

Triplex fu-
 ro.
 Plato.

4 Ex hoc. Id est, posthac, de cætero. Ambrosius legit, Ex hoc

tempore. Neminem nouimus secundum carnem: id est, carnaliter circūcisum, & carnales caeremonias seruantem, nulliusq; veterum imitatur exemplum. Et si cognouimus secundum carnem Christum, quando maledictum factus, patibulum crucis pro nostra salute suscepit: nunc autem non ita cognoscimus. Non enim est iam passurus pro nobis, qui semel pro omnibus & mortuus est, & resurrexit. Aliter: Et si cognouimus secundum carnem Christum: id est, cognouimus (intellige hoc loco Paulum in persona Apostolorū magis, quam sua loquutum) Christum secundum carnem vixisse, quando pro naturæ passionibus, nulli tamen culpæ obnoxius, vixit: Videlicet, cum famem, ac sitim, & labores perpeffus est. Sed nunc iam non nouimus, id est, nunc non est carnis necessitati subiectus: hoc est passionibus prædictis constat hunc esse immunem, quæ natura ipsa hisce corporibus mortalibus infunt, nec arceri, dū in humanis agitur, possunt. Hoc loco nos hortatur Paulus, non vltra ad carnis cōditiones & vitia, fed secundum spiritum degamus.

Noua creatura in Christo. Si qua ergo in Christo, noua creatura est, & in aliam transit creationem. Etenim cœlitus natus est per Spiritum. Voluntariè (ait Iacobus 1. cap.) genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius.

Quomodo facta sunt omnia noua. Quomodo facta sunt omnia noua? Certe delinquentium facinora, & Iudæorum ritus & opera transferunt. Nouum præterea & corpus effectū, & pro rebus Iudæis cunctis innouata sunt omnia. Nam pro Lege, Euangelium: pro Ierusalem, Cœlum: pro Circuncisione, Baptismus: pro Manna, purissimum Christi corpus: pro aqua, Domini sanguis: pro baculo vel Moyfi vel Aarō, Crux ipsa: pro Agno irrationali, Dei filius: pro Tabulis lapideis, Carneæ & spirituales: pro innumeris sacerdotibus, vnus Pontifex. Hæc & talia cogitans Paulus, dicebat, Noua omnia. Considerabat enim quod prædictum erat, Leuitici 26. Et vetera nouis superuenientibus proicietis. Hæc autem ex Deo per Christum, & dono illius.

Joan. 14. Deus erat in Christo. Dicebat Christus in Ioanne: Pater in me

me est, & ego in patre. Pater per id intelligitur esse in filio, quod vna eorum sit substantia. Ibi enim est vnitas, vbi nulla est essentiæ differentia, ac per hoc inuicem sunt, quia & imago & similitudo eorum vna est. Hoc modo pater est in filio, & filius in patre. Deus opus suum nolens perire, misit filium suum, per quem nobis prædicata remissione peccatorum, reconciliauit nos sibi per ipsum, per quem nos creauerat. Verè reconciliauit, non imputas nobis peccata, dici potest in hūc modum: Deus filius in ipso homine, vt organo, reconciliauit mundum. In ipso Christo: id est, ea ratione, qua homines sunt ipsi adherentes per viuam fidem, & eius membra fiunt.

7 Verbum reconciliationis. Dedit nobis Christus potestatem illam, qua per verbum eius in gratiam vos reducamus. Quorum enim (dicebat Christus) miseritis peccata, remittuntur eis. Verbum reconciliationis, Euangelium est.

Verbum reconciliationis.

8 Pro Christo: Id est, loco Christi, legatione fungimur. Et quemadmodum per illum hortabatur nos Deus, sic vos hoc tempore per nos ille hortatur, vt sibi reconciliemini. Ergo ô Corinthij quæ vobis annunciamus excipite, non secus, ac si ipse Christus coram astaret, aut ipse Deus, qui nos ceu instrumenta sua pulsaret, vt clamemus, reconciliamini Deo.

9 Pro nobis peccatum fecit. Deus Iesum Christum, qui non nouerat peccatum, imò qui iustitia ipsa erat, pro nobis fecit ipsum non peccatorem, sed peccatum: id est, victimam & hostiam, peccati nostri expiaticem, pro nobis fecit illum obire mortem, ac si peccator fuisset is, & maleficus. Voluit ipse Christus pati supplicium, ac si peccasset omnia, quum solus nihil peccasset.

Christus peccatum.

10 Iustitia Dei in ipso: Id est, Vt essemus iustificati à Deo per ipsum Christum. Hebraico idiomate Iustitiam dixit, pro Iustus. Addidit, Dei: vt ostendat immensitatem gratiæ, ne quis supercilium, aut cristas erigat, ascribens iustificationem legi, aut operibus nostris.

Christus Iustitia Dei.

CONCILIATIO.

PAVLVS pronuncians, Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominū: aduersatur, quod scribitur Hebræorum. 4. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo est. Hoc loco non docet Paulus creaturam aliquam deo absentem esse: Omnia

Prima.

Hebr. 4.

enim nuda & aperta sunt oculis eius. Sed insinuat nos quodam modo tunc magis illi presentes, cum perfecti à carnis fragilitate fuerimus seiuncti.

Secunda.

PUGNARE videtur hic locus. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat, & c. cum eo qui scribitur Ioannis 5. Amen amen dico vobis, qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, ut in iudicium non veniat, sed transiit à morte in vitam. Respondet Augustinus tractatu 22. in 5. cap. Ioã. Aliquando Iudicium, discriminatio dicitur: hoc modo, oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat homo que per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Ipsa est enim discriminatio, ut bonis bona, malis mala distribuantur. Est & iudicium damnationis: hoc modo dicitur in Ioan. Non veniet in iudicium: id est, in condemnationem. Hæc ille.

Tertia.

*Esaiæ. 53.
1. Petr. 2.*

NON concordat Esaias cap. 53. dicens de Christo: Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: cum Paulo hic pronunciantem, eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Docet Esaias Christum filium Dei neque peccasse, neque peccato subiectum. hoc idem Paulus in omnibus epistolis pronunciat. Sed hoc loco Paulus de patre mentionem facit, qui Christum verum agnum immaculatum pro nobis fecit peccatum: id est, hostiam & victimam, nostrorum peccatorum expiaticem. Peccatum enim tropo Scripturæ accipitur pro oblatione: ut, Comedent peccata populi: id est, oblationes, quæ pro peccatis offeruntur. Osee quarto capite.

Quarta.

CVM hic Paulus dicat, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi: quomodo Christus in passione sua clamauit, Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? Respondeo, geminata ista dictio, Deus, Deus, vim vehementissimam habet. Deus vniuersorum, Deus meus specialissimo modo. Vnde Ioannis 20, ait Christus, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum. Quo loco docet, quod sicut Deus est specialiter suus pater ratione Diuinitatis, sic specialiter est suus Deus ratione humanitatis assumptæ, quam pater plus diligit, quam totum vniuersum. Ait itaque vnicus, atque amantissimus dei filius, in cruce pendens, & inexcogitabilibus pœnis circumdatus: Deus Deus meus, respice in me, id est, attende quod pro genere humano susti-

neo, & pro eius salute patior. Quomodo sic auerteris vel potius auertere videris faciem tuam à puero tuo? de quo toties Matth. 3. & 7. dixisti, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Respice in me, id est, condeole mihi, qui semper respexi in te cum omni reuerentia, faciendo quæ tibi sunt placita. Quare me dereliquisti: id est, cur ita te habes hoc tempore meæ passionis circa me, quasi videar omnino à te separatus, & relictus inter istos impios Iudeos sanguinis mei sitibundos, & tortores vehementissimos? Id certe est, quod clamabat Esaias 53. cap. Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo, & humiliatum. Non fuit diuinitas à Christo separata: sed ut insinuaret tibi Propheeta, Christum vehementissimum dolorem in sua passione sensisse, quasi visus fuerit purus homo, tamen esset Deus & homo, dixit, Quare me dereliquisti?

QUI D HIC Paulus ait, recõciliamini deo? Qui fieri potest, reconciliemur Deo, cum iam mundus sit per mortem Christi reconciliatus? Respondeo: Christus moriens factus est hostia sufficiens, pro satisfactione totius generis humani. Et in hac morte facta est reconciliatio sufficiens. Sed exequutio & applicatio reconciliationis obtentæ per Christi mortem, fit per sacramenta (quæ dicuntur applicationes passionis Christi) & fide viam, quam habet, qui reconciliatur in Christum mediatorẽ Dei & hominum. Cùm ergo Paulus ait, recõciliamini Deo, rogat ut reconciliatio per Christi mortem facta, exequutionem habeat in vobis per fidem & charitatem Christi.

DICTIO.

VOCANT Hebræi aliquando Peregrinum eum, qui ex obscura progenie est, & non constat ex qua familia prodierit. Exodi. 12. cap. Sicut Indigena dicitur Hebræis, qui sua profapia est clarus. Peregrinum interdum pro admirando & humanis mentibus inusitato ponunt. Ut Esaias peregrinam suam operationem dicit, 28. cap.

PECCATVM tropo vulgari Scripturæ vsurpatur aliquando pro hostia, ut hoc loco. Gala. 3. Et Osee 4. Vide August. de verbis Apostoli, sermone 6.

*Quinta.
Mundum
reconciliari
Deo.*

*Sacramenta
Ecclesie sunt
applicatio-
nes passionis
Christi,*

*Peregrinus.
Indigena.*

Peccatum.

Dei ministri quomodo sese exhibeant, ostenditur. CAPVT VI.

Exhortatio ad opera.

Tempus acceptum.

Esaie. 49c
1. Cor. 4. d.

Ministri dei.



Diuantes autem¹ exhortamur, ne in vacuum² gratiam Dei recipiatis (Ait enim³. Tēpore accepto⁴ exaudiui te: & in die salutis adiuni te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis)⁵ nemini dantes⁶ vllam offensionem, vt nō vituperetur⁷ ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus⁸ nosmetipfos, sicut Dei ministros, in multa patientia⁹, in tribulationibus¹⁰ in necessitatibus¹¹, in angustiis¹², in plagis¹³, in carceribus¹⁴, in seditionibus¹⁵, in laboribus¹⁶, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate¹⁷, in scientia¹⁸, in longanimitate¹⁹, in suauitate, in spiritu sancto²⁰, in charitate nō ficta²¹, in verbo veritatis²², in virtute Dei²³, per arma iustitiæ²⁴ à dextris, & à sinistris²⁵, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati²⁶, & non mortificati: quasi tristes, semper autē gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquā nihil²⁷ habentes, & omnia possidentes.

1 *Adiuuantes autem exhorta.* Exhortatio est ad Corinthios, vt incumbant iis, quæ iam norant. Mirificis coloribus vitam Christianam depingit, qui carni non possunt esse amœni. Primum, adiuuantes seu cooperantes se vocat: sicut 1. Cor. 3.

Colores vitæ Christianæ.

Exhortamur, obsecramus.

Vituperes, reprehendatur.

Angustiis, Anxietatibus.

Castitate, puritate.

Loganimitate, lenitate.

Suauitate, benignitate, vel, comitate.

Ignobilitatem, ignominiam.

Infamiam & bonam.

conuicia & laudes.

Mortificationi occisi.

Dei

Dei enim sumus adiutores, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Quod perinde est: Nos prædicamus & verbo laboramus in vobis, docendo & hortando. Deus autem inustus spiritu suo benedicit, donatque incrementum, ne verbo foris frustra laboretur.

2 *Ne in vacuum.* Gratiam Dei in vacuum recipit, qui verbū Dei purum, & syncerum nullo studio amplectitur. Hac vtique ingrata socordia metentur, vt rursus ab ipsis auferatur, tanquam eo indignis.

Gratiam dei in vacuum recipere.

3 *Ait enim.* Subaudiendum est, Dominus, siue scriptura, quæ sermonis forma non est infrequens apud Paulum.

4 *Tempore accepto.* Occupatio est. Dicit aliquis, Non in manu est, gratiam recipere. Respondet Paulus, Esaie 49. testimonium producens: En tibi tempus acceptum, hoc est, tempus gratiosum, atque diuino favore secundum, in quo Deus iram suam auertit, atque nihil nisi nostri amorem, atque propensum ad iuandum nos animum declarat. Adest regnū misericordiæ, audi huius regni regē, Petite & accipietis, Quærite & inuenietis, pulsate & aperietur.

Matth. 7. 4

5 *Ecce nūc dies salutis.* Dies salutis: id est, auxilij & fœlicitatis, quo ægrotis salus affertur, & morbis mortalibus medicamina infunditur. Dies dici solet hæc vita, quia ad operandum est apta, & concluditur nocte iudicij: quæ dies, tenebræ erūt peccatoribus, non lux, in qua iam nemo poterit operari.

Dies salutis.

6 *Nemini dantes vllam.* Hoc idem monuit superiore epistola cap. 10. Sine offensione esto re Iudæis, & Gentibus, & ecclesiæ dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quæres, quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.

Dies pro vita.

7 *Vt non vituperetur.* Vituperatur ministerium docendi verbum Dei, si opera, doctrinæ aduersantur. Odi enim ego (ait sapiens) homines ignauos opera, & dignos sententia.

8 *Exhibeamus.* Hic decora Christianæ vitæ, & proprias notas, quibus in conuersatione ornata oportet esse, ordine mirifico describit. Hi sunt fructus, & hæc sunt signa pij & Christiani hominis. Dei ministeriū in his planè situm est, In multa patientia, in tribulationibus, &c.

Christiane vite fructus

9 *In multa patientia.* Enumerat ornatus hominis pij. Primo loco multa opus est patientia, quam hic Paulus veluti genus multi præfigit speciebus. Vincuntur enim afflictiones, necessitates, & alia id genus, patientia. Obserua: Non loqui-

rum de simplici aliqua patientia, sed multa: quippe quæ non semel atque iterum in omnibus erit præstanda, sed in finem quoque exhibenda. Christus apud Lucam 8. cap. Patientiam veluti caput & fontem omnium commemorat virtutum. Semel, inquit, quod in bonam terram decidit, hi sunt, qui in corde puro & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

10 *In tribulationibus.* Id est, cum mens angitur, & corpus simul affligitur.

11 *In necessitatibus.* Id est, quum rem grauem vitare nequeo, tædiumque aliquod maximum vorare cogor, & necessitate ceu inuitabili telo videns & sciens confodior.

12 *In angustis.* Id est, anxietatibus, quæ oboriuntur ex inedia & periculis aliis.

13 *In plagis.* Quæ immeritis infliguntur propter veritatem, & iustitiam. Has experti sunt, & senserunt Apostoli, & Martyres.

14 *In carceribus.* Quibus serui Dei tenentur in frigore & omnium rerum summa egestate.

Seditiones.

15 *In seditionibus.* Seditiones dicit, non quas inferamus, sed ab aliis illas sustineamus. Ambrosius vertit, In perturbacionibus. Theophrastus, in persecutionibus, quas per oppida passus est Paulus.

In laboribus, in vigiliis.

16 *In laboribus, in vigiliis.* Labores manu explicat (ait Theophrastus) quibus se & alios aleret, is insuper & vigiliis se & media macerabat. Aut labores insinuat, quos exatlabat, siue magnos subibat labores, obambulans, & laborans per noctes, in quibus tum docebat, tum operabatur, & cum his omnibus, neque ieiunium negligebat. Quamuis hæc ipsa (ait Chrysostomus) pro innumeris sufficiebatur ieiuniis, Reuera hoc locovarat nostros delicatulos, & vinctos, qui proventibus & rebus otiose fruuntur, & voluptuantur.

17 *In castitate.* Id est, puritate, quæ est sinceritas, & integritas in agendo, & dicendo, maxime in prædicando. Putaverim hoc referri ad castimoniam corporis.

In scientia.

18 *In scientia.* In scientia (ait Ambrosius) legis, & Evangelij, scientiam hoc loco Paulus accipere videtur pro eo, quod Prædicationem vocamus, quæ cum ratione rebus vitimur, grauitate ac com decore versantes. De qua scientia intelligitur & illud Pauli Rom. 10. Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam id est, non prudenter, non probe omnibus perpensis, & consideratis, ut nihil indecens admitterent. Quod ergo hic scienciam

scientiam, in Dei ministerio nominatim exigit, eodem monet nos, ut ratione vitam nostram obtemperemus, ac prudenter institutam, in omnibus modum obseruantes, & considerate rationem proximorum habentes, ne quo intepetiuo usu Christianæ libertatis, infirmiores offendamus, & omnia ad omnium ædificationem instituamus. Ira & laborandum, vigilandum, &c. Non sanè præter modum, sed cum scientia (hoc est, commoda prudentia) his utendum est, ne quid officiant, sed semper ædificent.

19 *In longanimitate, &c.* Sanè hæc generosum animum requirunt, longanimitate ferre omnia, multum, & ubique exacerbari, & incitari. Animi profecto est adamantini, agitata vindicæ, & circum punctum, non solum mentis seruare celsitudinem, sed & bonum se, & æquum præstare.

Longanimitas.

20 *In spiritu sancto.* In spiritualibus donis neminem offendimus. Aut ut ostenderet, unde talis factus sit, adicit statim auctorem spiritum sanctum. In illo enim omnia hæc rectè agimus, inquit. Non ergo intumescant Pseudopostoli, quod linguis potiti sint, quibus non vtuntur in rebus necessariis, sed cum offendiculo illis iactabundi abutuntur.

21 *In charitate non ficta.* Quemadmodum spiritum sanctum opposuit hæreticis, & pseudoprophetis, ita charitatem non simulatam opponit Christianis ignavis, & socordibus. Aut, in charitate non ficta: id est, Simus experies simulationis. Omnia quæ nobis volumus fieri, aliis faciamus, ut non diligamus verbo, sed opere, & veritate.

Charitas non ficta.

22 *In verbo veritatis.* Sermonem veritatis opponit iis qui verbo dei abutuntur, & pro affectibus suis interpretantur, ut inde nomen sibi comparent: qui arguuntur i. Petri 4. Siquis loquitur, tanquam sermones Dei: hoc est, Curet ut certus sit, quæ loquitur, sermones Dei esse, non suum proprium commentum. Id vocat Paulus verbum veritatis, purum & syncerum, non fictum.

Verbum veritatis.

23 *In virtute Dei.* Virtus Dei in Paulo erat, quæ per signa, & prodigia hunc idoneum ministrum probabat. De hac potentia & virtute Beatus Petrus loquitur i. Epistolæ cap. 6. Si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus. Et Paulus Colos. 1. In quo & laboro certado secundum operationem eius, quæ operatur in me in virtute. Hæc virtus reuera manifestat in nobis gloriam Dei. Quod docuit Christus Matth. 5.

Virtus Dei.

Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videat opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui est in caelis, vt eorum authorem, qui illa fecit, non vos.

Arma iustitiae.

24 *Per arma Iustitiae.* Hæc arma latius describit ad Ephesios 6. cap. Arma vocat ad hoc, vt Christianos auertat à corporalibus & profanis armis, admoneatq; eos esse populū spiritalem, quare & spiritualibus armis oporteat esse instructos, ni mirum quibus spiritualis pugna cum spiritualibus hostibus semper committenda est.

A dextris & sinistris.

25 *A dextris, & sinistris.* Per mediam & regiam viam, inter ea, quæ à dextris & à sinistris negotium faceffunt, cōtendit Paulus vt incedamus: ita vt neque per aduersa deiciamur, neque per prospera eleuemur, sed vtrique commodissime, tum in gloriam Dei, tum proximorum salutem vtamur. A sinistra ponit Ignominiam, Conuitia, & quod habemur tanquam impostores, ignoti, pauperes, nihil habentes. Nam Christianis omnia hæc accidunt: Ignominia palam afficiuntur, opprobriis in os iactatis, & per infamiam falsis criminacionibus, ac conuitiis conspurcantur, omnibus illis amicitia renunciantibus, propter confessionem nominis Christiani. Quasi morientes: id est, vt oues occisioni destinatae, mortem omni momento à mundo expectant. A dextra ponit Gloriam, Laudes, quod habemur veraces, noti viuimus non occidimur, sumus gaudentes, multos ditantes, omnia possidentes. Hæc illis reuera contingunt per Spiritum consolatorem. Si quis desiderat totius huius orationis ardorem, & harmoniam cognoscere, legat Augustinum libro de doctrina Christiana 4. cap. 20. Accipi potest à dextris, & à sinistris, quasi dicas, Vndique armati aduersus omnia.

26 *Vt castigati.* Hoc desumptum est ex Dauide, Psalm. 117. Castigans castigauit me Dominus, & morti nō tradidit me. Fiunt hæc ad nostri castigationem Dei permiffu, sed futura est magna merces.

27 *Tanquam nihil habentes.* Nihil videbatur habere Paulus, tamen & corporalia, & spiritalia omnia habebat. Locuples nouo quodam modo erat, habens omnium domos sibi apertas: imò eius gratia ceruices, vt Prisca & Aquilla, exponebant. Romanorum 16. cap. Et ipsum angelum Dei accipiebant, ad Galat. 4. Si spiritalia in Paulo vis videre, hoc vnum pronunciat testimonium: Vidit arcana, quorum particeps

particeps factus est, quæ non licet homini loqui. Quomodo non omnium diuitiarum spiritualium abundans erat, cui & Dæmones subiiciebantur, & quem morbi & infirmitates fugiebant?

Patet, *apertum est.* Os nostrum¹ patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini, *Non angustiamini,* angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem² (tanquam filiis dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere³ cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem cōuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infideli? Quis autem consensus templo Dei cum Idolis? Vos enim estis templum Dei viui: sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo⁴ in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus⁵, & ipsi erūt mihi populus. Propter quod, exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus: & immundum ne⁶ tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem⁷: & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens⁸.

¹ Os nostrum patet ad vos. | Vos ego cōuenio, o Corinthij, nō possum filere apud vos: tam vehemens, & feruens est meus erga vos amor, vt planè iam vobis animum meum aperiam. Ardor ille amoris non modò mihi os patefacit, sed mentem dilatat & ita, vt vos capiat vniuersos. Est in vos omneis diffusus amor noster. Non enim angustiamini in nobis: id est, non in stricto & angusto loco, sed planè in toto corde nostro regnatis, & habitatis. Sed in visceribus vestris angustiamini: id est, tam arcta est vestra Charitas, vt ne vel vnum me

Idololatram fugiendi.

Templū Dei 1. Corinth. 3. d. 6. d. Leuit. 26. b

Esaiæ 52. e

Hier. 31. e

largiter seu dilatato, & toto corde possitis excipere. Aut, vos vix dilectionis vnus capaces estis, ego autem totius ciuitatis, & omnium Corinthiorū. Aut dicit, Angustiamini in visceribus vestris: quia angebantur Corinthij, quod desisteret à consuetis connubijs, foris, & conuiujs, quæ Paulus prohibuerat. Arctauerat enim illos Paulus in priore Epistola, prohibens connubia cum infidelibus inire, Causas dicere cum Christianis sub iudice infideli, Immolata idōlis manducare propter infirmos, & huiusmodi. Quod ad hæc, videbantur Corinthij arctari, & angustia duci: hos arguit hoc loco Paulus, propterea his subiungit, Nolite iugum ducere cum infidelibus, &c.

2 *Eandem autē remunrationem.* Non exigo à vobis quicquid arduum, neque reposco meritum cum vsura, tantum hoc postulo pater à filiis, vt in charitate respondeatis, omnia putabo pensata, si pariter ametis. Quod videatur res esse debiti, nihilque dictum per assentionem, Vt filiis (inquit) loquor. Quid est, Vt filiis? nihil magno postulo, si cum sim pater, postulem à vobis diligi. Debent nanque & filij hoc in patrem præstare officium.

3 *Nolite iugum ducere.* Id mihi magno erit argumento, quod largiter me amatis, si nullū vobis cum infidelibus fuerit commercium. Si consuetudinem fidelium cum infidelibus prohibet, multo magis mutua inter illos connubia. Huiusmodi matrimonia Hieronymus imparia vocat.

4 *Quoniam inhabitabo.* Cū Deus sit vbiq, tamen in illis propriè habitare se dicit, qui eius gratia perfruatur, & qui mundum ei præparant sui cordis hospitium.

5 *Et ero illorum Deus.* Deus naturā, omnium est: voluntate, paucorum. Non enim est Deus mortuorum, sed viuorum.

6 *Et immundum ne.* Idololatrias immundum vocat, & ne tangi quidem vult, in morem prohibiti in lege veteri contactus rerum, seu personarum immundarum: ex quo contactu reddebantur immundi, qui tetigerant. Propterea separemini, ait, ne tangentes communicatione eiusdem iugi, cōtrahatis immunditiam. Est duplex immunditiæ genus, Corporeum scilicet, & Spiritale. Spiritale quidem, vt impuri & sordidi cogitatus, & oculis lasciuientibus intueri, vel odia exercere, & dolos necitare, & huiusmodi. Corporeū verò, vt Incestus, Adulterium, & quicquid reliquum est prauis facinorosis. Vult

Paulus

Matrimonia inter dispersos cultū non contrahēda. Deī habitare in nobis quid est.

Luc. 20. g

Immunditia duplex.

Paulus hoc loco Corinthios tum animi, tum corporis seruare puritatem.

7 *Et ero vobis in patrem.* Si vos parētes abdicauerint infideles, me patrem habebitis sempiternum.

8 *Omnipotens.* Addidit Omnipotens, ne cui impossibile videretur.

DICTION.

BELIAL Hebræis dicitur significare malitiam, licet ferè vbique iniquitas transferatur, idque improprie. Vnde filij Belial, id est malitiæ, Iudic. 19. Nam Hebræi per Belial hominem pernicitatem, & qui est perfricta fronte, quasi absque iugo legis diuinæ, intelligunt. Qui ad nocendum alijs tantummodo viuunt, dicuntur filij Belial. De torrentibus iniquitatis, & fluminibus Belial, vide Psal. 17. Sūt enim persecutiones, impetus, & exercitus dæmoniorum, & quotquot iugum Christi detrectant.

His particulis Quasi, & Tanquā, vtens Paulus, Quasi morientes, Quasi tristes, Tanquam nihil habentes, non tamen morientes, aut tristes & huiusmodi, tanquam nihil habentes, &c. ostendit ista esse, quasi imagines passionum, ad comparationem præmij æterni.

Tristitia quæ est secundum Deum, non caret consolatione.

CAPVT VII.



HA ergo habentes promissiones, charissimi, mūdēmus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus perficiētes sanctificationem in timore Dei. Capite

Mūdare se ipsam, et sanctificationem perficere.

Capite nos ¹capaces estote ²nostri. Circūuenimus, ³frauda uimus. Neminē læsimus ⁴, neminē corrupimus ⁵, neminem circūuenimus ⁶. Non ad condēnationem ⁷ vestrā dico. Prædiximus enim, quod in cordib⁹ nostris estis ad cōmoriendū, & ad cōuiuendū. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloria: pro vobis: repletus sum cōsolatione:

y iij

*Afflictiones
Pauli in Ma
cedonia.*

Titus.

*Contristati
Corinthij ad
pœnitentiam.*

*Promissiones
Dei à Paulo
manifestatæ.*

superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam & cū venissemus in Macedonia, nullam requiem^o habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passus sumus: foris, pugne^o: intus, timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus, in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua consolatus est^o in vobis: referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita vt magis gauderem. Quoniam etsi^o contristati vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœniteret, videns quod epistola illa (etsi ad horam) vos contristauit.

*Requie, vel
relaxatione.*

Vestram æmulatione, vestrum studiū.

1 Has promissiones. Quales promissiones? Esse templum Dei, filios & filias, habere illum inhabitatorem, & inambulatem.

2 Et spiritus, &c. Inquinamenta spiritus sunt, labes animi.

3 Capite nos. Quod dixerat præcedente capite, dilatamini, & non angustiamini: refricat, dicens, Capite nos: id est, capaces estote nostri, recipite & amplè, & ad eò effusè, vt non angusta & tenui charitate nos complectamini.

4 Neminè læsimus. Neminè vel factis vel verbis offendimus.

5 Neminem corrupimus. Hoc est, seduximus, vel impiis dogmatibus nulli mentem infecimus.

6 Neminem circūuenimus. Nocent Pseudapostoli cū sensu suorum corrumpunt, & grauant sacculos circūuentione serpentinæ astutiæ: sed nullius rem præterius occupauimus, & in nostrum vertimus cōmodum. Neq; tyrannidè exercuimus, neq; falsa docuimus, neq; dolo & auaritiæ studio occupauimus aliena. O gloriā verè sacerdotalem. Et vtinam omnibus Ecclesiæ presens, ad eundem modum liceret gloriari.

7 Non ad condemnationem. Id erat apud veteres amicitie genus, vt amico fortè extincto, amicus vltro sibi mortem consciferet: quod amicitie genus significat Horatius sibi fuisse cum Mæcenate. Nolim existimes Paulū huiusmodi quidpiā sensisse

senfisse, quale legimus olim fuisse apud Ethnicos. Verū hoc modo arctissimam amicitiam voluit indicare: ac si inquirat, neque in periculis deserturus vos sum, nec prosperis vestris rebus inuidebo, sed vobiscum potius vnā sum vitā ducturus.

8 Nullam requiem. Presuras suas explicat, quas decussas esse magnitudine gaudij (quod correcti iā essent, & ab his prorsus alienati, quæ superiore epistola improbauerat) ostendit. Carnem dicit nullam habuisse remissionem, quia animus illi, & constans erat, & insuperabilis.

9 Foris pugnae. Ab infidelibus passus sumus oppugnationes varias.

10 Intus timores. Timebat Paulus ne fratres scādalizarentur, aut ne à falsis Apostolis infirmiores nonnulli subtraherentur.

11 Qua consolatus sum. Reddit Titum his verbis coniunctiorem Corinthiis: vt pote qui eos apud se commendauerit, & qui consolationem acceperit, tum ob ipsorum emendationem, tum ob mutuum erga Paulum amorem, quæ designat, cūm Æmulationem dicit.

12 Quoniam etsi. Etsi me pœnituisset, eo quod vos durius corripuerim, tamè facit vester profectus (quem nobis Titus significauit) vt non pœniteat, tam ardentem me vsū esse cauterio: sed nunc gaudeo, non quia doluistis, sed quia dolor ille vobis profuit ad salutem. Intellige Paulum non quidè fateri pœnitentiam, quod eos mœrore antè affecisset: nunc tamen adeò gaudere, quod ex Tito cognouisset, re bene cessisse, vt etiam si qua pœnitudo tenuisset ipsum prioris facti, nunc eam abiecturus fuerit. Non enim ait, Prius pœnitebat, nunc non pœnitet, sed non pœnitet, etiam si pœnituisset. Sic loqui solemus, cūm & errata feliciter cadunt.

13 Ad horam. Ad tempus constitutum.

Nūc gaudeo: nō quia contristati estis, sed quia contristati estis, ad pœnitentiā. Contristati enim estis secundum Deum, vt in nullo detrimentum² patiamini ex operatur: non nobis. Quæ enim secundum Deum trinitia est, pœnitentiam in salutem stabilit. Operatur, lem³ operatur: seculi autem tristitia, mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum⁴,

1. Pet. 2. d

Secundum Deum contristari vos, quantum in vobis operetur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse negotio. Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis coram Deo, ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantius magis gavisus sumus super gaudio Tiri, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Etsi quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate loquuti sumus, ita & gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum, veritas facta est: & viscera eius abundantius in vobis sunt, reminiscens omnium vestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore exceperitis illum. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.

Titus factus est prius ad Corinthios,

vestri. Refectus est, resocillatus sit. Quæ fuit ad, Quæ visus eram apud. Viscera eius, id est, charitas eius in vos multa est.
 1 Sed quia contristati estis ad poenitentiam. Ex coniunctis contrariis mysterium veræ poenitentiam aperit, duplicem dolorem siue tristitiam explicans: Alteram ex Deo, quæ poenitentiam parit ad vitam: hac enim exiit veterem hominem, & induit nouum. Alteram, quæ est ex carne, siue homine, laqueum, siue desperationem ad mortem afferens. Hac tristitia indoluere Cain, & Iudas Iscariotes: priore verò David, & Petrus: ille clamavit, Miserere mei Deus secundum &c. Hic verò, fleuit amarè.

2 Ve

2 *Ut in nullo detrimentum.* Corripui vos, ne parcès, ex nobis detrimentum pateremini. Solet nanque præceptor, tum magis obesse discipulis, cum peccantibus nihil conuiciatur.

3 *Salutem stabilem.* Id est, non poenitentiam. Referunt quidam hoc adiectiuum ad poenitentiam, alij ad salutem. Vterque sensus probè consilii. Efficit seu operatur poenitentiam non poenitentiam. Aut efficit poenitentiam quæ adducit ad salutem, quæ nescit poenitentiam, sed habet gratulationem perpetuam. Est autem sententiam genus simul & schema ex contrariis contextu, mundo & Deo, morte & salute, poenitentia non poenitentiam. Huius generis putat esse Fabius illam sententiam, Obsequium amicos, veritas odium parit. Medelam peccati quæ est contritio, explicat Paulus, dicens: Quæ enim secundum Deum, &c.

Poenitentia.

Medela peccati.

Contritio.

4 *Ecce enim hoc ipsum.* In promptu est quam diligentes ac sollicitos vos fecit tristitia vestra secundum Deum, non solum sollicitudinem operata est, sed defensionem: id est, excusationem: ob poenitentiam enim vestram excusati estis apud me. Sed indignationem, qua estis in fornicantem vsi: Sed timorem, quia me veriti estis: ab hoc enim vestra hæc processit emendatio. Et ne Paulus tyrannidem exercere videretur, quod timorem addidit, quasi solis terroribus, & fulmine quodam tyrannico vteretur: leniuit, quod forsitan durius esset, addens, Sed desiderium supple, mei. Atque hoc, amorem, non dominatum præterit Paulus. Sed æmulationem Dei, & mei, & qua quodam modo ad bonas actiones certamus. Sed vindictam, in sceleratum fornicarium, per excommunicationem, & salutarem medelam poenitentiam. Siquidem vbique commendastis vos ipsos, quod puri sitis in eo negotio: impuri enim eratis, dum nullo sceleris tangebamini sensu, dum impudè mœchus ille inter vos versabatur.

5 *Igitur & si scripsi.* Occupatio est. Obiicient fortasse Corinthij, Quid nos o Paule obiurgabas, si planè eius negotij expertes eramus? Cur non propter fornicarium scripsisti epistolam? Respondet Paulus, Scripseram equidem, illius scelere impulsus nefario: non tamen ille prior mihi ut scriberem attulit causam: sed vestri de causa hanc exaravi epistolam, contendens præcipuè, ne ciuitas vniuersa illius morbo inuaderetur, qui fornicantem inuaserat.

6 *Abundantius magis.* Duo comparatiua coniunxit, ad exprimendam maiorem emphasim.

7 *Non sum confusus.* Non sum pudefactus quod gloriatus sum de Tito. Quæ de vobis enarrauit vera sunt.
 8 *Viscera eius.* Intimum Titi affectum, & flagrantem amorem in Corinthios manifestat: insinuat ergo vt mutuum illi in eum amorem rependant.
 9 *In omnibus confido.* Vobis confidimus in omnibus. Quia omnia mea dicta erga vos si dura visa sint, siue in laudem vestram, æquo animo feretis.

DICTIO.

Capere, pro capax esse.

CAPITE, hoc loco non accipitur pro intelligite: sed ficturi vas aut locus aliquid capit dicitur, Capite: id est, capaces estote.

SVPERABVND O: supra modum, aut vehementer abundo, seu potius superfluo.

Caram deo.

CORAM DEO: Iurantis est.

AD HORAM: id est, ad tempus constitutum.

Hortatur Paulus Corinthios ad eleemosynam sanctorum, exemplo Macedonum.

CAPVT VIII.



Notam autem¹ facimus vobis fratres, gratiã Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedonia: quod in multo experimẽto² tribulationis abundãtia gaudij ipsorum fuit: & altissima paupertas eorum, abundauit in diuitias simplicitatis eorum: quia secundum virtutem (testimoniũ illis red do) & supra virtutẽ volũtarij fuerunt, cũ multa exhortatiõ³ obsecrãtes nos, gratiã & cõmunicationem ministerij, quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus⁴, sed semetipfos dederũt, primũ domino, deinde nobis per volũtatẽ dei: ita vt rogauerimus Titũ, vt quẽadmodũ cõepit, ita & perficiat

Secũdũ virtutẽ, pro virtutibus.
 Virtutem, vires.
 Volũtarij, prompti.

In vobis, Erga vos. Gratiã, Beneficentiã. Sed, Imò. Aliorum, erga alios. Ingenuum bonũ, Ingenuitatem vel sinceritatẽ. Priore, Superiore. perficiat in vobis etiã gratiã istã. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, insuper & Charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Non quasi imperãs dico: sed per aliorũ⁶ sollicitudinem, etiam vestræ Charitatis ingenuum bonum cõprobans. Scitis enim gratiã Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cũ esset diues: vt illius inopia, vos diuites essetis. Et cõsilium in hoc do: hoc enim vobis vtile est, qui non solũ⁷ facere, sed & velle cõepistis ab anno priore: nũc verò & facto perficite: vt quemadmodum prõptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.

Pauper Christi.

¹ *Notam autem.* Mira Pauli exhortatio: exemplo Macedonum prælinit Corinthiorum animos ad habendam in pauperes Charitatem. Non confessim adiecit, Eleemosynam date: sed aliorum facta in medium producens, ad hos imitandos illos inuitat.

² *In multo experimẽto:* Id est in multa probatione, visum est. Quo magis afflictati, minus animo concidebãt, sed amplius gaudebãt. Et quod profundior paupertas, eò promptior erat ad largiendum animus, imò amplius, & candidius largiebantur. Non dicit, Rei collatæ: sed, Simplicitatis diuitias: hoc est, animi vacantis inuidia, & ad impariendum facilis. Non enim beneficiorum copia, sed animi promptitudine liberalitatem metimur.

Liberalitas vnde meitem da.

³ *Cum multa exhortatione.* Obnixè rogauerunt, vt gratanter quæ offerebant, suscipere in ministerium sanctorũ. Non nos illos rogamus, sed illi nos. Quid rogarunt nos? Vt gratiam, hoc est beneficium & societatem ministerij, quæ est in sanctos, suscipere. Opus Corinthiorum vocat Gratiã,

cōmunicatio vt accurrant tanquam spirituum emulatores: iterum Cōmūnicationem seu Societatem appellat, vt dicant quod accipiant, non dent solum.

4 *Et non sicut sperauimus.* Multò amplius quam sperare audebamus euenit. Aut nulla nobis spes erat, quòd in tanta tribulatione & paupertate existentes, tam liberalem & candidam munificentiam exhiberent, & hanc gratiam elemosynas colligendi, suscipere nos cogissent: sed præter spem (inquit) nostram, nõ sua modò, verum etiam seipsos Deo & nobis dederunt. Et magis obedientes fuerunt, quam speraueramus. Hoc argumento & beneficentia adducti, rogauimus Titum, vt quemadmodum iam cepit: id est, qui priusquam esset per me impulsus, venire ad vos destinauerit: Ita perficiat in vobis gratiam istam: id est, vos hortetur ad imitandam gratuitam Macedonum beneuolentiam, & illis ne sitis inferiores. Titus Corinthi erat, quum hæc scriberetur Epistola.

5 *Sed sicut in omnibus.* Subaudiendum est, Obscramus facite: aut aliquid huiusmodi, Sed supple, facite sicut, &c. Ita facite, vt abundetis, & in hac gratia: id est, in beneficio, & elemosyna &c.

6 *Sed per aliorum &c.* Non tanquam imperans hæc dico, sed vt vestra charitas magis à me probari possit ac prædicari, si per aliorum sollicitudinè: id est, si vos aliorum exemplo prouocati, non cesseritis cæteris in hoc beneficentiæ genere, cum in cæteris nõ sitis inferiores. Vestræ Charitatis ingenuum bonum: id est, ingenuitatem, siue sinceritatem.

7 *Qui non solum.* Gemina laus est Corinthiorum, qui non solum cæperint largiri pauperibus suapte voluntate, non prouocati alienis exemplis, sed hoc ipsum etiã animi propositum vltro, nec prouocati sumpserint. Ab anno priore: id est, anno superiori. In superiore epistola cap. 16. collectæ meminit. Vnde coniectura est hanc Epistolam posteriorem altero à priore anno scriptam esse. Promptus animus voluntatis: id est, vt velit, aut ad volendum, sic perficite ex eo quod habetis, siue ex habendo: id est, ex hoc, quia habetis, hoc est, quia potestis. Si quidè Habere, videtur pro Possè, acceptum. Velle enim, est animi promptus: Præstare quod velis, est facultatis.

Habere, pro Possè.

Si enim voluntas prompta est: secundum id quod habet, accepta est, non secundum

id

id quod non habet. Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate. In presenti tēpore, vestra abundantia, illorum inopiã suppleat: vt & illorum abundantia, vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Gratias autè ago Deo, qui dedit eandem sollicitudinè pro vobis in corde Titu, quoniã exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitudine esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratre, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias: nõ solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad domini gloriam, & destinata voluntatem nostram, deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis in domini gloriam. Prouidemus enim bona, non solum coram deo, sed etiã coram hominibus. Misimus autè cum illis & fratrem nostrum, què probauimus in multis sæpe sollicitum esse: nunc autem multò sollicitiorem, confidentiam multa in vos, siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor: siue fratres nostros, Apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Omissionem ergo, quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum.

destinatam voluntatem, promptitudinem animi. Plenitudinè, exuberantia ac abundantia. Confidentiam multa, ob multam fiduciam, quã habeo. Fratres nostri Apostoli, pro fratribus nostris qui sunt Apostoli. Pro, de.

Exod. 16. d

Lucas.

Roma. 12. d

*Macedones
sunt Thessa-
lonicenses.*

*Acceptum
esse.*

1 *Si enim voluntas prompta.* Obserua: Laudauit Paulus Macedones, id est, Thessalonicenses, quia supra vires eleemosynam contulissent. Nunc vero à Corinthiis nil magis deposcit, quàm eorum suppetant facultates. Hortatur Corinthios, quod suum est faciant. Scit enim Paulus, quòd non tam laus, quàm zelus excitat ad imitandum similes. Acceptum esse, hoc loco significat exigi. Si enim voluntas prompta est: id est, si adest animi promptitudo, quæ est beneficentiæ fundamentum: Secundum id quod habet (id est secundum suam facultatem, supple, dat) accepta est illa voluntas. Et non plus exigitur. Prout cuiusque sunt facultates, sic dantis voluntas Deo est accepta. Hoc modo pauper modicum largiens, æquè acceptus est, atque diues ampliore usus munere. Non terreanini, si Thessalonicenses supra vires dederunt: non cogimini sic facere. Sat erit, si secundum facultatem suam vnusquisque largiatur. Et non secundum quod non habet: id est, supra facultatè dantis non exigitur. Tobia. 4. Prout habueris filii, fac eleemosynam.

2 *Non enim ut aliis.* Subaudiendum est aliquid, quo sermo reddatur absolutus. Non enim supple, sic dandū est, tam abundè, & supra facultatem: Vt aliis sit remissio, id est, vt alij vestra beneficentia ditati, per quietem & otium in deliciis delicatius viuant, vnde & indigentiam patiamini, & angustior res vestra familiaris reddatur.

3 *Vt fiat æqualitas.* Vos diuitiis & pecuniis abundatis, quibus illi carent: illi plurima in Deum confidentia abundant, cuius expertes estis. Date igitur quibus affluitis bona, vt ditementi quibus illi abundant, & fiat æqualitas, id est, vestra abundantia illorum inopiæ, & illorum abundantia succurrat vestræ inopiæ, & æqualiter omnibus necessaria sufficiant. Aut fiet æqualitas, si vestris facultatibus illorum indigentiam sustuleritis, dum ipsi ex eo quod satis est contenti, tantundem habebunt, quantum & ditissimi.

4 *Sicut scriptum est.* Adducitur hoc testimonium ex Exodo cap. 16. Quod Hieronymus iuxta Hebraicam veritatem vertit ad hunc modum: Nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus. Dicitum est autem de colligendo Manna, quod Paulus ad suum negotium deflexit, ostendens illam æqualitatè. Nam qui plus quàm par erat collegerat sibi manna, non plus reperit, quàm illi opus erat. Et qui minus illo collegerat, non minus quàm sibi opus erat reperit.

At quemad-

At quemadmodum vtrinque plus minúsve colligentibus, non abundantius repertum est, quàm quod satis est, & in hoc inuenta est æqualitas: Ita si diuites de superfluo sanctorum necessaria suppetent, tunc fiet æqualitas: quia vtriusque sorte sua contentis satis erit. Totus hic locus immoderata cupiditatem castigat. Subaudiendum est verbum in hoc contextu: Qui (subaudi, habuit, aut collegit) multum, non abundauit: id est, non plures mensuras gomor mannae habuit. Et qui minus (collegit, subaudi) non minorauit: id est, non fuit inferior, aut non minus habuit. Quia solum singulis singulae mensurae gomor mannae repertae sunt. Hæc æqualitas designata est mensura Gomor.

5 *Misimus cum illo fratrem.* Hunc fuisse Lucam videtur sentire Hieronymus, propter quod sequitur, Cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Cui alij Barnabam arbitrentur designari propter subsequentem clausulam. Sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae. Alij opinantur esse Apollo: qui quid spectarint, non video.

6 *In hanc gratiam.* Ad colligendam sanctorum beneficentiam quam pauperibus elargimur. Hæc Barnabae congruunt magis, is enim fuerat ad id muneris & gratiae destinatus: vt cum Paulo vnà pecunias pauperibus administraret, ad Galat. 2. Dextras dederunt mihi & Barnabae, societatis: vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem, tantum vt pauperum memores essemus.

7 *Destinatam voluntatem.* Ad Dei gloriam, & secundum promptam animi nostri voluntatem. Misimus & destinauimus non vnicum, sed quos praediximus: deuitantes hoc, id est, cauentes, ne quem forte incessat huius eleemosynae suspicio. Solet enim magna pecuniarum vis obnoxia esse suspicioni fraudis. Quasi diceret Paulus: pecuniarum hæc copia nobis credita satis valeret ad inferendam improbis & maledicis suspensionem, nisi futuram ipsi securitatem praetulissemus.

8 *Prouidemus.* Ac si diceret: Honesta vobis non modò coram domino, sed hominibus quoque procuranda sunt. Quòd plus periculi est in rerum administratione, hoc plus animi & prudentiae adhibere conuenit.

9 *Misimus autem.* Alium insuper inducit, Sylyanum fortassis, qui & Silas dicitur, aut alium quempiam, ipsum fratrem appellans, & huc Paulus sollicitum: id est, studiosum probauit:

*Immoderata
cupiditas sur-
guenda.
Gomor.*

*Pecuniae vis
fraudi obnoxia.*

nunc autem multò sollicitiorem, id est, studiosiorem multa in illos confidentia, Quia plurimum ille cōsideret profusio- rem Corinthios eleemosynam facturos, quæ esset à se dispen- sanda. Confidentia potest referri ad Paulum, qui confidat il- lum nunc fore diligentiorè, quòd speret illos bene tracta- ros hominem. Non solùm autem confidit de hoc, verume- tiam de Tito. Quamobrem? Quòd socius ipsius sit, & in iu- uandis Corinthus adiutor. Item de cæteris, quòd sint Pauli fratres, & missi ab ecclesiis: & gloria Christi, id est, quorum prædicatione & vita illustris sit euangeliũ Christi. In hunc sensum accipi potest: Quocunque nomine eos receperitis, quicquid officiorum in eos contuleritis, gloria erit Christi: Nam in Christum redundat quicquid impèditur euangelij ministris. Potest & sic accipi: Quicquid sunt illi quos laudo, pertinet ad gloriam Christi.

10 *Ostensionem ergo.* Ostendite quòd me amatis, & quòd hic mutuus amor mea est glorificatio. Atque facite vt redundet in personam ecclesiarum honor habitus his, quos miserunt ecclesie. In alium sensum dici potest, Ostendite charitatem vestram, siue exhibete specimen vestræ charitatis, vt cæteræ ecclesie videant charitatem vestram, de qua soleo apud illas gloriari. Hoc modo in facie, sonat in conspectu.

CONCILIATIO.

DOMINVS eò viduam laudauit Luc. 21. quia omnè sub- stantiam contulisset. Quòd tamen hic Paulus cōtendere vi- detur oppositum, ne angustior res familiaris fiat.

Hoc loco Paulus nò cōtendit à Corinthiis dari quicquã supra facultatè: tum quia adhuc infirmiores erãt Corinthij, tum quia & opibus affluebant, & ita vt si pro viribus singuli collaturi essent, copiosa admodũ & inignis futura esset col- latio. Sed docet promptitudinem largiendi beneficentiam maxime acceptam deo, (quam etiam probat in vidua) ex be- neficio Macedonum, quos dixit etiam supra vires dedisse: & hos laudauit. Sed non cogit Corinthios sic facere, non quia non voluit, sed quia infirmi erant, & quia qui sanctis suppedi- tabant, ipsorum inopiam abundè leuabant.

DICTION.

Paupertas altissima. Voluntarij.

ALTISSIMA paupertas dicitur profunda, & exhausta, sumpta metaphora à vase & scrinio iam ad imum exhausto. VOLUNTARIJ. Id est, spontanei, nò rogati, nò prouocati.

HABET,

HABET, hoc loco, secundum id quod habet, more Græcorum accipitur, pro potest. *Habeo pro possum.*

Perseuerat Paulus hortari ad conferendum Eleemosynam, hilariter.

CAPVT IX.

Ministerio, quod, ministratio, quæ, Ex abundanti, superuacuum. **N**am de ministerio, quod fit in Sanctos, ex abundantia est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Vestra emu Macedones. Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito: & vestra æmulationis, prouocauit plurimos. Misimus autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) parati sitis: ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt non dicamus vos in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc, paratam esse sic, quasi benedictionem, non tanquam auaritia. Hoc autem dico, Qui paratè seminatur, & metet: & qui seminatur benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorè diligit Deus. Prout illi visum fuerit.

quod, ministratio, quæ, Ex abundanti, superuacuum. Vestra emu latio, vestri exemplum. Ne quod gloriamur, ne gloriatio nostra de vobis.



Am de ministerio, quod fit in Sanctos, ex abundantia est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Vestra emu Macedones. Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito: & vestra æmulationis, prouocauit plurimos. Misimus autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) parati sitis: ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt non dicamus vos in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc, paratam esse sic, quasi benedictionem, non tanquam auaritia. Hoc autem dico, Qui paratè seminatur, & metet: & qui seminatur benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorè diligit Deus. Prout illi visum fuerit.

Benedictio pro eleemo- syna.

1 *Nam de ministerio.* Cùm multis iam vobiscum egerim de faciendis eleemosynis, videtur inane, & superuacaneum esse, si rursus iisdem de rebus vobis ad hoc paratis scripserim.

2 *Scio enim.* Compertã habeo animi vestri & totius Achaiae promptitudinem in conferenda eleemosyna, quam de vobis iacto Macedonibus: nihil vltra deest, nisi eorum aduentus, qui pecunias sunt accepturi. Nollem itaque deprehendi inaniter & falsè hæc iactasse.

3 *Et vestra æmulatio.* Ex vobis orta æmulatio: hoc est, vestrũ exemplum, ad beneficentiam cõplures excitauit. Estis enim, inquit, Macedonũ præceptores effecti. Nolite ergo discipulis, cùm sitis magistri, videri defectiores. Obserua, quæ admodum & Macedones, ipsius Corinthiis collaudatis, ad beneficentiam excitet, & Corinthios prouocet.

4 *Ut non ducamus vos.* Ne cùm venerint Macedones, & agnouerint me inaniter vos de hac beneficentia iactasse, erubescamus nos: Ne dicam vos in hac substantia: id est, in hoc genere supple, gloriatioms, quo gloriati fumus de vestra in Sanctos beneficentia. Substantia dicit rem ipsam, & eleemosynę collationem, vel gloriationis vim, & iactantiam.

5 *Quasi benedictione.* Sit hæc benedictia veluti benedictio, prompta & alacriter data (quam duros antè polliciti estis) & non velut avaritia illiberalis, & tristis.

6 *Qui parçe seminat.* Obserua: Semen nuncupauit rem ipsam, vt statim ad compensandam mercedem attendas, prædicatque, plura te accepisse, quàm dederis. Elegans est metaphora sumpta à re rustica. Nostrum est sementem facere, Deus incrementum addit, sed secundum sementis rationem ac modum. Hæc mutauit Paulus ex 11. cap. Prouerbiorum, vbi clarius de hac re disseritur.

7 *Vnusquisque prout destinauit.* Voluntaria, non coacta sit largitio. Et prout destinauit: id est, prout illi visum fuerit, modò neque auarè, neque parçe, neque fordide, sed hilariter largiatur.

Potens est autem Deus, omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut

Substantia.

sicut scriptum est, Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculũ seculi. Qui autè administrat² semen seminãti: & panẽ ad māducandũ præstabit, & multiplicabit semen vestrũ, & augebit incrementa frugũ iustitiæ vestræ: vt in omnibus locupletati abundetis in omnẽ simplicitate³, quæ operatur per nos gratiarũ actionem Deo. Quoniã ministeriũ⁴ huius officij, nõ solũ supplet ea quæ defunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ, in Evangelio Christi, & simplicitate communicationis⁵ vestræ in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.

Operatur, &c. Per nos efficit vt gratia agantur Deo.

Ministeriũ huius, Functio huius ministerij.

Per multas, &c. In hoc quod per multos gratia agantur Deo, qui per probationem ministerij huius, glorificant Deum, super obedientia confessionis vestri in Euangelium Christi, & de simplicitate, &c.

1 Potens est autem Deus. Occupatio est. Dicit aliquis, Si abundè largitus fuero, rem meam familiarem exhauriã, & ad egestatem redigar. Respondet Paulus: Libenter, & non ex necessitate, id est, non coactè, dandum esse: quòd Deus potens sit efficere, vt quicquid in Sãctos illius cõtulerint, id multo cum scœnore ad ipsos redeat. Non sinet vos egere Deus, sed abundare: id est, impleri bonis faciet, vt possitis abundantes esse in hac liberalitate, & nullius indigere. Cõferte ergo magis, vt vestra eleemosyna magis ac magis, & perpetuo quodam fluxu redundet. Vt autem abundetis, Deus dispersit: id est cum liberalitate dedit pauperibus. Hæc quæ dantur temporalia non manèt, sed quæ ex illis nascuntur perpetua sunt,

Psal. 111. b

*Eleemosyna
vir.*

& non percunt. Iustitia, id est, Pietas, Clemētia, & Misericordia. Etenim iustos facit eleemosyna, peccata quasi ignis cōsumens, quando (ait Chrysostomus) cū liberalitate effuderitis.
2 *Qui autem administrat.* Si Deus subministrat terrā ferentibus semen, & cibum nutrientibus corpus suppetit, longē magis & his qui cōelum colunt, & animam alunt daturus est semen. Ex semine non solum expectatur panis, sed & seminis multiplicatio ad futuram satiationem, imō & lucrum iusti prouentus. Hilaris dator seminat, eleemosyna semen est, quam qui seminat, à Domino consequetur non solum rerum temporalium, sed & spiritalium annonam multiplicem, & prouentum, quibus iustior & melior reputabitur.

3 *In omnem simplicitatem.* Non sunt condendæ opes, sed potius habendæ ad omnem simplicitatem: hoc est, largiter & liberaliter largiendæ sunt. At hæc simplicitas, seu candida largiendi voluntas, sit Deo grata, & accepta: hoc est, non largiamur hæc rebus inhonestis. Quoniam præbitio, & eleemosynarum administratio, non solum sanctorum egestatem leuât, sed & facit vt plurimæ Deo à multis agantur gratiæ, nec minus eundem laudibus prosequuntur. Quia tantopere estis Euangelio ipsi morigeri, vt illius iussâ abundantius exequamini.

4 *Quoniam ministerium huius officij.* Sic vocat officium ministrandæ pecuniæ.

5 *Simplicitate cōmunicationis.* Deum præterea laudant, non solum quia hæc vestra simplicitas, id est, candida eleemosynarū largitas, eorum necessitates leuauit: sed etiam in omnes fideles paupertate oppressos diffunditur. Propterea vestri gratiâ Deum precantur, vt aliquando vos visendi cōcedatur facultas, quibus Deus tantam beneficentiam contulit.

DICTIO.

EX ABUNDANTIA id est, superuacaneum est, aut abundat, & est ultra quàm satis est.

Benedictio.

BENEDICTIO, hoc loco significat beneficentiam, non manus motionem, qua solent crucis signo benedicere.

Destino.

DESTINO penultima correpta, id est, propono.

ABUNDARE accepit transitiuè hoc loco, Abundare facere in vobis: quod alibi solet neutraliter, velut apud nos Suppetitare, nonnunquam est suppetere.

Homo

Homo non metiendus iuxta corporis imbecillitatem. Cauendi Pseudapostoli.

CAPVT X.



IPSE autem ego Paulus obsecro vos per māsuetudinē, & modestiam Christi, qui in facie quidē humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.

*Modestia,
Māsuetudinem.
Cōfido, vel
audax sum.*

Rogo autem vos, ne præsens audeā, per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquā secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitiōnū: consilia destruetes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus sciētiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectū in obsequium Christi, sequequimur Christi, & in prōptu habentes vlcisci omnem inobediētiam, cū impleta fuerit vestra obedientia. Quæ secundū faciem sunt videte. Si quis confidit sibi, hoc cogitet iterum apud Christi se esse, quod sicut ipse Christi est, ita & nos. Nā & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quā dedit nobis dominus in ædificationem, & nō in destructionem vestram, non erubescam.

*Cauendos
Pseudapostolos monet.
In carne ambulare.*

*Potentia
Deo, id est,
valida per
Deum.
Consilia, cogitationes.
Scientiam, cognitionem.
Intellectū in obsequium
Christi, cogitationem ad
obediendum
Christo.
Videte. Videtis.*

Potestas Pauli in ædificatione, et nō destructione Ecclesiæ.

Ipse autem ego Paulus. His tribus particulis, separat suam personam à cæteris Apostolis, quod antehac egerit negotiū aliorum, nunc è suo loquatur affectu.

Paulus pusillus corpore.

2 *Qui in facie quidem.* Perinde est, ac si Pseudapostolorū obtricatione utatur, Paulus secundum faciem & præsentiam pusillus & nullius momenti esse conspicitur: Cùm verò absens, minatur & confidit in vobis: id est, audax est erga vos. Aut de seipso hæc narrat Paulus. Cùm præfens sum, humilem me præbeo: sed absens magna loquor, quia plurimū vobis confido.

3 *Rogo autem vos.* Rogo sic vos corrigatis, ne cùm (supple, venero) præfens audeam, (id est, potestate mea utar) per eam confidentiam qua existimor audere: id est, per eam potestatem, qua ab aliquibus minax & insolens, nõ humilis iudicor. Qui arbitrantur nos ambulare secundum carnem: id est, qui cogitant nos vti potestate nostra, vindictæ gratiâ, dicentes: Ille Paulus vester simulata quadam lenitate novit vos irretire, dum apud vos imperium ambiret: iam verò cùm vos sub iugum demisit, novit imperio & tyrannide vos premere. Id quod novistis in mæchi istius supplicio, vt colligere licet ex epistolis eius acerrimis, & hostilibus. At Paulus lenitate Christi vsus, ad tam atrocem calumniam respondet: Rogans vt vitam instituant: ne quum præfens venerit, potestate suâ in eos noxios, qua in eum mæchum vsus est, liceat vti. Siquidem non affectum carnis, sed certum iudicium sequitur.

4 *In carne enim.* Et si carne obtegimur, non tamen carnalibus sequimur affectus, non carnalibus, sed spiritualibus utimur armis.

5 *Sed potentia Deo.* Arma nostra, sunt arma potentia Deo: id est, validiora hæc Deus paravit, quibus maximè hæc Dei potentia innotescit. Sed quæret aliquis, Vbi illa potentia arma vires suas exercent? In evertendis nimirum munitionibus: ac si diceret, Non ad eversionem & demolitionem oppidorum, & arcuum, sed impiarum cogitationum hæc arma fortia sunt Deo: id est, per Deum, & opera diuina.

6 *Consilia destruentes.* Nos armis huiusmodi destruimus consilia Gentilium, syllogismos & captiunculas, & commenta Pseudapostolorum evertimus, & redigimus in obsequium Christi, id est, ad obediendum Christo, qui à perditione in salutem, à morte in vitam sese Christo subiiciunt.

7 *Et in promptu habentes.* Ad manum habeo supplicia & potestatem vlciscendi & animaduertendi in illos incurabili morbo affectos. At dum inter vos versantur, prohibemur pla-

gas

gas inferre, & illis ad tempus parcimus, donec à vobis, me cohortante emendatis se iuncti sint.

8 *Quæ secundum faciem.* Quidam legunt, Videtis, & hoc per interrogationem: quasi fingat id fieri, quod velit obiurgare. Dixerat Paulus se apud Pseudapostolos contempto similem iuxta faciem & in præsentia, quum illi magno fastu agerent Apostolos. Num ea cernitis (ait Paulus) quæ sunt iuxta faciem: hoc est, quæ foris videntur, & ostentationem habent potius quàm efficaciam? Beatus Ambrosius legit, Secundum faciem videte: pro eo quod est, Quæ in conspicuo sunt, & aperta, vt pertineat ad sequentia, Si quis confidit se, &c. Quasi velit, ea clarissima videri, facillimæque iudicatu. Alij secundum faciem, interpretatur de signis eidentibus, quibus deprehendi possint Pseudapostoli: veluti si quis diues sit, si quis elatus, si quis falsa virtutis imagine personatus. Theophylactus vult esse obiurgantis, quod ex opibus, è cultu, fastu & æstimarent hominem, ac non potius ex animi bonis. Ex his (ait) quæ secundum faciem sunt, hoc est, quæ videntur, videte: id est, iudicate: si quis videlicet inflatus superbit, si quis virtutis figura vel umbra opertus est. Acrior est obiurgatio per interrogationem.

Secundum faciem.

9 *Hoc cogitet iterum.* Cogitet ex seipso, nimirum non expectans nostram increpationem. Quod sicut illi putant se feruos Christi, ita & nos.

10 *Non in destructionem.* Nõ est nobis collata à Christo potestas, ad perdendos vos.

Vt autem non existimer tanquam terere vos per epistolas (quoniam quidem epistolæ, inquit, graues sunt, & fortes,

Audemus, sustinemus, vel possumus inducere animi, vt inferamus, &c. Sed ipsi non intelligunt, quod ipsi inter sese, seipos metiuntur, & comparant seipos sibiipsis.

præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis) hoc cogitet, qui eius modi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præfentes in facie. Non enim audemus inferere aut cõparare nos quibusdam, qui seipos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos quod ipsi inter sese, seipos metiuntur, & comparant seipos sibiipsis.

metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem non in immensum gloriabimur: sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsq; ad vos. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextedimus nos. Vsq; ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi: non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa quæ ultra vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in iis quæ præparata sunt gloriari. Qui autem gloriatur, in domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

Ephes. 4. d

Gloriandum in Deo. 1. Corint. 1. d Jerem. 9. g

1 Non enim audemus. Quidam hunc locum ironice legunt. Explicat Paulus æmulorum arrogantiam. Tanti sunt, qui tantum sibi placent, vt non audeamus nos in illorum familiam cooptare. Cur enim Paulus non audeat se conferre pseudapostolis, qui & alibi dicit, Nihil minus feci à magnis illis Apostolis. Alij interpretantur, Non audemus nos illis similes facere, qui seipsum commendat: sed ipsi metientes, id est, metimur (participiū pro verbo) nosmetipsos in nobis, id est, non ex opinione & laude aliorum, sed nostris virtutibus, ac potestate à Christo tradita.

2 Nos autem non in immensum. Pseudapostolis iactantibus se sua prædicatione omnes inuississe, respondet Paulus: Non in immensum gloriabimur: hoc est, non omnes terrarum partes prædicantes obiuimus: sed secundum mensuram regulæ, qua Deus nobis terminos præfinit, vt nostra gloria & prædicatione ad vos pertingeret. Paulus hoc loco seipsum suo modulo metitur.

3 Non enim quasi. Fieri potest falsos prophetas omnes regiones

Mensus, Partitus. Superextendimus nos. Extedimus nos ipsos supra modum. Crescētis fidei vestra. Vel, crescētis fide vestra. Etiā in illa, &c. Vt in iis quoq; regionibus quæ ultra vos sunt euangelizare, nō per alienā regulā, vt de iis q̄ parata sūt gloriemur

giones peruagatos, nulla gratia prædicadi, & ex solo accessu fuisse gloriatos. Sed non superextedimus vos: id est, non temerè & frustra gloriamur de vobis, quasi non pertingamus ad vos: hoc est, quasi non peruenit ad vos (quos in Christo genui) nostra prædicatione, & eius fructus. Non gloriamur in immensum: id est, vanè, in alienis laboribus: Quia non aliorum Apostolorum opera, sed mea, opus meum factis in domino.

4 Spem autem, Significat hic Paulus se sperare futurum, vt in dies crescēt fide Corinthiorum, crescat & ipse, ac maior maiorque fiat, adeo vt iam prædicatione sua longius porrigatur etiam ad eos, qui ultra Corinthios sunt: idque iuxta suam regulam, non alienam: hoc est, suo Marte: ne videatur gloriari de his, quæ iam parata sunt, & ab aliis laborata, quæ admodum faciebant pseudapostoli. Abundè secundum regulam nostram: id est, secundum limites à Deo nobis præfixos. Non in aliena regula: id est, non in Gentibus ab aliis edoctis, est nobis spes euangelizandi.

DICTIO.

IN FACIE: Id est, in præsentia.

EXTOLLENTEM SE: Id est, insurgentē, siue qui attolitur. Erat enim huiusmodi machinarum genus, quod repente sublatum in altum, muris inueheret hostem. Porro cum Paulus meminere de armis, mirè subiecit metaphoras munitionum, quorum alia artificio, alia sublimitate sunt inexpugnabilia.

IN CARNE ambulare, est carne obtegi. Secundum carnem ambulare, est duci affectu carnali aduersanti spiritui.

REGULA, Norma, qua regulæ diriguntur.

In carne secundum carnem ambulare

In Christi honorem sese laudat Paulus, idque coactus. CAP. XI.

Quid inſipientiæ meæ: me in inſipientia.



Æmulor enim vos, & lotipus sum erga vos.

Tinam sustineretis modicum quid inſipientiæ meæ: sed & supportate me. Aemulor enim vos Dei æmulatione.

Despondi enim vos vni viro, virginē castam exhibere Christo. Timeo autem, ne sicut Despondi, adiunxi. Virginem castam exhibere, vt virginem castam exhiberetis.

Virgo Christi

*Eua.
Gene. 3. a
Paulus om-
nia prædica-
uit prædican-
da.*

serpens Euam seduxit astutia sua: ita cor-
rumpantur sensus vestri, & excidant à sim-
plicitate, quæ est in Christo. Nã si is qui
venit, alium Christum prædicat, quæ non
prædicauimus: aut alium spiritum accipi-
tis, quem non accepistis: aut aliud Euan-
gelium, quod non recepistis: rectè pate-
remini. Existimo enim nihil me minus
fecisse à magnis Apostolis. Nã etsi impe-
ritus⁷ sermone, sed non scientia. In om-
nibus autè manifestus sum vobis. Aut nũ
quid peccatum feci, me ipsum humilians,
vt vos exaltemini: quoniam gratis Euan-
gelium Dei euangelizauì vobis? alias Ec-
clesias expoliaui, accipiens stipendia⁹ ad

*Est in Chri-
sto, erat er-
ga Christiũ.*

*Pateremini
sustinissetis
supple, t. seu-
da apostolos.
Nihil me
minus, &c.
me nihilo in-
feriorẽ fuisse
excellẽtibz.*

*Paulus nõ est
oneri iis qui-
bus prædicat*

ministerium vestrum? Et cũ essem apud
vos, & egerem, nulli onerosus fui. Nam
quod mihi deerat, suppleuerunt fratres,
qui uenerunt à Macedonia: & in omnibus
sine onere me vobis seruauì, & seruabo.

*Ad ministe-
riũ vestrũ?
quo vobis in-
seruirem?*

1 *Vtinam sustineretis.* Coactus Paulus, propter hos, qui cũ
de eo bene præ cæteris sentire deberent, indignè sentiebant,
& ne in discipulorum iacturam concederet sui contemptus
& falsorum Apostolorum nimia auctoritas, laudes suas ex-
plicat, modestia quadam illarum enumerationem castigans,
quam insipientiam vocat.

2 *Æmulor enim vos.* Agit hic Paulus de quibusdã Apostolis,
qui pluris haberi volebant apud Corinthios, quàm Paulus
esset. Propterea dicit, Æmulor vos: id est, ardentè vos amo,
immodico quodam amore vos prosequor. Velut ambiat vt
apud illos primus esset, nec ferat alios Apostolos in partem
amoris admitti. Addit, Dei æmulatione: id est, zelo Dei, ne
quis arbitretur illum sua gloria, suõve cõpendio cõmoueri.

Despõdere.

3 *Despondi.* Annunciat Paulus spiritales nuptias. Est præsens
tempus

tempus despõsationi accommodum: futurũ verò & nuptiis,
quum fiet vox illa, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. De-
spondi: id est, adoptauì, siue adiunxi vos (Corinthiorum Ec-
clesiam alloquitur) vni viro: id est, Christo, cuius gratia zelo
hoc ducor, non mei. Non enim sponsus futurus sum, sed spõ-
sæ, id est, Ecclesiæ vestræ ductor.

4 *Virginem castam.* Id est, exhibete vos tanquam virginem
castam: hoc est, exhibete vos immaculatos, & fide integros
Christo sponso Agno immaculato.

5 *Rectè pateremini.* Rectè eos nobis pponi forsità toleraretis.
6 *A magnis Apostolis.* Existimo enim me in nullo inferiorè
fuisse ab eis, qui valde sunt Apostoli. Sentit enim de Petro, Ia-
cobo, & Ioanne, qui summates habebantur. Quidam intelli-
gunt de pseudapostolis, qui se fingebant à Petro ac cæteris
missos: ironicè magnos Apostolos appellatos: qui cũ nihil
præter verborum lenocinia, & eloquentiã haberēt, magnos
se profitebantur.

*Magni Apo-
stoli.*

7 *Nan etsi imperitus.* Etsi, hoc loco non est fatentis, sed cõce-
dentis, ac donatis: veluti si dicas, Fac me esse imperitum ser-
mone, certè nõ sum imperitus scientia. Nolebat Paulus se
eloquentia, sed virtute & cognitione commendari.

8 *In omnibus autem.* Non sicut pseudapostoli sumus, qui fu-
cati & personati simulatione sanctimonix vobis imponunt:
sed in omni re, & inter omnes declarati sumus, & apparet
quales simus erga vos.

9 *Accipiens stipendia.* Id est, in hoc vt vobis ministrarem: hoc
est, vobis inferuiui sine vestro sumptu, stipendio interim ab
aliis accepto, nimirum à Macedonibus.

*Hæc glo-
riatio,
Euangelium
à me gratis
prædicatum.*

Est veritas Christi in me, quoniam hæc
gloriatio non infringetur in me in re-
gionibus Achaix. Quare? quia non dili-
go vos? Deus scit. Quod autem facio, &
faciam, vt amputem occasionem eorum,
qui volunt occasionẽ: vt in quo glorian-
tur, inueniantur sicut & nos. Nam eius-
modi² pseudapostoli sunt operarij subdo-
li, trãfigurãtes se in Apostolos Christi.

*Pseudaposto-
li.*

Et non mirum: ipse enim Satanas transfiguratur se in Angelum lucis. Nō est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico³, (ne quis me putet insipientem esse: alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier) quod loquor⁴, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim⁵ suffertis insipientes, si quis sitis ipsi sapiētes. Sustinetis enim, si quis vos⁶ in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.

Gloriatur
Paulus cōtra
Pseudaposto-
los se Christi
ministrum.

Hac substā-
tia gloriæ,
vel, hoc argu-
mento gloriā-
tionis.

1 *Est veritas Christi.* Hoc veluti iurādum adiecit, quo cōfirmat quod dixit. Gloriatio Pauli, de qua hīc agit, est, quōd in tota Achaia gratis docuerit Euangelium. Hanc nō intermissurus est, Paulus, vt tollat occasionē pseudapostolis gloriandi, si similes Paulo inuenirentur, vt si & illi gloriantur se gratis euangelizare, nec in hoc erunt Paulo præstantiores: cū ipse gratis doceat, & egens.

2 *Nam huiusmodi Apostoli.* Aduersus imposturas pseudapostolorum inuehitur, qui præceptorem Satanam sequuti, fūco pietatis, impietatis venenum inserūt, Christum authorē prætexunt, cū Satanæ rem agāt. Artes Satanæ paucis perstringit. Transfiguratur se in angelum lucis, vel quum speciem sumit angeli boni, & lucidi, vt decipiat: vel cū tenebras suas suis coloribus sic ornat, vt à luce distare nihil videantur. Horum exitum scribunt Iudas in canonica, & Petrus 2. Petri. 2.

3 *Iterum dico.* Est insipientiæ argumentum, temerè & nulla occasione iactari. Ipse verò nequaquam vt demens id ago rursus, sed coactus, & necessitate urgente. Malo reuera nomen insipientis

insipientis habere, quàm non gloriari cum Euangelij detrimento. Obserua, pseudapostoli (vt est omnium natura falsorum spirituum) coram simplici plebecula, magnificis & grauibus se verbis iactabant, longèque Paulo præferebant: vnde & Paulus, & doctrina eius reddebantur contemptui. Iam non molestè tulisset Paulus, se contemni ab his nihili hominibus, si non per id & Euangelium cœpisset apud Corinthos obscurari, ipsosque à Christo rursus auerti. Hoc ergo quum vidit fieri, non potuit non accendi ad tentandū omnia, quo Corinthos apud Christum retineret: etiam si despiendū ei esset, ac vicissim gloriādum. Tolerate igitur me (ait Paulus) loquentem, ne præualeant pseudapostoli, & qui tam variis technis vobis illudunt.

4 *Quod loquor.* Quod secundum nobilitatem carnalem dico, & glorior, non loquor secundum Deum. id est, quemadmodum & in superiore epistola, Dico ego, non dominus. Humanum quiddam, parūque seuerum significat, quod negat esse secundum Deum. Non ait se id dicere in insipientia, sed quasi in insipientia: hoc est, quasi id dicens. Apparet fortè quōd gloriatur ipse insipiens, quum minus sit. In hac substantia gloriæ: hoc est, in hac gloriandi parte, non tamen in cæteris rebus.

5 *Libenter enim.* Scio sæpe pseudapostolos desipere, & stultè agere, imò nihil aliud possunt, siquidem praua docēt: adhuc tamen fertis eos, & æqui & boni stultitiam ipsorū consulitis.

6 *Si quis vos in seruitutem.* Est proprium pseudapostolorum plebem in seruitutem adigere, de glubere suos discipulos ad viuum. Theophylactus putat idem bis dictum, deuorat & accipit, vt intelligamus insatiabilem auferēdi auiditatē in pseudapostolis, cum summa coniunctam arrogantia.

Secundum *Secūdam ignobilitatem* dico, quasi nos ignobilitatem dico, infirmi² fuerimus in hac parte. In quo quis³ audeat (in insipientia dico) audeo & ego. Hebræi sunt, & ego. Israëlites sunt, & ego. Semē Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt, (vt minus sapiēs⁴ dico) plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in

mortibus frequēter. A Iudæis quinquies.

quadragenas¹, vna minus, accepi. Ter vir-

Act. 16. e

Act. 14. c

Act. 17. a

gis^o cæsus sum, semel lapidatus. Sum, ter

naufragium feci, nocte & die in profun-

do maris fui, in itineribus sæpe, periculis

fluminum, periculis latronū, periculis ex

genere⁷, periculis ex gentibus, periculis

in ciuitate, periculis in solitudine, peri-

culis in mari, periculis in falsis fratribus⁸

in labore & ærumna, in vigiliis multis, in

fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore,

& nuditate, præter illa⁹, quæ extrinsecus

sunt instantia, mea quotidiana sollicitudo

omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur,

& ego non infirmor? quis scādalizatur¹⁰,

& ego nõ vror? Si gloriari oportet, quæ

infirmittatis meæ¹¹ sunt, gloriabor. Deus,

& pater Domini nostri Iesu Christi, qui

Act. 9. d

est benedictus in secula, scit quod nõ me

tior. Damasci, præpositus gentis Aretæ

regis¹², custodiebat ciuitatem Damasce-

norum, vt me comprehenderet: & per fe-

nestram in sporta demissus sum per mu-

rum, & sic effugi manus eius.

¹ Secundum ignobilitatem. Hæc atrocita quæ dico, vt si quis vos

in seruitutem redigit, si quis deuorat, & huiusmodi. Nõ dico

quod ista patiamini à pseudapostolis, sed quod quantum ad

contumeliæ rationem attinet, nõ leuiora patiamini ab istis,

quàm si ista pateremini. Hæc fanè ad ignobilitatem & vitu-

perationem Corinthiorum obiiciuntur.

² Quasi nos infirmi fuerimus. Quare huiusmodi toleratis? an

quod sumus inualidi, & eorum more vobis vti nõ possimus?

Possimus certè superbè, & intemperanter vos conculcare;

sed non libet. Illi in seruitutem vos redigunt, vos verò ab il-

Quadragenas, subaudi plagas.

Falsis fratribus, Christianos mentientibus.

Extrinsecus sunt, vel accidunt.

Instantia &c. iucubēs mihi quotidiana cura omnium ecclesiarum.

Scandalizatur, offēditur benedictus vel laudāndus. Custodiebat ciuitatē, excubias posuerat iyrbe.

la vos-

1a vosmetipfos modis omnibus liberamus.

3 In quo quis audeat. Quacūque re animos tollere, ac se prædi-

care poterunt Pseudapostoli, possum & ego cōfidere, & me

attollere. Gloriantur illi de rebus externis, quæ apud homi-

nes æstimantur. Dico in insipientia non secundū Deum, au-

deo & ego. Hæc adiecit verba, vt nos commonefaceret, nõ

ad hæc verba diuertendum, nisi cogat necessitas. Eleganti-
or est hic locus, quàm quisquā fortassis possit assequi: diuus Au-

gust. de doctri. Christiana. lib. 2. cap. 7. diligenter in hoc versa-

tur, vt ostendat, quanta arte hæc scripserit Apostolus.

4 Vt minus sapiens. Hæc per parenthesis adiecit suæ humili-

tatis profunditatem demonstrās. Ministros Christi se profi-

tebantur pseudo, quos ministrandi hoc munere, longo in-

teruallo excedebat Paulus.

5 Quinquies quadragenas. Significat se quinquies vapulasse, &

vno quōq; tempore triginta nouē plagis cæsum fuisse. Deu-

tero. 25. Præceptum erat, vt plagis triginta nouem emenda-

rentur, qui cōmeruissent. Dicitur, Vna minus (ait Theophy-

lactus) quia lege cautum erat, vt qui vltra quadragenas vapu-

lando acciperet, honorum esset in posterum & dignitatum

immunis. Quadragenas, subaudiendum plagas.

6 Ter virgis. A Gentium licitoribus ter virgis cæsus fuit. Ly-

stris verò, vrbe Lycaoniæ, lapidatus legitur Paulus Act. 14.

Et qui noctes atq; dies in profundo egit pelagi, sapius certè

nauem fregisse potuit: Sæpius enim per mare Aegæum, &

Icarium transmisit vel in Græciam, vel Asiā. Sæpius quoque

oberrauit in mari mediterraneo, Syriaco maximè Carpathi-

co, Ionio, & aliis non sine periculis. Pericula Pauli enarrat

Acta Apostolorum.

7 Periculis ex genere. Iudæorum gentem genus suum vocat,

nec propriè intelligit de cognatis, & affinis solū, cū mox

opponat gentes.

8 In falsis fratribus. Falso Christianis, qui se fingerent disci-

pulos Christi, cū nõ essent. Dolore acerbiori afficitur quā-

do à fratribus simulatis, & fictis, parantur insidiæ. Id David

deplorat. Psalm. 54. Quoniam si inimicus maledixisset mihi,

sustinuissē vtique: Et si is qui oderat, &c. Tu verò homo

vnanimis, dux meus, & notus meus, Qui simul mecum dul-

ces capiebas cibos, &c.

Falsi fratres

Instantia

A

tiam, non curam ac diligentiam, sed conpirationem in Patrum, ut intelligas, præter eas persequutiones, quæ extrinsecus & foris erant: id est, ab Ethnicis quotidie ferendas infidias, & insultus populorum ac ciuitatum, seditionem mouentium in Euangelium. Beatus Ambrosius interpretatur vrgētes curas omnium Ecclesiarum, ut per appositionē copules. Vnde subiungit, Non aliter me habeo, ac si ægrescerē, cum sentio aliquem esse infirmiore, vel animi morbo, vel corporis laborare. O verè Deo dignum apostolū. Glorietur in iis, de quibus plerique nostri erubescerent antistites.

10 *Qui scandalizatur, &c.* Hoc est, miserè discrucior & magno opere mihi doleo, cum quis scandalizatur: id est, quoties praua doctrina, vel exemplo, fides alicuius læditur.

Infirmetas Pauli. Aretas.

11 *Quæ infirmitatis meæ.* Infirmitatem persecutiones appellat.
12 *Aretæ regis.* Aretas focer erat Herodis tetrarchæ. Siquidem is rex fuit Arabiæ Petrææ, & Damascenæ ciuitatis, quæ Arabiæ vicina est, dominus, ut docet Iosephus lib. Iudaicarum antiquitatum 18. cap. 9. & 11. Eum igitur significat Præpositum quem Aretas rex Damasco præfecerat. Damasci genitius est aduerbialis, nā Præpositus ad sequentia refertur. Notissima est hæc historia ex Act. 9. cap. Mirabitur fortassis quispiam, quòd in fuga per fenestrā gloriatur: At fugisse suo loco, & tempore, vicisse est.

CONCILIATIO.

QUID hinc Paulus asseuerat Corinthios rectè sustinere alium Christū prædicari, què non prædicauit. & aliud Euangelium, quod non receperūt, cum Galatis dicat: Etiam si Angelus de cælo euangelizauerit vobis præterquam quod euāgelizamus vobis, anathema sit. Respondeo, Galatis significat non esse ferendū Euangeliū aliud, id est, diuersum à Christi doctrina. Sed hoc loco sentit Paulus dictionem hanc, Aliud, significare præstantius, & excellentius, iuxta vulgatum dicendi modum, quo dici solet. Hęc est alia ciuitas, alia oratio, id est, longè præstantior ciuitas, multò venustior oratio. Ita & hinc Paulus, cum alium Iesum, aliū spiritū, & aliud Euangelium dicit: intelligit, excellentiora ad Iesum spectantia, præstantiora Spiritus dona, maiora promissa Euangelica: quasi diceret: Si pseudapostoli illi annunciaffent vobis præstantiora de Iesu, & eius Euangelio, quam ego, rectè illos sustinuisffetis, Sed cū nihil horum vobis præstiterint, hos à vestra

stra messe tanquam pecora abigite.

DICTIONE.

RESPONDERE, est promittere, quod ad nuptias propriè pertinet, & ad eum præcipuè, cuius interest locare mulierem viro, siue virum mulieri. Sed Despondere animum, est desperare.

Despondere.

PSEVDAPŌSTOLVS, falsò Apostolus.

Pseudapostolus.

ÆRVMNĀ, labor onerosus.

Ærumna.

Reuelationes sibi factas narrans, de infirmitatibus gloriatur Paulus.

CAP. XII.

Non expedit quidē, Gloriarī sārē non expedit mihi, nihil mihi confert.



I gloriari oportet (nō expedit quidē) veniā autē ad visiones & reuelationes Domini. Scio hominē in Christo

Reuelationes Paulo factæ. Act. 9. a

ante annos quatuordecim⁴ (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) quoniā raptus est in Paradisum⁵: & audiuit arcana verba⁶, quæ nō licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autē nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nā & si voluero gloriari, non ero insipiēs: veritate enim dicā. Parco autē⁷: nequis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo⁸ reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, ut me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogauī⁹, ut discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus, in infirmitate¹⁰ perficitur. Libenter igitur gloriabor, in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me virtus Christi, Propter quod placeo mihi in infirmitatibus

Me existimet, de me cogitet, Magnitudo, Excellentia. Carnis meæ Angelus Satanæ, Carni angelus Satanæ. Colaphizet, Colaphis caedat.

Stimulus Paulo datus.

meis, in cōtumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cū enim infirmior, tunc potens sum.

1 *Si gloriari oportet.* Si gloriari oportet in his quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor, minus enim illic periculi. Cæterum ubi ventum est ad reuelationes, contrahit sese negas esse gloriandum, etiam si vera sint quæ dicturus est, quod hæc magis obnoxia sint suspicioni iactantiæ, quam illa, Propterea dicit, Non expedit quidem. Quidam legunt, Non expedit mihi. Sensus est: vobis quidem expedit, vt cognoscatis qualem habeatis Apostolum, longè alium quàm sint isti superciliosi. Verùm mihi non expedit narrare, vt cui tutum non sit, siue propter discrimen inanis gloriæ, siue propter suspicionem hominum, quibus videbor hæc iactantiæ gratiâ comminisci, quemadmodum plerique solent.

Reuelatio
plus valet
quàm visio.

2 *Veni autem ad reuel.* Pluris fit reuelatio, quàm visio. Visio nanque spectandam solum rem præbet: Reuelatio vero profundiora enudat, quàm res ipsa sit visa.

3 *Scio hominem.* Humilitatis gratiâ, de se in alterius persona loquitur.

4 *Ante annos quatuordecim.* Vide quanta necessitas fuit gloriandi, vt quod annis quatuordecim celauerat, prodere cogeretur.

5 *Raptus est in paradysum.* In paradysum arripitur Paulus (ait Theophylactus) quia in diuinitatis arcanis & mysticis rebus versatus est: quas, quia incognitæ sunt, & inexplicabiles, nisi quis mortalem hanc, & abiectam conditionem excefferit, assequi cognitione non poterit. Aut se in paradysum dicit raptum, per allusionem: significans se cœlesti & eximia refocillatum visione. Quod autem dicit, siue in corpore, siue extra corpus, explicat visionis excellentiam, quæ nullo sensu corporis capi potest.

6 *Arcana verba.* Ineffabilia.

7 *Parco autem, ne quis.* Abstineo ab hac reuelatione arcanorum, ne quis cogitet de me, aut trahat mihi, quod neque ex me, neque meum esse agnosco: sed Iesu Christi gratiæ adscribo. Nam si tauros illi immolare, (vt est in Actis 14. cap.) & pro Deo colere, miraculorum stupore Lycaonici contenderant: quid ei honorum deferre intermiserunt, si & reuelationes,

tionem, quas habuit, edidisset?

8 *Et ne magnitudo reuelationum.* Ne excellentia reuelationum effeter, & insolescam (erat quippe humanus) datus est mihi stimulus carnis meæ. Nonnulli stimulum hunc interpretantur motus & affectus libidinis. Huic sententiæ applaudit Theophylactus, cuius verba subscribere placuit. Vel quod factus est (inquit) Veneris incitamenta, quibus maxime vrgebat, his verbis expressit: Vel quæ predicanti sibi imminerent pericula: vel quod sibi obsisterent homines. Hæc ille. Diuus Hieronymus in commentariis, quos in epistola ad Galatas scripsit, refert quosdam sensisse corporis aduersam valetudinem, quod Paulus crebro dolore capitis solitus sit afflictiari. Chrysofostomus homilia de laudibus Pauli: sexta interpretatur de contempto corporis dolore. At mihi proximū vide tur quod ait Ambrosius, Insectationem malorum hominū, quæ illi negotium faceſcebat assidue, vocari stimulum: sic enim inquit, Hoc ergo remedium datum est Apostolo, vt iniuriis aduersariorum pressus, animo nō posset extolli. Siquidem hac parte profunt nō nunquam & inimici, docentes nos sobrietatem & modestiam. Quemadmodum solet indomito Cani palus ligari à collo, Vrsō circulus includi naso, Equo frænum inimitti in os, Porco distineri palō fauces, ne scilicet vel nimium currant, mordeant, ferociant, aut lasciuat: ita & mihi vsu venit, qui habeo in meo corpore stimulum, hoc est, alligatum grauem, & moleſtum palum, ne ferociam scilicet, aut supra quàm par est me attollam. Quid autem hic stimulus sit, ipse explicat vocans angelum Satanæ, id est, aduersarium diabolum, & eius discipulos, qui Paulo aduersabatur, Fabrum videlicet, Alexandrum illum, Hymenæum quæ, & Philippum, ac cæteros qui huic & pressuras iniecerant, & praua Satanæ opera exequabantur.

9 *Ter dominum rogavi.* Id est, sæpius rogavi.

10 *Virtus in infirmitate.* Non hic dicitur Virtus, vt opponatur vitio, sed vt opponatur infirmitati & impotentiæ. Docet Paulus virtutem & potentiam diuinam, perfectiorem & illustriorem reddi, dum afflictantur electi, qui insectatorum pertinaciam vincunt.

Factus sum inſipiēs: vos me coëgistiſtis.
Ego enim à vobis debui commendari.

Signa apostolorum miracula.

Paulus non accipit temporalia ab iis qui bus predicat

Astutia Pauli.

Nihil enim minus feci ab his qui sunt supra modum Apostoli: tamen nihil sum. Signa tamen Apostoli facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non grauavi vos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & non ero grauis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autem libentissimè impendam & superimpedam ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens minus diligar. Sed esto: Ego vos non grauavi, sed cum essem astutus, deo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumueni vos? Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem: Nunquid Titus vos circumuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne iisdem vestigiis? Olim putatis quod excusemus nos apud vos? Coram Deo, in Christo loquimur: Omnia enim, charissimi, propter ædificationem vestram. Timeo enim ne fortè cum venero, non quales volo inueniam vos: & ego inueniar à vobis, qualem non vultis. Ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, inflationes, seditiones sint inter vos: ne iterum cum ve-

Nihil enim minus, nulla enim in re inferior sui summis Apostolis. Virtutibus, Potètibz factis & gestis potentis. Quod minus, &c. in quo inferiores fuistis. Grauis, onerosus.

Superimpedam, expendam.

Circumueni, vel fraudauit. Nunquid Titus, &c. nunquid Titus à vobis extorsit? Olim, rursus.

Animositates, dissensiones, iræ, concertationes.

nero,

nero humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex his qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

1 Ego enim à vobis debui. Honestius erat, res à me gestas à vobis extolli. Quod non fecistis: quia iam ab illis pseudopostoli inquinati videbamini: coactus hæc ob salutem vestram pronunciaui.

2 Non enim quæro. Ac si diceret, Quod nihil pecuniarum à vobis accipiam, non ob id facio, quod vos odi, aut vobis obstructus esse nolim: Sed vt declarem, me vestram salutem ambire: hoc est, vt credentes salutem consequamini: non autem vt vestris ditescam facultatibus.

3 Donate mihi hanc. Ironia est exprobrantis, Similis est sermo in Genesi, Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis. Cur enim rogaret Paulus sibi ignosci, qui profuerit officio? hoc adnotauit Augustinus lib. 1. contra aduersarium legis & prophetarum.

4 Impendam & superimpendam. Non solum à vobis nihil accipiam, sed & si caro mea, imò & vita mea sit pro vestra impendenda salute, nil parcam.

5 Nunquid per aliquem. Occupatio est. Dicit aliquis, nihil à nobis exegisti, sed tui huc à te destinati acceperunt: vt vel accipiens nihil videaris accepisse. Sed non ita est, dicit Paulus, neque per me, neque per meos quicquam à vobis exilatum est.

6 Non quales volo. Hoc est, corruptos & deprauatos vos inueniam, & deprehendam à vobis castigatores & pœnarum ingestores, qualem non vultis.

7 Humiliet me Deus. Pœnas, quibus illorum nonnullos esset acrius adfecturus, humilitatem appellat: tamen à Paulo castigari, plerique gloriæ ducebant. Cum ait, Ne me humiliet Deus: ostendit se id ob Dei gratiam facturum, cui parere necesse est.

Ostendit Paulus officij sui potestatem.

CAPVT XIII.

*Minatur
Paulus Co-
rinthus in re
spuerint.
Deute. 19. b*

*Matth. 8. b
Iuan. 8. c
Hebr. 10. c*

*Fides,
1. Cor. 12. f*

L CCE tertio¹ hoc venio ad
vos. In ore duorum vel triū
stabit omne verbum. Prædi-
xi enim, & prædico vt præ-
fens vobis, & nūc absens iis qui antè pec-
cauerunt, & cæteris omnibus: quoniam si
venero iterum, non parcā. An experimē-
tū² quæritis eius, qui in me loquitur Chri-
stus: qui in vobis non infirmatur³, sed po-
tēs est in vobis? Nam etsi crucifixus est⁴
ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei.
Nam & nos infirmi sumus⁵ in illo: sed vi-
uemus cum eo ex virtute Dei in vobis.
Vosmetipsos tentate, si estis in fide: ipsi
vos probate. An nō cognoscitis vosmet-
ipsos, quia Christus Iesus in vobis est? nisi
fortē reprobī estis. Spero autem quōd co-
gnoscetis, quia nos non sumus reprobī.
Oramus autem Deum, vt nihil mali fa-
ciatis: non vt nos⁶ probati appareamus,
sed vt vos quod bonum est faciatis: nos
autem vt reprobī simus. Non enim pos-
sumus aliquid aduersus veritatē: sed pro
veritate. Gaudemus enim⁷ quoniam nos
infirmi sumus: vos autem potentes estis.
Hoc & oramus, vestram consummatio-
nem⁸. Ideo hæc absens scribo, vt nō præ-
fens durius agam secundum potestatem,
quam dominus dedit mihi, in ædificatio-
nem,

*Stabit, vel,
constituetur.*

*Vobis, &
nūc, absens
cū esset, ite-
rū ita et ab-
sens nunc scri-
bo.*

Decætero, nem, & non in destructionem. Decætero
quod *superst.* fratres gaudete, perfecti estote, exhorta-
Gaudete, mini, id ipsum sapite⁹, pacem habete, &
vel, valete. Exhortami
Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.
ni, *consolatio* Salutate inuicem in osculo sancto. Salu-
nem habete. tāt vos omnes sancti. Gratia domini no-
Id ipsum sa- stri Iesu Christi, & charitas Dei, & com-
pitē, *vnani-* municatio sancti Spiritus, sit cum omni-
mes sitis. bus vobis. Amen.

- 1 *Ecce tertio.* Quemadmodum scriptis mandatum est: In ore (id est, testimonio) duorum triumve, quod ambiguū est confirmatur: Sic & in tertio meo aduentu ad vos, cōfirmabitur aduersus vos quodcunque comminatus sum, nisi immūditia vos pœniteat. 4. cap. superioris epistolæ promisi me vēturum ad vos cum virga: Et quod promisi, id nūc absens re- peto, & præfens exequar.
- 2 *An experimentum.* Indignabundus Corinthios alloquitur. An in me Christum tentatis, vtrum in vobis vlcisci & vindicare valeat? Cauete, quia si cogar vobis pœnas & tormenta ingerere, intelligetis experimentum à vobis quæsitum. Ex- periemini quod nolletis.
- 3 *In vobis non infirmatur.* Quem non infirmum & impoten- tem, sed potentem esse cognoscitis.
- 4 *Crucifixus est ex infirmitate.* Quemadmodū Paulus prædi- cationem stultitiā appellat, nō quōd res ita habeat: sed quia id infideles opinētur. Sic ob causam infirmitatis Christus est cruci affixus, quia infideles opinarentur infirmum: hoc est, li- cet ignominias, afflictiones, & mortem ipsam volens susti- nuerit, quod infirmitatis esse videtur: non tamen suā poten- tiam minuere voluit. Manet enim eadē, & inexpugnabilis, & nihil læditur à facto hoc, quod infirmitatis esse putatur: sed hoc ipsum maximē illius ostendit potentiam, qui cūm ta- lia sustinuerit, suam virtutem & potentiam nō mutilauit, sua & Dei patris virtute, (quæ vna & eadem est) à mortuis resur- gens. Vide infra adnotarum in dictiōne, Infirmus.
- 5 *Infirmi sumus in illo.* Propter prædicationem & fidem in il- lum, nos persequutio nem patimur, vexamur, extrema pati-

mur. Sed eius potentia & virtus nos seruat, & viuimus. Huius rei velim vos periculum facere, Num per Christum habitantem in vobis potentes estis, ad eò vt signa & miracula faciatis? Nam qui tunc credebant in Christum, miracula operabantur. Cæterum mihi videtur hic fidem dicere illam, quæ miraculorum est.

6 *Non vt nos probati.* Non studeo videri probus & gloria cupidus: vt alios castigandi facultatem assequar. Sed esto sim inglorius, modò quæ recta sunt agatis. Non enim possum non castigare, si quos ab Euangelio deficientes offendero, alioquin veritati aduersarer.

7 *Gaudemus enim.* Gaudeo infirmus & inualidus existimari, quia nihil virium alios castigando videar habere. Vos vero sitis potentiores in Christo: hoc est, virtutibus præditi, & omni crimine vacui. Se vocat infirmum, quòd nihil valeat aduersus innocentes: & potentes sunt, qui non peccant.

8 *Vestram consummationem.* Estote perfecti, nullam cuiquam vos inculpandi occasionem dantes.

9 *Idipsum sapite.* Concordes & vnanimes. Hic agit Paulus de animorum affectu.

Potentes.

Infirmus.

DICTIO.

INFIRMITAS, ait Chrysostronus, corporis aduersa valetudo dicitur: vt de Lazaro Christus dixit, Infirmus hæc non est ad mortem. & de Epaphra Paulus. Dicitur item infirmitas non esse solidatum in fide simpliciter, neque perfectum esse. Et hoc significans Paulus dicebat Romæ. 14. Infirmum autem in fide suscipite. Est & aliud tertium significatū Infirmiutis. Quale hoc? Persequutiones, insidias, tétationes, pericula, ignominia, mors & huiusmodi. Hæc ille.

DVRIVS AGAM, id est, præcisè, siue exactè: quod Latini vocant ad viuum.

FINIS.

Missæ est è Philippis Macedonia,
per Titum, & Lucam.

EPISTOLA

EPISTOLA B.

PAVLI APOSTOLI,

Ad Galatas.

Epistola ad Galatas est quasi Epitome quædam epistolæ ad Romanos, quæ quatuor primis capitibus, fidem in Christum contra superstitionem legis defendit: reliquis vero, de recto vsu charitatis Christianæ differit.

L O C I.

- 1 Non mundo, sed Christo placet Paulus, à quo Euangelium doctus, & Apostolus designatus. *Cap. I.*
- 2 Libertatem Euangelij indicans Paulus, confidenter caeremonias legis abrogat, & Petrum reprehendit, exemplo Abrahæ: non lege, quæ ad tempus data est, ~~sed~~ *sed* nos iustificari docet. *Cap. II. III. & IIII.*
- 3 De studio solidæ sanctimoniam, de spiritus & carnis natura, de releuandis qui in peccatum prolabantur. De alendis ministris sanctæ doctrinæ, de benefaciendo omnibus, maximè domesticis fidei, & de gloria crucis. *Cap. V. & VI.*
- 4 In hac epistola nomine legis, legem veterem seu Mosaicam intelligito.

Reuocantur Galatæ per Paulum à Pseudapostolis seducti. **CAP. I.**



PAVLVS Apostolus¹, nō ab hominibus², neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrē: qui suscitauit eum³ à mortuis, & qui mecum sunt⁴ omnes fratres:

Paulus missus à Deo ad prædicandū.

*Peccata per
Christum di-
missa.*

Ecclesijs Galatiæ, Gratia vobis & pax^r à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum⁶ pro peccatis nostris: vt eriperet nos⁷ de præsentī seculo nequam, secundum voluntatem⁸ Dei & patris nostri: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Apostolus.

1 *Paulus apostolus.* Ecclesijs prouinciæ Galatiæ scribens, quòd à lege & eius cæremonijs Galatas reuocet, præoccupat diligenter, antequam de salute conclamatum, & desperatum sit. Clamat, exhortatur, obsecrat, orat, terret, & ingenij vires intendens nihil non tentat, vt boni fiant, & verbum salutis atque suæ legationis munus excipiât. Statim ab exordio pseudapostolos Galatarum euersores ferit, cum se Apostolū dicit: manifestans se non sua, vt pseudapostoli, sed Iesu Christi autoritate loqui. Quis hunc non hominis sed Iesu Christi legatum honorificè non exceperit? Apostolus à Latinis Missus, ab Hebræis Silas dicitur, cui à mittendo Misso nomen est impositum, ait Hieronymus Ioan. 9. Vade, laua in natatoria Siloæ, quod interpretatur missus. Hoc non caret mysterio, cuius non ignarus Esa. cap. 7. ait: Abiecit populus iste aquas Siloæ, quæ vadunt cum silentio. Hierony. locum Gene. 4. 9. Donec veniat Silo: interpretatur, Qui mittendus est. Propterea Paulus non est veritus ad Hebræos 3. Christum Apostolum vocare Silam, id est, missum: Ab hoc enim vno Apostoli omnes functionem suam accipiūt. Nam quos non mittit, Ioan. 10. cap. Venientes, dicit: hoc est, fures & latrones: vt illic explicat. Non enim mittentis verbum, quo pascant, afferunt: sed lucro studentes, oues laniant, maculant & excarnificant, vt spolia referant. Quotquot, inquit, venerūt (id est, non mittebantur) fures sunt & latrones. Hieremiæ 23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Ab hoc malo summè cauendum est. Nam ob id Christus non sinebat dæmonia loqui, etsi verum dicebant: ne prætextu veritatis, intret mendacium mortis: quando non potest sanctè loqui, qui ex seipso loquitur. Vnde Ioan. 8. Ne Apostoli ex seipsis loquerentur, dedit eis Spiritum suum, de quo ait: Nō enim vos estis qui loquimini: sed

*Ab vno apo-
stolo dicti om-
nes apostoli.
Venientes
qui dicuntur.*

sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et rursus: Ego dabo vobis os & sapientiam. Quam sapientiam se accepisse à Deo profitetur Paulus, dicens:

2 *Non ab hominibus.* Non armis, & hominum autoritate, & Pauli aucto-
ritate. *Pauli aucto-
ritas.* Non assentatione: sed Dei vocatione, & gratia factus sum Apo-
stolus. Act. 13. Segregate mihi, inquit, Paulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Non est vera doctrina & san-
cta, quæ non est IESU Christi, qui ad dexteram patris sedet, *Doctrina
vera.*

doctor & magister noster, mittens suū spiritum abundè non in pseudapostolos, & animales, sed suos & spiritales: vt non abeant in consilium impiorum, & in cathedra pestilentie nō sedent, sed in lege Domini versentur, vt voluntatem sui magistri (qui non est alius præcipuus, quàm Christus, Matt. 23.) faciant & doceant. Obserua: Vt hæreticorum os præcludat & obstruat, prænominauit filium patri, manifestans id non esse nobis proximum argumentum, dicamus filium patri nō coæqualem, quòd pater in scripturis filio passim prænomine tur. Sed interdum filium prænominans, interdum patrè vtri-
usque æqualitatem in vna substantia manifestat.

3 *Qui suscitauit eum.* Enarrans Christus in Ioanne, Soluite tē-
plum hoc, & ego tribus diebus excitabo illud: hoc autem dicebat de templo corporis sui: significat se corpus suū à mortuis excitasse: & nihilominus hoc loco dicitur à patre excitatus. Propterea quòd (ait Ambrosius) omnis virtus filij de patre est: gesta filij, facta sunt patris, ex quo sunt omnia. Opportunè præterea meminit mortis, & resurrectionis: vt his persuadeat, non esse amplius veteri legi intendendum, vt pote, quæ nil inducat, quod sit illis profuturum. Sed Christo vacandum, qui eorum salutis gratiā & obierit mortem, & postmodum tertia die resurrexerit. Nam Roma. 4. Christus traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Ideo qui alia via præsumit esse iustus, quā credendo in Christum & obediendo mādatis eius, hic Christum à se reicit, & ociosam eius passionem & resurrectionē ducit. Qui enim in Christi mortem credit, fide formata eius mortis particeps fit, & moritur peccato. Et qui credit in resurrectionem, & viuente: ipse refurgit, & viuunt in Christo, & Christus in eo.

4 *Qui mecum sunt omnes fratres.* Plurimum facit ad populum corrigendum, multorum in vna re sententia, atque cōsensus, *Fructus cruci-
s.
Cōsensus mul-
torū, auctori-
tatis vim ha-
ber.*

Gratia pax. ait Hieronymus. Hi forsitan ex circuncisione erant, & à Galatis non contemptui ducebantur.

5 *Gratia & pax.* Gratia culpam, Pax poenam auferit & tranquillam reddit conscientiam. Pacem & Gratiam illis optat, & præcatur, quos legis obseruantia, tum inensos, tum diuissos intelligebat. Pax Dei etiam in absconditis cor hominis lætificat: quod non habet pax mundi.

6 *Qui dedit semetipsum.* Magni redemit rem vilem, abiectam, & despectam: hoc est, nos ipsos peccati lepra infectos, immo inimicos, Roma. 5. Cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filij sui: non aurum, non argètum, sed neque hominem, neque omnes angelos dedit: sed semetipsum, quo nihil maius, nihilq; quod illi cõferri possit. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

7 *Vt eriperet nos.* Vi quadam, nos malitia detentos, & occupatos, euellit à prauis actionibus, & tenebris. Túc anima mo-ritur, & crucifigitur mundo, id est, concupiscentiis quæ sunt in carne. Et id est, quod explicat Paulus ad Titum secundo: Abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viamus in hoc seculo. Seculum vocat nequam, nõ quòd Solis decursui, & cælorum reuolutioni aliquid nequitia inest: sed propter nostras prauas actiones, & corruptos animi appetitus.

8 *Secundum voluntatem Dei.* Nõ est quod anxie philosopheris, dicens: Cur non alter nos eripuerit, quando ita est patri libitum. Non est serui, quærere, quare Dominus ita fecerit. Timeat ille, & non altum sapiat. Cùm dicit, Dei & patris nostri beneficia in nos conferentis cõmeminit Christi, qui patrem suum & nostrum effecerit.

Galatæ abducti à fide per pseudo.

Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiá Christi², in aliud Euangelium: quod non est aliud³, nisi sunt aliqui, qui vos cõturbât, & volunt conuertere Euangelium Christi. Sed licet nos⁴, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam⁵ quod euangelizauimus vobis, anáthema sit. Si-

CUE

cut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anáthema sit. Modò enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem. Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium quod euangelizatú est à me, quia non est secúndum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi.

Paulus dicit à Deo. 1. Corint. 15.

1 *Miror quòd sic tam citò.* Declarat hoc exordio, quo consilio scripserit hæc. Habet hic locus (ait Hieronymus) hyperbaton, quod ita sine ordine legi potest: Miror quod tam citò trãferimini à Christo Iesu, qui vos vocauit in gratia, dicens: Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Gratia quippe salui facti sumus, & non per legem. Translati autem (inquit) estis in aliud Euangelium, quod non est aliud. Quia omne quod falsum est, non subsistit: & quod veritati cõtrarium est, non est: vt illud Hester 14. Ne tradas Domine sceptrum tuum his, qui non sunt. Hæc ille: Prudenter & modè se mirari dicit Paulus, cuius indignatio & vehemens ardor infrã manifestatur, vt verecundiam hoc dicto illis ingerat, quasi dicat: Miror quòd post tantam gratiam, & peccatorum condonationem, vltro curratis ad iugum seruitutis. Ego de vobis egregiam opinionem induerã, existimans vos fortes: sed statim vel prima inuitatio sufficit illi pseudo ad subuertendum vos, & capiendum. Cùm ait: Transferimini mollius, & suauius loquitur, quàm si dixisset, Translati. Hoc est, Nondum credo, nondum arbitror perpetrata & absolutam circũventionem. Mitius enim est, si arbor maneat, fractis aliquot ramis, aut alio incommodo lesa, quàm si penitus transferatur de loco suo in aliũ locũ, vbi necesse sit eã arefcere, & sterilefcere. Verbum Transferimini (ait Hieronymus) aptissimum est Galatis. Galatia enim Hebræis trãlationem significat, quasi Apostolus ex eorum proprio nomine occa-

Solũ verũ est

Qui dicitur non esse.

Simile.

Galatia.

*Allusiones
dictionum
periuicundæ.*

tionem huius exordij sumpserit, ac si diceret: Verè Galatæ estis, & transferri prompti: res congruit cum nomine vestro, & allusione linguæ Hebræicæ. Non abs re quod vulgò iactatur, dictum putauerim, Conueniunt rebus nomina sæpe suis. Huiusmodi allusiones iucundæ admodum sunt, si suis locis appositæ explicentur.

2 *In gratiam Christi.* In gratiam Christi, vt à Christo iustificemur, & ex eius gratia, & non nostris operibus, præcedentibus ipsam gratiam. Filius quippe delictorum veniam in gratiam præbet: Pater verò ad eam nos euocat.

3 *Quod non est aliud.* Tamet si dicimus quatuor euangelia esse Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis: non tamen sunt diuersa: sed ita cõsona, vt vnum dici crediderim, vnum Christum, & fidem vnam docens.

4 *Sed licet nos.* Tanto charitatis ardore ductus videtur Paulus, vt meras stãmas ex ore videatur emittere: ostendens Euangelium, quod prædicauit, non esse aliud, sed verum Iesu Christi Euangelium. Non loquar iam de pseudapostolis: sed licet nos ipsi, inquit, ego & fratres mei, Timotheus, Titus, & quotquot Christum mecum purè docent: Imò si Angelus è cœlo descenderet, tamen velim potius anathema, hoc est maledictum, me fratres meos, denique etiam Angelum ipsum è cœlo, quàm quod meum Euangelium inuerti debeat.

5 *Præterquam.* Post exhortationem, à vobis separaretur, si quis contrariam euangelio doctrinam annunciauerit. De anathemate supra ad Roma. 9. abundè dictum est.

6 *Modo enim hominibus.* Quidam interpretatus huc locum in accusandi casu, ait esse datiuos illos Græcis, homines sua deo, an Deum? hoc est, Humana solù sua deo, an diuina? hoc est, Doctrina quam ego doceo, non ex hominibus, sed ex Deo est: vt latius statim ipse explicabit, quando Euangelium suum neque secundum hominem, neque ex homine esse dicet.

7 *An quero hominibus placere.* Non dissuadet hominibus placendum, modò non displiceamus Deo. Emphasi, & quodam vehementi affectu loquitur Paulus, accipiens hoc loco hominem iuxta primam natiuitatem, qua Athei, & sine Deo, seu à Deo alieni, & auersi sunt mendacio, & odio veritatis pleni. Propterea rem abiectam. 1. Corinth. 3. explicans, ait: Nõnne homines estis? Est certè omnis homo mendax. Quare his, vt carnalibus non est placendum.

Athei.

8 *Notum*

8 *Notum enim vobis facio.* Variis argumentis, & longo tractu manifestat se legem deseruisse, & in alium virum mutatum esse, tam subita mutatione, vt facilè dici possit, id non humana, sed, diuina virtute factum esse. Vt sciat, inquit, Euangelium meum esse diuinum, Ego non ab homine accepi, neque ipsemet meo studio, labore, & vigiliis, didici: sed per reuelationem Iesu Christi: hoc est, à Deo sola reuelatione Christi ipsum accepi, & ipso docente didici: scilicet in itinere, quando Damascum profectus Christum audiui. Nisi enim Deus effulsisset, haudquaquam adeò repente fuisset immutatus. Nam qui ab hominibus edocentur, multo tẽpore opus est vt ad studia transferantur. Hieronymus ait: Is accipit Euangelium, cui primùm intimatur, & ad fidè eius inducitur: discit autem, qui ea, quæ in illo figurata sunt, explanta cognoscit, & proficit. *Quæris, Quod Euangelium prædicauit Paulus: an Lucæ, Matthæi, aut alterius? Respondeo: Vnum est Euangelium, non diuersa. Quando cunque prædicatur gratia dei, & remissio peccatorum per Iesum Christum facta, verè prædicatur Euangelium: & id est, quod Paulus annunciat. Obserua: Paulus non ab homine, sed per Iesum Christum se Euangelium accepisse pronunciat. Ergo Christus est plus quàm homo. Ex his intelligant episcopi, quàm studiosi esse debeant, ne non missos, sed à seipsis loquentes, Euangelium tractare permittant: ne peruersa interpretatione, Ex Euangelio Christi Euangelium hominis fiat. Quod sit ab indoctis, & Quæstionibus, soli lucro inhiatibus ac Euangelium Dei cauponatibus.*

*Accipere
Euangelium
& discere
non est idem.
Vnum est
Euangelium,
non diuersa.*

*Quæstionum
verbum Dei
cauponantes.*

Audiuistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo, supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Cùm autè placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizare illum in Gentibus:

*Expugnabam, Depopulabar.
Abundantius, &c. Cùm vehementer essem studiosus à maioribus meis traditorum in-*

Paulus doctus à Deo euangelium ubi prædicauit.

B

cōtinuò non acquieui⁶ carni & sanguini, neq; veni Hierosolymā⁷ ad antecessores meos Apostolos : sed abij in Arabiā⁸, & iterū reuersus sum Damascum. Deinde post annos⁹ tres , & mansi apud cum diebus quindecim . Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Quæ autem scribo¹⁰ vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Deinde vini in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autē ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo: tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat: & in me clarificabant Deum.

Veni. Re-
dij.

Auditum
habebant,
Rumor apud
illos erat.

1 *Audistis enim cōuersationē.* Mira (ait Hieronymus) & pulchra obseruatio, pōdūq; verborū. Cōuersationē inquit, nō gratiā: aliquando, non modō: in Iudaismo, non in fide Christi: non vt ceteri persecutores, sed sicut grassator, & prædo vastabat ecclesiam Dei: non quòd eam talem tunc crederet, sed talem nūc cognitam nominat. Et iterū, Proficiebā in Iudaismo, non in fide Christianismi: super multos, non super omnes: (vt modestiam seruet) super coætaneos meos, non super senes: in genere meo, non in gentibus. Sic enim gentem Hebræam solet nominare, vt 2. Corint. 11, Periculis ex genere, periculis ex Gētibus. Ex hac historia sua, probat se diuina docuisse: atq; vult hoc exēplo suo Galatas retrahere à lege, vt inter audiendū moneātur, moueanturq;. Dicere enim poterāt Galatæ, (ait Hieronymus) Si ille qui à parua ætate Pharisæorū institutus est disciplinis, qui omnes coætaneos suos in Iudaica traditione superabat, nunc defendit ecclesiā Christi, quam quondā validissimè persequebatur, & magis Christi gratiam, & nouitatem vult habere cum inuidia omnium, quam

quàm vetustatē legis cū laude multorum: quid nos facere oportet, qui ex gentilitate esse cœpimus Christiani? Aduerte non solū est persecutus, sed etiā expugnauit: id est, conatus est ecclesiā Dei extinguere, subuertere, demoliri, abolere. 2 *Amulator existēs paternarum.* Manifestat se quicquid fecit, zelo quodam fecisse, tamen nō secundū scientiā, nō affectu vindicādi, quos oderat: sed quòd studio teneretur traditionū, quas à maioribus acceperat; de quibus (ait Hieronymus) Vique hodie autem qui Iudaico sensu scripturas intelligunt, persequantur ecclesiam Christi, & populantur non studio legis Dei.

3 *Cum autem.* Fides & cognitio Christi, nō ex lege mihi venit, sed ex prædestinante & vocante gratia Dei. Quæ enim didici, non contulerūt mihi doctores & librorū interpretes: sed ipse Christus me sui cognitionem docuit. Quidam allegoricè per Vterū matris, Synagogā intelligunt, quam Iudæi matrem agnoscunt, sicut nos ecclesiam. Qui segregauit me ex vtero matris meæ: phrasis est Hebraica: hoc est, ordinauit, parauit me. Cū nondum natus essem, erā Apostolus in oculis Dei: & quum tempus venit, declaratus sum Apostolus etiam coram mundo.

4 *Vocauit per gratiam.* Non per opera, merita mea: sed per meram suam gratiam, vocauit prima vocatione.

5 *Vt reuelaret.* Commissa est mihi doctrina gentibus reuelanda: doctrina, inquam, Euangelij, quæ est reuelatio Iesu Christi filij Dei. Cur dicit se reuelaturum hanc doctrinam inter gentes, & non inter Iudæos? Certè peculiaris designatus est gentium doctor, sicut Petrus Iudæorum. Ergo nullus audiat doctorem, qui Christum & gloriam eius non docet.

6 *Continuò non acquieui.* Carnem & sanguinē, vniuersum genus humanum appellat, atque hic videtur mihi sensus. Quòd Paulus ostensurus se ex Deo reuelante docuisse Galatas, nō prius contulerit suam reuelationem cum vllō hominū: sed continuò accepta reuelatione, Christum prædicarit, vt est in Actis 9, cap. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci per dies aliquot, & continuò ingressus synagogam prædicabat Iesum. Continuò scilicet non prius conferens cum eis, imò continuò erudiuit homines: tantum abest, ab hominibus eruditus fuerit.

7 *Neque veni Hierosolymam.* Satis superq; fuit mihi certa diuina reuelatio, atque tam ampla & firma erat, vt sicut nō fuit opus Damascenos consulerem, sic nec eos, qui ante me fuerant in Apostolatu.

8 *Sed abij in Arabiam.* Huius profectiois & secessus in Arabiam non meminit Lucas in Actis, neque multorum aliorum quæ gessit Paulus; sed omnino Paulum per murū submissum, venisse Hierosolymam scribit. Prius in Arabiam iuit, nō solum docturus, sed etiam persequutionis à se factæ opinionē extincturus, & vt agnosceretur ab omnibus Christi Apostolus, non persequutor.

Quare Paulus in Arabiā secessit.

9 *Deinde post annos tres.* Attende, non ait, Veni audire, sed Videre Petrum; hic visit, delatum præ tendit honorem. Indicat quod ascenderit ad eos Hierosolymam nō iussus, sed sua sponte. Quod secum manserit, charitatis est summæ, & amicitie argumentum. Et ne obiicerent aduersarij: Si non à Petro, saltem ab alijs Apostolis doctus es. Respondet. Aliū autem Apostolorum vidi neminem: nisi Iacobum fratrem Domini.

Iacobus frater Domini.

Hic Iacobus non Zebedæi filius frater Ioannis: sed Iacobus Alphæi, qui minor dicitur, frater Iosæ, Simonis, & Iudæ, Marci 6. Præ alijs dicitur frater Domini, quod Christo simillimus fuerit: aut quia cognatus, & consobrinus. Hic primus Hierosolymorum episcopus, qui canonicam epistolā scripsit. Quæris, Quid illis quindecim diebus Paulus egit Hierosolymis? Respondet Lucas 9. cap. in Actis, Loquebatur quoque (scilicet in Hierusalem) Gentibus, & disputabat cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tarsum, quæ est Ciliciæ. Ex his vides Paulū nihil Hierosolymis didicisse quindecim illis diebus: sed docuisse gentes ad quas Apostolus designatus erat. Si descendum ei fuisset Euangelium à Petro, aliquot annis fuisset ei ibi manendum: in quindecim diebus non fuisset factus tantus apostolus, & doctor gentium.

10 *Quæ autem scribo.* Quare hic addit iuramentum, dicens: Ecce coram Deo? Quia narrat historiam, ideo coëgit eum necessitas fidei ecclesiarum iurare, ne dicerent pseudapostoli, Quis nouit, an verum dicat Paulus?

CONCILIATIO.

PAULVS hoc loco dicens, Si hominibus placerem, Christi

sti seruus non essem: videtur immemor eius quod dixit. Roma. 15. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bono, ad ædificationem. Non sibi dissimilis est Paulus: Aliud est studium placendi hominibus, vt venemur ab eis laudem alium studium placendi, vt proficiamus illis. Hoc postremum exercuit Paulus. Magnum est, de honoribus & laudibus hominum non letari, sed omnem pompam inanem præcidere, & si quid inde necessarium retinetur, id totum ad vtilitatem honorantium, salutemque conferre, ait Augustinus. Non enim frustra dictum est Psal. 52. Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Quare? Quia Deum & verbum suum negant amore hominum, dum persequutionem timent. Ita contra Psal. 33. Custodit Dominus omnia ossa eorum. Quorū? Iustorum, Qui sunt hi? Qui hominibus displicent, & non adulantur: sed verbum Dei omnibus præponunt mundi honoribus, quoniam Deus susceptor eorum est.

DICTIO.

GALATÆ penult, corrept. qui & Gallogræci dicti à Gal Galatia? latia quæ & Gallogræcia, prouincia Asiæ minoris, & interpretatur tralatio. Hi descenderunt à Gallis Eduis, Romanorum amicis, vt author est Cicero, & Senonibus. Item veniūt ex Gomer, Iaphet filio. *Edui Romarum norū amici.*

SVADERE, hoc loco pro inducere ad credulitatem, vt Act. vltimo, quibus exponebat, testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu, ex lege Moyſi & prophetis, à mane vsque ad vesperam. *Suadere.*

EXPVGNARE, verbū est propriè populantiū, & excidētium captas armis vrbes. Quod hic ait Paulus, Expugnabā: non ad euentum rei, sed ad illius animum, & conatus referendum est. Hieronymus in commentarijs, & Augustinus in sermone habito in monte, legunt, Deuastabam, aut Vastabam, more hostis, & ferè populantis omnia. *Expugnare.*

GENVS suum, Paulus gentem appellat Iudaicam.

DAMASCVS ciuitas est Syrophœnicæ, totius Syriæ caput inter libanum, & Antelibanum sita. *Genus. Damascus.*

CLARIFICABANT, illustrabant, glorificabant, magnificabant.

Auditū habere. *Auditū habere. Clarificare.*

Paulus confert suam doctri-
nam cum
Apostolis.



Einde post annos quatuordecim, iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba¹, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis² Euangelium, quod predico in gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse: ne forte in unum³ currerem, aut cucurrissem. Sed neque Titus⁴, qui mecum erat, cum esset Gętilis, compulsus est circumcidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni: ut veritas Euangelij permaneat apud vos. Ab iis autem, qui videbantur esse aliquid, (quales aliquando fuerint, nihil mea interest: deus enim⁷ personam hominis non accipit) mihi autem qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt⁸: Sed contra⁹, cum vidissent, quod creditum est mihi Euangelium præputij¹⁰ sicut & Petro circumcissionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatam circumcissionis¹, operatus est & mihi inter gentes). Et cum cognouissent gratiam quam¹¹ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur Columnę esse, dextras dederunt¹² mihi & Barnabę

Titus gentilis quare non circumcisus.

Dente. 10. d
2. Para. 19. c
Iob 34. b
Sapient. 6. b
Eccle. 35. b
Roma. 2. b
Ephes. 6. b
Colos. 3. d
Act. 10. e
1. Petri 1. c

Paulus gętilium doctor.

Petrus Iudeorum Apostolus.

Seorsum autem, &c. sed priuatum cum his quierat in precio.

Propter subintroductos, propter obiter ingresos.

Subiectioni, per subiectionem.

Operatus est, efficax fuit, vel vim suam ostendit in Petro.

Ut nos, sub Barnabę societatis: ut nos in Gętes, ipsi autem in circumcissionem: tantum ut pauperum memores essemus¹³. Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.

1 Cum Barnaba. Prioris ascensionis Pauli causa fuit, ut videret Petrum: istius autem in Hierusalem fuit ex reuelatione. Huius profectiois comites habuit Barnabam Iudęum, & Titum Gentilem, aptissimos testes (ait Chrysoftomus) ne aliud præsens, aliud absens agere videretur: ut si quid in Iudęorum fauorem commodius ageret, Titus Gentilis proderet. Si rursus nimium Gętibus faueret, Barnabas Iudęus ob-

2 Contuli cum eis. Est verbum Conferre (teste Hieronymo) aliud quam apud nos intelligitur: cum scilicet ea que nouimus, conferimus cum amico, ac velut in sinum & conscientiam eius reponimus, ut pari consilio vel probanda sint, vel improbanda. 3 Ne forte in vanum. Docet suum ministerium in Euangelio hæcenus non fuisse inutile: quale existimabant pseudopostoli. Dicebant enim, vanam Pauli, & inutilem esse prædicationem, quod legem Euangelio non misceret. Ut autem ostendat, non vanam fuisse, sed bonam nauasse operam in prædicando Euangelio, ascendit Hierosolymam, ut magnorum Apostolorum calculo accederet, os pseudopostolorum tam impudicum obstrueretur. Traxit metaphoram ab iis, qui in stadio currunt, strenuè quidem, sed in vanum, quum non assequuntur brauium, cuius gratiam currunt.

4 Sed neque Titus. Argumento à pronunciatibus transfodit aduersarios Paulus: Contendebant illi circumcissionem ad salutem esse necessariam: Paulus verò prædicabat, credentes per fidem in Christum etiam incircumcisos saluari. Quod in eo consilio Hierosolymitano probauit verum esse, Titi exemplo. Nisi enim euicisset aduersarios suos errare, compulsus fuisset Titus ab Apostolis (quibuscum Euangelium suum conferebat Paulus) circumcidi. Sed nulla ratione adduci

Pauli ascensus in Hierusalem.

Paulus quam re ascendit Hierosolymam.

Conferre.

potuit Paulus, vt Titum Gentilem circumcideret, quanquam falsi fratres vrgerent : licet id sine vlla spe in circumcissionem facere posset , quod in Timotheo factum legimus. Sed maximè resistit, ne si secus egisset , suo exemplo ceteros ad circumcissionem impulisset . Videtur ex his collatio & conclusio Apostolorum cum Paulo fuisse huiusmodi : Circuncisio non imponatur gentibus , permittatur tamen ad tempus Iudeis, non quidem vt necessaria ad iustitiam , sed propter reuerentiam patrum, vt cum honore sepeliatur eorum synagoga . Deinde etiam propter charitatem ne infirmi offendantur, donec in fide confirmentur.

5 *Sed propter subintroductos fratres.* Qui falso titulo fratres, id est, Christiani dicuntur, summo studio & arte muniti contra Paulum, subdole, & fraudulenter in Synodo illa Hierosolymitana obiter comparuerunt , vt quoquo tãdem modo eum traducerent, & opprimerent coram Ecclesia. Et ad hoc etiam abuti voluerunt autoritate Apostolorum, in quorum conspectu accusauerunt Paulum dicentes: Paulus intro ducit Titum in circumcisum in cœtum omnium credentium, negat & damnat legem presentibus vobis Apostolis. Si ista hic audet tentare, quid non auderet inter gentes, vobis absentibus? Cùm se dolis peti Paulus videret, vt nobis auferrent libertatem Euangelicam, id est, vt nos in seruitutem redigerent , id est, vt nos sub iugum legis Mosaicæ reducerent, restiti eis dicens, Legem & circumcissionem non esse necessariam ad salutem . Si illi allegassent obsequium fraternitatis & multorum infirmitatem, ad horam cessisset Paulus, quod ostendit cùm circumcidit Timotheum. Sed aliud quærebât, nempe vt Paulum, & omnes adhærentes suæ doctrinæ, in seruitutem redigerent. Ideo ne ad horam quidem, siue momentum, eis cedere voluit. Fuit iste Pauli triumphus valde gloriosus , quod Titus gentilis in medio Apostolorum & credentium constitutus, vbi tam acriter de ista quæstione, vtrum circumcisio necessaria sit ad salutem, decertatum est: tamen non coactus fuit circumcidi. Hunc triumphum Paulus reportauit, habens testimonium omnium credentium in Hierusalem , deinde etiam ipsorum Apostolorum, quod ipso authore definitum sit, circumcissionem non esse ad salutem necessariam, & pseudapostolos mendaces esse , & non audiendos, sed abiiciendos, vt fluctuario dignos.

6 Qui

6 *Qui videbantur aliquid esse.* Qui in pretio erant, ac magni nominis, quos vulgo vocant Reputatos. Ab his, inquam, nihil accepimus.

7 *Deus enim personam hominis.* Licet in hoc seculo vult deus seruari ordinem, reuerentiam , & differentiam personarum, cessat tamen coram se omnis personatus : ibi enim neq; Græcus, neque Iudæus, sed omnes vnum sunt in Christo. His ergo significat Paulus non hic de apostolatu respectiue personarum agi : sed de re magis ardua: de Deo scilicet, & religione siue Euangelij veritate , quæ vt illæsa maneat, potius cesset apostolatus, omnis magistratus, & quouis personarum respectus.

8 *Nihil contulerunt.* Contulerat cum Petro, Iacobo & Ioanne Paulus suum Euangelium : illi non contulerunt vicissim suum, sed duntaxat probauerunt Euangelium Pauli. Itaque hoc loco Contulerunt, non significat Addiderunt, vt putat quidam grammaticus.

9 *Euangelium præputij.* Mihi creditum est munus prædicandi Gentibus, sicut Petro iniunctum est munus prædicandi Iudæis. Appellat præputium Gentes, Circuncissionem Iudæos. Est igitur Euangelium præputij, quod mittendū erat ad Gentes : hoc ait sibi concreditum, vt Petro circumcissionis . Hic obiter obserua, Hebræos constructionem genitii variè accipere, iam actiue, iam passiuè : Id quod obscurare sæpe solent sententiam. Exempla obuia sunt in sacris literis, vt hæc oratio, Gloria Dei, actiue & passiuè exponi potest : Gloria Dei actiue, qua Deus in se gloriatur: Passiuè, qua nos in deo gloriamur. Similiter Euangelium Dei, actiue vocatur, quod solus Deus dat, & mittit in mundum : Passiuè, quod à nobis receptum est. Euangelium præputij, quod à gentibus receptū est. Mirabitur fortassis quispiam, quod Paulus dicit, sibi concreditum Euangelium præputij, Petro circumcissionis : cū tamen Paulus ferè vbique Iudæis in Synagogis & Petrus etiã gentibus prædicauerit. Huic respondeo, Paulum huc spectare , quod alij Apostoli principaliter in Iudæa & Hierusalem manserint, donec Deo vocante aliò se contulerint. Pro tempore ergo ita habebat res, quod stãte adhuc politia Iudaica, erant in Iudæa: imminente verò vastatione Hierosolymitana, dispersi sunt per totū orbem. Paulus autem, vt est in Act. 13. cap. singulari vocatione selectus in Apostolum Gentium,

& missus extra Judæam peragravit regiones Gentium. Cæterum Iudæi tunc dispersi ferè per totum orbem, passim habitabant in urbibus, & locis gentilium. Itaque Paulus illuc veniens solitus fuit, ut in Actis legitur, ingredi Synagogas Iudæorum, atque illa occasione primum afferebat illis, ut filii regni, hoc lærum nuncium promissiones patribus factas, iam impletas per Christum. Cùm hoc audire nollent, ibat ad Gentes, ut scribitur Act. 13. Fuit igitur præcipuè Gentium Apostolus, ut Petrus Iudæorum: sic tamen ut & ipse Gëtibus annunciauerit Christum oblata opportunitate.

10 *Sed contrà.* Sed contrà, subaudi, ut viderit, & comprobauerunt meum Euangelium, quod ego cõtuleram, & quasi in sinum eorum reposueram. Et cù ex ista collatione vidissent, &c. Atque hic textus (Qui enim operatus est Petro in apostolatam circumcissionis, operatus est & mihi inter Gentes) legendus est per interiectam parenthesis.

11 *Gratiam quæ data est.* Gratia appellat omnia quæ à Deo acceperat, Quòd ex persecutore & vastatore Ecclesię, factus est Apostolus, à Christo edoctus, spiritualibus donis auctus. 12 *Dextras dederunt.* Id est, Conuenere illi secum, & nos sibi consociarunt: & præ se tulerunt sibi esse oblectamento, quod nos prædicamus: quãdoquidem nil nostra ab illis dissonat prædicatio. Videtur id Hebraismum spirare, Dextras societatis: pro, dextras socias, vel pro societate firmanda. Aut dixerunt, Nos vnanimi consensu, Paule, prædicamus tecum, & sumus in doctrina socij, quia idem Euangelium, eundem baptismum, eundem Christum, & fidem tecum prædicamus.

*Pauperes
quorũ curam
Paulus habe-
bat.*

13 *Tantum ut pauperum memores.* Vide alterum opus apostolicum, sollicitum esse pro pauperibus. Hos Roma. 15. cap. pauperes sanctos vocat: Hi sunt quibus Iudæi substantias rapuerant propter Christum, ut Hebræ. 10. cap. scribitur. Aut qui sua bona communia fecerant, Act. 4. Fortè & hi qui penuria laborabant, tempore famis, quam sub Claudio factam Lucas Act. 11. cap. meminit. Certũ est autem, quòd sub Claudio ista contigerunt, quæ hoc narrat capite, si diligenter annorum calculus ducatur.

Cùm autem venisset¹ Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti: quia reprehensibilis

sibilis erat. Prius enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gëtibus edebat. Cũ autem venissent, subtrahebat, & segregabat se, timens eos² qui ex circumcissione erant: & simulationi eius cõsensuerunt cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationẽ. Sed cũ vidissem, quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cùm Iudæus sis, gentiliter viuis, & nõ Iudaicè: quomodo Gëtes cogis Iudaizare? Nos naturã Iudæi³, & non ex Gentibus peccatores. Scientes autem⁴ quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credidimus, ut iustificemur ex fide Christi, & nõ ex operibus legis: propterea quòd ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro. Quòd si quærentes⁵ iustificari in Christo, inueniti sumus & ipsi peccatores, nõquid Christi peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi⁶, iterum hæc ædifico, præuaricatorem me cõstituo. Ego enim per legem⁷ legi mortuus sum, ut Deo viuam⁸: Christo confixus sum cruci. Viuo autem⁹ iam nõ ego: viuit verò in me Christus¹⁰. Quòd autem¹¹ nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me¹², & tradidit semetipsum pro me. Nõ abiicio gratiã¹³ Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

Quomodo, cur.

Roma. 3. e

*Crucifigi cũ
Christo.*

1 *Cum autem venisset.* Ex hoc loco magna suborta est digladiatio inter duos illustrissimos doctores, Hieronymum, & Augustinum. Ad huius loci cognitionem obseruabis, quod cum Petrus Antiochiæ versaretur, quibuslibet cibus cum Gætibus indifferenter vesceretur: qui cum Iudæos ab Hierosolymis venientes vidisset, subtraxit se è sodalitate Gentilium, timens scandalo esse illis Iudæis Moysen nõdum planè deductis: vnde contigit gentes offendi, quæ se pretas & impuras à Petro factas dicerent. Hæc Paulus intuitus, restitit in faciem Petro, vt videntes Iudæi Petrum palàm obiurgari, nec repugnare, hoc ipso silentio cognosceret, iam nihil immundum esse, similiter & Gentes. Augustinus asserit, quod Petrus peccauit per imprudentem dissimulationem. Hieronymus cum Græcis sentit, Petrum non peccasse, ductus hoc argumento, quod Paulus similia fecerit, quando Acto. 16. circumcidit Timotheum, propter Iudæos, qui erant in illis locis. Item Acto. 18. totondit sibi caput in Cenchreis, & habebat votum. Et cap. 21. Cum viris quatuor habentibus votum super se, intrauit templum, ac sanctificauit se cum illis, & oblatio facta est pro eo. Item suo ipsius testimonio, 1. Corin. 12. Factus sum Iudæis tanquam Iudæus. Putandus est ergo Paulus hæc dixisse, non condemnandi gratiã Petrum, sed ob futurum mox Iudæis profectum, vsus est Paulus noua pugnan di arte, noua simulatione seu contradictionis dispensatione, vt corrigeret. Fuerunt, qui hunc Cephã alium quendam ex 70. discipulis fuisse assererent, vt est in Ecclesiastica historia Eusebij. Sed hoc eruditè, & potenter conuellit diuus Hieronymus. Peruerso enim studio voluerunt Petro patrocinari, quum Paulus dedita opera, hæc ad Galatas scripserit, vt obtunderet os detrahentium sibi, quod sua doctrina esset Petro postponenda. Contrã, inquit, non ex hominibus, sed ex Deo: insuper nõ solum per Petrum & Apostolos, sed & hac in faciem Petri restitit, vt iam non reliquum haberent quod Paulo obgannirent.

2 *Timens eos qui.* Metuebat Petrus, ne quid Iudæis obeffet: aut ne offenderet Iudæos, subtraxit se ex Gentilium cœtu.

3 *Nos natura Iudæi.* Nos qui orti sumus, ô Petre, ex progenitoribus Iudæis, & simul cum lege educati, reliquimus legem & eius ceremonias: quomodo ergo tua dissimulatione Gentes Iudaizare cogis? Et non ex Gentibus peccatores: id est,

sine

sine scriptæ legis diuinæ regula viuentes. Comparat Iudæos & Gentes, de quibus copiosissimè disputat, Roma 1. & 2.

4 *Scientes autem.* Iustificationem & peccatorum cõdonationem seu remissionem explicaturus: dicit legem esse infirmam, & impotentem esse ad iustificandũ. Sola est Mors, & resurrectio Iesu Christi, nostræ iustificationis causa. Nèpe Christus pro nobis est mortuus, iustus pro iniustis, qui morte digni eramus. Hanc mortem ferens abstulit chirographum delicti, cruci illud affigens, & appendens, atque in cruce moriens, & resurrectio Iesu Christi, & omnes infirmitates ex Adam acceptas. Et quia in ipso vita erat, ideo viuificauit suum corpus, & excitauit seipsum à mortuis: hoc faciens, omnes secum mortuos, hoc est, omnes qui peccato & mundo moriuntur, carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis crucifigentes, secũ conuiuificauit, & exsuscitauit: hoc est pœnitenti remittit culpã & pœnam æternam, donã vitã spiritalem, & fit noua creatura in eo, mortuus mundo & viuens Deo. Huius mortis & resurrectionis, quia Christus iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, vim habet Fides illa viuã, qua Christũ amplector, & sequor, credens in eum, & eundem singulari amore prosequor mandatis eius obediens. Et id est, quod dicit: Et nos in Christo resy credimus: hoc est, animo adhæremus Christo vt redemptori, & promissioni eius: hæc voluntas abrenunciat Satanae & eius affectis, & iam viuunt Deo. Et id est quod dicit: Vt iustificemur ex fide Christi: Hoc est, Illa fides viuã, quæ donum Dei est, ne quis gloriatur, Ephes. 2. cap. vim habet & energiã expellendi veterem Adamum, & cõferendi vitam nouam in Christo: quem induimus, quoties hac fide viuã Christum amplexamur. Hæc neque lex, neque eius ceremoniæ vnquã concesserunt. Vanum ergo, & prorsus inutile fuerit, Legem commendare, ad hanc iustificationem consequendam.

5 *Quod si quærentes.* Paulus argumentum sumit ab impossibili, & ab his, quæ concedere esset absurdum. Videtur itaque hunc in modum dicere, Si nos per Christum iustificatos ducimus, adhuc quærentes legem, tanquam nobis necessariam: sequitur, nos per Christum iustificatos, relinqui adhuc peccatores, & legis debitores: tanquam iustificandi per aliud quàm per Christum, scilicet per legem. Quod si ducimus adhuc legem vsui, & necessariã esse, iam Christus non iustificauit nos, sed peccatores tãtum fecit, vt per legem iustificemur. Quod

Iustificatio
nostrã.

maximè est absurdum. Propterea dicit: Absit, quæ particula horrentis est. Nam qui credit in filium, habet vitam æternam. Et, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quid igitur mihi lege est opus?

6 *Si enim quæ destruxi* Docui legem inanem & extinctam esse, ab illa non quærendam iustificationem. Si hanc legem re-ædificarem: hoc est, legem seruandam, & nondum impletam docerem, præuaricatore me constituerem, seu facerem me à Christo alienum, in quo meam habui iustificationem. Aut si legem, quam abrogatam declaravi, iterum instauro, præuaricator sum. Destruxi, quia Euangelium venit, & annunciat tibi remissionem peccatorum per Christum, qui legi satisfecit ita ut queri non possit, quod illi quicquam debeatur. quod sit, ut eam abrogauerit, peccatum & mortem destruxit. In hunc ergo credamus, ut liberi simus à maledictione legis, à tyrannide peccati, & mortis, erimus iusti, & consequemur vitam æternam.

7 *Ego enim per legem.* Mortuus cum Christo, qui omnia quæ sunt legis & prophetarum consummauit, mortuus est legi, peccato, & Diabolo, seu ab illis est absolutus, & conuiuificatus est cum Christo, legem spiritalem & gratiæ accipiens: quam qui amplexatur, iam illi sordent Sabbathata, Neomeniæ, Dies festi Iudaici, Victimæ, typica curiositas, fabulæ Iudaicæ, & interminatæ Genealogiæ. Cùm mortua sit lex Mosaica, soluti sumus ab illa, cui Christus pro nobis, qui illam adimplere nõ poteramus, satisfecit, & adimpleuit. Quid ergo Lex queri potest quum nihil illi debeamus, & planè illi sit satisfactum? Hunc tropum latius Roman. 6. profequitur Apostolus, ubi describit, mulierem viuam solui à lege mariti mortui. Viuere legi, est esse sub lege, & dominio eius: ut ad Roman. 7. Lex in homine dominatur, quantum tempore viuit: sicut seruus quandiu non redimitur, domino suo viuit per legem seruututis, & ius gétium. Mori legi, est liberum fieri à lege: sicut debitor quispiam, quum mortuus fuerit, liber est ab exactore suo. Ita dum per fidei gratiam facta est in nobis noua creatura, mortui sumus carni, & peccato, & mortui sumus cum Christo, & conuiuificati viuimus Deo. De his copiosè disputatur à Paulo, eodem verborum tropo, Mortuos peccato, Viuos iustitiæ appellans. Roman. 6. & 8. Cùm ergo dicit: Ego per legem mortuus sum legi: suauiissima, & consolatio nis ple-

Viuere legi.

Mori legi.

nissima phrasi, pro suo more, opponit legem legi: sicut & alibi in scripturis, peccatum peccato, mortem morti, captiuitatem captiuitati, altare altari, agnum agno, pascha paschati. Roma. 8. de peccato damnauit peccatum. Ephe 4. Captiuum duxit captiuitatem. Osee. 13. Mors ero mors tua. Sic hoc loco dicit se per legem mortuum legi: quasi dicat, Lex Mosi vi detur accusare & damnare me. Sed habeo aliam legem, quæ est gratia & libertas: Hæc me mortuum reddit illi legi Mosaicæ, ita ut nihil illi debeam, nihilque vitæ ex ea aut accipiam, aut sentiam. Sic mors occidit mortem. Hæc autem mors occidit mortem, est ipsa vita.

8 *Vt Deo viuam, Christo confixus sum.* Vt à peccato & morte hac spiritali resurgam viuificatus, moriedum est cum Christo, & crucifigenda est caro, cum suis vitiis & concupiscètiis. Hæc cùm abnego propter Christum crucifigo, & adhæreo Christo. Dices: Quo pacto viuis, cùm modò te mortuum dices? Respondet: Lex quidem vel viuentem me sustulit: Christus verò, etsi mortuum me exceperit, vitæ reddidit spiritali: Quia cum eo sum baptismi gratiæ cruci affixus. Aduerte Christi mirabilia. Mortuum viuificat, & per mortem vitam restituit, 1. Petr. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Credens ego in Christum, cõcrucifigor Christo per fidem viuam, ut mihi peccatû, diabolus, & mors, (quæ in Christo, dum mortem pateretur crucifixa sunt) nõ autem in me (qui pro genere humano non morior, sed Christus mortuus est, & resurrexit, vi uens ad dextram patris) mortua sint & crucifixa.

9 *Viuo autem iam nou ego.* Quod dixi me mortuum legi, & Christo cõcrucifixum: non dico hoc, quasi iam non viuam: imò viuo, quia ista morte & crucifixione qua morior, viuificor. Hoc est, cùm per gratiam Christi liberor à lege, peccato, & morte, verè viuo. Itaq; illa crucifixio & mors qua crucifigor & morior legi, peccato, & omnibus malis, est mihi resurrectio & vita. Christus enim crucifigit diabolum, occidit mortem, peccatum damnat, & ligat legem. Cùm ergo per charitatem Christo adhæreo, mihi lex surda est, & ego illi: ligata, mortua, & crucifixa est, & ego illi. Ad hunc modum dicæ de peccato, diabolo, & eius affectis, quibus per gratiam Christi mortuus sum.

10 *Viuo verò in me Christus.* Nihil in me geritur, quod nõ sit

pro illius arbitrio gestum : quinimò tanquam Dominus ille præpotens in me omnia peragit. Aut, non est in me Iustitia, quæ ex lege est, qua præuaricator effectus sum : sed Iustitia Dei, id est, quæ mihi ex Deo est, non ex me. Propterea dixit, non iam ego, id est, non ex substantia & persona mea est mea vita, sed ex Christo, qui in me uiuit. Ergo ad præsentiam Christi euanescent lex & peccatum.

11 *Quod autem nunc uiuo.* Nolim existimetis, cum auditis dicentem, Viuere Deo: quòd Christianam uitam oporteat esse extra carnem, & quandiu in hoc corpore mortales & moribundi uiuimus, nos nõ posse uiuere Deo. Hæc uita qua Deo uiuo, tametsi sit in carne, hoc est, in me, qui adhuc mortalis uiuo: non tamen est ex carne, & concupiscētis: sed est & cõsistit in fide filij Dei, seu in amore illo interno, quo ego totus cogitabundus, amplexor beneficiũ mortis & resurrectionis Christi, obediens mandatis eius & sponsæ. Non ergo insurgant hæretici, & ex hoc loco non accipiant occasionem dicendi: Vitam christianam esse extra carnem, & in religione Angelorum, aut in mirabilibus supra se ambulando: quasi uerò non possimus, hanc uitam christianam ducere, quandiu in hoc mundo spiramus.

12 *Qui dilexit me.* Paulus charitate accensus, quod cõstitis erat commune proprium facit, quemadmodũ & prophetæ, cum diceret, Deus Deus meus. Simul etiam patefacit, haud fecus debere singulos Deo gratias agere, ac si pro priuata duntaxat eorum salute mortem obierit.

13 *Non abiicio gratiam Dei.* Si ad meam iustificationem legis obseruatio sufficiebat, Christus frustra est mortuus: neque opus erat è cœlo in mūdum veniret, moriturus pro nobis: sed non abiicio gratiam Dei, quam apprehendo tanquã me iustificantem: Atque si nemo tam demens est, ut dicat Christum gratis esse mortuum, non cõtingit salus ex obseruatione legis Mosaicæ, sed ex Christo. Hucusque contra Petrum est loquutus Paulus, ait Hieronymus, nunc ad Galatas reuertitur.

CONCILIATIO.

SPECIMEN pugnantia habere videntur hi loci, alter in hoc capite, Viuo iam non ego, uiuit uerò in me Christus: alter Roma. 7. Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Respondendum cum Augustino parte 7. lib. 6. contra

contra Iulianum Pelagianũ cap. 11. fol. 774. d. Spiritus semper aduersus carnem, & caro aduersus spiritum. Cognoscamus, ait, uerba pugnantium, si pugnamus. Hoc enim modo non uiuimus, sed uiuit Christus in nobis, si & ad pugnam contra concupiscētiã exercendã, & ad uictoriam usque ad consumptionem eorũdem hostium capeffendam, in illo fidimus, non in nobis. Ipse quippe factus est nobis sapiētia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodũ scriptum est: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Non est ergo contrarium, sicut putas: ut qui dicit. Nõ ego iam, uiuit uerò in me Christus: dicat etiam, Scio quia nõ habitat in me, hoc est in carne mea, bonũ. In quantum quippe in illo uiuit Christus, intantum expugnat & superat, quod non habet bonum in eius carne, sed malum, Neque enim rectè cuiusquã spiritus concupisceret aduersus carnem suam, nisi habitaret in illo spiritus Christi.

ADVERSANTVR inuicem quæ hic ait Paulus. Quòd autem nũc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei. & ad Ro. 8. Qui autẽ in carne sũnt, deo placere non possunt. Aliud est, in carne esse: & in carne uiuere. Qui enim in carne sũnt, deo placere non possunt. Vnde ad bene uiuentes dicitur Roma. 8. Vos autem non estis in carne. Hæc Hieronymus. Esse in carne, quandoque est uiuere, siue hac aura uitali frui: & hoc nihil uitij in se habet, ad Heb. 5. Qui in diebus carnis suæ preces, &c. Interdum modum uiuendi in concupiscētiis exprimit: ut est locus ille, Qui in carne sũnt, deo placere non possunt. Quem locũ sequentibus explicat Paulus, dicens: Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.

DICTIO.

CURSUS tropo Hebraico significat Christi prædicationem, Psal. 67. & 147. Velociter currit sermo eius. Vnde Paulus hoc loco suum officium, seu munus prædicandi, cursum uocat. Et uulgare est in scriptura, opus prædicationis euangeliæ uocari cursum 2. ad Timo. 4. Bonum certamen certauit, cursum consummaui. Hinc uerbi præcones, Pedes Christi uocantur, quòd per illos ad hominum notitiam ambulet Christus. Accipitur pro cõuersari, seu uiuere: quia uita credentiũ nihil aliud est, quàm cursus quidã: ut 1. Corinth. 9. An nescitis quòd qui in stadio currũt, omnes quidẽ currũt. ad He. 12.

Christum in nobis uiuere.

Esse & uiuere in carne, non idem.

Cursus.

Pedes Christi dicuntur Apostoli.

Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorem Iesum Christum. Psal. 58. Sine iniquitate cucurri & direxi. id est, vixi cum eis absque dolo, & recte predicavi. & Ephc. 4. 1. Pet. 2. & ad Galatas 5. Currebatis bene, id est, Ducebatis bonam, id est, Christianam vitam. Quare Currere, est festinare, ardere in fide & charitate. Psal. 18. Exultavit ut gygas ad currendam viam. & I. Corinth. 10. Sic currite, ut comprehendatis.

Cephas.

Cephale.

Veritas Evangelij.

TRITVM, & vulgare est, quod Cephe, authore Hieronymo, Hebraum, imò Syrum, idem sit quod Petrus, seu Petra Græcè: Saxum vel Soliditas Latinè. Cephale κεφαλή Græcū, caput significat, non Cephe Syrum.

VERITAS Evangelij, hoc loco, non pro ipsa sententia euangelij: sed pro vero usu euangelij accipi videtur. Quia euangelium semper verum est, vsus autem eius simulatione non raro subuertitur.

~~Fragmenta 61 in Disputatione 1. h. 10.~~
CAPVT III.



Insensati Galatæ, quis vos fascinauit, non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus? Hoc solū à vobis volo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stultis estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne ut cōsummamini? Tāta pasci estis sine causa? si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? sicut scriptum est: Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide

Gene. 15. b
Roma. 4. a
Iaco. 2. d

Insensati, Stulti.
Proscriptus est, proscriptus fuit, vel ante fuit depictus.
In vobis, Inter vos.
Auditu, vel predicatio-
ne.
Sine causa, Frustra & infra.

Prouidens. de sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidēs autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, pronunciauit Abrahæ Quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fili Abraham. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quod autē in lege nemo iustificatur apud deum manifestum est: Quia iustus ex fide viuit. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea homo, viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus, (quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno) ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

i O insensati Galatæ. Hæc epistola ostendit, & manifestat, Paulum multo, & pio zelo ductum erga Galatas, modò exhortatur, statim obiurgat, blanditur aliquando, suadet, repetit, nihil non tentat, pro apostolica consuetudine. Cùm viderit illos lege, & non fide, sanctitatē quæsiuissē, insensatos vocat, illos pulsans (ait Hieronymus) à regionis suæ proprietate: sicut ad Titum, Cretenses mendaces, & alias gentes aliis vitiis notat. Aut insensatos vocat: quia relictis sanctioribus, & maioribus, ad elemēta, & minora redeunt: quasi ducantur à pædagogo, & repuerascere videantur. Quod manifestat verbum, Fascinauit. Pueris enim, & ætati paruulæ (ait Hieronymus) fascinū nocet. Est autē fascinare, aspectu malefico lædere: vt in Vergilio, Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Hoc vtrū verū sit, nec ne, deo viderit. ait Hieronimus.

Abrahæ
Genes. 12. a
Ecclesi. 44. d

Maledicti.
Deut. 27. d

Abac. 2. a
Rom. 1. b
Leui. 18. a

Christus liberat de maledicto.
Deut. 21.

Insensati Galatæ.

Fascinio.

ronymus. Quia potest fieri, ut huic peccato Dæmones feruiant. Aquibusdā hic morbus vulgō dicitur, *le mal de vauldoiserie*: quo videntur infantes tabescere, macrescere, ac miserè torqueri: aliquādo incessanter clamare, ac flere. Cui morbo nescio, quibus literis, & superstitionibus tentant occurrere. Creditum est enim ab inuidis illis & maleficis vetulis, si cui formosulum infantulum matri inuideant, talia fieri. Vnde & verbum Græcum huic correspondens, non tantum fascino, sed & inuidere quoque significat, auctore & interprete Hieronymo. Ita & Galatæ cum essent in Christo quasi modò geniti infantes, & fœliciter crescerent: à pseudapostolis fascinoantibus sunt læsi, & ad legis macredinem, imò miseriam tabescentes reducti. Nam quemadmodum diros figit in infantem oculos, donec noceat: ita pestilens doctor figit oculum suum nequam, id est sapientiam suam impiam, in simplices animas, donec in eis meram & germanam intelligentiam corruptat. Queris, An Apostolus hoc loco credendus sit approbare, Fascinum esse aliquid? Beatus Hieronymus putat, beatum Paulum fuisse ex sermone triiij, & opinione vulgi loquutum: nō quòd fascinum esse scierit. Quo modo & nōnulla alia ex gentiliū fabulis in scriptura assumi videntur: vt vallis Titanorum 2. Reg. 23. Syrenæ, & Onocetauri, Esa. 34. Arcturus, Oriō, Pleiades, Iob 9. cap. & c. his similia: quæ vtique vocabula gentiliū fabularum & causas & origines habēt. Dicit potest, maleficas illas, opera dæmonū Deo permitte, verè infantulis nocere posse, in pœnam infidelium & in probationem fidelium: cum & multa alia, vt euidēs est experientia, noceant tam corporibus hominum, quàm pecorum, & huiusmodi. Cauendū maximè ab huiusmodi muliercularum maleficarū & consilio, & opera, quibus non aliter, quàm fratræ dæmonis pacto, vtuntur.

Proscriptus.

2 *Ante quorum oculos.* Quem proscriptū hoc est (ait Hieronymus) nō modò apostolorū predicationibus, sed etiā Prophetarum scripturis, antè dictis & scriptis, didicistis, & cognouistis: miror quomodo ab illo deficientes, iterum legem & seruitutē acceperitis. Imò in vobis crucifixus est, hoc est, ignominiose à vobis tractatus est. Aut, vt Ambrosio placet, Proscriptus, id est, eictus, damnatus, & exul factus à vobis, qui opera legis amplexamini. More iurisperitorum de proscriptione loquitur. Beatus Augustinus non Proscriptus, sed Præscriptus

Præscriptus legit. Et sicut possessio amittitur per alterius præscriptionē, ita Christus amiserit Galatas hac præscriptione, qua occupati fuerunt à pseudapostolis. Quidā interpretantur Præscriptum, id est, antepositum: veluti in tabula quadā, & pictura depictum ob oculos, vt manifestissimè cognoscerent. Et tamen nunc fascinoati, & illusi eum non agnoscuunt. Atque solent qui incantamenti & præstigijs capti sunt, etiā quæ ob oculos ponuntur, non videre.

3 *Ex auditu fidei.* Id est, ex fidei obedientia, aut ex sermone qui auditur: vt sit Auditus fidei, id quod verbū fidei auditū, per quam ex gentibus crediderant. Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Sic Esaia 53. Domine quis credidit auditui nostro? Et Abac. 3. Domine audiui auditionē tuam, & timui. Frequens est hic tropus scripturæ, Hier. 49. Abdia 1. Auditum audiui à Domino.

Auditus fidei.

4 *Nunc carne consummami.* Qui scripturas iuxta literam sequitur, carne consummatur. Certum est, Galatas dictos consummari, quòd, opera legis, & iustitiam relicta quaerent. Quod ex fide non est, caro est: atque quod operatore fidei spiritu fit, spiritale est.

Carne consummari.

5 *Tanta passi estis sine causa.* Perseuerat reuocare Galatas à legis obseruatione, argumento à damno, & facultate perditione petito. Considerate quid incommodi vobis afferat reditus vester ad legem. Maximam fecistis iacturam, & sine fructu & laude tulistis hæc tenes carceres, contumelias, & bonorum direptiones propter Christum (in quo sanctè viuebatis) si fides in Christum iustificare non potest, nisi ad circumcissionis subsidia recurratis. Si ergo legi debetur Iustitia, nulum fructum cōsequemini ex opprobriis quæ propter Christum ab Ethnicis tolerastis. Frustraneus & vanus fuit pius ille vester labor, si nunc ad legē defeceritis. Correctione quadam mitigat duram illam obiurgationem his verbis, Si tamē sine causa. Quasi dicat, Nō omnino abieci spē de vobis. Est vobis resumenda spes, respicite. Aut, Si tamen sine causa: ac si diceret, Sed absit, vt frustra pertuleritis illa: absit, vt aliunde petatis iustitiam, quàm à Christo, cuius causa etiam vitam vestram maxima cum laude & fructu amplissimo toties coniecistis in discrimen. Obserua: ea est immensa Dei bonitas, vt nolit perdas gratiam peccato amissam, si à peccato resur-

A peccato resurgēs redit ad pristinā gratiam.

gis, & ad pristinam fidem, & ad antiquum mandatorum Dei studium redieris.

Tribuere. 6 *Qui ergo tribuit.* Tribuit, id est, administrat, ait Hieronymus. Presentis temporis, est legendum, ut ostendatur, per singulas horas, atque momenta, semper dignis Spiritum sanctum ministrari: & quantum quis in opere & amore profecerit, tantum magis Spiritus sancti in se habere virtutes dignoscatur. hæc ille. Prius solum spiritum acceptum opposuit, nunc illos fortissimè stringens, adducit operationes virtutum, hoc est, miracula, quæ non poterat asserere sese operatos prius ex operibus legis, sed solum ex recepto spiritu sancto.

Operationes virtutum.

Abrahæ fides.

7 *Sicut scriptum est.* Hactenus Paulus argumentatus est ab experientia, nunc ab exemplo Abrahæ reuocat Galatas à lege. Hoc exemplum & argumentum latè prosequitur Ro. 4. Credit Abrahâ Deo, exiens de patria sua in terram quâ nesciebat: Saram nonagenariam, & sterilem, confidens esse parituram: & audita repromissione Dei, quod in Isaac vocaretur semen eius, ipsum Isaac offerens victimam: in omnibus his non hæsitauit diffidentia. Huic fides reputata est ad iustitiam, & iustificatus est non ex lege, nondum enim erat: sed fide illa formata, qua Deo viuatur. Quare sapienter à Propheta dictum est. Iustus ex fide viuatur. Non dixit, Ex lege: sed fide.

8 *Cognoscite ergo.* Occupatio est: Recedamus, aiunt, à generis propinquitate Abrahæ, si à lege defecerimus: volumus certè fieri Abrahæ filij, in cuius semine oportet omnes saluos fieri. Longè aliter res habet, ait Paulus: Cum Fides videlicet Abrahæ potius filios reddat, quàm cognatio. Quod fit, ut patet Credentium, non legis, & ceremoniarum dicatur. Tum ante legem multi eius filij erant: ergo non designantur filij Abrahæ per Legem, sed per Fidem & imitationem, qua patrem credentes referant.

Scriptura pro spiritu in illa.

9 *Prouidens autem scriptura.* Non hic scripturam intelligit membranas illas, & atramentum, quæ nihil præcognoscunt: sed Spiritum sanctum, qui in litera latet: hoc est, Spiritus in scriptura longè antè videns: seu, hic spiritus multis post seculis futura prædixit, quod gentes non sint iustificandæ lege, sed benedictione seminis Abrahæ.

10 *In te benedicentur omnes gentes.* In te, id est, in semine tuo, qui est Christus, benedicentur omnes gentes. Puderet certè dicere in Isaac, aut Iacob, & cæteris patriarchis de stirpe Abrahæ

brahæ, benedictas omnes gentes, imò ne in ipso quidè Abraham, sed in Christo Abrahæ & Dauidis filio. Multi ante Abraham fidem habuisse & credidisse creduntur. Sed ob egregiam & singularem Abrahæ fidem in Deum, primus in Deum credidisse narratur, & fidelis passim in scripturis nuncupatur. Dixit enim Deus Abrahæ Gene. 15. Aspice in cælum, & numera stellas, si poteris dinumerare eas. Et ait illi, Sic erit semen tuum. Et credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Ergo tamen de carne Abrahæ, neque simus, neque descendimus nos, si credimus in semen Abrahæ, hoc est Christum, filij Abrahæ designamur, & promissionis filij sumus.

Abraham cur primus in Deum credidisse narratur.

11 *Igitur qui ex fide.* Cum Abraham neque lege, neque circumscriptione, sed viua fide iustificatus est, & benedictionem percepit: necesse est quod nunc simili & eadem fide, benedictionem & iustificationem consequamur.

Filij Abrahæ.

12 *Quicumque enim ex operibus.* Docuit Paulus fide nos consequutos esse gratiam, & benedictionem, cum fidei Abraham: Ergo qui operibus legis nituntur, non benedictionem, sed maledictionem consequuntur. Sub maledicto sunt, qui ex operibus legis constant: propter tantam præceptorum congeriem transgressores constituebantur. Erat enim lex mirum in modum difficilis, dicente Petro Act. 15. Quid tentatis imponere iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Ergo qui illis innititur, sub maledictione est. Ab hac maledictione liberauit nos Christus, factus maledictum & peccatum, id est hostia, pro maledicto & peccato, satisfaciens legi, ita ut conquiri amplius non possit. Quare à maledicto liberati per Christum, nihil legi debemus. Est ergo quærendum, quod à iustificatore statutum est, ut benedictionem & iustificationem consequamur: id certè est Fides formata & obseruatio mandatorum in Christum. Ephes. 1. Credentes signati estis Spiritu promissionis sancto. Ioan. 3. Ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Ioannis 5. Qui credit in me, habet vitam æternam. Theophylactus hunc in modum interpretatur: Paulus legem adstruit peccati causam esse, & maledicti. Nemo enim, inquit, facere potest, quæ sunt in lege conscripta. Qui verò ea non fecerit, execrationi erit obnoxius. Fidei viuæ ergo, &

non legis erit officium, benedictionem hanc impartiri.
 13 *Maledictus omnis.* Quasi diceret, Nullus hominū hanc faciet, quæ scripta sunt: ideo omnes erunt maledicti, egētes redēptore Christo. Sub maledicto esse: id est, maledicto obnoxii esse, quia legē non perficit. In lege. id est, per legis opera.
 14 *Vincti in illis.* Quia legis trāsgressores, mortis damnabatur: quam non incurrerant, qui legis præcepta seruarent. Nō de hac vita loquitur scriptura, sed spiritali, cū dicit, Iustus ex fide uiuit. Cū dicitur Lex non est fides: id est, non est fides: aut, vt August. ait. Legem hic posuit pro operibus legis.

Christus dicitur maledictus ex peccatu, quomodo intelligitur.

15 *Factus pro nobis maledictum.* Tropus est: Christus dici, & fieri uoluit pro nobis tum maledictum, tum peccatum: non quod aliquid dignum maledicto, & peccato admiserit: sed quod nostram in se maledictionem, & nostra in se portauit peccata: vt est 2. Corinth. 5. Eum qui nō nouerit peccatum, pro nobis fecit peccatum, vt iustitia Dei efficeremur in ipso: hoc est quod hic ait, vt benedictio Abraham, fieret in Gentibus in Christo Iesu: id est, vt per Christum, Gentes benedictionem sibi in Abrahamo promissam perciperēt. Vt & nos promissum Spiritum sanctum accipiamus per fidem, operantem per charitatem. Obseruabis ex his Pauli tropis.

Pro nobis factus Maledictum,	In eo benediceremur.
Mortuus pro nobis,	In eo uiueremus.
Factus est pro nobis peccatum,	Essemus iustitia Dei in illo.
Factus est p nobis Cōfusus,	Nos Gloria fieremus in illo.
Fixit cruci chirographum delicti.	Essem⁹ a delicto & debito absoluti.
Descendit ad inferos,	Nos ascenderemus ad cœlum.
Factus est p nobis Stultitia,	(Nos Sapiaentia fieremus.
Se exinaniuit,	In nobis abundaret plenitudo diuinitatis.
Formam serui accepit,	Domini è seruis fieremus.
Ille pependit in ligno,	Peccatum, quod commiseramus in ligno scientiæ boni & mali, ligno appensus deleret.
Omnia pro nobis factus,	Omnia fieremus in illo.

Hebr. 9. d Fratres¹ (secundum hominem dico) *ta-* *Secūdū ho-*
 men hominis confirmatum testamentū² *more loquor.*
 nemo spernit, aut superordinat. Abrahamæ *Spernit, re-*
 dictæ *diat.*

dictæ sunt promissiones, & semini eius. *Semē Abrahæ Christus.*
 Non dicit, seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno. Et semini tuo³, qui est Christus. Hoc autem dico⁴, testamentum cō-

Confirmatum, antè cōprobatur.
 Ad euacuādam, vt abroget.

firmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionē. Nam si ex lege hæreditas, iam nō ex promissione. Abrahamæ autem per re-promissionem⁶ donauit Deus. Quid igitur lex⁷? *Lex.*

In manu, in virtute et potestate Christi.

propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris⁸. Mediator autem vnus non est, Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus⁹ promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura¹⁰ omnia sub peccato, vt promissio ex fide¹¹ Iesu Christi, daretur credentibus. Prius autē quàm veniret fides, sub lege custodiebamur¹² conclusi, in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus¹³ noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædago-go. Omnes enim¹⁴ filij Dei estis per fidē, quæ est in Christo Iesu. Quicumque enim¹⁵ in Christo baptizati estis, Christū induistis. Non est Iudæus¹⁶, neque Græcus: non est seruus, neq; liber: non est masculus, neq; foemina: Omnes enim vos¹⁷ vnus estis in Christo Iesu. Si autem vos

Christi¹⁸, ergo semen Abrahamæ estis, secundum promissionem hæredes.

Secundū hominē loqui.

1 *Fratres, secundum hominem.* Quos prius in sensatos dixerat, nunc fratres appellat. Secundū hominē dicitur id est, sum vobis nunc humanum aliquid exemplar allaturus. Huiusmodi similitudines plurimum conferunt in discendo Christo.

2 *Tamē hominis testamentū.* Si iustificaremur ex lege, & in ea nostrā quæreremus iustitiā, superordinaretur aliquid testamento Dei, & promissioni. quæ antelege facta est ipsi Abrahamæ. Gene. 21. Quæ etiam iureiurando confirmata est, Gene. 23. Per memetipsum iuravi, dicit dominus: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Cū igitur hominis testamentum nemo infirmare possit, nec illi quippiam adicere: multo minus testamentum hoc, id est, promissio Abrahamæ facta, irritari potest, & antiquari, aut illi quippiam adici. Lex ergo quæ ccccxxx. annis post testamentum datum & confirmatum data est, non irritam faciet promissionem: hoc est, promissam per Christum benedictionem. In omni testamento est testator, & cui fit testamentum, est ipsum testamentum, est res quæ testatur, seu legatur: Ita hic, Deus est testator, ipse enim promittit, & legat; Abraham & semen eius sunt, quibus fit testatio, vt hæredibus Dei testatoris: Testamentū, est ipsa promissio, Gene. 21. Et, 17. Res testata est ipsa hereditas: id est, Gratia, & Iustitia fidei, scilicet Benedictio Gentium in semine Abrahamæ. Ex his apertissimum est, cū sufficiat gratia, & testamentum Dei firmum est, iustitiā legis non esse quærendam. Obiter dixerim. Promissiones Dei Abrahamæ dictas, de Christo benedictore futuro omnium gentium, appellat testamentum: ideo promissio est testamentum nondum reuelatum, sed adhuc obſignatum. Testamentum autem non est lex, sed donatio. Hæredes enim non legis exactionem, aut grauamē aliquod, sed hereditatem ex testamento expectant.

Testamento nihil super ordinandum.

3 *In semine tuo.* Id est, in Christo, ne Iudæi se esse iactarēt, in quibus gentes benedicerētur. Vnum semen, nō multa semina dicit, vt vnitas populi Dei designetur, ad sectas prohibēdas.

4 *Hoc autem dico.* Id est, quod intendebam, quod animo concipiebam, edico, & meipsum explico.

5 *Quæ post quadringentos.* Supputandi in hoc loco anni (ait Hieronymus) ab eo tempore, quo dominus ad Abrahamā loquutus

quutus est, dicens, Et in semine tuo benedicentur omnes gentes, vsque ad legislatorem Moysen: vtrum quadringenti triginta sint: vel quomodo in Genesi ipsi Abrahamæ dominus polliceatur, quod post quadringentos annos de terra seruitutis filij eius exituri sint, non parua res est, & à multis quæſta, nescio an ab aliquo sit inuēta. Hactenus ille, Quam hic numerus à Paulo dictus, rectè cōsentiat cū narratione Geneseos, acutè diuus Augustinus lib. de ciuitate Dei 16. cap. 24. differit. Potest supputatio hæc in hunc modū enarrari: Abraham 1100. anno egressus est de terra sua, Genes. 11. Centenarius autem genuit Isaac. Genes. 17. Putasne cētenario nascetur filius? (sic habes 1100. annos) Isaac sexagenarius genuit Iacob & Esau, Genes. 21. (signa 1100. annos) Iacob nonagenarius genuit Ioseph (scribitur 1100. annos) vt ex Genesi per multa capita colligitur. Ioseph vixit 1100. annos, Genes. ultimo. Post hunc durauit seruitus Ægypti 1100. annos, vt Ioannes Annius ex Philone dicit, tūc Moyses natus, cuius anno 1100. annos exierunt filij Israël. Igitur à 1100. anno Abrahamæ ad 1100. annum Moysi sunt 1100. annos.

6 *Abrahamæ per re-promissionem.* Repromissionem, quæ ex liberali animo, & gratia procedit, operibus legis Mosaicæ frequenter Paulus opponit. Qui hoc loco, sicut & aliis scripturæ locis promissiones vocat testamentum, quo satis obscure mortem Christi denotat. Nam Hebræo. 9. Testamentum in mortuis confirmatur. Ergo Dei testamentum, seu promissiones, non prius confirmatæ sunt, quàm Deus moreretur, doctori Paulo eodem loco. Idcirco noui testamenti mediator est, vt morte intercedente repromissionem accipiant. Facile ex hoc loco agnoscere possumus, promissiones donari à Deo, non lege, sed morte Christi. Quem Abraham in promissione sibi à Deo facta cognouit, & gauisus est.

7 *Quid igitur lex?* Hoc est, Quid pderat lex, si benedictionem non conferebat? In custodia, non autem in subuersione repromissionis data est, & vt ita dicam (ait Hieronymus) in carcerem data est: vt quia per arbitrij libertate noluerant innocentes expectare promissum, legalibus vinculis præpediti, & in seruitutem mandatorū redacti, custodirentur in aduentum futuræ in Christo fidei, quæ finem repromissionis afferret. Quapropter nō existimes, scripturā esse causam peccati, sed quæ ostendit, & arguit peccatū: quod nō aufert, quin po-

25

60

90

110

65

80

430

Promissio.

Christi mors

promissionū

seu testamēti

confirmatio.

Lex in custo-

diam data.

tius per eam occasione augeri contingit. Lex ergo propter transgressionem posita est: hoc est, coërcet peccata & transgressionem. Coërcio non est iustificatio, sed prohibitio, ne peccem, & offensio iniustitiæ. Quemadmodum furenti & indomitæ bestię iniicitur vinculum, ne sæuiat in quęq; sibi obuia: ita lex insanum, & furentem hominem coërcet, ne pro libidine peccet. Intellectus, & vsus legis est, coërcere impios. Ideo Deus ordinauit magistratus, parentes, præceptores, leges, vincula, & ordinationes ciuiles, vt malorum manus impediatur & reuinciant, ne sæuiant. Est & vsus legis theologicus siue spiritualis, qui est (vt Paulus ait) augere transgressionem: hoc est, reuelare homini suum peccatum, cæcitatē, miseriam, impietatem, ignorantiam, & huiusmodi.

8 *In manu mediatoris.* Modico, breuique sermone ardua mysteria in memoriam reducit, per occultam antithesim opponens legi Euangelium: & hoc illi præferens. Ad legis promulgationē (vt hoc loco ait Paulus, & Stephanus Act. 7.) Angelorum ministerio, & puro homine est vsus: At Euangelium nobis annūciatum per Iesum, Deum & hominem: Hebræorum 1. cap. Multo ergo excellentius est Euangelium, Lege. Præterea, ait Paulus, Lex ordinata est in manu, id est virtute, & potestate mediatoris, id est Christi, qui solus est legis perfectio, qui eam impleuit, & solus illi satisfecit. At ne de Moyse intelligamus: manum mediatoris, potentiam, & virtutē Christi (vt tradit diuus Hieronymus) intelligere debemus. Mediator vnus non est, sed duorum: vt puta & offensus, & offendens. Quia vox mediatoris propriè significat eum, qui mediatorem agit inter offensum & offendentē. Nos sumus offensus, Deus cum lege sua est offensus. Deus naturā vnus est, à seipso dissidere non potest. Quia ergo Deus sanctus est, & nos profani sumus: & lex sancta est, & bona: nos verò corrupti, & sub peccatum venditi sumus: apertissimum est, ex lege declaratrice dissidium esse inter deum & homines. Vnde cum in monte Sina daretur lex, non potuerunt Israëlitarum audire legem, aut Deum Moyse loquentē, mediatoris opem implorabant, Moses pro tempore datus est: nõ quod verus esset mediator, sed quod typum veri mediatoris gereret. Nā æquum est mediatorem inter Deum & homines, vtriusque naturæ esse participem, vtriusque partibus appositū & coæquale. Talis nõ erat Moses: ergo nec idoneus, nec verus mediator.

Sed

Sed cum Deus vnus sit, & natura Dei indiuisa: nõ est mediator cõstitutus, nisi ipse Deus ille vnicus, hominem in dueret. Deus ergo factus homo, vtriusque naturæ participes est: quia Deus, & quia verus homo, serui formam induit, & similis nobis factus absque peccato. Est ergo idoneus mediator Christus Iesus, qui interposuit sese mediator ē inter diuersissimos, & dissimilissimos, & illos cõciliauit. Quomodo? Deleuit (vt Paulus ad Colof. 2. ait) quod aduersus nos erat chirographū quod per decreta, id est legem aduersabatur nobis, & sustulit illud ē medio, affixum cruci, expoliatōsq; principatus ac potestates ostentauit palam, triumphas de illis per semetipsum. Et ad Ephes. 2. Nūc autem in Christo *res v* vos qui aliquando eratis longē, facti estis propē in sanguine Christi: ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium partem maceræ soluens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans: vt duos cõdat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso. Ideo non est vnus mediator, sed duorum maxime inter se discordantium. Mediatore, qui nos Deo reconciliet, est opus: hoc non potest lex. Non ergo mediatorem Christum reiiciatis, sed hūc suscipite, cuius gratiā salui estis, & nõ lege. Atque agnoscamus nos aded peccatores esse, vt legi nõ posse facere satis, intrepidè fateamur. Lex in manu nostra nõ erat posita, vt illā impleveremus, sed in futuri Christi veri mediatoris eā impleturi. Quare non vt iustificaret posita & addita est, sed vt manum mediatoris requireret. Hieronymus ordinem sermonis confusum ad hunc restituit modum: Lex posita est per Angelos in manu mediatoris, propter transgressionem ordinata per Angelos, donec veniret semē, cui reprobissimum erat.

9 *Lex ergo aduersus promissa.* Si lex benedictionem adferret, & iustificaret, aduersaretur promissioni, & testamento Dei, qui promissit, Quod in semine Abraham benedicerentur omnes gentes, & non in lege, seu per legem. Promissio benedictionis non innititur legi, sed veritati promittentis: ergo lex non est aduersus promissa Dei, sed pro promissis Dei. Ostendit enim, neminem iustificari per eam, imò potius peccatum augeri occasione accepta.

10 *Sed conclusit scriptura.* Quemadmodum iudex non est au-

thor sceleris, vinciendo homines nequam, & pessimos: sed concludit eos, & nocentes sententię suę autoritate pronūciat: ita lex vinxit, & concludit omnes sub peccato, & sua autoritate declarat nos reos mortis, ob id indigemus gratia. Et quę admodum à iudice conclusos, & cōdemnatos Princeps absoluit, si vult: ita & à lege conclusos, & peccatores pronūciatos, princeps pacis Iesus absoluit. Vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitiōē veritatis venire. 1. Timoth. 2. Hanc eandem sententiam Apostolus scripsit Roma. 3. Conclufit Deus omnes sub peccato, vt omnium miseretur, & subditus fiat mundus Deo. Quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo, propterea audacter causatur eodem capite, Iudæos & Gręcos sub peccato esse. Sed Augustinus illud Prouerborum vltimo tractans, de spiritu & litera nono, Lex & clementia in lingua eius: pręclarissimę dicit, Propterea de Sapientia scriptum est: quod iegerat legem & clementiam in lingua: legem, vt reos faciat superbos: & clementiam, vt iustificet humiliatos. Rogabis: Vbi scriptura concludit omnia sub peccato? Primum in ipsis promissionibus de Christo, Gen. 3. Semen mulieris conteret caput serpentis. Et Genes. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Vbi ubi ergo in scripturis est promissio de Christo patribus facta, ibi promittitur benedictio, hoc est iustitia, salus, & vita eterna. Ergo per contrarium ostenditur eos, qui benedicendi sunt, subiectos esse maledictioni, hoc est peccato, & æternę damnationi: alioqui quid opus esset promittere benedictionem?

11 *Vt promissio ex fide.* Docuit scripturam omnia conclusisse sub peccato. Rogabis: Num in æternum? Respondet Paulus, Nō: sed donec daretur promissio. Rogabis: quę est illa promissio? Est certę hęreditas illa, seu benedictio promissa Abrahę: hoc est, liberatio à lege, peccato, morte, & diabolo. Et donatio gratię, iustitię, salutis, & vitę æternę proponitur. Quibus? credentibus. In quem? In Iesum Christum, qui est semen benedictum, quod credentes, & in mādatis ambulantes à maledictō redemit, vt acciperent benedictionem.

12 *Sub lege custodiebamur.* Lex ipsa erat quidā carcer, in quo clausi erant Iudęi, ne vagarentur, transgressione offendētes. Sed Christus ab illo Iudęos liberauit, frangens, & aperiens carcerem morte sua. Mortuus enim est propter delicta no-

gra

stra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Tenebatur, inquam, conclusi in eam fidem: id est, vsque ad fidem futuram, seu in hoc, vt fide futura liberarentur. Quę fides reuelanda erat. per Christum. Priusquam veniret fides, hoc est, Christus & Euangelium.

13 *Itaque lex pädagogus.* Pädagogus à Puerō & ago nomen habet. Cū is non sit pater, alienum ducit puerum, ab eo recessurus, quum ad legitimum hęreditatis capiendę tempus ille aduenerit. Paruulo interim assignatur, vt lasciuens refrænretur ætas, & pronus in vitia animus retineatur, dum tenera studiis eruditur infantia, & ad maiores philosophię ac regiendę reipublicę disciplinas, metu pænę coercita, preparatur. ita & lex Moyfi populo lasciuenti ad instar pädagogi seuerioris appōita est, vt custodiret illum, & futurę fidei prepararet. Quę postquam venit, & credidimus in Christum, iam non sumus sub pädagogo: Tutor à nobis curatorque discendūt, & legitimum ætatis tempus ineuntes veri Dei filij nominamur, cui nos generat non lex abolita, sed mater fides, quę est in Christo IESU. Caue in hunc modum cōtextum acciperis: Lex pädagogus noster fuit in Christo, quasi viuētibus in Christo lex pädagogus noster sit. Sed sic accipiro: sicut pueri sunt sub pädagogo ad hęreditatē, id est, quoad hęreditatem pertingant: ita lex est noster pädagogus in Christo, id est ad Christum, id est, vt per legē acti & exerciti ad Christum, ad fidem, ad hęreditatem quærendam & suspirandam paremur. Et hoc indicat sequētia, vt ex fide iustificemur. Lex reuera ad gratiam preparat, dum reuelat peccatū, & humiliat superbos ad Christum desiderandum, in quo solo iustificamur.

14 *Omnes enim filij Dei estis.* Qui fide formata accedunt ad Christum, moriūtur cum Christo, & simul resurgūt: hoc est, effectus oblationis Christi operatur in tali credente, imō locum crucis Christi tenet fiducia illa, cuius vis à Christo est, condonante illi peccatum. Quod fit, vt nō modō à peccato sit absolutus, sed & resurrectionis beneficium consequatur: hoc est, remissum est peccatum, & gratia ac iustificatio illi conceditur: non ergo est carnis, sed Dei filius. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

Pädagogus.

~~Itaque lex pädagogus~~
~~Itaque lex pädagogus~~
~~Itaque lex pädagogus~~

Baptismus 15 *Quicumque enim in Christo.* Baptismus est loco passionis Christi, qui loco nostro, seu pro nobis mortuus est. Qui ergo baptizantur, cum Christo mori dicuntur, simul & cum illo resurgere. Quare virtus satisfactionis pro peccato, illos induens, & superuectiens, reddit Christo assimilēs. Fit igitur ut cum ille sit Dei filius, & hi hoc vestimento superuecti & induti, sint filij Dei. Sed ille naturā, hi verò gratiā & adoptione. Eodem tropo Paulus est vsus Roma. 13. Et Ephē. 4. Christum induere instar vestimenti est. Quemadmodū enim corporis maculam vestis operit, & hac detracta apparet macula: ita & Christo in nobis, & operiente nos, non solum nō apparent sordes, sed etiam tolluntur peccata & maculæ. Sed Christo per peccatum ablato, apparemus pānus menstruatæ, & maculis pleni.

Simile.

16 *Non est Iudæus quisquam.* Vna est fides, quam diuersæ personæ amplexatæ, vnum sunt in fide. Quare apud Deum nulla personarum discretio, nisi morū & vitæ, ut vnius fidei homines, meritis distinguantur, non personis. Fit igitur, ut non dicaris iustus, quia Rex, aut Princeps, aut legis Mosaicæ obseruator, aut Græcus, aut Latinus: sed quia in Christum credens Christum induisti.

Hominum distinctio non personā, sed fide & merito.

17 *Omnes enim vos vnum.* Necessitas huius vitæ corporeæ, facit necesse sit in diuersas personas seiuncti simus, ut alius Princeps, alius Mercator, & huiusmodi. Tamen sicut multis membris conflatur vnum corpus sub vno capite: ita & multi vna fide coniuncti, vnum sumus corpus sub Christo capite nostro, à quo solo pendemus omnes.

18 *Si ergo vos Christi.* Quia per baptismum & fidem charitati annexam, Christum induimus: & suprā ostensum est, Christum esse semen Abrahæ, cui factæ sunt promissiones: Nos ergo in Christo sumus semen Abrahæ, & hæredes designati in Christo, Christus hæres est, & caput est nostrū: nos verò sumus membra & vnum corpus: quī fieri poterit, separemur à capite? Quomodo ergo sumus vnum cum illo, & per Christum, & in Christo facta est hæreditatis promissio, sit ut in illo hæredes non secundum carnem, sed secundum promissionem simus. Frustra ergo queruntur hæreditas in lege & eius obseruantia.

Abrahæ semen nos sumus in Christo.

CONCILIATIO.

CUM hīc Paulus dicat, fidem non esse nisi ex auditu: quomodo

modo qui surdi sunt, possunt fieri Christiani? Quando Ro. 10. dicit: Quomodo audient sine prædicatōe? Quomodo credent quem non audierunt? Et ut habet illic gradatio Apostoli, Primū est mitti, deinde prædicari, tum audire, tum credere, tum inuocare, & sic salutem cōsequi. Reuera verbo Dei (ait Hieronymus) nihil est surdum, & ad eas loquitur aures, de quibus & ipse ait in Euangelio Luc. 8. Qui habet aures audiendi, audiat. Apoc. 2. Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Esaia 6. Dominus addidit mihi auriculā. Iste est alius homo, cui Deus loquitur in occulto, qui clamat in aure credentis, Abba pater. Et sicut corpus omnia membra & sensus habet, ita anima vniuersos sensus & membra habet, & inter cætera aures etiam, quas qui habuerit, non magno opere indigebit iis auribus corporis ad Christi Euangelium cognoscendum. hæc ex Hieronymo.

PAVLVS allegans, & producens veteris instrumenti testimonium, Maledictus omnis qui pēdet in ligno: aliter atq; illic legitur pronunciat. Fit igitur pugnantia quædam anasam detrahendi Paulino honori præbeat. Mihi videntur, ait Hieronymus, aut veteres Hebræorum libri aliter habuisse, quàm nunc habent: Aut Apostolum sensum scripturarū posuisse, non verba. Curauit Paulus frequentius sensum ipsum nobis explicare, quàm propria verba recitare.

DICTIO.

OCVLVS tropo sacrae scripturæ, ut Luca 11, doctrinam, cognitionē, etiam ipsum doctorem significat: ut Iob 33. Oculus fui cæco. Et, Si oculus scandalizat te, &c. Hi sunt, quos scriptura dolosos, illusores, mentium quæ deceptores vocat, Psal. 11. & Prouerb. 3.

Oculus.

FASCINARE dicuntur Latinis, qui aspectu malefico lædunt. Verbum Græcum, quo hīc vsus est Paulus, significat & inuidere: ut intelligas, inuidia motos quosdā, voluisse eos ad seruitutem legis reuocare. Diuus Hieronymus cōtra Iouinianum legit & vertit, Impediuit. Hinc Fascinus, & fascinum penultima correp. & fascinatio, pro maleficio.

Fascinare.

BENEDICTIO interior, est gratia & iustitia in Spiritu sancto: hæc promissa est Abrahæ in Christo. Maledictio interior, est peccatū & iniquitas, ut Psal. 118. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Et Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Hieremię 18. Maledictus qui facit opus Domini

**Benedictio.
Maledictio.**

fraudulenter. Benedictio exterior, est abundantia rerum corporaliu: hæc propria fuit veteris legis. Maledictio exterior est penuria, vt Malach. 3. Et in penuria vos maledicti estis. Sic Christus maledixit ficui, & exaruit: sic Helisus filios Bethel, 4. Regum 2. Nemo igitur absurdum duxerit, quum Christum dicimus esse maledictum, maledictione externa, qui tulit pœnam maledictionis nostræ internæ: simul benedictum, benedictione interna, vt Psal. 108. Maledicent illi, tu vero benedices.

Proscribo.

PROSCRIBO hoc loco est relegare, damnare: hinc Proscriptio quæ erat apud Romanos damnationis genus, quam Græci Prographen nominant. Item Proscribere est aliquid per scripturam venale exponere, vt proscribere domum.

Pædagogus.

PÆDAGOGVS penultima producta, puerorum ductor, siue custos, à puero, & ago dictus. hinc Pædagogium apud Iureconsultos dicitur seruitium, atque mancipium.

Emerere.

Redimere.

EMERERE & redimere differunt. Qui emit, alienum emit: qui autem redimit, id emit propriè, quod suum fuit, & suum esse desinit. Redemit ergo nos Christus de maledictio legis, quod peccantibus constitutum est, quos ipse increpat per prophetam Efa. 50. cap. dicens. Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Et apostolus hoc ipsum replicat Rom. 7. dicens, Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

Blanditiis Paulus Galatas ad Christum
reuocat. CAP. IIII.

Hæres paruulus.



Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit Dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, vsque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos, cum essemus paruuli, sub elemētis mundi eramus seruiuentes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum mulierem, factum sub lege: vt eos qui sub lege

Elementa mundi.

Venit plenitudo, vel impletum fuit tempus.

Vt adoptio lege erant, redimeret, vt adoptionem⁷ filiorum recipere. Quoniã autem⁸ estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra, clamantem⁹, Abba pater. Itaque iam non est seruus¹⁰, sed filius. Quod si filius, & hæres per Deum. Sed tunc quidem¹¹ ignorantes Deum, iis, qui natura non sunt Dij, seruebatis. Nunc autem cum cognoueritis Deum, imò cogniti¹² sitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elemēta, quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis¹³, & menses, & tempora, & annos. Timeo vos¹⁴ ne forte sine causa laborauerim in vobis. Estote sicut ego¹⁵, quia & ego sicut vos: fratres, obsecro vos. Nihil me læsistis.

Adoptari in filios Dei per Christum. Spiritus sanctus.

Hæres per Deum. Hæres dei per Christum.

Imò, Magis autem.

Denuo, Rursum ab initio.

Vos, ne forte, &c. De vobis ne frustra.

Cognosci à Deo.

1 Dico autem. Interpretaturus Paulus quæ dixit, hoc modo loquendi frequens vitur, Dico autem: ac si diceret, Quod dico tale est. Totus hic æstuat & ardet Paulus de libertate Christiana, de vsu legis, & eius abrogatione explicationem facturus, non sine tamè validissimis argumētis munitus prodit & descendit in arenam, eisdemque sumptis ab experientia, ab exemplo Abrahamæ, à testimoniis scripture, à tempore & similitudinibus: vt nihil non tentatum & excussum in iustificationis negotio relinquat: sed omnibus apertissimum sit, quod fide viuam In Iesum Christum iustificamur.

2 vsque ad præfinitum tempus. Diem explicare vult præscriptum, ad quem ius alicuius durat, vltra quem non licet agere, Tale est ius tutorum. Tutores & Actores possunt & prophetæ dici, quorum verbis quotidie in aduentum saluatoris erudiebatur, ait Hiero. Legitimum tempus sicut Romanis legibus viginti quinque annorum spatio terminatur: ita ad humani generis perfectionem, Christi reputatur aduentus. Statim vt ille venerit, & omnes in virum perfectum creuerimus, Pædagogus à nobis & tutor discedunt.

Tutores & actores prophetæ dicti.

3 Sub elemētis mundi. Non putauerim elemēta hæc, sicut nec

Litera.

ad Colof. 2. ignem, aërem, aquam, & terram dici: sed accipit pro ipsis literis legis, quibus lex Moyfi constat. hæc 2. Corinth. 3. Literam vocat, vt iam planè intelligas, frequèti tropo elementa à Paulo scripturâ vel legem scriptam vocari: idque facit per quandam Tapinosim, seu humiliationè, vt extenuet gloriam & opinionem iustitiæ, & operû legis: vt quæ neque iustitiâ, neque spiritû ipsam conferant: sed velut exordia data sunt hominibus rudibus adhuc, & nondum capacibus Euangelicæ doctrinæ. Mundi dicit, id est, de his quæ in mundo sunt, vt de operibus carnalibus.

Tēporis plenitudo.

4. *At vbi venit plenitudo.* Plenitudinè temporis vocat præfinitum tempus à patre, quo benedictio Abrahæ in semine suo Christo impleteretur. Seu, in Christo reuelâta erat per orbem benedictio, & manifestandus Christus, quem veterum expectabant patres, & nos venisse fatemur: in quo & illi & nos benedicamur oportet.

Christus factus ex muliere.

5. *Factum ex muliere.* Roma. 1. cap. Dixit, qui factus est ei ex femine Dauid secundum carnem: idem est quod & hoc loco dicitur, ostendens promissum Dauid impletum esse: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Cùm dicit, Factum ex muliere: non solum carneam naturam ex muliere sumptam, sed etiam sine virili semine ex purissimo virginis sanguine, significat. Mulier non corruptionis, sed sexus nomen est. Commendatur ab Apostolo diuina dignatio, quæ eò descenderit, vt non modò ex natura humana: sed & ex infirmiore sexu nasci voluerit. Debilia enim elegit vt fortia quæque confundat. Est fatendum beatam Mariam mulierem & matrem esse, quæ in partu, ante & post partum virgo permansit. Quare cum cæteri ex viro & muliere nasci dicantur, satis indicat miraculum Paulus dicens. Factum ex muliere, Mariam esse matrem, mulierem, virginem, & filium ex virgine natum.

Mulier sexus nomen.

Virgo maria mulier & mater.

Christus factus sub lege.

6. *Factum sub lege.* Quemadmodum Christus factus est peccatum, vt peccata nostra deleteret, & maledictio, vt de maledictione legis alios eximeret: ita factus est sub lege, sed subditus legi, volens, vt nos de subiectione legis redimeret. Aut pœnas à lege innocenter tulit, vt ab illis nos illarum reos eximeret, & efficremur filij adoptiui: statumque adoptionis recipientes, seruitutem ipsam exueremus, & essemus liberi, seu liberæ, & non ancillæ filij. Erant quidè Iudæi hæredes,

redes, cum sub lege erant, velut pueri pupilli sub pædagogò. Sed aduentante Christo legato ad redimendum eos de seruitute legis, receperunt statum adoptionis. Hæc adoptio erat illa Abrahæ promissâ hæreditas. Filius nimirum in hæreditatem succedit. Reciperemus, dixit, vt ostenderet cœlitus hanc nobis esse adiudicatam.

7. *Vt adoptionem.* Filius Dei factus homo est, & volens legi subditus, cū tamen Dominus legis fuerit: vt adoptionem, id est, filiationem diuinâ, siue benedictionem illâ seminis, hoc est, filiationem illam, & hæreditatè vitæ æternæ reciperemus. Aut vt nos adoptaret in filios: hoc est, vt ius illud, siue priuilegium quo gaudent filij, nobis impetraret. Nascimur filij iræ, at per gratiam in locum & dignitatem filiorum assumpti sumus.

1. *Quoniam autem.* Occupatio est, Rogabis fortasse: Vnde cognoscemus, Deum nos in filios adoptasse? Hoc primum iam dixi (ait) cū Christum induisti, qui & filius dei est. Credens enim in Christum, vnum cum illo efficeris: & factus illi similis, ex deo nasceris, & eius filius verè nuncuparis, tanta est domini dignatio, qui te ex filio iræ filium deitatis faciat. Hoc idem manifestat. Quia spiritum dei accipimus, qui in cordibus nostris diuinitus attractis, nos deum, patrem appellare docet. Quod fieri non potest, nisi in filios dei adoptati fuerimus. Quare vel natura ipsa docet, vt cū filij simus, & hæredes, non rei inanis, sed dei patris nostri: idque per deum, hoc est, per Christum dei naturalem.

9. *Clamantem Abba.* Id est clamare facientem. Abba (ait Hieronymus) Hebraicum est, id ipsum significans quod & pater. Et hanc consuetudinem in pluribus locis scriptura conseruat: vt Hebraicum verbum cum interpretatione sua ponat. Aduerte quòd Clamor non tam pro exaltatione vocis sumitur, quàm pro toto animo & vehementi desiderio in deū: etiâ si vox nulla præcesserit: sicut dominus ad Moysen, nihil antea loquutum, ait Exod. 14. Quid clamas ad me? cui ferè addi solet respondendi verbum pro exaudiri. Ionæ 2. Clamaui in tribulatione mea ad dominum, & respondit mihi: id est, exaudiuit. Hunc clamorem Roman. 8. vocat Gemitum inenarrabilem: hic clamor spiritus longissimè suspirat, & perumpit clamores fortissimos, ac horribiles legis, peccati & diaboli. Penetrat nubes & cœlum, ac pertingit vsque aures Dei.

Vnde cognoscimus nos si de per chari te operante à deo adoptatos.

Abba.

Clamor.

10 *Itaque iam non est seruus, sed filius.* Hoc veluti Epiphonema, & conclusio est. Cum res ita habeat, quod per euangelium Spiritum acceperimus, per quem & cuius impulsu clamamus, Abba pater: tum certo definitum est in caelo, quod non est amplius seruus, sed mera libertas, adoptio, & filiatio. Quis parit eam? Iste clamor. Quomodo? Pater Deus offert mihi sua promissione & misericordia, gratia & paternitatem. Reliquum est, ut ego accipiam. Hoc fit, cum clamo & assentior corde filiali isti voci Pater. Ibi conueniunt pater promittens, & vocans me filium per Christum factum sub lege, &c. Et contrahuntur sponsalia sine legis apparatu, sine meo opere procedente hanc vocationem, non tamen sine me consentiente, & adherente illi clamori. Sed hunc motum voluntatis meae praecedit gratia Christi, cui totum debetur, ut salutis meae auctori. Quod si filius sum, ergo & haeres dei per Christum: hoc est, salus & aeterna hereditas contingit mihi per gratia Christi, & non nisi dei gratia, vestitum meum opus. Huius filiationis testimonium est, quod spiritus sanctus clamat, seu clamare facit in cordibus nostris, Pater. Quo fit, ut ex spiritu in cordibus nostris habitante dicamus non sine tuta conscientia, Pater noster qui es in caelis, Sanctificetur nomen tuum, &c.

11 *Sed tunc quidem.* Hunc sermonem dirigit in eos qui ex gentibus credidissent, a minori arguens: Si cum Solem & Lunam deos falsos venerabimini, deum verum ignorantes, non conuertebamini ad infirma, & egena elementa: hoc est, ad ceremonias legis, & dierum obseruationes: quomodo nunc, qui Christianismum recepistis, deum quem cognoueritis, & maiores facti estis, quam antea: vultis redire ad ea quae prorsus vobis sunt inutilia? His certe multa ingratitude videmini notati. Recordemini quam foeda idololatria diis immundis serueritis, & nunc misericordia dei, ad veri dei cultum vocati sitis. Pudeat ergo vos tantae ingritudinis, cum a vero deo receditis, qui est tantis malis in tanta bona vos vocauit. Cum dicit, Egena, & infirma elementa, Graecos philosophos ferit, qui elementis tribuunt vitam. Sed quam hoc sit ridiculum, omnes ad vnum norunt hodie, cum sensu careant: siue ignem & aerem per elementa intellexeris, siue Legem. Praeterea nihil virum habent ad aeterna illa bona, nobis proposita, conferenda.

12 *Imo cogniti.* Cauendum, tribuamus nobis, tanquam a nobis

bis cognoscamus Deum: sed eam scientiam misericordiae eius ascribamus. Cognouit eos Deus (ait August.) ut cognoscerent Deum. Aut, cognitos a deo dicit, id est, susceptos. Deus non vult, neque aliter cognoscitur, nisi per Christum, iuxta illud Ioan. 1. Filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Is semen Abraham promissum, in quod fundauit deus omnes suas promissiones. Quare solus Christus medium, & ut ita dicam, speculum est, per quod videmus Deum, hoc est cognoscimus eius voluntatem. Videmus & apprehendimus in Christo deum nobis propitium & clementissimum patrem. Dicamus ergo ad hunc sensum, Cogniti estis a Deo: Id est, visitati estis per verbum, donati estis fide & Spiritu sancto, quo renouati estis.

13 *Dies obseruatis.* Eos culpatur (ait Augustinus) qui dicunt, Non proficiscar, quia Luna sic fertur: aut quia xiens domum, obuius factus sum vetulae: aut, non plantabo hoc anno vineam, quia bissextus est. Non autem quisquam sapiens arbitratur, obseruatores temporum reprehendendos, qui dicunt, Non proficiscar hodie, quia tempestas est ex orta: aut, Tempus seminandi est, quod imbribus autumnalibus terra satiata est: vel si qui forte alij naturales effectus, circa motum aeris & humoris ad varias temporum qualitates in siderum ordinatissima consideratione notati sunt: de quibus dictum est cum conderentur, Gen. 1. cap. Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Beatus Hieronymus simpliciter & recte, de Iudaeorum ritu haec intelligit. Dies, inquit, ut Sabbati, & Neomeniae: Menses autem, primum & septimum mensem: Tempora, quibus ter veniebant in Hierusalem per singulos annos: Annos autem, septimum remissionis, & quinquagesimum, quem illi Iubilaeum vocant, Nos vero non Iudaeorum, sed alios obseruamus dies, Natiuitatis Christi, Resurrectionis, Pentecostes, item virginis Mariae, & Martyrum, ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo. Illi suis festis Christum venturum nunciabant, quem nostris iam venisse significamus. Praeterea potissimum obseruamus huiusmodi ferias, ut conseruetur ministerium verbi, ut populus conueniat certis diebus & temporibus, ad audiendum verbum, ut Christum & sanctos in Christo imitetur, & eosdem oret ac veneretur, ut discat cognoscere Deum, ut communionem utatur, ut oret publice pro omnibus necessitatibus, ut deo pro acceptis beneficiis gratias agat, ut Christi crucem in sacrosanta

missa meditetur, in qua Christum presentem adoret. Credo institutam esse à patribus festorum obseruationem præcipue propter hanc causam.

*Pauli lachry-
mæ.*

14 *Timeo vos.* Hæc verba lachrymas Pauli spirare videtur. O Galatæ, etsi vestrum malum non fatis vos mouer, misere-
mini saltem mei, condoletè mihi, qui in vobis me perdidisse timeo, non rem, non famam, non honorem, nec solum ver-
bum aut opus, sed vniuersum laborem. Hieronymus ait, Ti-
meo vos, posuit pro eo quod est, Timeo de vobis, quasi di-
cat: Timeo vos perituros esse in æternum, & ita frustra om-
nia in vobis operatus sum, & inaniter laboraui. Sine causa la-
borat magister, cū ad maiora prouocat discipulos, & illi re-
tro lapsi, ad minora & humilia reuoluuntur.

15 *Estote sicut ego.* Ego aliquando zelo ductus in verba magistræ legis iuraueram, cæremoniariarum feruens zelator, quæ omnia propter Christum negligo. Estote ergo mei imi-
tatores. His verbis, vt bonus & diligens pater, præcedentium asperitatè mollit & lenit. Arguerat enim illos infensatos, ci-
tò, translatos, ad elementa mundi conuersos, carne consum-
matus, fascinatus, crucifixum in eis Christū, neglectam & cō-
temptam ab eis gratiam, irritū testamentum Dei ab eis factū, seruos ex filiis factos: & vt vno verbo dicā, se frustra omnia fecisse, & laborè vniuersum perdidisse. Nolim, inquit, existi-
metis, me hæc odio vestri pronūciasse: sed pro paterna soli-
citudine, ne vos amitterem filios, vera vobis dixi. Nolite me inimicum vestrum arbitrari. Excepistis me aliquando vt an-
gelū Dei, nihil me læsistis. quo igitur argumento ductus, ini-
micus vobis essem? Estote sicut & ego, ego quidem non sum læsus à vobis, non exasperastis me, ita rursus nolite à me lædi & exasperari: sed commune malū vtrinque deploremus. Meū malū est, quòd vos reciditis. Ideo non à vobis offensus sum, sed à malo iam meo: ita vos nolite offendi mea increpatione, sed vestro malo potius. Quādo ego vestro hoc malo nō secus afficio, ac si meum esset: ita vt iam verè cū infirmis in-
firmer, cum flentibus fleam, omnibusque omnia factus sum, vt vos Christo lucrificarem: Ita rursus peto, vt mihi quoque timenti, ne frustra laborarim, affimilemini, & cum timente ti-
meatis, cum dolente perditum esse laborem, doleatis: vt si ve-
stro malo nō mouemini, meo moueamini: vt sic ad vestrum quoque perueniatis malum deplorandum.

Scitis

Scitis autem quòd per infirmitatem
Iāpridem, carnis euangelizauī vobis iampridem: &
prim. tentationem vestram² in carne mea non
Tērationē spreuistis, neque respuistis, sed sicut ange-
vestram, vel lūm Dei accepistis me, sicut Christum Ie-
experimentū sum. Vbi est ergo³ beatitudo vestra? Te-
mei quod e- rat in carne.
rat in carne. stimonium enim⁴ perhibeo vobis, quia
Vbi est, quæ si fieri posset, oculos vestros eruissetis, &
est. dedissetis mihi. Ergo inimicus⁵ vobis fa-
ctus sum, verum dicens vobis? Aemulan-

Aemulatur,
ambiant.

Aemulami-
ni, vel bonū
est amulari.

tur vos⁶ non bene: sed excludere vos vo-
lunt, vt illos æmulemini. Bonum autem
lunt, vt illos æmulemini. Bonum autem
ni, vel bonū æmulamini in bono semper, & non tan-
tūm cum præsens sum apud vos. Filioli
est amulari. mei⁷, quos iterum parturio, donec for-
metur Christus in vobis. Vellem autem
esse⁸ apud vos modò, & mutare vocem
meam: quoniam confundor⁹ in vobis.

Cōfundor,
consilij inops
vel pplexus
sum.
Legistis, au-
ditis.

Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legē
non legistis¹⁰? Scriptum est enim, Quo-
niam Abraham¹¹ duos filios¹² habuit: vnum
de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de
ancilla, secundum carnem natus est: qui
autem de libera, per repromissionē: quæ
sunt per allegoriā dicta¹². Hæc enim sunt

In monte,
monte.

Qui est,
quæ est.
Cōiunctus,
confinis.

duo testamenta. Vnum quidem in mon-
te Sina, in seruitutem generans¹³, quæ est
Agar (Sina enim mons¹⁴ est in Arabia,
qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hie-
rusalem) & seruit cum filiis suis. Illa au-
tem¹⁵ quæ sursum est Hierusalem, libera
est: quæ est mater nostra¹⁶. Scriptum est

Filioli Pauli,
Galatæ.

Gene. 6. d
Abrahæ
duo filij.
Gene. 21. 6

Agar.
Sina.
Hierusalem.

Esaiæ 54. 4
Luc. 23. 4

enim: Lætare sterilis, quæ non paris, erûpe & clama, quæ non parturis. quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres secundum

Isaac.
Roma 9. b
Carnalis spiritalis persequitur.
Gene. 21. 4

Isaac promissionis filij sumus. Sed quæ admodum tunc, is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium

eius: non enim hæres erit¹⁷ filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ¹⁸ filij, sed liberæ: qua liberata¹⁹ Christus nos liberavit.

Qua libertate, state.
Finitis huius capitis cū sequenti iungitur

1 *Scitis autem quia per infirmitatem.* Suspiciatur Hieronymus, Apostolum quo primùm venit ad Galatas, ægrotasse, & aliqua corpusculi infirmitate detentum, nõ cessasse quo minus Euangelium cœptum prædicaret. Nam tradunt eum grauissimum capitis dolorem sepe perpassum: & huc esse angelum Satanae, qui appositus ei sit, vt eum colaphizaret in carne. Putauerim infirmitatem carnis hoc loco à Paulo intelligi corporales afflictiones, quibus assidue afflictabatur, ob persequentes aduersarios. Dicitur in hunc modum, Per infirmitatē carnis, supple, vestrae, euangelizauit vobis, quatenus ferre poteratis. Quia non poteratis sacramenta ferre maiora, prædicauit vobis quasi paruulis, & me ipsum infirmum esse simulavi, vt vos infirmos lucrifacerem.

Tentatio Pauli.

2 *Tentationem vestram.* Tentatio Galatarū erat, quòd Paulus humilis, abiectus, & malis humanis obnoxius erat, Christum crucifixum prædicans, & multa quæ mundo abiecta essent, Tamen immortalitatē pollicebatur. Græcis legitur pro vestram *αυτων*, id est, meam, vocantes tentationem contumelias, persequutiones, & huiusmodi, quæ à Iudeis maximè & à Græcis pro verbo Christi ferebat Paulus in carne sua, hoc est, coram hominibus. Nam in spiritu semper triumphabat eum Deus: vt 2. Corinth. 2. cap. dicitur. Aut dici potest tentatio Galatarum, vt qui illorum timore à verbo Christi

Christi auerterentur. Sed Galatæ victores huius tentationis, magno honore exceperunt Paulum, summa scilicet reuerentia, quem aduersarij summa cõtumelia affectum, vt omnium pessimum, quærebant ad mortem.

3 *Vbi est ergo.* Timens Paulus, ne ex dura illa obiurgatione qua vocauit Galatas insensatos & fascinosos, Pseudopostoli ansam acciperent calūniandi, & malitiosè interpretandi hæc quæ scribit, lenit, mitigatq; durum illum sermonem, pellicies suauiloquētia, & verborum lenitate Galatarum animos. Cauendum erat ab impostura illorum. Quid enim non audent huiusmodi Antichristi præambulones? Genius harum viperarum est, quòd verba ex pio & candido corde profecta criminentur, versutè & insidiosè detorqueant profus in contrarium sensum, quàm dicta sunt. Non miror, si horum artificium summos etiam rhetores superet: agunt enim à spiritu maligno, qui ita dementat eos, vt Satanica virulētia accensi in pios, eorum verba & scripta non possint non malitiosè interpretari. Quodam ergo melle & blanditijs preuenit, ne à pseudopostolis peruertatur, quorū verba & technæ ad hunc fortassis modum disponderentur. Paulus, aiunt, tractat vos inhumaniter, vocans insensatos, fascinosos, inobedientes veritati: quod certum est signum, eū non quærere salutem vestram, sed habere vos pro dānatis & reiectis à Christo. Huius ergo doctrinam ne recipere quidem debetis. Vbi beatitudo vestra, qua vos beatos arbitrans antè laudabam? Inòd qua prædicabamini ab omnibus? Fidem Christi, in qua beatificabantur, exostulans & exprobrans. Beatitudinem enim dicunt fidem illorum, per quam in spe beati erant. Aut verecundia obseruatur Apostolica, quasi diceret, Vbi nunc est vestra illa in me reuerentia & obseruantia? Maluit verecundè eorum beatitudini, quàm suæ gloriæ tribuere.

4 *Testimonium enim perhibeo.* Exaggeratio est benevolentia & beneficentiæ Galatarum erga ipsum. Vnde ita recidit (inquit Paulus) vt me hostem suspicemini, quem tati fecistis, vt me vel oculis vestris redemissetis? Excolit Galatas supra omnem modum.

5 *Ergo inimicus vobis.* Rationem indicat, cur sic blandiatur Galatis. Nihil mihi argumēto esse potest, quòd me oderitis, nisi quia vos corruptos coarguens vera prædixi: & veri curretoris officio functus, odium mihi peperit. Obseruandum ex

Doctores
functio.

hoc loco, pulcherrimum veritatis docendæ exemplum. Sic infigendum est vulnus, vt scias mitigare, & sanare, aliquâdo durè & asperè tractare, modò benignitatis non obliuiscaris. Hunc in modum Deus fulgura in pluuiam fecit, & tristes nubes atrumq; cœlum in fructiferos imbres resoluit. Communi parcemia dici solet, Innoxiam esse tempestatem fulgurû, quæ pluuiam mista fuerit: formidabilem autem & noxiam, quæ sicca & sola. Neque enim verbum Dei in perpetuum irasci, neque in æternum comminari, nisi obstinatis, debet.

6 *Emulâtur vos non bene.* Occupatio est. Aiût illi: Existimauimus hætenus, non ita sibi sapiendum, vt præceptore non vtantur, qui de diuinis edoceri volunt: Ob id factum est, vt pio studio, & bona (vt dicitur) intentione, nostram salutem querentes, quos dicis, ô Paule, pseudapostolos audiuerimus. Imò ne arrogantia argueremur, illis obediuimus. Respondet Paulus, hos zelum habere, sed non bonum: Sub prætextu enim amoris & studij erga vos, hoc agunt, vt vos pertrahant in seruitutem legis Moisaicæ. Quia volunt vos excludere à libertate Christi, & abducere à fide ad legem. vt semper sub pædago viuentes, nunquam hereditatè cõsequamini. Quòd si dixeritis, Neque sibi placendum, neque credendum esse, sed alios imitandos. Respondeo, præstandam operam imitationi in re bona semper, & nunquam mala, non tantû cum præsens fuero, sed etiam absens, vt potius rei honeste, quàm mei causa imitari videamini.

7 *Filioli mei.* Tam vehemens est Pauli charitas & affectus, vt penè sui oblitus, Galatas in se transformet, & se Galatam potius quàm Paulum hoc loco profiteatur, de nulla sua re, sed tantum Galatarum sollicitus. Hoc faciès, sequitur quod 1. Corint. 13. docuit: Charitas nõ quærit quæ sua sunt. Audis enim ex superioribus, vt patitur in illis, vt æstuat, vt laborat, nihil non agit illorum gratiã. Ideoque nunc iam, non quasi pater, sed vt mater loquitur in Christo: vt vtrinque anxietatem & pietatem in se parentis agnoscat. Quasi dicat: Filioli mei, en materna mea viscera torquentur: pater fui, mater factus sum, porto vos in vtero. Ad hunc modum loquitur Moyses Numer. 11. Nunquid ego in vtero accepi omnem populum istum? Formo fingoque vos, vellem vos parere & in vitam si quo modo possem. Neq; putetis satis mihi esse, quòd vos tum pepererim, tum ediderim: sed omnemouebo lapidem,

dem, & diligentissimam nauabo operam: vt laetantem infantiam sedulis nutrimentis & studiis, vsque ad plenam Christi perducat ætatem. Interim ex his obseruabis, quòd qui per peccatum quodam modo homo esse desierat, per penitentiam concipitur à magistro, & in eo rursum Christi formatio reponitur. Quò fit, vt pessimè errent Nouatiani, qui nõlunt reformari eos, quos semel peccata contriuerint. Formatur Christus in corde credentium (ait Hieronymus) cum omnia illis sacramenta panduntur, & ea quæ obscura videbatur, perspicua fiunt. Obserua: Non dixit, Donec formem Christum in vobis: sed, Formetur: vt id non suum, sed IESV Christi opus esse manifestet. Paulus enim, velut mater, gestat eos in vtero rude semen, donec Spiritus cooperatus formet eos in Christum, & sic formetur in eis Christus. Quia vita Christiani non est ipsius, sed Christi in ipso viuents, vt supra 2. capi. Viuo iam non ego, viuit verò in me Christus. Formabitur in vobis Christus, si fide formata in hunc credideritis, & ab ipso solo, non à lege & cõremonii, vitam & salutem pendere duxeritis.

8 *Vellem autem esse.* Hoc Hieronymo Paulus videtur dicere, Quia scriptura diuina, lecta quidem ædificat, sed multò magis prodest, si de literis vertatur in vocem, sicut & ad Paulinum scribit de energia vocis viuæ: Vellem (inquit) vt essem modò apud vos, ad hoc vt vocem possem mutare, nõ musica mutatione, sed theologica: hoc est, quia epistola scripta si nimium obiurgat, offendit: sin blãdior est, nõ satisfacit apud insensatos. In tam seria re, scriptura mortua est, tantum dat, quantum habet. At si præsens esset, pro varietate auditorum posset temperare sermonem: illos obiurgare, hos mitigare illos rogare, hos inprepare: & in omnem affectum, sicut opportunum esset, mutare. Legito Hieronymum in hunc locum.

9 *Quoniam confundor.* Perplexus, siue indignus sum. Paulus piissimè timens, ne vtrinque aut nimium lædat, aut minus, quàm necesse est, percutiat: & ita inter vtrinque hærens confunditur, ignarus quid faciat, nec integrum habens obiurgare, nec commendare. Quidam sic reddidit hunc textum: Quoniam confundor in vobis, hæreo, perturbor, inopsque confusum, quid vobiscum agam. Nescio enim quæ primùm verba promam (ait Hieronymus) & quo vos debeã sanare medicamine. Quia cõfundor in vobis, dubius sum animi, nescio

*Nouatiano-
rum hæresis.
Christum for-
mari in cor-
de credentis.*

quid dicturus sim de vobis. Nescio quid & quomodo vobiscum absens per literas agam. Est certè Epistola mortuus quidem nuncius, quia non potest plus dare quàm habet. Nulla epistola tam accuratè scripta est, in qua nõ aliquid desideretur. Sunt enim circumstantiæ variæ: & momenta temporis, locorum, personarum, morum, & affectuum varia sunt, quæ vix villa, imò nulla epistola exprimere potest. At viuus nuncius, & viua vox, si quid asperius, in tempestiuus, aut inconstanter atius dixerit, potest illud interpretari, mitigare, & corrigere. Quare Paulus non abs re dicit se anxium & velle esse apud Galatas, vt mutaret vocem iuxta affectum circumstantias hoc requirentes.

10 *Legem non legistis.* Cum Hebræis quinque libri Moyse, Thora, id est, lex vocentur, non ineptè Apostolus legem appellat librum Genesis, in qua si nihil aliud, certè circumcisio saltem præcipitur, præcipua Iudæorum lex, omniumque prima.

11 *Abraham duos filios.* Queritur, quomodo non & Ismael per repromissionem natus sit, de quo Genesis 16. tam multa per Angelum Domini promittitur matri suæ, antequam natus esset. Rursus 17. multo plura ad Abraham de eodè ab ipsomet Deo promittuntur, cum iam natus esset: His abudè facit satis August. lib. de ciuitate Dei 15. cap. 2. & 3. Vterque de femine Abraham: sed Ismael genuit consuetudo demonstrans naturam: Isaac verò dedit promissio, significans gratiam. Ibi humanus vsus ostenditur, hic diuinum beneficium commendatur. Natus est ergo Ismael, sicut nascitur homines vsitata lege nature, ideo dictus est secundum carnem, non quòd ista Dei beneficia non sint, aut nõ illa operetur Deus, sed vbi significandum fuerat Dei donum, quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur: sic oportuit dari filium, quem admodum nature non debebatur excursibus. Ex scripturis clarum est, quòd Ismael, non promittente Deo, sed iubente Sara, naturali virtute in adolescentia Agar conceptus est: Isaac autem de sterili, vetulæque matre, supernaturali virtute promittentis conceptus. Nam quòd Angelus ad Agar dixit, Ecce concepisti, & paries filium: certè non est promittentis concipiendum, sed prædicentis futura de iam concepto: Aut etiã præcipientis est. Ideo Isaac filius repromissionis est, tam è ex carne natus: sed non virtute carnis, quæ iam effæta, & sterili erat: sed virtute diuinæ promissionis ex Sara nonagenaria sterili

Ismael quare nõ dicitur repromissionis filius, sed Isaac. Allegoria.

sterili natus: & non sicut Ismael, qui natus est secundum carnem, id est, naturalem generationem. Ex his duabus matribus, cum duobus filiis, distinguit Paulus duo testamenta, duas leges, & duos populos. Est vetus testamentum, seu lex Moyse, in monte Sina (seu Sinai) data, quæ in seruitutem generat. Nõ enim amore liberali, sed seruili timore, Iudæi legi seruiebant. Hanc legem veterem Agar præfigurabat, & Ismael Iudæos. Sara autem libera legem Euangelicam, & Isaac Christianos, liberos per Christum à seruitute Mosaica. Quem admodum Ismael natu grandior, Isaac persequebatur: Ita & Iudæi, in cultu Dei maiores natu, Christianos persequebantur. Sed sicut iurè Ismael abiectus est ab hæreditate: ita & Iudæi, seruantes legem seruilem, & abiicientes Euangelium expulsi sunt ab hæreditate cœlesti. Nos verò Saræ liberæ, seu Ecclesiæ filij, non sequamur Ismael, sed Isaac verum hæredem, & iam dicamur liberæ filij, vt hæredes simus. Hæc hoc loco à Paulo per allegoriam dicuntur, quæ in Genesi ad literam accipienda sunt. Est que hæc allegoria efficax & proximum argumentum ad conuincendum hæreticum, nõ quia allegoria est, sed quia à Paulo dicta.

12 *Hæc enim sunt per Allegoriã.* Quam hinc Allegoriam dicit Paulus, alibi vocat Intelligentiam spiritalẽ. ad Rom. 7. Scimus enim quòd lex spiritalis est: pro eo quod est, allegorica, siue allegoricè figurata. & 1. Corinth. 10. Omnes eandem spiritualem comederunt escam, & eundem spiritalẽ biberunt potum. Bibebant autem de spiritali, sequente eos petra: Petra autem erat Christus. Hæc Hieronymus. Aduerte, quia Galatæ fideles erant, allegoricis doctrinis erudiri poterant: alioquin, vt 1. Corinth. 14. dicit, Infidelibus sunt linguæ in signũ. Infidelibus verò allegoria nihil probati potest, vt diuus Augustinus ad Vincentium docet. His vtitur Paulus, imitatus Christum, qui in Euangelio parabolis docet auditores, pro captu vniuscuiusque. Rudiores enim similitudinibus, parabolis, allegoriis, etiam cum voluptate capiuntur.

13 *In seruitutem generans.* Erat lex Moyse seruilis admodum, & illiberalis: recta enim opera terrenis bonis & mercede corruptibili compenfabat, alliciens Iudæos ad sibi parendum, magis formidine & timore, quàm amore quodam ingenuo, & liberali.

14 *Sina enim mons est.* Mons quem Iudæi appellant Sina (que Sina)

Allegoria. Intelligentia Spirituualis.

appellationem habere videtur à rubetis, & dumis) Arabes sua lingua vocant Agar: id quod præter Paulum testantur etiam Ptolemæus, & Græcorum scholia. Ad eundem modum & aliis montibus alia atque alia nomina tribuuntur apud diuersas gentes. Sic mons, quem Moses appellat Hermon, Sionius Sirion, & Amorrhæis Sanir dicitur. Cùm Paulus dicit, montem Sina coniunctum esse Hierusalem, hoc verum est, quòd continua montana sint ab Arabia Petràa vsque ad Ca des Barnea Iudææ. Dicitur ista Hierusalem quæ nunc est, nõ est Sara, sed pertinet ad Agar. Est enim in ea lex, hoc est tem plũ, cultus, ceremoniæ, & quicquid in Sina ex matre lege ordinatum est, hoc in Hierusalem geritur. Quo fit annectã eam cum Sina, & vtrãsq; complectar eodem vocabulo, scilicet Sina, seu Agar. Aut, In eam, quæ nunc est Hierusalem: hoc est, in Hierusalem seruam. Subdita enim erat tũc Romanis, & serua. Et seruit cum filiis suis seruitute ciuili Roma, & legali, sub lege data in Sina.

15 *Ille autem quæ sursum est.* Cœlestem significat patriam, de qua ad Hebr. 12. Accessistis ad ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cœlestem. Quidam intelligunt militantem Ecclesiam, quæ non carnalibus & terrenis ducitur, vt synagoga: sed spiritalibus, & supernis bonis: dicente Paulo alibi, Nostra conuersatio est in cœlis. Quæ est mater nostra, multos filios habet, tametsi longo tẽpore sterilis fuerit, & deserta ante Christi resurrectionem. Postquàm verò Apostoli clamauerunt, & Christum annunciantes in totum orbem progressi sunt, plures pepererunt: quàm habeat ritus Iudaicus, seu Synagoga, quæ habet virum, hoc est Moysen legiflatorem. magis mihi aridet posterior interpretatio.

16 *Quæ est mater nostra.* Ipsa est ecclesia, Christi sponsa, ex qua generamur omnes. Generat autem ipsa liberõs sine intermissione vsque ad finem mundi, dum exercet ministerium verbi: hoc est, dũ docet, & propagat. Sic omnes inuicem sumus patres & filij, generamur enĩ alij ex aliis. Ego ex aliis per Euangelium genitus, iã alios gigno verbo Dei, qui deinceps alios gignent. Et hæc generatio est non Agar, sed Saræ liberæ, quæ sine lege generat hæredes. Nam quòd Isaac, non Ismaël hæres est (licet vterque Abrahæ naturalis filius fuerit) habet hoc non per legem, sed per verbum promissionis. Dicitum enim est, Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisq; nomen

men eius Isaac. Quod postea bene intelligens Sara, ideo dixit, Eiice ancillã, & filium eius: quæ Paulus infrã citat. Quare sicut Isaac hæreditatem patris habet solũ ex promissione, & natiuitate, sine lege, & eius ceremoniis: ita nos per Euangelium nascimur hæredes ex Sara libera, id est, ecclesia. Ea enim docet, fouet, gestat nos in vtero, gremio, & vlnis: fingit, & perficit nos ad formam Christi, donec crescamus in virum perfectum, ætatis plenitudinis Christi Eph. 4. Ista omnia fiunt per ministerium verbi. Liberæ officium est, generare marito Deo sine fine liberos, id est, tales filios, qui fide viuam, non lege norunt se iustificari.

17 *Non enim hæres erit.* Vide & obserua quemadmodum ancillæ, non Abrahæ filium, qui hæreditate indignus sit iudicatus, dixerit. Hæc vox Saræ, Eiice ancillam & filium eius: valde molesta fuit ipsi Abrahæ, cuius viscera super filio suo Ismaël commota sunt, hoc durè accepit Abraham, dicente scriptura Genes. 21. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. At Deus Saræ sententiam confirmauit, dicens ipsi Abrahæ: Non tibi videatur asperũ super puero, & super ancilla. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen. Ergo secundum promissionem, non autem secundum legem sumus filij & hæredes.

18 *Non sumus ancillæ.* Esse filium ancillæ, est seruire legi, debere legi, esse reum legis faciendæ, peccatorem, filium iræ, filium mortis, alienum à Christo, excissum à gratia, ex ortẽ hæreditatis futuræ, vacuum benedictione promissionis, seruire carni & huiusmodi.

19 *Quæ libertate.* Non vosmetipsos à seruitute redemistis, sed Christus hoc dependit precium. Quo pacto igitur tam inconsultè agitis, volentes in seruitutem legis redire, neglecto Domino, & redemptore vestro? qui vos liberos fecit, & libertate donauit, vt iam iugo legis non ducamini?

CONCILIATIO.

Non vobis hic pugnantia facere videtur Paulus, & vtrumlibet asserere de Prophetis (ait Hieronymus hoc dissoluens) periculosum est. Aut Moyses & Prophetæ Deum cognouerunt, & sic legem non seruauerunt: aut legem non seruauerunt, & sic Deũ non cognouerunt. Hanc pugnantiam deducit Hieronymus ex hac sententia: Sed tunc ignorantes Deum, &c. Nunc autẽ cùm cognoueritis Deũ, imò cogniti sitis à Deo,

Ancilla filium esse.

&c. Respondendū, sanctos fecisse quidem ea quæ legis erāt, sed sensum legis magis sequutos esse, quàm literam.

V I D E T V R hic locus, Imò cogniti à Deo: pugnare cum eo, qui est ad Ephes. 1. Elegit nos ante mundi constitutionē: cognoscit enim omnia ab æterno. Tropus est Paulinus, vt tunc illos à Deo cognitos dicat, cum eis Deus se cognoscendum præstat. Qui modus loquendi, non aduersatur loco asserenti, Deum ab æterno omnia cognouisse.

Q U O D sancta mater Ecclesia obseruat, & Parasceuen, & Diem dominicam, & Ieiunium quadragesimæ, & Pascha festiuitatem, & Pentecostes lætitiā, & pro varietate regionū diuersa in honore Martyrum tempora constituta, videtur reprehensum à Paulo dicente, dies obseruatis, & tēpora. Respondet Hieronymus: Non eosdem Iudaicæ obseruationis dies esse, quos nostros. Nos enim non azymorum Pascha celebramus, sed resurrectionis & crucis. Nec septem iuxta morem Israēl numeramus hebdomadas in pentecoste, sed Spiritus sancti veneramur aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, vt in vnū pariter omnes veniremus: vide Hieronymum in hunc locum.

DICTIO.

V E R B V M Æmulari, quanquam frequenter idem sit quod imitari, Apostolus tamē familiarem eius habet vsū, pro inuidere, cum amore, seu alicuius amore contendere, & conuerti. Et vt plenius res aperiat, Amare dupliciter contingit: in bono, & in malo: ita & Æmulari. Diligimus enim quandoque, sed non bene: ita Æmulamur quandoque, sed nō bene. Verū vt amor est diligere bonum, odium odisse malum: ita Æmulatio seu Zelus, vtrunque inuoluens propriè est odisse malum in re amata: & quò vehementius ames, eò ardentius odias, & inuideas malum amati. Vnde intelligimus Zelum, iratum amorem, vel amorosam inuidiam. Sic Apostolus: ad Corinth. 11. Æmulor enim vos dei æmulatione. Vbi de Imitatione nō intelligitur, quia sequitur, Despōdi enim vos vni viro, &c. Timeo autem ne sensus vestri corrumpantur, &c. quasi dicat: Ita diligo castam fidem vestram, vt non possim non timere, & odisse corruptionem vestri: clarè exponens, quid sit Æmulari æmulatione Dei. Æmulatio Dei, id est, secundum Deum, est odium mali in re amata: seu amor boni, & odium

& odium mali in re amata. Sed secundum speciē & erroneè, quia nō bene, cum malum iustitiæ legis velut bonum, in Galatis quærerent statuere, iste est stultus zelus.

P R A E F I N I T V M tempus, est dies præscriptus, statutus, & præstitutus.

A L L E G O R I A, Tropus est, & figura cum aliud dicitur, aliud significatur.

G R A E C A vox elementi (videlicet Stichion) anceps est, quæ declarat interim initium ac primordium rei nascētis, interim ipsas literas, Iustinianus libros Institutorum, Elementa iuris appellat, veluti rudimenta.

S I N A, siue Sinai, mōs in deserto Arabiæ, alio nomine Oreb, vel Choreb, in quo Moyses legem & præcepta accepit à deo: & interpretatur rubus. Hieronymus ait, Qui cōfinis est Hierusalem, nō quòd mons ciuitatem attingat, sed quòd Iudæa, in qua est Hierusalé, velut medio, & Arabia deserta, in qua est Sina mons, sunt cōfines. Nā Iudæa ab Oriente habet Arabiam Petræam, & iuxta hanc ad Meridiem tangit Arabiā desertam, vt sic propter totius cōfinitatem, pars quoque parti & confinis & coniuncta dicatur. Quidam adnotat in Græcis scholiis moneri, Sinam Arabicè dici Agar.

I N F I R M I T A S carnis, tropo Paulino exprimit cōditionis vilitatem. Infirmitas enim imbecillitas est, qua Apostoli cum essent pauperes, contempti, variis deinde persecutionibus subiecti, & vt ad Corinthios dicit, nouissimi omnium secundum carnem, & coram hominibus impotentes, & nihili habebātur: Tamen sub hac infirmitate operabantur virtutes: & erant potentiores in verbo & opere, quàm totus mundus. Quare hic genitiuus, Carnis, absolutè ponitur, vt ad Roman. 1. cap. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum Carnem, &c. 1. Petri 3. Mortificatos quidem carne: viuificatos autem spiritu. Ita & hic infirmitas carnis, id est, imbecillitas quæ est secundum carnem, si virtutem non videas, quæ est in spiritu. Quod autem infirmitas significat quod dictum est ex 2. Corinth. 11. & 12. notum est, vbi omnia recens quæ gesserat, & passus fuerat, Libenter (inquit) gloriabor in infirmitatibus meis, inhabitet in me virtus Christi. Et, Virtus in infirmitate perficitur. Et, cum infirmor, potens sum.

Dies festi
Christiano-
rum.

Æmulor.

Zelus.

Zelus stultus.

Tempus præfinitum.

Allegoria.

Elementa.

Sina.

Oreb.

Choreb.

Infirmitas carnis.

Non circumcisio, sed noua creatura commendat nos Deo. CAP. V.

Act. 15. 4



State: & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersae legis faciendae. Euacuati estis ad Christum, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiae expectamus. Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium: sed fides, quae per charitatem operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Nemi nisi consenseritis. Persuasio haec non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis: Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille. Ego autem fratres si circumcisionem adhuc praedico, quid adhuc persecutione patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Utinam & abscindantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis: sed per charitatem spiritus seruite inuicem.

1. Corint. 5. b

Doctoris honesta functio

1 State. Hoc verbo State, manifestat, quam mirabundum & instabiles sint Galatae. Quare hortatur illos, ne redeant in seruitutem.

Verbum State à multis finis capitis praecedentis iungitur: In libertate igitur qua Christus nos liberavit: State. &c. nihil vobis prodest Christus.

Massam corrumpit, consersionem fermentat.

Euacuati estis, abolitum est offendiculum. Cōturbat, labefactant.

uitutem. Videturque maiora de eis coepisse, quam inuenerit dicens, State: non autem, Surgite. Idque factum putauerim more optimi doctoris, qui non statim cum desperatione reparandi corripit, imò cum magno spei bonae argumento.

2 Ecce ego Paulus. Sollicitudine Apostolica ductus, repetit nomen suum in pondus autoritatis, suae personae dignitate ac fidem quibusuis argumentis ac demonstrationibus praeponeas. Exhortatus est, dicens, State: modò reuertet ac minatur, pronuncians Christum non prodesse si circumcidantur. Hoc est Christum ipsis ociofum fieri, cum non innitantur merito Chritti.

3 Omni homini circumcidenti. Adducit secundum in commodum si circumcidantur. Hoc idem Roma. 3. dixit, Si autem prauaricator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est: hoc est, deficit à lege ad Gentilismum. constat namque, quae legis sunt ad iudicem connexa esse, & catenata. Nam circumcisio sacrificia deposcit, neomenias, & sabbatha obseruat, sacrificium & locum exigit, & modum, & purgationes.

4 Euacuati estis. Quisquis es, qui iustitiam à lege deposcis, excidisti à Christo, & nullum cum Christo habes commercium: ~~...~~

Iustitia est opus Chritti.

5 Non enim spiritu. Spiritum ad distinctionem Literae posuit, ac si dicat: Quia credimus, ideo non carnaliter, sed spiritualiter expectamus spem iustitiae: id est, ipsum Christum, qui est spes nostra, iustitia nostra: cuius nos secundum aduentum expectamus, quo iudicaturus omnia, & sua iustitia reddet vnicuique secundum opera sua.

6 In Christo Iesu. His duabus speciebus enumeratis, circumcisioe & praeputio, intellexit Paulus omnia quibus vel Iudaei, vel gentes poterant gloriari non iustificare nos, non facere hominem Christianum, sed fidem non historicam, aut Aristotelicam, verum eam, quae per charitatem operatur, hoc est fidem viuam, vt docuimus in dicto 1. cap. ad Roma.

7 Currebatis bene. His verbis blanditur Galatis, & quasi deplorando loquitur hunc in modum, Quis vos deturbauit à culmine perfectionis, ad quam euaseratis, ne veritati Euan-

*Cursus est
proficientiū.
Currere in
Christo.*

gelicæ adhæreretis, sed legi obsequeremini, quæ nunc inanis & inutilis facta est. Observabis, Paulum non dixisse Ambulabatis: sed, Currebatis. Cursus enim proficientium ad perfectionem est. Psal. 18. Exultauit ut gigas ad currendam viam. & 1. Corinth. 9. Sic currite, ut comprehendatis. Currere in Christo, & ardere in charitate Christi.

8 *Quis vos impediuit.* Si Christum amplexati fuissetis, quis vos auocare potuisset à veritate Euangelij, quam me doctore recepistis? Nemo certe. Reuera Galatæ & nimirum transferibiles estis, à tanta perfectionis sublimitate, in tantam contrariam superstitionis profunditatem tam citò deieci.

9 *Nemini conserferitis.* Hieronymus hanc clausulam non interpretatur, quod in Græcis libris non inueniatur, nec in vllis eorum qui in Apostolum commentati sunt. Quare multi eam reiciunt. Ne nostrum videamur interpretem cõtemnere, in hunc sensum sic accipio: Quatum ad fidem attinet, no lite alteri, quam mihi credere.

10 *Persuasio hæc.* Vestri nominis Galatæ proprietatem secuti estis, quum tam citò translati fueritis. Hanc defectionem à Christo non accepistis, qui vocauerat vos in libertatem, & ad fidem qua iugum legis exueratis.

11 *Modicum fermentum.* Occupatio est. Quid nos (aiunt) tam asperè accessis, ô Paule? Vnum excessimus mandatum, & tantopere id auges crimen? Respondet: Quemadmodum modicum fermenti omnem massam vitiat, & sibi admixtum immutat: ita peruersa doctrina, etiam modica, seu pauci impostores, & hæretici, vos facile decipient, & corrumpent.

Simile.

12 *Confido in vobis.* Ut post tonitrua solet plueret: ita post aspera Paulus blanditias affert, ne nimia verborum asperitate, in desperationem cadant. Quod fit, ut paternè illis blandiri videatur, dum confidit in illos, sed non nisi in Domino. Male dictus enim, qui confidit in homine. Confido (inquit) quod quæ ex me didicistis non mutabitis: hæc propheticò spiritu Paulus pronunciat: Galatas videlicet ad veritatis viam, quam amiserant, regressuros. Id argumento est quod ait. In Domino. Ego confido vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis. Diuino enim confusus spiritu quæ agnouerat de Galatis, prophetauit.

13 *Qui conturbat vos.* Arguit eos, qui pestilentes doctrinas seminant, quas onera hic vocat: sicut Christus in Matthæo, Alligant

ligant quippe Pharisei onera grauiora, & quæ portari non possunt. Illi certè portabunt suum iudicium, hoc est, suam damnationem. Hac sententia Paulus velut iudex, pro tribunali sedens condemnat Pseudapostolos.

14 *Si circumcissionem.* Eadem est sententia quam prædixit, An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Ita si circumcissionem prædicarem, utique Iudæis gratus essem. Sed ego ab illis persequutionem patior. Id vobis argumento esse debet, me non docere circumcissionem vtilem esse: imò doceo, nihil vobis prodesse Christum, si circumcidamini.

15 *Ergo euacuatum est.* Euacuatum: hoc est, cessauit, & cessatum est, ut ita dicam. Iudæi non ægrè ferunt Christum fuisse crucifixum: sed cum audiunt hac morte Christi extincta esse legalia, & partem esse nobis salutem, offendunt in Petram, & scandalizantur. Quare ait Paulus, Si mortuum Christum, & legalia vim iustitiæ habere prædicarem, cessaret Iudæorum scandalum, & Iudæis gratus essem: imò adhuc hominibus placerem. Sed ego prædico, Mortem domini esse nostram salutem, ut omnes audiunt, & testificantur. Quare Circumcissionem, & legis iustitias dico impias esse: tantum abest, ut illa doceam. Apostolus tribuit Iudæis scandalum in Christo. 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: nobis verò, qui credimus, Dei virtutem & sapientiam. Et Lucæ 2. Simeon ait: Positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël. Quod si dixeris, vitandum esse scandalum. Est reuera pusillorum scandalum vitandum: sed Phariseorum contemnendum, qui sua malitia, & non doctoris bono opere scandalizantur.

*Indæorū scā
dalum.*

*Scandalū du
plex.*

16 *Vtinam abscindantur, qui vos.* Imprecatio est amputationis pudendorum, non ex odio, sed ex iustitia. Quasi diceret, Si tanto desiderio volunt vos circumcidi, opto ut non solum pelliculam illam abscindant, sed etiam ipsi eunuchi fiant, amputatis omnino testiculis. Aut qui veritati Euangelicæ ita aduersantur, ut vel filios spirituales gignere non possint, extra Ecclesiam eiiciantur.

17 *Qui vos conturbant.* Labefactant. Labefactatur autè quod à suo statu dimouetur.

18 *Tantum ne libertatem.* Hieronymus, & plerique alij legunt

gunt; Carni: non Carnis. Sed ad sensum hoc non magni refert. Sensus est. Primum quod libertati Euangelicæ aduersatur, est affectus carnalis. Cauete ab huiusmodi.

Lnc. 19. d
Matth. 22. d
Marc. 1. e
Roma 13. c
Iaco. 2. b
Spiritu ambulandum.
Roma 13. d
1. Pet. 2. c
Caro.
Spiritus.

Opera carnis.

Fructus spiritus.

Gloria inanis.

Omnis enim lex¹ in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem² mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem cōsumamini. Dico autem in Christo: Spiritu ambulate³, & desideria carnis⁴ non perficietis. Caro enim⁵ concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicē aduersantur, vt nō quæcunque⁶ vultis, illa faciatis. Quod si spiritu⁷ ducimini, non estis sub lege. Manifesta autem sunt⁸ opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus⁹ est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi¹⁰ non est lex. Qui autem sunt¹¹ Christi, carnem suam¹² crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur¹³ inanis gloriæ cupidi, inuicem pro-uocantes, inuicem inuidentes.

Vitiis, affectibus.

1 Omnis

1 *Omnis enim lex.* Omnium bonorum operum fundamentum docui esse charitatem: Nam omnium functionum fons & regula est dilectio. Id quod dicto domini, Matth. 7. ostendo: Diliges, inquit, proximum tuum sicut teipsum. Cum ergo dico debere vos per charitatem seruire inuicem; idem volo quod lex vno verbo comprehendit, diliges proximum tuum sicut teipsum. Quid ergo oneratis vos lege? Quid anxius fudatis, & vexamini cæremoniis legis? desistite ab iis ineptiis. Tota lex vno verbo plenissimè cōprehenditur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Videte non solum Moyfi, sed & omnium legum summam comprehendit hoc vno verbo, diliges proximum tuum sicut teipsum.

2 *Quod si inuicem mordetis.* Arguit Galatas tum iracundiã, tum feritatis & voracitatis: aut de inexplibili habendi cupiditate. Propterea ait. Videte, seu cauete, ne hæc in proximum exercentes, in vos relabantur, & consumamini. Paulus semper eò tendit, vt seruent charitatem, & vnum sapiant, qui tamen si differenter dona receperint, non inflentur alter in alterum. Nã sicut Roma. 12. Et 1. Corinth. 12. proponit imaginem corporis & membrorum, quomodo membra pro inuicem sollicita sint, & alterum alteri seruiat, ac non lædat. Hæc si fecerint inuicem non mordebunt, non vorabunt, non detrahent inuicem: sed mutuo amabunt. Videtur per Mordere, criminationem, detractio nē, vituperia, intelligere: per Comedere, vindictam, & oppressionē: per Consummari, vtriusque perditionem.

3 *Spiritu ambulate.* Spiritu ambulare, est proficere in Euangelio, & his quæ sunt Iesu Christi, qui suis ab eò largitur sui spiritus dona, quibus spiritualiter viuunt, veterem hominem abnegantes, & nouum induentes.

4 *Et desideria carnis non perficietis.* Vultis, o Galatæ, libertatem Euangelicam agnoscere: non perficietis concupiscentias, seu carnis desideria si spiritu ambulaueritis. Carnem Paulus hic appellat, humanas cogitationes, & mentis affectus, qui terrenis in rebus versentur. Obserua, Non perficietis: Nam facere concupiscentias, est eas habere, titillari, & moueri ab illis, siue ad iram, siue ad libidinem: Sed perficere, est eis consentire, & eas implere. Hæc sunt opera carnis, quæ nō habebimus, quãdo mortale hoc induerit immortalitatem. Quãdiu enim huic corpori immerfa erit anima, tandiu mouebi.

Mordere.
Comedere.
Cōsummari.

Spiritu ambulare.

Caro.

Concupiscentias facere et perficere, nō idem.

mur, titillabimur. Sed his motibus ne complaceamus, Spiritu sancto nostrum spiritum dirigente, resistendum est. Quod hic dicit, Spiritu ambulandum: & Tentationi resistendum: vocat Roma. 8. Spiritu facta carnis mortificari.

5 *Caro enim concupiscit aduersus spiritum.* Hunc conflictum non est opus literis explicare, quem vehementius & sentimus & experimur, quàm dicere possumus. Sed inter hoc iurgium (ait Hieronymus) media anima consistit, habens quidem in sua potestate bonum & malum velle, vel nolle: sed non habes hoc ipsum velle ac nolle perpetuum: quia fieri potest, ut cum carni cōsenserit, & opera eius fecerit, rursus per penitentiam se remordens, spiritui copuletur, & opera eius efficiat. Hæc ille.

6 *Vt non quæcumque vultis.* Tam vehemens est carnis & spiritus conflictus, ut aliqua velimus, & non faciamus. Nam ex parte carnis tanta & tam vehemens est inclinatio ad carnalia, ut multa, quæ secundum rationem volumus, non faciamus. Hoc manifestatur in incontinentibus, & maximè voluptuosis. Continentes facit quod vult, quo ad executionem deliberatam: non tamen facit quod vult, quo ad effectus & titillationes carnis, quas inuitus patitur. Has non sentire, nõ est potestatis nostræ: sed illis non complacere, & easdem nõ perficere, Dei gratia adiuti, possumus: qui fidelis est, non si nens nos tentari, supra id quod possumus.

Carnalis.

7 *Quod si spiritu ducimini.* Carnales sunt qui voluptates sequuntur. Spirituales qui Spiritum sanctum præuium habent: hoc est, spiritu doctore & authore sapiunt. Ex his facilè intelleges philosophos animales dici, & carnales: qui proprios cogitatus putant esse sapientiam, de quibus rectè dicitur 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus. Hic ergo Spiritum (supple sanctum) si sequamini, non estis sub lege: id est, nihil legi deberis, & à lege absoluti estis, illius consilio nõ indigetis. Aut dici potest in hunc sensum: Quia lex non est iusto posita, qui Spiritu sancto ductantur, non sunt sub lege: quasi illa indigeant, tanquam monitrice & directrice. Nam qui nec ira incenditur, quid habet monitorem opus, ne quem occidat?

8 *Manifesta autem sunt opera carnis.* Quicquid spiritui aduersatur, carnem intelligit. Dicit carnis opera manifesta, quia vel omnibus ea nota esse demonstrat, cum ita mala esse pateant,

vt

vt illorum operatores lucem ipsam fugiant. Sed & obseruabis eleganter dictum à Paulo, quod in carne opera posuit, fructus in spiritu: quia vitia in semetipsa finiuntur, & pereunt: *Fructus quæ virtutes verò frugibus pullulant, & reddunt. Nec putemus re non in carne dicitur, sed opus.* Quia anima, ut paulò antè dictum est, in medio conflictu posita est. Vel carni iungitur, & dicitur de ea Genes. 6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Vel spiritui copulatur, & in spiritus vocabulū trāsit.

Qui enim adhæret domino, vnus spiritus est, 1. Corinth. 6. Carnis opera recitat. Primo loco occurrit Fornicatio, quæ (vt ait Hieronymus) qui cōmittit, templū Dei violat. Membra nostra in quibus Christum gestare debemus, sunt Christi: qui autem fornicatur, facit membra illa esse meretricis.

Adulterium, & Fornicatio cum soluta nota sunt. II. Immunditia, & impudicitia, quibus modos fœdi concubitus intelligit, quos pro scelerū magnitudine innominatos voluit. III. Impudicitia. Luxuria. Luxuria generale nomen est, extesum etiam ad excessum coniugum, Græcis est ἀσάρεια aselgia, Lasciuiua, vel (vt Ambrosius) Obscœnitas dicitur, quod ad mores, gestus quoque, & verba pertinere potest. IIII. Idololatria, qua laborant (authore Paulo) ventri & pecuniæ studētes. Aut dici potest cultus idolorum, qualis erat in gentibus, qui hodie non est. V. Veneficium. intoxicatio, quod malum hodie mirè increfcit.

Hieronymus interpretatur Artem maleficam. Pharmacum enim Græcè venenum, vel medicamentum dicitur. Quod fit, ut Magos, Maleficos, Carminatrices, & qui pactis dæmonū vsi illudunt, furantur & nocent proximis suis, Apostolus intelligat. VI. Inimicitia, simultates, & silentia inter se odia esse videntur. Iræ, notum est, Rixæ, quæ sunt, quando aliquis ad contradicendum paratus, stomacho delectatur alieno, & muliebri iurgio contendit, & prouocat contendentem. Hęc omnia experiētia & exēplo duorum aduersariorum melius, quàm descriptione colligi possunt. Primū enim sunt inimici atq; discordes, tum data quacūque occasione, mox litigant, litigantes autē æmulantur, dū quisque alteri superior esse nititur, æmulantes autē irascuntur, irati autem quærunt vtrinque, quod dicāt, aut faciāt, aut omittāt quod alterū mordeat, aut prouocet, hoc est rixatur: Rixantes autē dissentiūt, & quisque sua defendere promptus est, alienaque infirmare. Ex quibus

*Carnis opera.
Fornicatio.*

*Adulterium.
Immunditia.
Impudicitia.
Luxuria.*

Idololatria.

*Veneficium.
Pharmacum.*

*Inimicitia.
Simultates.
Rixæ.*

tunc sectæ & hæretes sunt, dū quisque alios in suam partem trahit, & alteri abstrahit. Hinc alitur inuidia, atrox malū, tandem in cædes & homicidia ruunt: & hic finis huius mali. Dicit Hieronymus ait, omnem dici hæreticū qui scripturā aliter intelligit, quàm sensus Spiritus sancti flagitat, & pertinax fuerit. Ebrietas tam ex vino, quàm ex cæteris bibēdi generibus, quæ vario modo cōficiuntur, potest accidere. Ex quo & de sancto dicitur, Vinū & siceram non bibet. Sicera interpretatur ebrietas, seu quod inebriare potest. Comessatio, quæ Luc. 21. Crapula dicitur. Sicut ebrietas nimium bibendo, ita crapula nimium comedendo grauat corda. addit Paulus & his similia. Quia quis omnē lernam, & sentinā carnalis vitæ recē feat: Partes aliquot signauit Paulus, ne Galatæ causerētur se se nescire, quo modo carnis concupiscentiis resisterent.

Ebrietas.

Sicera.

Comessatio.

Spiritalis. 9 *Fructus spiritus.* Spiritum hunc esse dicit, qui nihil cōmune cum carne, & eius operibus habet. Is est qui spiritalem hominē & iustificatū reddit: sitq; bona arbor quæ malos fructus ferre nequit, Matt. 7. Fructus spiritus sunt. I. Charitas. Hæc est omnium bonorum radix: hæc summè Deū colimus, & proximo obsequimur, & non inuidemus: hic fructus summa est legis Euangelicæ. II. Gaudium. Qui charitate afficitur, semper lætior est in Deo, cuius gratiā omnia peragit & tolerat lætus, etiam in mediis mundi procellis laudans, & benedicēs dominum, in camino ignis, die ac nocte. III. Pax. Spiritalis suscepta læticia conquiescit, nec vllis animi cogitationibus obturbatur. Quod si quos odio habere videtur, nō eos odit, sed illorum fastidit nequitiam: hos vt fratres colit, & odium præfert, vt corrigantur, & correctis conducatur. IIII. Patientia, Benignitas, Longanimitas, Mansuetudo. Non videtur tam anxie quærenda harum vocum discrepantia. Paulus enim hanc bonorum congeriem produxit, non quod hæc sola sint, sed quod in his summa. Patiens in duris ferendis. Longanimis est animi magnitudine præditus, & sapientia ornatus, neque acceleratè, & præcipitanter, sed sensim & lento gradu, decentes ingerit pœnas. Benignitas est virtus lenis, blanda, tranquilla, & omnium bonorum acta consortio, inuitans ad familiaritatē, dulcis alloquio, moribus temperata. Hanc Ambrosius vocat Lenitatem. Bonitas autē potest esse tristior, & fronte seueris moribus irrigata, ad benefaciēdum tamen exposita, nemini nocet, omnibus prodest. V. Fides. nō illa

illa simplex, sed quæ per charitatem operatur, credat omnia apud Deū factu facilia, quæ apud homines impossibilia sunt. Aut fides in proximum, cui sumus fideles, tenaces, & seruātes patrum, ac promissorum. VI. Modestia continentia & Castitas, quæ non solum ab escis, & carnis illecebris, sed etiam ab omni nequitia abstinentium esse docent.

10 *Aduersus huiusmodi non est lex.* Quemadmodū calcaribus non indigēt equi natura velociores, ita nec lege Iusti. Si omnes iusti essent ac secundum spiritum viuerent, illis nulla lege esset opus: quum iusti sic viuentes, sint sibi ipsi lex.

11 *Qui autem sunt Christi.* Ambrosius legit Christi, in nominādi casu, numero plurali: non genitiuo. Addit enim eos vocari Christos, id est vnctos, qui Christo deuoti sunt,

12 *Carnem suam.* Christus pro nobis, seu loco nostro in cruce precium nostræ redemptionis dependit. Fit igitur, vt sicut ille morte sua reliquit infirmitates nostras indutas, & affixit cruci chirographum, & exolutionem pœnæ æternæ, quam loco nostro tulit, & soluit: ita illi per fidem viam adhærens mortificat seipsum, seu crucifigit carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis, resurgens cum Christo, & eundem induens, filius Dei designatur, & in eo viuunt Christus, cuius gratiā omnia in eo fructificant. Huius crucifixionis clauī sunt Verbum Dei, per impulsū gratiæ Dei, penetrantes & carnem prohibentes, ne sequamur nostrā desideria. Sic Ecclesiastes vltimo cap. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clauī in altū defixi: quæ per magistrorum cōsiliū data sunt à pastore vno: id est, à Christo, per Apostolos & Prophetas.

13 *Non efficiamur inanis gloriæ.* Qui firmi estis, non inflemini aduersus infirmos, inani gloria consistente in estimatione, & opinione hominum. Inuicem prouocantes, more pseudopostolorum, prouocantium quodam clamore Christianos ad certamen: quasi Christiani non possent illis respondere de legis abrogatione, quam prædicant, nunciantes Christū venisse. Sed imitemini publicanū illum, qui humilitate sua Deū glorificauit, & Phariseum confudit. Luc. 18.

CONCILIATIO.

CVM Paulus superioribus dicat: Viuo autem iam nō ego. Viuit autem in me Christus. Et 2. Corinth. 13. An experientum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Quid est, quod hic sua autoritate loquitur dicens: Ecce ego Paulus dico

Qui dicitur Christi.

vobis? Nihil hic pugnantiæ est: immò liquido comprobatur priore autoritate adducta, quòd hæc verba, Ecce ego Paulus dico vobis: non quasi Pauli verba tantum accipienda, sed Domini. Lucæ 10. Qui vos audit, me audit: Qui vos suscipit, me suscipit. Nam cum 1. Corinth. 7. præmississet, His autè qui nupti sunt, denuncio non ego, sed Dominus: & statim intulisset, Cæteris autem ego præcipio: ne vilis sua putaretur autoritas, Puto (inquit) quòd & ego spiritù Dei habeo: vt spiritu & Christo in se loquète, non contemptui duceretur, qui prophetas imitans diceret: Hæc dicit Dominus omnipotès. Vide Hierony. in hoc cap.

Quid est quòd hic Paulus prædicat, Si circumcidamini, Christus nihil vobis prodest: cum videatur contrarium ad Roma. 2. dicere: Circumcisio quidem prodest, si legem obserues. & infra: Quid ergo est amplius Iudæo, aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum: primùm quidè quia credita sunt illis eloquia Dei: Si enim his qui circumcisi fuerint Christus nihil prodest, quomodo legem custodientibus prodest circumcisio? Dicamus, (ait Hieronymus) epistolam quæ ad Romanos scripta est, ad eos esse dictatam, qui ex Iudæis, Gentilibusque crediderant: & hoc egisse Paulum, vt neuter populus offenderetur: quòd scilicet suum vtraque plebs priuilegium possideret, vt nec Gentiles circumciderentur, nec circumcisi præputium adducerent. Ad Galatas autè scribens, alio vsus est argumento. Non enim erant ex circumcisione, sed ex Gentibus, qui crediderant. Nec poterat eis prodesse circumcisio, qui post Euangelij gratiam iterum ad legalia reuerterentur elementa. Et ne resideat vlla dubitatio, quòd circumcisio nihil prodest, sed propter eos qui ex Iudæis crediderant, ad Romanos de circumcisione sententiam temperauit: paulatim ad epistolæ eiusdem posteriora descendens, nec circumcisionem, nec præputium aliquid valere monstrauit. Et 1. Corinth. 7. ait: Circumcisio itaque nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Qui ergo nouo perscripti sunt testamento, neque si circumcisi fuerint, aliquid consequuntur utilitatis: neque qui præputium habent & incircumcisi manent, aliquid detrimenti, & iacturæ habent, quòd non fuerint circumcisi. Quandoquidem in fide, quæ per charitatem operatur, cunctarum rerum vertitur cardo.

Quæritur

Quæritur, Quomodo Paulus discipulus eius, qui ait, Benedicite maledicentibus vobis: & ipse loquens ad Roma. 12. Benedicite, & nolite maledicere: & 1. Corinth. 15. Neque maledici regnum Dei possidebunt: Nunc & maledixerit eis, qui ecclesias Galatiæ conturbabant, & cum optantis voto maledixerit: Vtinam & abscindantur, qui vos conturbant? Tam enim detestanda est abscissionis passio, vt & qui inuitis etiam intulerit, legibus publicis puniatur, & qui seipsum castrauerit infamis habeatur. Respondet Hieronymus: Non tam furoris in aduersarios, quàm dilectionis in Ecclesiis Dei verba sunt, quæ loquutus est Paulus. Videbat quippe totam prouinciã, quam ipse suo sanguine, & periculis ab idolatria, ad Christi transduxerat fidè, subita persuasione turbatam, & dolore apostolico, dolore patris se tenere non poterat: mutabat vocem, & quibus blanditus fuerat, irascebatur: vt quos nequiuerat lenitate, saltem obiurgatione retineret. Aut dici potest, quod Paulus non tam maledixerit eis, quàm orauerit pro illis, vt eas partes corporis perderent, per quas delinquere cogebantur. Et quomodo Matth. 18. dictum est: Melius est aliquem sine oculo, sine manu, sine pede, & qualibet alia parte membrorum intrare in regnum cælorum, quàm totum ire in gehennã: Ita & nunc optare eis magis vnam partem corporis perdere, quàm per occasionem integri corporis perpetuò igne damnari. Augustinus ex maledictione facit benedictionè, sic interpretas, quasi Paulus precetur pseudapostolis, non vt circumcidantur, sed abscindantur: hoc est spadones fiant propter regnum cælorum: sic enim futurum, vt desinant predicare Iudæicam circumcisionè. Hoc cõmentum malum amplecti, quàm tribuere Paulo imprecationem.

Cur Paulus hic dicat, Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit: cur in Acto. 16. cap. contra suam prædicationem videretur egisse, quando Timotheum circumcidit? Augustinus dicit primos illos Christianos, qui ex Iudæis crediderant, qui secundum legis veteris præcepta nati erant atque instituti, iusserunt Apostoli patrium ritum, traditionemque tantisper seruare, vt eos quibus hoc opus erat, seruarèt: & nõ statim carnis circumcisio prohibita est, ne ex hoc scandalum ecclesiæ nasceretur: sed paulatim persuadèdo ad intellectum perfectum ducerentur. Hoc modo Paulus prudenti quodam consilio, & non simulatione fallaci, circumcidit Timotheum

Iudæa matre, & patre Græco. Resectio illius præputij, quæ circûcisio dicitur, in se & ex se non est mala. Quod fecit Paulus, non adhibens fidem illi concisioni, vt coalescerent tandem, ad verum lapidem angularem Iudæi & Græci. Nâ Paulus, qui iudæis Iudæus factus est, & omnibus omnia, vt omnes lucrificeret, hac legis similitudine, dum Timotheum circuncidit, vsus est: vt quibuscum versaturus erat Timotheus, Christo eos lucrificeret. Cauendum maximè erat, ne in huiusmodi operibus certam spem & salutem contineri crederent, quod in primis docebat Paulus.

Q U O M O D O in his qui fructus spiritus habeant, & aduersum quos lex esse cessauit, crucifixio carnis dominicæ ponatur esse in laude: cum ad Heb. 6. in vituperio sit, Rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei, & ostentui habentes? Respondeo: Aliud est, Rursum crucifigere, seu Recrucifigere filium Dei, & Crucifigere carnem Christi, cum vitiis & concupiscentiis, vt notum est ex prænotatis. Quare nulla est punantia.

P V G N A R E videtur hic locus: Quod si spiritu ducimini, nõ estis sub lege: cum hoc supra 4. cap. Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Si Christus sub lege fuit, quid est quod hic dicitur, Si spiritu ducimini, nõ estis sub lege? Hæc oppositio (ait Hieronymus) de suo soluetur loco. Qui enim propterea factus sub lege est, vt eos qui erant sub lege redimeret, vtique cum esset liber à lege, legi se subdidit voluntate, & multò liberior erat Paulo, qui nõ sub lege, sed quasi sub lege fuisse testatus est. Similiter ex muliere nasci voluit, & esse sub lege: vt eos qui nati erant de muliere & sub lege saluaret. Et certè nõ est natus de muliere, id est, de nupta corrupta: sed de virgine. Verùm abusuè virgo Mulier appellata est, propter illos qui illam fuisse virginem nesciebant. Vt itaque propter illos, qui sanctam Mariam arbitrabantur maritum more nuptiarum habere, Mulier pro virgine posita est: sic propter eos qui aestimabant Christum esse sub lege, nescientes quia factus esset iis qui erant sub lege, quasi sub lege, dicitur & ipse factus esse sub lege. hæc Hierony.

C V R Apostolus hic solam commemorauit proximi dilectionem, quæ legè dixit impleri? Omnis lex in vno sermone impletur: cum Christus Matth. 22. dicat, In his duobus mandatis

datis tota lex pender, & propheta? Augustinus hunc ad Galatas locum explicans, ait: Qui ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, deum diligit, consequens est, diligit & proximum tanquam seipsum. Quia hoc iubet ille què ex toto corde, &c. diligit. Item, Diligere proximum, id est, omnem hominem tanquam seipsum, quis potest nisi deum diligit, cuius præcepto, & dono dilectionem proximi possit implere? Cui ergo vtrûque præceptum ita sit, vt neutrum sine altero possit teneri: etiam vnũ horum commemorare, plerunque sufficit, cum agitur de operibus iustitiæ. Sed opportunus illud de quo facilius conuincitur. Vnde 1. Ioan. 4. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere?

DICTIO.

I V G V M seruitutis legem vocat duram, difficilem, laboriosam, quæ die ac nocte cultores suos graui opere cõsumit. Sicut & Petrus Act. 15. Quid tentatis (inquit) deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neque patres nostri portare potuimus?

T R O P V S scripturæ fermè habet, vt illud fidei & spei tribuat, quod fide & spe attingitur.

T R O P V S scripture, est Ire, Ambulare, Ingredi, Via, Iter. Gressus, Vestigia, & similia: pro conuersari, imò & pro credere, & diligere, accipi. Nam deo appropinquatur, vt Augustino placet, affectu & amore, quod est cordis & animi ambulare. Vnde conuersatio nẽ nostram dicit esse in caelis, dum sapimus ea quæ sursum sunt, vbi Christus est.

F E R M E N T V M Duplex est, Vetus, & Nouum, quod manifestat Paulus 1. Corinth. 5. dicens: expurgate fermentum vetus. Et iterum: Non in fermento veteri. Vetus est pestilens doctor, pestilens doctrina, pestilens exemplum. De primo & secundo loquitur hic Apostolus: de tertio 1. Corint. 5. vbi fornicarium iubet auferri de medio, tanquam fermētum vetus: vt sitis (inquit) noua conspersio. Item Matth. 16. & Luca 12. Attēdite à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Quod infra euangelistæ ipsi exponunt de doctrina Phariseorum. Fermentum nouum est Christus, verbum Christi, & huiusmodi. Matth. 16. Simile est regnum caelorum fermēto, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentaretur totum.

Iugum f. p. munit.

Ire. Ambulare. Ingredi.

Fermentum dupl. v.

Concupiscentias facere, & perficere non idem. INTER Facere & Perficere desyderia carnis, vel spiritus sensu Paulino (vt est apud Augustinum lib. 3. contra Iulianum cap. vlti.) hoc interest: quod facere concupiscentias, est eas habere, titillari, & moueri ab illis, siue ad iram, siue libidinem: sed Perficere, est eis consentire, & eas implere. Hæc sunt opera carnis. Sed eas non habere, aut non facere, tunc erit (secundum beatum Augustinum lib. rethoricorum) quãdã nec mortalem carnem habebimus.

Indefinenter benefaciendum est.

CAPVT VI.

Peccantes quomodo corripiendi.



Ratres¹, & si præoccupatus fuerit homo² in aliquo delicto, vos qui spirituales estis³, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans teipsum⁴, ne & tu teneris. Alter alterius⁵ onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat⁷ se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum⁸ probet vnusquisque: & sic in semetipso tantum gloriã habebit, & nõ in altero. Vnusquisque enim⁹ onus suum portabit. Communicet autem is¹⁰, qui catechisatur verbo, ei qui se catechisat, in omnibus bonis. Nolite errare¹¹, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo¹², hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne¹³ sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes¹⁴, non deficiamus, tẽpore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus¹⁵ habemus,

Onera fratrum portanda.

Prædicatores euãgelij alendi.
1. Corint. 3. b
2. Theff. 3. c

Operari bonum.

Instruite, instaurate reficite.

Catechisatur verbo, Id est, quod docetur mysteria religionis Christianæ, id est, fidẽ in Christum: quod verbo fiebat, non scripto.

operemur bonum ad omnes: maximẽ autem ad domesticos fidei.

Domestici fidei.

1 *Fratres.* Non inferiores illos vocat, cum fratres appellat, blanda quadam exhortatione alloquitur.

2 *Præoccupatus fuerit.* Præoccupatus, præuentus, improvidẽ lapsus, quasi diceret: Si quis deprehensus sit aliquid cõmississe, non statim sunt admouenda supplicia, sed ad correctionẽ adhibẽda medela. Idq; fiat in Spiritu sancto, hoc est, ita placitum est Spiritui sancto, vt leniter castigetur ille. Dignus enim venia est. Nempe, fragilis est, & velut homo errore deceptus, & mersus in voraginem, seipsum sine auxilio & adiutore erigere non potens

Præoccupatus.

3 *Si homo.* Infirmitatem humanam, qua labiles sumus & proni ad peccandum, explicat, dicens: Si homo, quasi diceret: Si videris fratrem lapsum, non rideas: doleas potius & commisereris, qui in eodem periculo versaris. Hortatur vt paratior & promptior simus extenuare, quã aggrauare. Hoc enim diaboli & detractorum est, illud verò spiritualium.

4 *Vos qui spirituales estis.* Oportet spirituales leniter corrigere præoccupatum in delicto, & officium spiritus sancti, patris sui, sequatur. Spiritus sanctus est consolator. Consolesmur igitur inuicem promittentes salutem, & repromittentes veniam.

5 *Considerans teipsum.* Contemplare te hominem esse, & labilem: ne si talem te non agnoueris, cadas. Quod autem tam citò mutauerit numerum, quo iuxta grammaticos dicendum erat, Considerantes, &c. Non abs re factum creditur: quod singularis numerus magis esset idoneus ad compellendam vnus cuiusque conscientiam.

Singularis numeri effecacia.

9 *Alter alterius.* Qui spirituales sunt patrem sequantur Christum, cuius filij sunt. Peccata nostra onera dicuntur. Psal. 37. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt super caput meum, sicut onus graue grauatæ sunt super me. Quod vnus Christus Zach. 5. pro nobis tulit. Patris exemplo Christiana veritate inuicem feramus, & aliorum commiseremur, quomodo & nostri commisereri volumus. Et hunc in modum communi consensu omnes Christi legem perficiemus, cuius summa, & adimpletio, est Dilectio.

*Summa legis
est dilectio.*

7 *Nam si quis existimat.* Qui verè & humiliter sapit, non superbit, non se proximo superiorem ducit. Quòd si quid in se est magnificèdum, nõ suum, sed Dei donũ agnoscat, & charitati debitum. Quæ quoniã pro suo officio omnia in proximi utilitatem profundere solet, non tuum & tibi proprium, sed commune faciet illud donum. Si eruditus es, hanc eruditionem indoctis debes: si episcopus, huius dignitatis partes tuis debes. hoc si consideraues, non teipsum decipis: & dona tibi collata, dum in proximum effundis augetur, & illis copiosius abundas. Existimant se aliquid esse, qui inflati suis stultis opinionibus, & somniis inanibus habent de se mirificæ scientiæ & sanctitatis persuasionem: & tamen reuera nihil sunt, sed seipsos sua philautia tantum decipiunt. Manifesta enim deceptio est, cum aliquis persuasus est se aliquid esse, & tamen nihil est. Hos suis coloribus depingit Ioãnes Apoc. 3. incipiã (inquit) te euomere ex ore meo: quia dicis, diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quis tu es, miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

8 *Opus autem suum probet.* Quòd infirmitate ad Christianismum consequendum alius laborat, non propterea firmior & perfectior Christianus iudicaris. Sed si te propria conscientia non remordet, habes in temetipso gloriam, & non in altero. Probet, id est, examinet, & diligenter suas quisque res gestas disquirat, non autè proximi. Non reprehensus à sua conscientia gloriatur apud Deum de seipso, & nõ aduersus proximum, in modum Pharisei, iactantis se, Non sum sicut ceteri hominum, velut etiam hic publicanus, Luc. 18.

9 *Vnusquisque enim.* Quid superbis, aut inflatis, dum vides proximum peccato obuolutum, aut in lege & ipsius cæmonii manentem: te verò, baptismo & Iesu Christi thesauro ditatum? Erras certè. Roma. 14. Tu quis es, qui iudicas alieni seruum? Domino suo stat aut cadit. Et sequitur, Vnusquisque pro se rationem reddet. Hieronymus hortatur ex hoc loco, Paulum obscure nos commonefacere, dum in presenti seculo sumus, siue orationibus, siue consiliis inuicem posse nos coadiuari. Cum autem antè Tribunal Christi venerimus, non Iob, non Daniel, nec Noè rogare posse pro quocquam, sed vnumquemque portare suũ onus. Tribunal Christi vocat generale iudicium.

Præceptorũ

10 *Communicet autem.* Præmonuit præceptores quales erga discipulos

*discipulorum
mutua
beneuolentia.*

discipulos & auditores sese habere debeant. Instruite in spiritu lenitatis, & c. Et, Alter alterius onera portate. Nunc docet, quales esse debeat discipuli erga præceptores, vt vitæ necessaria, docentibus Euangelium ministrent. De his mentio fit 1. Timoth. 5, & 1. Corinth. 9. Omnia bona, vocat hoc loco Paulus, ea quibus instructor eget: hoc est, victum & vestitum, quibus hic viuatur: cum verbo intentus, proprio opere acquirere nequeat, à discipulo suo accipiat. Non ergo dicit, In omnibus bonis, quòd singuli omnia sua bona communicent doctoribus suis: sed vt discipuli liberaliter præceptores alant, quantum satis est ad vitam commodè tuendam. Queret aliquis (ait Theophylactus) Cur à discipulis Christus alimoniam iussit præceptoribus ipsis deferri? Id nimirum ea de causa fecit, ne insoleresent præceptores, sed humiles se præstarent, quando præsidio eorum ad vitam indigerent, quos ipsi ad fidem instruerent. Et vt nulla præsentium rerum cura distracti, prædicationi solum vacarent, essentque discipuli non in præceptorem ingrati, & consuescerent bene instituti in omnes tales se exhibere: simul etiam ne inopes suam erubescerent fortem.

11 *Nolite errare.* Præuidens spiritu eos, qui docentur, & debent magistris sumptus, & vitæ necessaria ministrare: posse ostendere paupertatem, & dicere: Ager meus hoc anno aruit siccitate: Vineam grando contriuit: Reditus, qui esse poterant, tributa rapuerunt: non habeo unde tribuam. Quòd iubetur adiecit, Nolite errare, Deus nõ irridetur. Scit (inquit) corda vestra, non ignorat facultates. Hæc Hierony. Sunt & huiusmodi, qui ideo non tribuunt, quòd præsumant hoc ab aliis abudè fieri. Verum friuolas istas euasiones Paulus egregiè præoccupat, & dicit ne errent, Deum non irrideri, etiã si hominem fallere & ludere possint. Eadem cura in veteri testamento cautum est, ne vilo modo Leuitarum obliuiscerentur, qui aliud nõ habebat, quàm quod de populo accipiebant. Accedit ad hoc quod verbi tractator, vt multos offendat necesse est, & inuidig pateat, vt sit summè necessarium hoc præceptum Pauli, tum propter auaros inuidos, tum propter negligentes. Perstringit etiam & acutè mores nostratiũ tangit, qui securissimè ministerium nostrum contemnunt, quod pro ioco & ludo ducunt. Hoc præcipuè habet quidam nobiles & diuites, siue rustici, siue ciues, qui suos pastores sibi tan-

quam viles seruos obnoxios faciunt. Exclamant (quãdo pastores postulant mercedem suam, aut queruntur se inopiam pati) sacerdotes avari sunt, omnibus bonis abundare volũt. Si verè Evangelici essent, nihil proprij tenere, sed pauperem Christum sequi, & omnia indigna ferre deberent. Hos tyrãnos, & subfannatores, qui pastores & sacerdotes ridet, interim tamen videri volunt Evangelici, & Deum summa religione colere, horribiliter hinc comminatur Paulus, Ne erratis (inquit) Deus nõ irridetur: id est, non patitur se irrideri in suis ministris. Qui (inquit) vos spernit, me spernit. Et ad Samuelem, Nõ te, sed me abiecerunt. Ideo õ sacerdotum & pastorum cõtemptores, & irrisores, nõ Deũ, sed vos ipsos decipitis. Nõ ridebitis Deum, sed ipse ridebit vos. Psal. 2. Notissimus est ille versiculus, Non me doctorẽ, sed te deluseris ipsum. At ferox illa nobilitas, ciues, & rustici, hoc exitio, hac comminatione nihil sentire videntur: sentient tamen morte instãte, an nos, imò nõ nos, sed vt Paulus hic ait, Deũ ipsum, an seipfos luserint. Interim iniurias patiemur, quæ nobis solatio erunt, scientes melius esse pati iniuriam, quàm inferre. Tum quòd sciamus Deum suis nõ defuturum, qui non sinet ministros suos fame perire.

Semen duplex.

12 *Quæ enim seminauerit homo.* Quicquid agimus dicitur semẽ, quod in agro seminatur, aut in carne, aut in spiritu. Si bonum est, & spiritale, vitæ æternæ fructus redundabit: si malũ, & carnale, corruptionẽ proferet. Obserua interim familiarẽ, allegoriam Pauli: Seminant avaritiæ, qui negant cõmunionem bonorũ doctori, ideo metent in præmium avaritiæ. Sic in omni opere bono vel malo dicendum est. Quare generalem hanc sententiam, Qui seminat &c. accommodat ad particularem illam causam de alendis ministris, dicens, Qui seminat in spiritu: id est, qui alit doctores verbi, is facit spirituale opus, & metet vitam æternam.

Caro.

13 *In carne.* Hic carnem pro omni eo, quod aduersatur spiritui, accipit.

14 *Bonum autem faciẽtes.* Proponit futuram retributionem, vt perseverantes in bono opere longanimiter toleremus etiam aduersa. Facile est incepisse, sed heroicum perseverare, & perficere, propter huius mundi insidias. At non deficiamus: id est, ne defides simus, neque defatigemur in benefaciendo. Quemadmodum in semine, aliud fationis, aliud messis

messis est tempus: sic & in præsentia vita. Sementis est huius vitæ vel in spiritu vel in carne. Messis verò futurum iudiciũ. Curemus vt sementis fructum centesimum & abundantissimum cultori reddat.

15 *Ergo dum tẽpus habemus.* Beneficẽtia & elemosyna vtrumquidũ hinc agimus. Quia cũ hæc vita transierit, operandi tempus aufertur. Hoc nobis apertè insinuat Christus Ioãnis 9. Operamini dum dies est: veniet nox, quando iam nullus poterit operari. Omnibus passim beneficiamus sequẽtes magistrum Christum: qui solem suũ orri facit super bonos & malos. Nec tamen pari mensura agendum est in omnes. Sed maior erga fideles præstanda est, & effusior.

Qualibus *Videte qualibus literis*¹ scripsi vobis literis, vel *mea manu.* Quicũq; enim volunt placere in carne², hi cogunt vos circumcidi, tantum vt crucis persecutionẽ non patiantur. Neque enim qui circumciduntur, legẽ custodiunt: sed volũt vos circumcidi, vt in carne vestra gloriẽtur. Mihi autem absit gloriari³, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo⁴. In Christo enim Iesu⁵, neq; circumcisio aliquid valet, neque præputiũ: sed noua creatura. Et quicũque hæc regulã⁶ secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israël Dei⁷. De cæterò nemo⁸ mihi molestus sit: Ego enim stigmata domini Iesu⁹ in corpore meo porto. Gratia domini¹⁰ nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

Gloriatur in afflictionibus
Ppter Christum.

Regula christianorum.

Stigmata, notas.

1 *Qualibus literis scripsi.* Quòd meus in vos amor vehemẽtissimus manifestaretur, nolui amanuensi vt in exaranda hac epistola, quam mea manu scripsi, qui in plerisque aliis salutẽ duntaxat in calce cuique impertitam, notavi.

2 *Volunt in carne placere.* Qui obtemperare desiderat Iudæis

hominibus legem seruantibus, cogunt vos ad circumcisionē; ut apud Iudæos glorientur. Et ne crucis & fidei causa vllam patiantur afflictionem, quā gloriosum est pati, sicut & Christus pro nobis, & gloria nostra est passus. Atque qui hæc agunt, non tentandæ religionis gratiā faciunt, sed tantum ut glorientur se magistros esse, & vos habere in discipulos.

3 *Mihi autem absit gloriari.* Christus præceptor noster contemptū mundi, paupertatē, & passionē elegit, ut nobis manifestaret quod dicitur 1. Corint. 1. Perdam sapientiā sapientium, & prudentiā prudentium reprobabo. His mundi cōtumelias ornatī Apostoli, ibant gaudentes à conspectu cōcilij, quoniā digni habitī sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Quare gloriari in cruce domini, est gaudere in afflictionibus pro fide defendenda, certō intelligentes, nō aliter nos mundum & eius insidias superaturos, quā crucifigēdo carnem nostram cum vitiiis & concupiscentiis. Quempiam esse crucifixum mundo, est non mundū, sed Christum in ipso vitare, habere carnem cū vitiiis & concupiscentiis crucifixā, & mortificatam, spiritui subiectā, qua non sapiat ea quæ super terrā sunt, sunt, sed in Christo totus sit, & ab eodem pēdeat.

4 *Mundum.* Præsentis vitæ bona appellat, gloriam scilicet, opes, & delicias cæteras. His, seu mundo, Paulus mortuus, seu crucifixus est: id est, his rebus nil omnino deditus.

5 *In Christo enim Iesu.* In cruce Iesu Christi, sicut ille Adq̄ veteris imperfectiones seu infirmitates acceptas reliquit, & resurgens vitam corpori dedit immortalē: ita nos mori cum illo si volumus, abnegemus carnem, & Adamum veterem, ut cum illo resurgentes, siue per baptismum, siue per fidem charitate formatam in illum, siue per pœnitentiā viuamus, & sit in nobis noua creatura, seu renouemur spiritu mētis nostræ, & induamus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis: hoc est, ut in Christo respiciamus sancti & veri, & non in Adamo veteri qui caro est, quā cum neque circumcisio, neque præputium nos liberauerit, sed solus Christus, quid reliquum est, quod querere possimus ex illis, nisi vanum & inane? Noua creatura dicitur spiritualis vita, à Deo creata per gratiam Iesu Christi, quæ nunquam veterascit, sed semper noua fructificat, & augetur ad nouitatem futuræ felicitatis æternæ.

6 *Quicumq; hanc regulā.* Id est, quisquis in cruce domini gloriabitur,

riabitur, & cui mundus fuerit crucifixus, & ipse mundo, pacē illam perpetuā & misericordiam consequetur. Pacem, id est, Dei fauorem, remissionem peccatorum, & conscientiaē tranquillitatem, misericordiam, auxilium in afflictionibus.

7 *Super Israël Dei.* Israël Dei dicit, discernens ab Israël secundum carnē, ut 1. Corint. 10, appellat. Videte Israël secundum carnē. Super Israël Dei: id est, veros Christianos. Neq; enim omnes qui ex Israël sunt, hi sunt Israëlite. Roma. 9.

8 *De cæterò nemo.* Videtur cum indignatione & stomacho hæc pronunciare. Quasi dicat: Ego docui vos purē Christū, nihil obmissi, quod duxi in rem vestram esse. Qui hanc doctrinam sequi noluerit, abeat, sequatur quod velit, modò in posterum nihil negotij mihi faciat.

9 *Ego stigmata domini Iesu.* Stigma Græca vox est, significās notā impressam. Solent autem serui dominorū suorum insignia, & arma, & colores, imò & notas in facie, cādente ferro impressas, gerere, nequis alienus illos pro suis possit asserere. Sentit igitur Paulus se certas habere notas, q̄ sit seruus Iesu Christi, pro quo tā multa passus fuerat. Toties cæsus virgis, toties lapidatus, toties obiectus bestiis, toties cōiectus in vincula. Ex his omnibus sibi parat autoritatem aduersus pseudopostolos. Illi gloriabantur in cicatricibus circumcisorum: Paulus in suo corpore circūferbat notas Christi. Tali igitur doctore potius credendum, quā delicatis, qui in alieno vulnere gloriantur. Dicit potest præter hæc: Quia Paulus libenter allegoriis & metaphoris militaribus vituit, Stigmata omnino pro insignibus vitæ Christianæ accipi, quæ sunt carnis crucifixiones & subiectiones, & fructus spiritus. Neq; habeo dixit: sed, porto, & gero, perinde scilicet ac trophæū aliquod, & insigne regium altius, & cunctis visendum, attollo.

Gratia domini. Nō arbitretini si quid forsitan durū aduersum vos audieritis me odio vestri, & malo animo dixisse. Ego certē vobis bene precor, & opto abundetis gratia, qua Euāgelium recepistis, & legē inanem, & inutile agnouistis ad vestram iustitiā. Cū fratres appellat, baptisimū admonet, quo fratres sumus omnes effecti à patre vno Iesu Christo, & non à lege progeneriti.

CONCILIATIO.

Q V O M O D O hīc Paulus, Si præoccupatus fuerit, &c. his qui in aliquo peccato præuerti fuerint, nō virgam adhibet, sed spiritum māsuetudinis, cū 1. Corinth. 4. dicit, Se venire

ad peccatores non in spiritu māsuetudinis, sed in virga? Rē spondeo. Corinthiis hoc modo est loquutus, qui post peccatū non sentientes errorē suū n olebant maioribus suis subdi. Sed cūm peccator intelligēs vulnus suū, tradit se mēdico curandū, ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis.

VIDETVR Paulus in hoc capite contraria & pugnancia scribere, cūm ait, Alter alterius onera portate. Et, Vnusquisq; onus suū portabit. Si enim onus suū vnusquisq; portabit, alter alterius onera portare non poterit. Nihil pugnantiæ habent illi loci. Quod ibi, Alter alterius, &c. præcepit, vt peccantes in hac vita nos inuicē sustētemus, & in præsentī seculo alterutrū auxilio simus: Hic autē, Vnusquisq; onus, &c. de domini dicat in nos iudicio: quod nō ex alterius peccato & cōparatione deterioris, sed iuxta nostrū opus, aut peccatores ab eo iudicemur, aut sancti, recipiēte vnoquoq; secundū opus suū. Ad hanc conciliationē respondens Augustinus, libro 2. de cōsensu Euangelistarū, cap. 30. Oneris nomē accipi docet. Alia sunt onera participādæ infirmitatis, alia reddēdæ rationis Deo de actibus nostris. Illa cum fratribus sustinentur, hæc propria ab vnoquoque portantur.

Onus multiplex.

QVID hic Paulus ait, Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: cū aliis in locis de aliis gloriatur. 2. Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Et. 1. Cor. 9. Bonū autē mihi est magis mori, q̄ vt gloriā meā quis euacuet. Certē omnis illa gloria ad crucē relata, gloria crucis est, & quicquid dignū in virtutib⁹ ppetratur, hoc fit ob domini passionē, & crucē.

DICTIO.

PRAEOCCVPATVS, præuentus, qui vix potuerit cauere, improvidē lapsus.

CATECHIZARE, est tradere mysteria religionis Christianæ, instruere, docere, erudire. Vnde Catechesis, Catechismus. i. instructio: Catechumen⁹, instruct⁹, seu q̄ verbū dei audit. Catechizatur hoc cap. dicit, sicut dicit docet grāmaticā.

Messis duplex.

STIGMA Græca vox est, significans notam impressam, vt præmonuimus.

MESSES duæ, corruptio, & æterna vita.

FINIS.

Latini ab Epheſo, Græci ab vrbe Roma, scriptam epistolam ad Galatas dicunt.

EPISTOLA

EPISTOLA B.

PAVLI APOSTOLI,

Ad Ephesios.

ARGVMENTVM EPIST.

Paulus hac epistola Ephesios, quum in fide perstitissent, hortatur, vt quæ coeperunt pergant, de arduis mysteriis subobscurè tamen cū illis differens: ac demum cuique ætati & hominum cōditioni rectè viuendi modum præscribens.

LOCI INSIGNES.

- 1 De diuina prædestinatione, Quod prædestinati sumus, antequam mundus fieret secundum beneplacitum Dei. (Cap. 1. 11. & 111.) vt habeamus de quo gaudeamus, nepe de salute gratis data.
- 2 Deus in Christo, toti orbi omnem dedit plenitudinem. Cap. 1. 11. 111.
- 3 De cognitione huius gratiæ, vt agnoscamus virtutem spiritus Dei operantis in nobis. Cap. 1. & quod omnes homines nascuntur filij iræ.
- 4 Hæc gratia prædestinationis & electionis, donum Dei est, non ex operibus nostris. Cap. 1. 11. 111.
- 5 Quod ad hanc gratiam nos gētes pertineamus, & quod antea incognitum erat, reuelatum est. Cap. 1. 11. 111.
- 6 De abrogatione legis. Non enim in vnum corpus coire potuerunt Gentes cum Iudæis, nisi hoc per Christum ablato interstitio. Cap. 11. 111.
- 7 De vnitae spiritus, & vnitae doctrinæ. Cap. 1111. Postquam vnum corpus facti sumus, ne circumferamur omni vento doctrinæ.
- 8 De vnitae Christi & Ecclesiæ sub typo matrimonij. Cap. v.
- 9 De non contemnēda, imò nullis humanis viribus, si desit gratia, superanda colluctatione aduersus, & vim & insidias veteris serpentis. Cap. v 1.



Aulus Apostol^o Iesu Christi¹ per voluntatē Dei², omnibus sanctis³ qui sunt Ephesi, & fidelib⁹ in Christo⁴ Iesu. Gratia vobis⁵ & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus Deus⁶ & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos⁷ in omni benedictione spirituali, in cœlestibus⁸ in Christo: sicut elegit nos⁹ in ipso ante mūdī constitutionē, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptione filiorum, per Iesum Christum, in ipsum secundū propositū¹⁰ volūtatis suæ, in laudē gloriæ¹¹ gratiæ suæ, in qua gratificauit¹² nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinē eius, (remissionem peccatorū) secundum diuitias¹³ gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis, in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentū¹⁴ volūtatis suæ, secundū beneplacitū¹⁵ eius, quod proposuit in eo, in dispensatione¹⁶ plenitudinis temporum, instaurare omnia¹⁷ in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sūt, in ipso. In quo etiam¹⁸ nos sorte vocati

Gratiarum actio.

2. Cor. 1. 4
1. Petri 1. 4

Benedictio. Electio.

Filij.

In Christo
vel ipsi Christi
sto.

Immaculati, irreprehensibiles.
In adoptio-
ne filiorū
vt adoptaret
filios.
In ipsum,
vel, in sese.
Propositū,
beneplacitū.
Gratificauit,
gratos
nos reddidit.
Quæ super
abundauit
in nobis, de
quo nobis v-
bertim im-
pertuit.
Sacramētū,
In eo, in di
spensatione, in seipso vsq; ad dispensationē.
Instaurare, vt summam
instauraret. Sorte vocati, in sortem, vel hereditatē ascitumus.

sumus: prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium, consilium voluntatis suæ: vt simus in laudem¹⁹ gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo: in quo & vos cum audissetis verbum veritatis (Euangelium salutis vestræ) in quo & credentes²⁰ signati estis spiritu promissionis²¹ sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem²² acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

Consilium, vel, decretū.
Pignus, vel, arrabo.

Spiritus sanctus.

1 Apostolus Iesu Christi. Epithetis semper Paulus, ad institutum suum facientibus, vti solet. Describere vult Ephesus hæc epistola synceriores Christianismi rationem, & salutem per Dominum nostrum Iesum Christum nobis partā. Se igitur Apostolum & legatum Iesu Christi dicit: volens significare, se non aliud, quàm salutis illorum negotium ex mandato Christi, & voluntate patris, apud illos hæc epistola acturum: atque breui hoc titulo Ephesiorū animos beneuolos & attētos sibi reddidit. Quis enim non ex animo velit, & studiosē quidem, audire legatum Iesu Christi, qui suos Spiritu sancto donatos, iustos & beatos reddidit? Hic monemur, ne minē posse legatum Christi esse, gloriæ quæ eius verum præconem, nisi ex voluntate, missionē quæ Dei. Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur? Roma. 10.

2 Per voluntatem Dei. Nemo legatum Iesu Christi aget, hoc est, Euangelium synceriter annunciabit, nisi ad hoc opus ex voluntate Dei sit extēsus, & impulsus. Et nō vt pseudapostoli, qui veniunt à semetipsis, non à Deo vocari. Paulo frequēs est, indifferenter loqui per has præpositiones Per, & Ex, vt idem exprimat dicens: Per voluntatem, seu Ex voluntate.

3 Omnibus sanctis. Id est, Deo consecratis, & deditis. Aduerte quàm homines hi, ea tempestate, virtute pollerent, vt eos & fideles appelleret, & sanctos viros, præsertim huic vitæ temporariæ deditos. Istiusmodi forsan, neque in montibus hoc tempore, neque in speluncis plerisque inuenieris.

Legatus Christi.

Per & ex, præpositiones sunt ad idem pronunciantum. Sancti.

*Fidelis in
Christo.*

4 *Fidelibus in Christo.* Addidit, In Christo: nam & si quis red dat depositum, si quis commo data nō abneget, fidelem amicum se exhibeat, animam magis quā fidem paratus sit pro dēre (quod de nonnullis philosophis legimus) is fidelis est: sed non in Christo.

*Gratia.
Pax.*

5 *Gratia vobis, & pax.* Gratia, id est, fauor Dei: Et pax, id est, prosper rerum vestrarum cūctus & successus. Scriptura enim nomine pacis prosperas res intelligit. Sic Ioseph fratres suos rogabat, Genes. 43. Nunquid pax est patri vestro? ac si dixisset, Nunquid bene habet pater vester, & prospero rerum successu fruatur? Sic Paulus precatus est, & optauit, vt beneuolētia Dei & fauore, ac inde vera prosperitate rerūque beato successu fruereutur.

*Deus nomen
naturæ.*

6 *Benedictus Deus.* A gratulatione incipit. Benedictus, supple sit, Deus, benedictione laudis: id est, sit laus Deo, gratias ago Deo. Nomen naturæ est Deus, Pater, nomē primæ personæ trinitatis. Hic obliquus, Domini nostri IESV CHRISTI: potest ad vtrumque referri, tum Deum, tum Patrem: nā Deus, est Deus Domini nostri IESV CHRISTI, secundum humanam naturam: & est Pater naturalis eiusdem, secundum diuinam: iuxta illud, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Deum vocat patrem nostrum, ne trepides accedere ad tantam maiestatem, qui nomine patris vult à nobis appellari. IESVM autem vocat Dominum, ne contemnas, quod propter te suscepit formas crucis.

*Donum Dei
duplex.*

*Benedictio
duplex.*

7 *Qui benedixit nos.* Id est, qui benefecit nobis, non in aliquo tantum, sed in omni beneficio spiritali supercœlesti: non in nobis ipsis, sed in Christo Iesu, cuius sumus membra. Dona Dei, ideo Cœlestia dicuntur, quia nihil eorum, vel terrenus Adam percipit: dicuntur & Spiritualia, quia operatur ea in nobis spiritus Dei, cum nihil tale possit caro & sanguis. In his donis agimus gratias Deo. Benedictus Deus: id est, sit laus Deo, gratias ago Deo. In omni benedictione: id est, multiplicatione, siue augmento. Quod corporale est, quando prestat Deus externa: & spirituale est, quādo prestat interna, & inuisibilia: vt, gratiam, pacem, hæreditatem cœlestem.

8 *In cœlestibus.* Ter ponitur in hac epistola, In cœlestibus: id est, in superioribus: siue, in rebus quæ sunt supra nos, quæ sunt inuisibiles, & iudicio carnis non apparentes. Hoc dictum putauerim

putauerim, quod in fine epistolæ dicitur: Aduersus spirituales nequitas in cœlestibus. In aëre enim isto, qui etiam Cœlum appellatur, agere spiritus nequam Paulus in hac epistola non semel dixit. Aut adiectum putato, In cœlestibus: ad explicandū quid benedictionem spiritualem vocasset. Eadem nāque bona sunt cœlestia, quæ & Spiritualia, nimirum quibus ditatos & Corinthios Apostolus scribens illis gloriatur.

9 *Sicut elegit nos.* Vt mox omnia diuinæ bonitati, tribuenda doceat, commemorat hanc spirituale benedictionem, & cœlestes opes cognitionis Dei, & vitæ diuiniore inde nobis prouenire, quod ante conditum mundū nos Deus per Christum in hoc elegerit, vt simus sancti, & ipsius quoque iudicio inculpati. Electio, significat optionem alicuius, reſutato aliquo: hoc modo, Deus elegit nos: id est, discreuit nos ab aliis non electis. Sed hæc Electio non est seiuſta, seu vt dicamur seorsum electi, sed Iuncti Christo, vt membra capiti. Et hæc Electio non noua, sed ab æterno, & ante mundi iacta fundamenta. Post declaratam segregationem, seu electionem à malis, manifestat prædestinationem, qua ab æterno ordinamur ad bonum adoptionis per IESVM Christum in ipsum, supple Deum: id est, vt nos essemus eius filij, & ipse esset pater noster. Obserua hinc quendam ordinem: Primum locum habet Electio, & prædestinatio: proximum Adoptio in filios, quæ aliās vocatio dicitur, dum nimirum spiritu suo donatos, ad se Dominus trahit, suiq; cognitione donat quos ab æterno ad hoc deputauit. Tertio loco succedit Vitæ sanctimoniam, & Dilectionis officiositas, qua bona opera Deo grata proferuntur, quæ videntes homines, patrem cœlestem, cuius beneficio ea proueniūt, glorificent: vt ita quartum in sanctis sit, Gloria Dei, ex iustitia, qua illos dignatio Dei ornat, resultans. Habes ex hoc Pauli textu, summam totius rei Christianæ: Vt simus sancti per fidem viam coram Deo inter nos vero mutua charitate coniungamur.

10 *Secundum propositum.* Id est, secundum beneplacitum voluntatis suæ. Nec te lateat, quum audis Beneplacere: aduerte quod voluntas diuina est sibi ipsi lex, ac per hoc non mendicat bonitatē ab extrinseco. Et id est Beneplacere, quod ipsa vult esse beneplacitū. Explicat Paulus in prædestinatione Beneplacitū diuinæ voluntatis, ad tollendas quæstiones disputantium de voluntate prædestinantis: aperte insinuans, quod

Electio.

*Christianif-
mi summa.*

*Propositum
diuinum.*

Diuina gloria vnde.
Prædestinatio ex gratia.

Deus non est gloria cupidus.

Gratia duplex.

Quare Deus gratia omnibus prædicari voluit.
Sapientia.
Prudentia.

bonitas huiusmodi propositi est apud diuinam voluntatem, & non apud merita istius, vel illius.

11 *In laudem gloriæ gratiæ suæ.* Laudanda est diuina gloria, non solum penes gratiam, sed etiam penes iustitiam. Ex utraque enim cõsurgit diuina gloria. Sed prædestinatio nõ pertinet ad laudem gloriæ cõsurgentis ex iustitia, sed in laudem gloriæ cõsurgentis ex gratia: quoniam non nostris meritis, sed ex gratia Dei per Iesum designamur filij Dei. Propterea dicitur, In laudem gloriæ gratiæ suæ. Dicit aliquis: est ergo gloriæ cupidus Deus. Respondet Theophylactus: Nequaquam. Nã nullius rei indiga est diuinitas: sed vult sanè à nobis gloriam consequi, hoc est, à nostris rectis operibus, vt illum maiori charitate sectemur. Nam qui diuina in se collata beneficia demiratur, pro sua virili dat operam, ne Deum, de se quàm optimè meritum, quoquam pacto offendant. Et quoties bona accepta, memoria repetet, magis ac magis largitorem hunc colet. Vult maximè Deus, vt nemo pereat: & ne, qui fuerint deteriores effecti, perdantur.

12 *Gratificauit.* Theologi ex hoc loco vulgatã illam distinctionem accipiunt, inter gratiam gratis datam. & gratum facientem. In qua gratia, seu hac gratia ipse nos gratificauit. Id est, gratos & charos reddidit. In dilecto filio suo: id est, per filium IESUM Christum, quem vnice amat, adoptauit nos in filios, & nos sibi recõciliauit: hoc est dilexit nos vt filios, & que propter amorem, quo ineffabiliter amat vnigenitum.

13 *Secundum diuitias.* Gratiam omnibus prædicari voluit, vt scias quòd pater esse maluit, quàm iudex. sic enim dixit in Ezechiele. 18. Nolo mortem peccatoris. Abundè effusum est, tantùm accipere studeamus. Dedit non solum gratiam, sed etiam gratiæ cognitionem. Sapientia, id est, intellectu spirituali: Prudentia qua cauemus rursus cadere in infidelitatem. Sapientia, qua intelligamus quæ Dei sunt: Prudentia facit, caueamus seduci iterum variis doctrinis.

14 *Sacramentum eius.* Id est, Euangelium. Hieronymus legit, *Mysterium voluntatis.*

15 *Secundum beneplacitum.* Id est, sua voluntate & beneuolentia patefecit nobis arcanum volutatis, siue id mysterij quod apud se decreuerat. Quòd si quis rogauerit, *Quare tandiu hoc mysterium celauerit?* Respondet Paulus, Sic visum est ei, qui nihil potest velle quod non sit optimum.

16 *In dispensatione plenitudinis temporum.* Hoc maximè conuenit illi sententiæ, Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Arcana siquidem diuinæ voluntatis sunt in dispensandis temporibus, non imperfectè, sed plenè. Plenum siquidem tempus dispensauit vnicuique rei, quam efficere proposuit. Et cuiusque tẽporis plenitudo, latet in mysterio diuinæ voluntatis. Verbi gratiã, Aliam plenitudinem tẽporis dispensauit pro inchoanda circumcissione, aliam pro donatione legis, aliam pro promissione Messiæ Dauidi, aliam pro institutione baptismi, aliã pro uocatione gentium. Hæc enim dispensatio plenitudinis temporum est ea, quam pater posuit in sua potestate. Ea est, quæ continetur in mysterio, & arcano diuinæ voluntatis.

17 *Instituræ omnia in Christo.* Vniuersa mysteria, & omnis dispensatio vetustatis: non solum quæ in terris, sed etiã quæ in cœlis gesta est, in Christi passione completur: neque necessarium duco (ait Paulus) siue manifesta, siue occulta & incognita mysteria, quæ antè Christum fuere recensere. Quia in vno Christo omnia teneo. Imò diligenter attendite, quòd non solum omnes historiæ scripturarum, quas in terra gestas Spiritus sanctus enumerat: sed etiã in cœlestibus, quæ nobis occultæ sunt, in Christi passione recapitulantur, & continentur.

18 *In quo etiam et nos sorte vocati.* Vocati, nõ fortuito, sed forte, & hæreditate. Alludit ad electionem populi in partem seu hæreditatem Dei, iuxta illud: Pars autè Domini populus eius, & Iacob funiculus hæreditatis eius. Ad literam significat, quòd Iudæorum ad Christum conuersio, nõ est ex meritis eorum, vnde sunt pars & hæreditas Domini, sed secundum propositum voluntatis Domini Dei, omnia secundum consilium suum agentis.

19 *Vt simus in laudem gloriæ eius.* Hac periphrasi, Nos, qui antè sperauimus in Christo: Iudæos Christo credentes significat: putat se, cum aliis Apostolis, & discipulis, qui crediderunt, siue sperauerunt in Christo antequàm Gentes, è quarum numero sunt Ephesij, qui posteri prædicatè Paulo crediderunt & sperauerunt: de quibus additur, In quo, id est, per quem Christum, & vos scilicet estis, qui audistis verbum veritatis Euãgelij salutis vestræ. Hæc est vera huius loci intelligentia: Gentes enim docet æquè ac Iudæos ad hæc re-

Dispensatio plenitudinis temporis.

Mysteria omnia habentur in Christo.

Vocati forte.

uelatam quoque Christi pertinere gratiam, vt vides cap. 2. & 3. Prædestinauit ergo nos sua beneuolentia, vt simus in laudem gloriæ eius: id est, vt nos laudemus gloriã nominis eius, clementiam & bonitatem eius.

20 *In quo & credentes.* In quo, Euãglio scilicet in Christo: & vos credentes, id est, hac fide viuã per Christi gratiam suscepta, obſignati iam estis, ita vt notum sit iam, vos de Christi forte, seu hæreditate esse.

Spiritus promissionis.

21 *Spiritu promissionis.* Spiritus promissionis, id est, spiritus promissus, quem promissit Christus credentibus. Qui quia datus est in cordibus, certum pignus est, quod Deus in reliquis promissis non fallat.

22 *In redemptionem acquisitionis.* Hoc est, in redemptionem nostri quos condidit, peccato amissos, sanguine acquisiuit & redemit. In laudem gloriæ ipsius: hoc est, tanto beneficio donati in hoc toti simus, vt gratias agamus, & laudemus liberatissimum & munificentissimum erga nos miserõs Deum.

Gratiarum actio.

Propterea & ego audiẽs fidem vestrã, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agẽs pro vobis, memoriã vestri faciens in orationibus meis: Vt Deus (Domini nostri Iesu Christi pater) gloriæ², det vobis spiritũ sapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ

Christus suscitatus a patre.

virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitã illũ à mortuis, & constituens ad dexterã suã in cœlestibus, supra omnẽ principatum⁴, & potestatem, & virtutẽ, & dominationem, & omne nomẽ quod nominatur,

In agnitionem eius, Per agnitionem sui. Vocationis eius, Ad quã ille vocauit.

nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Er omnia subiecit sub

Psal. 8. c

pedibus eius: & ipsum dedit caput⁵ omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

Caput ecclesie. Corpus Christi.

Plenitudo, Complementum. Adimpletur, Vt, Implet.

1 *Propterea & ego audiens.* Nunc more suo Ephesius memorat quanti faciat, quod & ipsi Christum cognouerunt. Nam pro eo in desinenter gratias agit, testaturque se precari, vt in ea cognitione promoueat.

2 *Pater gloria.* Basilus Gloriam pro vnigeniti diuinitate accepit. Ita vt eiusdem sit, & vnus Christi, & Deus & pater: Christi quidem, id est, humanitatis Deus: Gloriæ autem, hoc est diuinitatis pater.

3 *Det vobis spiritum sapientiæ.* Precatur Paulus, vt Ephesius oculi illuminentur, quod sciant, quid sibi ex vocatione sua sperandum sit, & quæ sit opulenta gloria hæreditatis, ad quam vocati sunt, quæ deniq; præcellens virtutis magnitudo, qua ex peccatis, & misera mortalitate, ad illam immortalem, & beatam vitam perducentur: secundum efficaciam eandem, qua Christus è mortuis ad dexteram patris, omniũ princeps & caput, atque instaurator huiusmodi est constitutus, vt secundum eandem potentiam & efficaciam, illos electos membra sua, malis omnibus exemptos, beatos in cœlestibus, id est, in inuisibili gloria sit redditus. Quod hic Paulus memorat, Christum super omnem principatum & potestatem constitutum, facit ad commedationem crucis, à cuius humilitate, in tantã dignitatẽ euectus est, iuxta id Phili. 2. Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Si etenim ipsi Christo ad tantã gloriam profuit, quod sese ad mortem vsque crucis humiliavit: & nobis proderit ad gloriam, abnegare nosmetipsos, & crucem nostram quotidie assumere.

4 *Supra omnem principatum.* Ac si diceret: Esto, sint varij angelorum ordines, sint qui principatus rectẽ vocentur, quod inter alios ac etiam super homines principes agant: sint Potestates, quorum auspiciis omnis potestas & magistratus in

Principatus.

Potestates.

Virtutes. terris geratur: sint Virtutes, quorum opera inter homines mi-
Dominatio - ra fiant: sint denique dominationes, quarum auspicio alij alijs
nes. dominantur: sint etiam Throni, per quos varia Dei iudicia
Throni. exercentur: Nihil tamen est, utcunque nominetur, tam ex-
 cellens, cui non superemineat Christus.

Christus ca- s *Et ipsum dedit caput.* Id est, dedit illum, ut sit caput ecclesie,
put ecclesie. prappositus vniuersis: Vt non solum excellat membra sua, ve-
 rum etiam vniuersa condita in celo & in terra. Cu ergo ille
 caput sit nostrum, ecclesie suae, omnia cu ipso communia ha-
 bebimus, quomodo membra cum capite, nos felicitate cum
 illo fruemur. Eius praeterea erit, nos in omnibus ducere, &
 viuificare, qui nihil prorsus sine ipso poterimus. Cumque om-
 nia in omnibus perficiat, ut per eum omnia condita sunt,
 nos tamen plenitudo eius ideo recte dicimur, quod in nos sci-
 licet virtutem & beneficentiam suam effundit cumulatissi-
 me, suamque in nobis potissime diuinitatem ostendat. Dicit po-
 test in hunc sensum: Quae ecclesia est corpus, supple mysti-
 cum, ipseus Christi: Et, pro, id est, Aut legatur sine particula
 coniunctione Et appositiuè. Plenitudo eius: id est, corpus ple-
 num, seu perfectum, omnibus suis membris & numeris constans.
 Qui Christus, impletur omnia in omnibus: id est, Christus
 implet omnia, & singula sui corporis membra, in omnibus
 partibus, spiritali quadam vita, longè copiosius & excellentius,
 quam anima singulas sui corporis partes viuificando.
 Verbo impletur, in textu Graeco correspondet participium
 medium, quod actiue & passiuè sumi potest.

CONCILIATIO.

Qui fieri potest, sanctus quis, & immaculatus sit coram
 Deo, ut hic Paulus ait, quum Propheta Psal. 14. dicat, Non
 iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens? Non dicit Pau-
 lus, Elegit nos ante constitutionem, cum essemus sancti, &
 immaculati: sed, Elegit nos, ut essemus sancti, & immaculati:
 hoc est, qui sancti, & immaculati ante non fuimus, ut postea
 essemus. Quod & de peccatoribus ad meliora conuersis di-
 ci potest. Non eliguntur (ait Hieronymus) Paulus, & qui ei
 similes sunt quia erant sancti, & immaculati: sed eliguntur
 & praedestinantur, ut per opera atque virtutes, sancti & immaculati
 fiant. Vide Hieronymum in hoc cap. Aut, Quia omnes
 nascimur filij irae, non est iustus quisquam, nemo ex se est qui
 proferat iustificationem.

HVIC

HVIC loco, Omnia subiecit sub pedibus eius, videtur alius
 locus esse contrarius, qui scribitur 1. Corinthiorum 15. Opor-
 tet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus
 eius. Cum autem ei subiecta fuerint omnia, & ipse filius
 subicietur ei qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia in om-
 nibus. Respondet Hieronymus, aut secundum praescientiam
 id quod futurum est, quasi iam factum esse commemorat:
 aut certe si de praeterito sentiendum est, sic debemus ac-
 cipere, quod etiam ea quae non sunt ei voluntate subiecta,
 naturae conditione deseruiant: verbi causa, Daemones, Iu-
 daei, atque Gentiles. Non enim seruiunt Christo, nec subiec-
 ti sunt pedibus eius: & tamen quia ab eo in bonam partem
 creati sunt, subditi sunt potestati eius inuiti, tametsi aduer-
 sum cum repugnent, liberi arbitrij voluntate. Lege Hierony-
 mum in hoc cap.

DICTIO.

EPHEVSVS Asiae minoris metropolis erat: huius incolae
 Dianam colebant, non hanc venatricem, quae arcum tenet,
 atque fuccincta est, sed illam Multimammiam, quam Graeci
 πολυμᾶστον vocant, ut scilicet ex ipsa quoque effigie menti-
 rentur omnium eam bestiarum & viuentium esse nutricem.
 Scribebat autem Paulus ad metropolim Asiae ciuitatem, in qua
 ita idololatria, & quod semper idololatriam sequitur, artium
 magicarum praestigiae viguerant: ut Demetrius diceret, & ma-
 gnae deae templum Dianae in nihilum reputabitur, destruetur
 quoque magnitudo eius, quam cuncta Asia & vniuersus
 orbis colit: denique triennio ibi Apostolus moratus est, no-
 ste & die dei euangelium praedicans, ut idololatriae arce de-
 structa, facile minorum urbium templa caperentur. Ut autem
 sciatis eos qui in Epheso crediderat daemoniacis praesti-
 giis & Magiae fuisse artibus obligatos, Act. 19. dicitur: Plu-
 rimi quoque eorum qui curiosa gesserant, comportantes li-
 bros combusserunt coram omnibus: & computauerunt pretium
 eorum, & inuenerunt argenti quinquaginta millia: quae sum-
 ma supputatore Guilielmo Budaeo doctissimo, quinque mil-
 lia coronatorum valet. Sic potenter domini verbum cre-
 scebat, & confortabatur. Ea in vrbe Ioannes Euangelista re-
 legatus diu versatus est, & vitam demum multo senio exa-
 ctam finiuit. Finito triennio ad Pentecosten abiit Paulus,
 relicto Timotheo ecclesiae & episcopo Ephesiorum. Ephe-
 G iij

si in abeuntis collum ruentes (vt ait Hieronymus) osculis atque complexibus suis indicauerunt vnum se cum eo scientiæ habere thesaurum, & magistri desiderium lachrimis con- testati sunt. Scribit autem epistolam hanc sensibus altissimis plenam, refertamque diuinis mysteriis. Hieronymus in præ- fatione commonet Origenem tria volumina in hanc episto- lam conscripsisse, quem ipse ex parte sequutus est. Apollina- rem etiam & Didymum commentarios scripsisse, ex quibus aliqua decerpfit.

Electio.

ELECTIO significat optionem alicuius refutato aliquo. Nemo enim eligitur nisi de pluribus.

Sanctus. Immacu- atus.

INTER Sanctum & immaculatum hoc interest, quòd Sà- ctus & Immaculatus quoque intelligi potest: Immaculatus verò non statim & Sanctus. Paruuli quippe immaculati sunt: qui integro corpore nullum fecere peccatum: & tamen non sancti, quia sanctitas (ait Hieronymus) voluntate & studio comparatur. Sunt tamen Sancti quòd deo sint grati.

Prædesti- natio.

PRAEDESTINATIO est diuinum propositum, seu Deus volens dare creaturæ rationali vitam æternam: sicut reprobatio est diuinum propositum, non dandi vitam æter- nam.

Adoptio filiorum.

ADOPTIO filiorum, Græcis vna vox est *εὐδοξία*, qua significant eam adoptionem, qua quis in filij locum ado- ptatur.

Gratifico. Gratificor. Grator.

GRATIFICAVIT, id est, gratos siue charos reddidit: sed Gratificor, id est, rem gratam facio: vt, Deus gratificatur ho- minibus, id est, beneficia cõfert. Grator verò grataris, id est, gratias ago, & quasi supplico.

Instauro.

INSTAURARE est idem quod integrare. Hieronymus & Græci legunt Recapitulare. Nam oratores vocant *ἀναξι- φασίωσις*, anacephalæosim recapitulationem cum ea quæ sparsum ac fufus dicta sunt, summatim repetuntur, vt in sum- mam conferantur, & simul iudici renouentur.

Recapitulo.

SIGNATI, id est, obfignati, quemadmodum tabulas ob- signamus in pactis.

Signare et Obsignare. Pignus. Arrabo.

PIGNVS, arrabo est, siue arra. diuus Hieronymus differē- tiam dicit inter hæc: nam Pignus, quod Græci vocant Hy- pothecam, datur in mutuo. Arrabo in contractu emptionis & venditionis, quo firma sit obligatio.

Christus

Christus mortuos peccato, viuificat.
CAPVT II.



ET vos cū essetis mortui deli- *Coloss. 2. d.*
ctis, & peccatis vestris, in qui-
bus aliquādo ambulastis se-
cundum seculum² mundi hu-

Potestatis
aëris huius
spiritus, cui
potestas est
aëris, qui est
spiritus.

Filios diffi-
dētiae, filiis
cõtumacibus,
vel inobediē-
tiae.

Nimiam,
semus mortui⁹
multam.

Et cū, etiā
cū.

In cœlesti-
bus, vel, in-
ter cœlestes.

ius, secundum principem³ potestatis aëris
huius spiritus qui nūc operatur in filios⁴
diffidentiae, in quibus & nos omnes ali-
quādo cõuersati sumus⁵ in desideriiis car-
nis nostræ, facientes voluntatem carnis,
& cogitationum, & eramus natura⁶ filij
iræ, sicut & cæteri. Deus autem qui diues
est in misericordia⁷, propter nimiam cha-
ritatem⁸ suam, qua dilexit nos, & cū ef-
femus mortui⁹ peccatis, conuiuificauit
nos¹⁰ Christo, (cuius gratiã estis¹¹ saluati)
& conresuscitauit, & confedere fecit in
cœlestibus in Christo Iesu, vt ostenderet
in seculis¹² superuenientibus abundan-
tes diuitias gratiæ suæ, in bonitate su-
per nos in Cristo Iesu. Gratiã enim estis
saluati per fidem (& hoc non ex vobis,
Dei enim donum¹³ est) non ex operi-
bus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim su-
mus¹⁴ factura, creati in Christo Iesu in
operibus bonis, quæ præparauit Deus,
vt in illis ambulemus. Propter quod¹⁵
memores estote, quòd aliquando vos
eratis Gentes in carne, qui dicebamini
præputium, ab ea quæ dicitur circūcisio

Misericor- dia dei à pec- catis libera- ta gentes.

Gratiã Dei salus. Fides. Donum dei.

Opera.

Præputium. Circūcisio.

in carne, manufacta: quod eratis illo in tē-
 pore sine Christo, alienati à conuersatio-
 ne Israël, & hospites testamentorum¹⁶,
 promissionis¹⁷ spem non habentes, & si-
 ne Deo in hoc mundo. Nunc autem¹⁸ in
 Christo Iesu vos qui aliquando eratis lō-
 gē, factis estis propè in sanguine Christi.
 Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtra-
 que vnum, & medium parietem maceriae
 soluens, inimicitias in carne sua, legē mā-
 datorum decretis euacuans: vt duos cō-
 dat in semetipso in vnum nouum homi-
 nem, faciens pacem, vt recōciliet ambos
 in vno corpore Deo per crucem, interfi-
 ciens inimicitias in semetipso: Et veniēs
 euangelizauit pacem vobis qui lōgē fui-
 stis, & pacem iis qui propè: quoniam per
 ipsum habemus accessum ambo in vno
 spiritu ad patrem. Ergo iā non estis ho-
 spites¹⁹ & aduenæ: sed estis ciues sancto-
 rum & domestici Dei, superædificati su-
 per fundamentum Apostolorum & Pro-
 phetarū, ipso summo angulari lapide Ie-
 su Christo: in quo omnis ædificatio con-
 structa, crescit in templum sanctū in do-
 mino, in quo & vos coædificamini, in ha-
 bitaculum Dei in Spiritu sancto.

*Sāguis Chri-
sti.
Pax, Chri-
stus.*

*Nouus ho-
mo.*

*Accessus p
Christum.
Roma. 5. a
Domestici,
Dei gentes.*

Tēplū Dei.

1 *Mortui delictis.* Omni virtute cū sitis destituti, & nō so-
 lum corporea morte, quæ ab Adā exordium sumpsit, sed spiri-
 rituali, quæ à vobis ipis præcipuè constat, affecti, extulit Deus
 filium suum, & suscitauit, vt nos conuiuificaret cum illo.

2 *Secundum seculum.* Tropo scripturæ vulgari Secūdum se-
 culum

Conuersa-
tionē, repu-
blica.
Hospites te-
stamentorū,
extranei à te-
stamentis.

Mediū pa-
rietē mace-
riæ soluens,
interstitium
maceriae di-
ruit.

Inimicitias
in carne sua
simulratem p
carne suam.
Decretis,
in decretis
sitam.

Aduenæ,
incolæ.
Ciues, con-
ciues.

culum mundi huius: pro ratione qua viuere hic mundus so-
 let, positum non dubito. Ambulare secundum seculum mun-
 di huius, est viuere pro carnis nostræ, hoc est naturæ depræ-
 uatæ arbitrio, & cupiditate.

*Ambulare
secundum se-
culum.*

3 *Secundum principem potestatis.* Intelligit hīc Paulus princi-
 pem dæmonum. Sed cū ait, Aëris spiritus, significat locum in
 quo sunt spiritus. quasi dicat, secūdum principem potestatis
 spiritus: id est, vniuersitatis spirituum, aëris, id est, quæ est in
 aëre. August. in Psal. 126. ait: Nubilosus iste aër ad abyssum
 pertinet, vbi nubes, vbi venti, vbi tempestates, vbi pluuia, co-
 ruscationes, tonitrua, grandines, nix, & quicquid vult Deus
 super terrā fieri de isto humido & caliginoso aëre, totū hoc
 terræ nomine appellauit. Quia ni-nis mutabile est atq; mor-
 tale. Propterea ad ista caliginosa, id est, ad hunc aërem, tanquā
 ad carcerem damnatus est diabolus, de apparatu superiorū
 lapsus cum angelis suis, vt hīc docetur. Et 2. Petri 2. Si enim
 Deus angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caligi-
 nosi inferni retrudens, tradidit in iudicio puniendos serua-
 ri. Infernum hoc appellans, quod inferior pars mundi sit. Si
 plura de his desideras, legito magistrum sententiarum lib. 2.
 dist. 6. Aut si mauis, hoc pacto dicito: Secundum principē,
 cui ius & potestas est aëris, & spiritus illius, qui agit in filiis
 dissidentia, vt aërem intelligas hāc infimam (vt diximus) or-
 bis partem, in qua regnat ille, non veluti dominus, cū Chri-
 stus dominus sit omnium: sed vt tyrannus, & nō nisi nostro
 vitio potens. Deinde spiritum accipias affectum mūdanum,
 diuersum ab illo cœlesti spiritu Christi, nihil amanti nisi cœ-
 lestia. Et vtrunque genituum Aëris & Spiritus referas ad ter-
 tium, qui præcessit Potestatis.

*Princeps po-
testatis aeris*

Infernus.

*Diabolus hic
regnat vt ty-
rannus, non
dominus.*

4 *Operatur in filios.* Non ait, Qui cogit: sed, Qui operatur
 in filios dissidentia: id est, qui Deo minus obtemperant, &
 diabolo non coacti obsequuntur.

*Filij dissiden-
tia.*

5 *Conuersati sumus in desideris.* Carnis desideria nō hīc in-
 telligit voluptatem illam libidinofam, sed quod nihil spiritu
 sapit. Quia Paulus persecutus est fidem Christi, idcirco con-
 uersati, inquit, sumus in desideris carnis nostræ, facientes vo-
 luntatem carnis, id est, hominis spiritum non sapientis & se-
 quentis. Et cogitationum, id est, metium prauarum, & dog-
 matum veritati aduersantium.

*Desiderium
carnis.*

*Voluntas car-
nis.*

6 *Eramus natura filij iræ.* Nāscimur in peccato, propter quod

Filij iræ.

Misericordia diuitiæ Dei sunt. Dei charitas erga nos.

fumus filij iræ, id est, diaboli: Diabolus enim perditio est, & ira, & mors. Aut, Filij iræ, quia de maledicto mortis venientes. Aut filij iræ, id est, punitione digni.

7 *Dues in misericordia.* Hæ veræ diuitiæ sunt misericordiarum, vt nō querentibus vtrōq; misericordia præstaretur. sicut dicit Elaias, Palam factus sum non querentibus me. Hæc tamen charitas Dei est erga nos: vt quia fecit nos, nolit perire nos: diligit enim opus suum, cum nemo suum laborē oderit.

8 *Nimiam charitatem.* Id est, multam & abundantem.

9 *Cum essemus mortui peccatis.* Peccatis, ablatius est, id est, per peccata: alioqui Paulus vocat mortuos ipsi peccato, qui iam non peccant.

10 *Conuiuificauit uos.* Nos Christo conuiuimus, cum quo Deus nos simul viuificauit: hunc actione & opere, Nos virtute hoc tempore: & paulō pōst, re ipsa, & factis. Præteritis vsus est Paulus pro futuris, idq; eius rei gratiā, ne quia futura incerta sunt, hominum spes fluctuet & vacillet. Ea quæ Deus futura cognouit, apud quem nihil ambiguum est, quasi iam facta memorantur: vt, quia præterita secundum philosophos quoque fieri infecta non possunt, qui audierint quasi iam facta, habeant quæ futura sunt.

11 *Cuius gratiā estis saluati.* Nō vestro labore, vel opere vilo per Christū redempti estis: sed sola Dei gratiā. Nā quantum ad vestra opera attinet, eratis certē ira & supplicio digni.

12 *Vt ostenderet in seculis.* Diluit obiectionem quorundam, dicentium fortassis. Quid profuerit quod Christus tam præclara ante tot secula fecerit, & tam dira passus fuerit? Respōdet Paulus, Vt ostēderet in seculis superuenientibus &c. Qui locus bifariam intelligi potest: Primū, vt de seculis regenerationis, & vitæ plane beatæ, intelligamus: Clarissimē enim excellens diuinæ beneuolentiæ opulentiā apparebit, relucēte magnificentissimē benignitate illa, & beneficētia, qua per Christum nostri reparatorem, patris imago plenē in nobis restituta tum fuerit. Aut dici potest in hūc sensum, quod dominus in Ephesios & alios illius seculi sanctos, magnificē bonitatem suam ostenderit, vt & posteris seculis, hinc opes beneuolentiæ suæ ostentaret. Videtur prior sensus commodior. Quia modō vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Colossen. 3. Et nondum apparuit, quod futuri sumus: manifestato autem plenē Christo, cumq; gloriosus apparuerit,

rit, tunc & nos cum illo manifestabimur in gloria, & similes ei erimus. Coloss. 3. & 1. Ioan. 3.

13 *Dei enim donum est.* Fides qua iustificabimur, est donum Dei, quod illam gratuitō, non autem nostro merito habemus. Non tamen sine opere nostro, & bono voluntatis nostræ, seu liberi arbitrij motu. Qui enim fieri potest, credamus fidamūsve, nisi interno actu operemur? non tamen nisi attracti, & diuinitus pulsati credimus. Quare id verē donum dici debet, quod Deo debemus, & ab eo accepimus.

14 *Ipsius enim sumus factura creati in Christo.* Reddit causas, quare gratiā saluati sumus per fidem: & hoc ipsum nō ex nobis, sed ex munere Dei, dicēs, Ipsius enim factura sumus: hoc est, quod viuimus, quod spiramus, quod intelligimus & credere possumus, ipsius est, quia ipse conditor noster est: tum quod aliquid, tum quod bene & studiosē sumus. Post fidem factis opus est, quibus iustiores reddimur. Es à Christo per baptismum in nouam creaturam immutatus, non vt occieris, sed aliquid bene agas, & in bonis operibus ambules, quæ tibi dominus præparauit, vt bene in illis ambules: hoc est, iustior efficiaris: idque facias, non ad tertium quartūve annum, sed quandiu hæc tibi suppetet vita. id enim præterdit, quum dicit, Ambulemus.

15 *Propter quod memores.* Pergit ostendere Ephesios, ex quibus malis ad quanta bona eos Dei benignitas transtulerit. vt his cognitis, fiducia maior, amorq; in Deum gignatur seruē. Ephesij Gentes vocantur in carne, quia secundum spiritum Israëlita sunt, non autem secundum carnem, de quibus loquitur Paulus 1. Corinth. 10. Videte Israël secundum carnem. Qui dicebamini præputium, nec eratis ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manu facta: hoc est, vocabamini præputiati, alienati, & seiuncti ab ea quæ dicitur circuncisio in carne: id est, à Iudæis tantum carnaliter circūcisus. Mementote, inquam, quod eo tempore eratis sine Christo, id est, nihil de Christo audieratis, vt vestri reparationem speraretis. Etiam in hoc seculo iustis legib; destituti eratis, vera republica, quæ vel sola apud Israëlitas instituta per Deum erat, carebatis: postremō, vt nullum vobiscum Deus scēdus percusserat, ita nullis promissionibus, in spem bonā vos erexerat. Agebatis itaq; ætēros, id est, sine deo, & planē impij. Quid autē iā æquē miserum vel fingi possit, quàm esse sine Deo, sine lege, sine

Ephesios hortatur Paulus vt miseriam ante suā vocationē agnoscant.

promissione, & spe salutis? Rectè igitur hortatur Paulus Ephesios, vt huius suæ miseriæ sint memores, vt nimirum æstiment Dei dignationem, qua eos, citra vllum suum meritum, ex illa miseria liberatos, euangelicæ lucis, cum sanctis omnibus, participes reddidit.

Hospites testamētorum.

16 *Hospites testamentorum.* Id est, peregrini, siue extranei à patribus, siue testamentis, & promissionibus ipsi Abrahamæ, & aliis patribus factis. Testamentorum, plurali numero dicit, propter promissionum multitudinem: tanquam aliud fuerit Testamentum, & promissio de semine Abrahamæ, aliud promissio de terra promissionis, & huiusmodi.

17 *Promissionis spem non habentes* Gentes non habebant spem futuram, vt delicta resurrectionis & præmij.

18 *Nunc autē in Christo.* Hactenus disseruit in genere de gratia Dei: nunc speciatim de gratia Gentibus præstita docet: ostendens misericordiā & gratiam Dei etiā ad gentes pertinere, quas ad humilitatē & gratiarū actionē prouocat. Quia Gentes cū Iudæis futuri erant vnum corpus, sub vno capite Christo, & vno ædificiū, constructum supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, seu supra petram Christum: hoc fieri non potuit, nisi interstitium, quod separauit duos maxime diuersos populos, auferretur. Inimicitias dicit, peccata hominum interfecta in carne Christi, per mortē & passionē suam. Iudæi enim, Gentes (quod exleges essent) oderant, vt secundum legem vt immundos habebant. Porro circumcissionem sequebantur omnia onera legis, sicut Galat. dicit Paulus: Testificor rursus omni homini circumcidenti se, quod debitor est vniuersæ legis faciendæ. Hæc onera neque nos (inquit Petrus Act. 15.) neque patres nostri portare potuimus. Et Paulus Act. 13, A peccatis nō potuistis in lege iustificari. Et Rom. 3. Quod impossibile erat legi, &c. Necessè ergo erat eam abrogari: tantum aberat, vt Gentibus quoque imponeretur. Iudæi legi fidebant: qua ablata, viderunt se nihilo Gentibus meliores, quando quidem scriptura concludit omnia sub peccato. Gentes enim pakam erant impiæ, inde & ipsi inuenti sunt peccatores, postquam intellexerunt, per opera legis non iustificari. Porro Lex, quia Dei erat, abrogari non potuit, nisi ei in æternum satisfieret: cui satisfieri per nos (vt dictum est Roma.) non potuit: necesse erat illum esse sub lege, & legem implere, qui legi nihil debuit: hic est Christus

Iudæi & Gentes coalescunt per Christū.

Jesus, qui per sanguinem suæ crucis fecit sibi Gentes & Iudæos vnum corpus. Is est nostra sanctificatio, iustitia, & satisfactio: cui quisquis fide ac charitate adhæret, bonorum eius particeps est. Satisfactio ergo Christi applicatur mihi penitentiā: ita vt lex iam me damnare non possit, & peccatum, id est, fomes relictus in carne mea, reliquum, propter fidem in Christum, mihi nō dominatur. Itaque iam spiritus Christi in credentibus hoc agit, vt ex corde diligatur Deus, & proximus: id quod lex requirebat quidem, sed dare non poterat: Litera enim erat, non spiritus. Christus pax nostra, qui fecit per suum sanguinem, vtraque, & Iudæos & Gentes, vnum: id est, vt coalescerent, & Christiani essent. Soluens medium parietem maceriæ: id est, inimicitias in carne sua, id est, per passionem suam: Euacuans, id est, antiquans, legem mandatorū, id est, legem Moysi, quæ infinitis constabat mandatis, decretis, id est, dogmatis euangelicis. Decreta enim sunt (ait Theophylactus) quæ ad fidem instituunt. Lex autē quæ dat viuendi præcepta, vt duos scilicet populos condat, & creet in semetipso Christo, in vnum nouum hominem, in nouitate vitæ ambulantem: & facta pace, reconciliet ambos populos Deo, in vno corpore ecclesiæ, per crucem. Interficiens inimicitias, siue Iudæorum & Gentium mutuas, siue omnium hominum cum Deo. Theophylactus interpretatur, In vno corpore: hoc est, in suo Christi. Quia pœnas ob nostra peccata nobis debitas, Christus per crucem luit, sicut supra dictum est, in carne sua: Et rursus quum in seipso intulit, Duos conciliat.

Christus soluit medium parietem.

Decreta.

19 *Iam non estis hospites.* Quia ciuitate illa cœlesti, iam estis donati & adscripti, non estis peregrini: sed domestici, id est familiares, Superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum, hoc est, quo Apostoli & Prophetæ, & sancti quilibet, cuiuscunque ordinis illi fuerint, nituntur. Christus est, in quem omnium scilicet spes recumbit, quo freti, corda eorum solida consistunt: longanimitè præstolantes, dum liberati malis præsentis exilij, cœlestem hæreditatem plenè adeant. Idem summus quoque angularis lapis existit, qui scilicet suo spiritu totam Dei structuram continet: Duosque parietes, populū Iudæorum & Ethnicū, in se pulchrè iungat, vt ita is cognoscatur, per quem Domini ædificium infernè & supernè constet & conseruetur: neque conseruetur

Ciues non hospites.

tur tantum, sed & incrementum (donec stet consummatum) quod erit, quum tradiderit regnum deo & patri) omne accipiat. Vnde ait, In quo omnis ædificatio constructa, crescit, & exurgit in templum sanctum Deo, dum fideles per gratiã Dei templum efficiuntur, in quo (inquit) & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto: id est, ut per habitantem in vobis spiritum sanctum, templum, & domicilium Dei sitis.

DICTIONO.

Confedere.

CONSEDERE, est simul federe. Hinc Confessus, & Confessio.

Accessus.

ACCESSVS, aditus & introductio, veluti quum quis introducit ad conspectum principis.

Hospites.

HOSPITES, sunt peregrini, & extrarij, quasi alieni à iure ciuium

Filij iræ naturæ.

NATURA filij iræ: id est, propriè, ac verè filij iræ. Quemadmodum dicimus hominem naturã miserum, qui sic additus est miseræ, ut nolit effugere, si possit.

Circuncisio. Præputium.

CIRCUNCISIO, Id est Iudæi. Populus Hebræorũ ob membrum genitale præfectum Circuncisio vocabatur, ceteri Præputium dicebantur: sed duntaxat Iudæis, quibus ut illud nomen erat honorificum, ita hoc ignominiosum.

Lapis angularis.

ANGULARI lapide, Græcis vna vox est, qua significatur summus lapis in angulo ædificij, qui solet esse validissimus. Est autem ablatiuus absolutè positus, veluti dicas, in qua structura, Christus summus est in angulo lapidis. Et statim post eodem modo ponitur absolutè, Constructa, id est, coagmentata, siue commissã, siue coaptata. Hieronymus legit, compaginata. Ambrosius compacta.

Maceria.

MACERIA, est murus, vel septum lapideum, siue bitumine, & harena.

Gentes

Gentes participes factæ æternæ salutis. CAPVT III.



Vius rei gratia ego Paulus vinctus Christi IESV pro vobis Gentibus: si tamè audistis dispensationẽ gratiæ Dei, quæ

Paulus gentium Apostolus

Sacramentum, mysterium, In breui, paucis. Prudentiã, cognitionem. In spiritu, per spiritum.

Operatio- nẽ virtutis efficaciam potentiam.

Inuestigabiles imperuestigabiles. Illuminare omnes, in lucem proferam omnibus, quæ sit communio mysterij Multifor- mis vehemèter varia. Fiduciam, audaciam.

data est mihi in vobis: quoniam secundũ reuelationem⁴ notum mihi factum est sacramentum, sicut suprã scripsi⁵ in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum: sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in spiritu, Gentes esse coheredes, & concorporales, & comparticipes promissionis eius in Christo IESV per Euangelium: cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ Dei: quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi enim omnium⁶ sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias⁷ Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit, ut innotescat principibus⁸ & potestatibus, in cœlestibus, per ecclesiã, multiformis sapiëntia dei secundũ præfinitionẽ seculorũ, quã fecit in Christo Iesu domino nostro: in quo habemus fiduciã & accessum, in confidentia per fidem eius.

1. Cor. 15. b

Vinctus
Christi.

Christi arca
num reuelatum
Paulo.

1 *Huius rei gratia: Rogabis: Cuius? Quia* prædico Iesum Christum vestri miserum, transcripsisse vos in peculium, & populum Dei: Hoc est, prophetarum promissiones, & benedictionem Abraham, etiã ad Gentes, quæ fide viuã ornarentur, pertinere. Propter hanc prædicationem ego sum vinctus Iesu Christi pro vobis Gentibus: id est, quia do operam lucrari & acquirere vos Iesu Christo. Et quod doceo regnum Christi ad vos pertinere, sicut & ad Iudæos.

2 *Vinctus Iesu Christi.* Compedes toleramus & carcerem, & illud gloriæ ducimus, quia CHRISTI nos dicimus vinctos. Vinctus Christi, id est pro Christo: sicut Martyr Christi, pro Christo.

3 *Dispensationem gratiæ.* Ac si dicat, Sic gratia diuina est dispensatum, vt & supernè vocatus sum, & splendore oppletus, qui contumax fueram, vt saltem hoc pacto crederem, & illi obsequer: In vobis (inquit) ab eo data est mihi gratia. Ipse nanque sic mihi dixit, In gentes longinquas ego te mittam. Quod fit, vt gratiæ id sit adscribendum, & non mihi.

4 *Secundum reuelationem.* De hac reuelatione scripsit Galatis fusiùs: Notum autem vobis (inquit) facio fratres, Euangelium quod prædicatum est à me, non esse secundum hominẽ. Neque enim ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem IESU Christi. Sacramentum autem & Mysterium, seu Arcanum Christi, quod reuelatum sibi hic Paulus memorat, quod & supra exposuit, est, Christum esse caput & principem sanctorum, siue ex Gentibus, siue ex Iudæis: per Christum enim perficienda sunt omnia. Quod mysterium antea absconditum, à tempore mortis & resurrectionis Christi reuelari oportuit, & Gentibus quoque annunciari, quæ iam æquẽ ac Iudæis Christo, imò Iudæis copiosius, adducendi erant. Mor te nanque sua Christus interstitium inter Gentes & Iudæos submouit, vtrunque populum compegit, qui spiritu Christi actus, continuò magis ac magis purgatur, & pietate plenius imbuitur.

5 *Sicut supra scripsi.* Quemadmodum præcedente capite paucis absolui, Gentes vocatas esse, & esse conciuies sanctorum, Christum sedere ad dexteram patris, & nos cõfedere fecit in cœlestibus in Christo, & huiusmodi magnifica: Non scripsi vobis quatenus dignitas & magnitudo mysterij exigebat, sed quantum satis esse vestris viribus videbatur.

6 *Mibi;*

6 *Mibi autem omnium sanctorum minimo.* Omnium sanctorum sum minimus, non solum quod persequutus sum ecclesiam Dei, i. Timo. 2. sed & quod ex me nihil sum: nõ modò minimus Apostolorum, sed omnium etiam sanctorum, hoc est fidelium. Quod reuera ratione humilitatis, maius est longè, quàm illud quod ait, Non sum dignus vocari Apostolus.

7 *Inuestigabiles diuinas Christi.* Inscrutabilem dicit Dei esse opulentiam. Quum imperuestigabiles sint Dei opes, minus eius substantia vestigari potest. Quid ergo Eunomius hæreticus ille iactabat, se huiusmodi Dei substantiam comprehendisse?

8 *Vt imotescat principibus.* De bonis & cœlestibus illis intelligi potest hic locus iuxta sententiam Gregorij Nyssæ, qui, ante incarnationem adfirmat simplicem quandam potestates cœlestes habuisse Dei cognitionem, videlicet, quod sola voluntate cuncta crearet, & eidem licere omnia præuidebant, moderari quæ vniuersa, & sapiẽter curare omnia intelligebant. In carnato autem Dei verbo, ex contrario contraria sunt effecta. Nam per mortem vita successit, per infirmitatem potentia, per ignominiam gloria. Hæc vbi nobis, qui sumus Ecclesia Dei, tam varia Dei beneficia obuenerunt, statim intellexere cœlestes illi angeli quàm sit de Ecclesia benemeritus Deus. Quum dicit, secundum præfinitionem seculorum: id est, secundum quod ab æterno proposuerat suo illam tempore reuelare. Aliter: Quasi diceret Paulus, ita in lucem proferimus hoc mysterium nobis creditum, vt sentiant totum infernorum regnum, cui dicitur: Tollite portas principes vestras, &c. vtiq; sentiant, quotquot sub principatu te-
nebrarum militant, vt scilicet ipsa veritatis luce deuidi, in regnum lucis contendat. Suspiciabatur quidem diabolus, aut etiam scripturis prædicentibus, sciebat fore, vt genus humanum redimeretur: sed hanc tam variam, vt ignotam Dei sapientiam, quomodo scire potuit, quod Deus mundi stultitiã esset docturus ad sapientiam, per crucem ad gloriam, per mortem ad vitam? Sicut legis 1. Corint. 2. Si principes seculi hanc Dei sapientiam, quæ est crucis stultitiã, cognouissent, nunquã Dominum gloriæ crucifixissent. Certè per ecclesiam cognouerunt: vbi aduerte, præpositionem Per, significare instrumentum: quasi dicas, Opera ecclesiæ, quam scilicet ecclesiam in Christo, id est, per Christum, fecit & constituit.

Dæmones
per ecclesiã
Dei mysteria
cognouerunt

FI

Orat Paulus
vt Ephesij
confirmen-
tur in fide.

Propter quod peto¹, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas² in cœlis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutē corroborari per spiritū eius in interiori homine: Christum habitare per fidē in cordibus vestris, in charitate radicati, & fundati, vt possitis cōprehendere, cum³ omnibus sanctis, quæ sit latitudo⁴, & longitudo, & sublimitas, & profundum: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini⁵ in omnē plenitudinem Dei. Ei autem qui⁶ potens est omnia facere superabundāter, quā petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes⁷ seculi seculorum. Amen.

Gratiarum
actio.

¹ Propter quod peto. Non solū petit Paulus pro ipsis Ephesijs: ne in pressuris suis, id est: Pauli, lassescant, atq; deficiant, sed etiam, ait Paulus, peto ne deficiam in tribulationibus meis pro vobis. seu pro Euāgelio ad Gentes. Torus enim mundus ad doctrinam Pauli de potestate principis tenebrarū tollebatur. Deserebātur idōla, & cultoribus templa deserta squalore, & sordibus replebantur. Ob quam causam omnis exercitus Dæmonum, omnis turba inimicarum fortitudinū, contra Paulū factio cuneo dimicabat, vt per tribulationes & angustias, Paulus Euangelium desineret prædicare, & lassus aliquando requiesceret. Hoc quōd Pauli opera & labore, per multas pressuras adducerētur Gētes ad Christum, cedebat in Gentium gloriam. Ait itaque, Paulus, Simeq; pressuræ vobis

In tribulationibus meis, Et ascriptiones meas quas tolero.
Paternitas, Familia, vel a cōmuni patre cognatio.
Christū habitare, Vt inhabitet Christus.

Superabundāter, Cumulatè vtrūq;
Intelligimus, Cogitamus.

bis sunt gloriæ, quāntō maiorem ex vestris vendicabitis?
² Ex quo omnis paternitas. Id est, parentela, cognatio, & familia spiritalis, Explicat hoc loco Paulus, ad optionis gratiam comunē esse supernis spiritibus & hominibus, ab vno eodemq; patre Domini nostri Iesu Christi, ita vt omnes tam spiritus cœlestes, quā nos homines, dicamur filij adoptionis.
³ Comprehendere cum omnibus. Orat hoc loco Paulus pro Ephesijs & eorum in patria felicitate. Nam non in hoc statu mortali, sed in cœlis commune est omnibus sanctis comprehendere. Nisi dixeris, imperfectam hoc loco esse comprehensionem, quæ in cœlis postea perficietur. Quia quod ex parte est euacuabitur. Hæc comprehensio cuiuslibet communabitur, secundum beneplacitum voluntatis diuinæ, non excludentis meritorum rationem.

Paternitas.

Comprehendere.

⁴ Quæ sit latitudo. Gregorius Nysses per latitudinem, longitudo, & alia hic pronuntiata, crucē dicit significari. Cōprecatumq; Ephesij Apostolū, vt quirent crucis mysterium contemplari, siquidem hac cruce omnis contineretur dispensatio. Paulus vbique vult à nobis agnosci, tam immēsam gratiam & incōprehēsam, vt spiritu fortificati, intelligamus huius gratiæ altitudinem, quia penetrat cœlos: profunditatem, quia penetrat inferos: longitudinem & latitudinē, quia replet orbem terræ: vt nō solum intelligas iam in Iudæa notū, sed in toto orbe. Psal. 75. Misericordia Domini plena est terra. Item, Domine Dominus noster, quā admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Quidā post Photium Græcum sic ait, Vt possitis comprehendere quæ sit latitudo, id est, immēstas potentiae diuinæ: & longitudo, id est, æternitas & sublimitas naturæ: & profundū, id est, profunditas scientiæ. Scire etiā supereminentem scientiæ charitatem Christi, id est, quæ exuperat omnē sensum, aut maiore, quā quæ virtute humana cognosci possit. Theophylactus refert ad mysteriū & ad vocationē gentiū. Vtus est Paulus vocabulis omnium dimensionum corporaliū, ad exprimēdam illius vocationis & mysterij magnitudinē. Aut cum dicit, Latitudinē, & longitudinē, & altitudinē, & profundū, hoc significat, quōd in sphaera tanta est longitudo, quāta est latitudo, & tāta altitudo, quātum est profundum: ita & in Deo omnia æqualia sunt immēstitate infinitatis. Sphæra enim definito modo concluditur. Deus autē nō solum implet omnia, sed & exællit. Nec enim

Crucis mysterium.

clauditur, sed omnia intra se habet, ut solus ineffabilis, & infinitus habeatur. Nā subiūgit Paulus, Scire etiā supereminētē scientiæ charitatem, id est, quæ charitas; quia Deus pro nobis filium suum tradidit, cognitione maior est, aut quæ excellentior est, quàm homo possit assequi.

5 *Vt impleamini.* Vt crescatis ad omnia quæ Dei sunt, ut nihil cognitionis spiritualis vobis desit: ut crescatis in virum perfectum, in mēsuram ætatis plenitudinis Christi, ut sequēti capite dicemus. Aliter, Vt impleamini, id est, perficiamini, & sciatis, quemadmodum in patre, & filio, & Spiritu sancto adorandus sit vobis Deus: hæc enim plenitudo Dei est ipsa trinitas.

6 *Ei autem qui potens est.* Hæc sum precatus, quæ prædixi: Deus tamen longè maiora, quàm sint meæ preces efficiet, & præstabit. Non frustrabimur nostris votis, qui patrem habemus omnipotentem, qui potest supra modum præstare, quæ petimus, & plusquam petimus, & excogitare possumus, ut in Luca 11. Vos, cum sitis mali, nostris bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester cœlestis, dabit spiritum bonum petentibus sc̄s?

Secula seculorum.

7 *In omnes generationes seculi.* Periphasis quædam apud Hebræos est, quæ vulgò exprimunt æternitatem, sicut sæpe videmus hunc tropum in sacris, tum in hoc loco, tum Psalmis, & alibi. In omnes generationes seculi seculorum, id est, illius seculi, quod succedentibus perpetuò seculis nunquam habebit finem.

CONCILIATIO.

CUM Iacob, Dauid, & alij, tam apertè sint de mysterio tum incarnationis, tum eorum quæ de Messia sunt, vaticinati: ita ut Christus dixerit, Moyses & Prophetæ scripserunt de me. Scrutamini scripturas, illæ enim testimonium perhibent de me: Quid est quòd hic Paulus ait, In mysterio Christi, quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & prophetis in spiritu? Cautè, signanterq; (ait Hieronymus) Paulus testatus est filiis hominum ignotū fuisse mysteriū, non filiis Dei ad quos loquitur, Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Quòd scilicet hi, qui spiritum adoptionis acceperunt, de quibus Patriarchæ & Prophetæ fuerunt, Dei scierint sacramentū. Aut dicito, Paulum non definitè & generaliter dixisse, Aliis generatio-

nerationibus ignotum fuisse omnino Domini sacramentum: sed non tam apertè sanctis patribus, Patriarchis, & prophetis reuelatū esse, atque Apostolis. Aliud enim est, in spiritu ventura cognoscere: aliud cernere ea opera completa. Unde & Ioannes propterea maior Prophetis omnibus dicitur, quia quem cæteri prædixerunt, ipse non modò conspexerit, sed & digito ostenderit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iuxta quæ sensum & illud exponi potest, Matth. 13. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ, & iusti, curauerunt videre, quæ videtis, & non viderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt. Hæc utiq; videre & audire cupiebant, quæ futura cognouerant. Quòd si nesciebant, quomodo desyderabant, quæ penitus ignorabant? Dicemus ergo, mysterium hoc absconditum fuisse, quia non apud Gentes, imò ne apud Iudæos quidem palàm inuulgatum, apud quos paucissimi sanè fuere, qui restè, quale esset Christi regnum futurum, pranouissent.

PLURIMUM diffidere videtur, quæ hic Paulus pronunciat, Mihi autè omniū sanctorū minimo data est gratia hæc. Et 2. Corinth. 11. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. Corinthiis exprimendum erat, quantum sudauerat explicando, Euangelio: ne æstimarent Paulum minoris, quàm par esset. Aliquādo enim iure optimo potest apud suos auditores Ecclesiastes quispiam se suis titulis honestissimis, gratia Dei habitus, ornare: ne minuta fama, minuatur doctrina, & tandem nullo modo recipiatur. Cùm sit doctrina illa ad salutem. Hic autem Paulus nihil huiusmodi agit. Aut si mauis, dicito, Paulum se magnum expressisse, cùm se minimum sanctorum dixit iuxta, verbum præceptoris Iesu Christi Matth. 26. Quicūque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit, inter vos primus esse, erit vester seruus. Qui vult esse primus, sit omnium nouissimus. Quod Paulus opere compleuit, dicens 1. Corinth. 4. Puto enim quia Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, quasi morti destinatos.

DICTIO.

SACRAMENTUM dicitur, quod iurifurandi sacratione interposita geritur Sed hic pro mysterio, id est, arcano, & secreto ponitur.

PATERNITAS Græcè πατήρ, id est, familia, auctore Paternitas.

Hieronymo. Nā Latini vocāt Paternitates & familias, quas Græci vocant Patrias, quum ex vna radice, multa generis turba diffunditur.

Ecclesia corpori humano comparata.
CAPVT IIII.

Hortatur
Paulus ad
opera.
1. Cor. 7. d



Obsecro itaq; vos, ego vincitus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati

Roma. 12. c
1. Cor. 12. b

Mala. 2. b

Roma. 12. a
1. Cor. 12. b
2. Cor. 12. d

Psal. 67. c

estis, cū omni humilitate, & mansuetudine, cū paciētia, supportates inuicē in charitate, solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Vnū corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnū baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuiq; autē nostrū data est gratia secundū mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autē ascendit: quid est, nisi quia & descendit, primū in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit, supra omnes caelos, vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verō Euangelistas, alios autē Pastores & Doctores ad cōsummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vniuersum.

Humilitate, Submissione.
In vinculo, per vinculū.

Cōsummationē, In-
stantiationē.
Occurramus, Perueniamus.

Plenitudinis, Plena, aūlta. in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam non firmus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vtero doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris: Veritatem autem facientes in

In nequitia, per veritatem. In astutia ad circumuentionem erroris: Per astutia qua nos adoriuntur, vt imponat nobis, vel in astutia ad infidias impostura: Compactum, vel cōstructum. Operationem, vel actum. In mensuram, in mensura. In charitate, per charitatē.

charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit, in ædificationem sui in Charitate.

Operationem, vel actum. In mensuram, in mensura. In charitate, per charitatē.

1 Vincitus in Domino. Potest & in Christi vinculis, & in carcere pro martyrio constitutus hæc scribere. Melius autē est si vincitū in Christi charitate dicamus. Cuius rei testimonij est 1. Cor. 13. Vinculū charitatis Dei quis poterit enarrare? Qui enī Christū diligūt, sequūtur eū charitatis vinculis colligati.

2 Vt dignè ambuletis. Dignè vocatione ambulare credendum est, qui ingreditur per eum qui dicit, Ego sum via. Neque ad dexteram, neque ad sinistram declinans: imò auertit pedem suum ab omni via mala: cōpleturque in eo, quod Sapientis Prover. 4. dicit: A Domino gressus hominis diriguntur.

3 Seruare vnitatem spiritus. Non ignoro (ait Hieronimus) in eo quod nunc exposui, Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: spiritum à plerisque non sanctum accipi, sed affectum mentis, atque sententiam, iuxta quam omnium credentium erat anima vna, & cor vnū. Et ab Apostolo 1. Corinth. 7. virgini præcipitur, vt sit sancta & corpore & spiritu: carnis videlicet opere & mētis affectu. Sed generalis explanatio ad specialē interpretationem trahi potest. Quod seruet vnitatem spiritus in vinculo pacis, qui non rapiatur omni vtero doctrinæ, neque in morem stulti, quasi luna. mu-

Vincitus in domino Paulus.

Dignè vocatione ambulare.

Vnitatis spiritus.

tetur: nunc diabolo seruiens, nunc Deo. hæc ille. Primum omnium morum Christianorum tangit caput, scilicet ut seruetur in mansuetudine, & vinculo charitatis, vnitas spiritus. Vnum enim corpus non nisi vno spiritu regi potest, & viuificari. Huius vnitati nihil officit, quod alij alijs insigniti sunt à Spiritu sancti donis. Nam hæc nihil aliud sunt, quam ministeria vnitatis ædificandæ; quibus si prodes ecclesiæ, rectè habes, & augentur tibi, non solum dona hæc, sed & gratia: Si verò abuteris, fiet tibi quod Matth. 23. dicitur: Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Agnosce ex his Pauli dictis, quàm ex oculos habeat, qui hanc vnitatem rescindunt: & quàm bene apud illum audiat mutuus cõsensus, ut simus vnũ. Cùm tam sollicitè commendet vnitatem, dicēs, Vnitatem spiritus, vnum corpus, vnum spiritum, vnam spem, vnum dominum, vnam fidem, vnum baptisima, vnum Deum.

4. *Vnicuique autem nostrum.* A ratione donorum Spiritus sancti, quæ singulis in hoc conferuntur, ut vtilitatis aliquid cõmuni corpori afferant, ad vnitatem animorum, & studium dilectionis hortatur. Ex gratuita Dei beneuolentia, dona & facultates spirituales contingunt, & dantur vnicuique secundum mensuram, quam Christus statuit, respondentem vti que cuiuslibet vocationi. Pro loco enim quæ quisque in Christi corpore obtinet, & spiritualis ei facultas distribuitur, qua sue vocationi respondeat. Aliud enim est opus manuum, quàm pedum: aurium quàm oculorum. Suam ergo quodlibet membrum facultatem, virtutemque agendi suum opus habeat, oportet. Sic cùm in corpore Christi, alius aliud membrum existat, & ad aliud opus deputatus sit: alio item dono & spiritali facultate instruat, necessum est. Obserua. Dari secundum mensuram donationis, seu ex gratia, ut si datus tibi est Apostolatus, tantum tibi gratiæ confertur, quantum Apostolatus impetrat. Si donum Doctoratus, aut Presbyteratus, ea tibi pariter dabitur gratiæ mensura, quæ ad obeunda illa munera erit satis. Dicit aliquis (ait Theophylactus) Omnia sunt, ut inquis, communia. Cur ergo hic gratiæ minus, ille plurimum habet? Siquidem eiusmodi non æqua partitio, inuidiæ seminarium esset, quemadmodum & Corinthiis euenit, & alijs plurimis. Hæc soluens Apostolus: Vnicuique, ait, donum fuisse pro Dei largientis arbitrio, mensura quadam collatum.

Quum

Quum itaque gratis sit illud, & dono datum: sat tibi fuerit, quod acceperis quidpiã, nec prorsus immunis sis gratiæ. Non enim pro debito sit illa munerum distributio. Et quia Deus mensuram cuique præfinit, nihil scrutabere, nec curare sit, si non omnia solus acceperis, Nam si semel mensus est gratiam Deus, id profectò in nostram vtilitatem fecit. Atqui omnia communia sunt: Haud dubiè sunt, sine quibus constare Christianissimus non potest. Præter hæc si quis gratiæ gratiæ sculum habet, nil doleas, quum ex gratia sit, aut forsitan plus laboris ille impendit.

5. *Ascendens in altum.* Ante hunc ascensum probè colligit Paulus, Christum descendisse in hæc inferiora terræ, verum hominem egit, mortemque pertulit, & sepulchro fuit demadatus: sed victor resurgens diabolum, mortem, maledictionem, in super & peccatum in seruitutem subegit. Et eduxit, iuxta Zachariæ vaticinium, victos suos de lacu, in quo non erat aqua, ad locum omnium diuinissimum.

6. *Quod autem ascendit.* Qui ascendisse dicitur, propterea ascendit, quia prius descenderat. Hunc sermonem, Is qui ascendit, Nicodemo Ioan. 3. loquens explicat, cùm ait: Nemo ascēdit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Dicit aliquis: Quid istud est, Neminem ascensurum cœlum, nisi prius descēderit de cœlo? Qui cum Christo die ascensionis ascenderunt, non prius de cœlo descenderunt. Respondeo, Caro non hæc concipit, spiritu intelligenda sunt. Qui viuæ fide Christo adhærent, vnum cum capite Christo fiunt, 1. Corinth. 6. Qui adhæret domino vnus spiritus est. Ioan. 17. Rogo te pater, ut sicut ego & tu vnum sumus, sic & ipsi sint vnum nobiscum. Qui ergo salui fiunt, & cœlos ascendunt, prius in virtute cum Christo, qui de cœlo descendit, descendisse dicuntur.

7. *Primum in inferiores partes terræ.* Filius Dei in has partes terræ descendisse dicitur, non motu locali, sed assumptione inferioris, & terrenæ naturæ. Ad Philip. 2. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiēs. Aut vocat Inferiores partes centrum terræ, aut locum sub hac parte terræ, quam habitamus, ad quã descendēs extraxit Patres iuxta Zachariæ vaticinium 9. cap. Tu quoque in sanguine testamenti, eduxisti victos tuos de lacu, in quo non erat aqua.

8. *Supra omnes cœlos.* Hoc est, in cõditionem & locum om-

Christi victo-
ria.

Terræ par-
tes inferiores

Cœli.

Mensura do-
nationis.

*Apostoli.
Prophetæ.*

Euangelista.

*Pastores.
Doctores.*

*Doctoreſum
ctio.*

*Vir perfe-
ctus mensura
etatis perfe-
ctæ.
Christi pleni-
tudo.*

nium diuinissimum, vt nimirū perficeret omnia. Dedit enim ei pater omnia in manus, vt ea in vnum collecta plenè tandem consummaret. Idque est, quod ait, Vt impleret omnia. Alij, Vt impleret omnia: eò referunt, quòd ascendens in cœlum, & inde mittens spiritum sanctum, impleuerit omnia de se scripta, scripturarum oraculis plenè satisfaciens.

9 *Et ipse dedit quosdam.* Vt Christus inter homines dona acciperet cum nihili sumus, oportuit eum dona dare: hoc est, spiritu suo instruere & ornare, qui alios sibi adduceret, & ad ductos perficeret: nò quòd propterea aut plantas, aut rigans aliquid sit: sed quòd hic ordo in sua Ecclesia Domino placuit. Ne insilirent superbi hæretici, dicentes: Omnes ex æquo homines esse Sacerdotes, aut Presbyteros, aut Episcopos, & nullo ordine sacro, homines à Deo insignitos. Quidam ergo facti sunt à Christo Apostoli, qui Euangelij legatione ad multas gètes & populos fungeretur. Quidam Prophetæ qui ex afflatu spiritus per reuelationē docti, scripturas interpretarentur, & Ecclesiā monerent de iis, quæ in vtilitatem eius essent.

Quidam Euangelistæ, qui annunciandi & prædicandi Euangelij dexteritate pollerēt, vt præconiū Christi cū fructu de-tonarēt. Quidam Pastores, qui singulas ecclesias ritè gubernant, & instruunt. Quidam Doctores, qui Christi plebes sanctè formantes, fideliter docent ab aliis accepta.

10 *Ad consummationem.* Hieronymus legit, Ad instructionē. Significat autē dictio Græca illi correspondēs refectionem, siue reparationem, aut instaurationē rei collapsæ. Doctores enim succurrūt lapsis & deiectis, Idq; probè congruit, quod sequitur, In ædificationem corporis Christi: nimirum vt corpus vndiq; sit perfectū. Non putent se hīc comprehendere, qui ecclesiæ vtilitate solis inflantur nominibus & titulis.

11 *In virum perfectum.* Virum perfectum & ætatis mensuram, perfectiorem, dogmatū dicit cognitionē. Quemadmodū & Christi plenitudinē dicimus, absolutā & integrā Christi cognitionē & fidem. Potest & hic textus hoc modo explicari. Futuri sunt hi gradus & ordines in ecclesia, do nec eò perueniamus omnes, vt eadē sit omniū fides, & æquè cognitus siue agnitus filius Dei: hoc est, vt pertingamus ad perfectā, solidam, & virilē ætatē: videlicet ad eā mēsuram ætatis, quæ nos planè reddat adultos in Christo, ne posthac simus infantes, qui circūagantur, ac circūferantur quouis vento doctrinæ, imponente

imponēte nobis, siue decipiente nos, hominū astu: hoc ageratiū, nò vt Christum nos sincerè doceant, sed callidis artibus adorti nos illaqueent, capiātq;. Sed potius his neglectis, quæ Christo digna sunt sequentes, adoleſcamus per omnia in illum, qui est caput omnium, Iesus Christus. Et quemadmodū spiritus per neruos à cerebro ipso descendens, sensum omnibus membris ad proportionem cuique partitur: sic Christus nostris animis, qui illius sunt membra, sua dona suppeditat. Nec fortuito, & temerè, sed pro mensura membri cuiusque: hoc est, vt quodque capere potest: & hunc in modum coædificari sibi vniuersum corpus, & coalescere facit. Alias enim nequiret anima à spiritu descendente supernè (à quo & vitam accepimus, & incrementum) subministrata excipere, siue recipere, nisi charitate, corporis instar vnus, compacti essemus, & iuncti. Nam vt manus à reliquo corpore auulsa, haud quaquam ultra est vegetantem spiritum receptura, vt quæ à membrorum nexu sit discissa: sic sanè & nos, nisi vnitatem seruemus & animorum coniunctionem, spiritus gratiam non recipiemus, quæ à Christo (qui caput est nostrum) profluxit.

12 *Veritatem facientes:* Id est, veritatem sectantes, vel præstare quod dixeris, vel vera loqui. Hoc opposuit nequitia veritatis, & imposturæ.

In domi-
no: per do-
minum.
Iam, posthac
Per, pro-
pter.
Desperan-
tes, vel po-
steaquam do-
lere deserūt.

Hoc igitur dico, & testificor in domino: vt iam non ambuletis, sicut & Gen-tes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectū, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipso- rum: qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitia, in operationem immūditia omnis, in auaritia. Vos autē nō ira didicistis Christū: si tamē illum audistis, & in ipso edocti estis (sicut est veritas Iesu) deponere vos, secundū in pri-

*Non ambu-
landum vt
gentes.
Roma. 1. c.*

In auari-
tiam, in au-
ritia, vel, cū
auaritate.
aut in abun-
dantia. Veritas in Iesu, omnis vera doctrina est veritas.

Vetus homo.
Coloss. 3. b

Roma. 6. a
Coloss. 3. b
Hebr. 12. a
1. Pet. 2. 4. a

Zacha. 8. c
Psal. 4. b

Iaco. 4. d

Sermo vitio-
sus.

Coloss. 3. g

Vanitas sen-
sus.

stinam conuersionem: veterem hominem, qui corrumpitur⁹ secundum desideria erroris. Renouamini autē spiritu mentis vestrae: & induite nouum hominem, qui secundum Deum¹⁰ creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem, vnusquisq; cū proximo suo, quoniam sumus inuicem mēbra. Irascimini, & nolite peccare: sol non occidat¹¹ super iracundiam vestram. Nolite locum¹² dare diabolo. Qui furabatur¹³, iā non furetur: magis autem laboret, operādo manibus suis quod bonū est, vt habeat vnde¹⁴ tribuat necessitatē patienti. Omnis sermo¹⁵ malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad aedificationē fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite cōtristare¹⁶ Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in die redēptionis¹⁷. Omnis amaritudo¹⁸, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur à vobis cū omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.

Veterē hō-
minē, *vete-
res peccandi
affectus.* Nouū ho-
minē, *nouā
mentem fide
Christi inno-
uatam.*

Malus, *spur-
cus, vitiosus.* Fidei, *vel,
opportunita-
tis, id est, quo-
ties opus est.*

Blasphemia
maledictiō. Benigni,
vel, comes.

1 Hoc igitur dico. Redi ad id, quod instituit in principio huius capitis, Vt spiritu renouati, in nouitate vitæ ambulemus.
2 In vanitate sensus. Sensus hic non pro sensualitate, sed mēte ponitur, atque ad eum modū statim vertit interpres, Renouamini spiritu mentis vestrae. Quidā sensum interpretantur sensualitatem, cūm Græcis *ᾤσ*, id est mēs, sit ea pars animi, quæ maximē semota est à materia corporis, quæque sola putatur aliquid agere sine corporis organis. Hic Paulus arguit breui

breui arguit etiam sapientissimos Gētiles. Philosophos, oratores, poētas, & huiusmodi. Quia mens eorum in suo opere vanum finem sibi præstituit, siue fuerit immortalitas fame, siue gloria præsens, &c. Hæc omnia vana sunt, quia nō fundata supra firmam petram I E S V M Christum, qui est finis legis. Agnosce ex his, quæ portēta impietatis illic sunt, vbi verbi illuminatio non est.

3 *Athenati à vita Dei.* Vita Dei propriè dicitur quæ inchoatiuè est vita fidei viuæ: iuxta illud, Iustus ex fide viuuit. Ioannis 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deū verum, & quem misisti I E S V M Christum. Consummata autem erit, hæc vita in patria.

4 *Qui desperantes.* Hieronymus ait, rectè verti posse Indolentes, pro desperantes: quòd vox Græca hinc videretur deducta: cūm quis vacat dolore, & sensu sui mali, & ob id stupens fertur in omne vitium. Atque eò duritiæ peruenit, vt ad omnem duritiæ sensum obfuderit. Magis tamen quadrat, ad sententiæ tenorem desperantes. Siquidem qui desperant esse vitam à morte corporis, audivissimè rapiunt huius vitæ voluptates, atque his sese ingurgitant, velut amissis illis, nihil habituri suauē.

5 *In auaritiā.* Auaritiā positum putat quidam, pro omni concupiscentia immoderata.

9 *Vos autem non ita didicistis.* Id est, nō estis ita edocī, vt desperantes sitis in hac sententia, volentes hic summis voluptatibus inuolui, quasi post hanc vitam non sit alia vita futura: sed est vobis spes, sicut est veritas in Christo I E S V, qui nobis pollicetur regnum cœlorum, & beatitatem æternam.

7 *Si tamen illum, &c.* Id est, Siquidem: aut, Si sanè. Admonet Theophylactus nō dubitantis, sed confirmantis esse. Atqui, tamen, additum dubiam reddit orationem.

8 *Sicut est veritas in I E S V.* Nos Christo insiti, sic didicimus, vt abnegemus nosmetipsos, & voluntati Dei iam viuamus: hoc est renouemur spiritu mentis nostræ, vt qui praua & fœda tantum sectabamur, nunc donati Dei spiritu, & nouo, ac sancto mentis iudicio, sancta duntaxat, & Deo grata quæramus. Omnia veteris hominis sunt falsitas, mendaciū, vanitas, cæcitas, infidelitas, quibus omnibus veritas Iesu opponitur.

9 *Qui corrumpitur.* Id est, in corruptione consistit, nempe secundum desideria erroris. Deponere veterem hominem, est

Vita Dei.

Auaritia.

*Veteri homi-
ni veritas le-
su opponitur.
Veterē homi-
nē deponere.*

pristinę conuersationis modum, & vitam illam antiquiorem & peccatis obnoxiam, interimere charitate, Dei timore, & Dei sermone, qui est gladius anceps.

Noua creatura.

10 *Qui secundum Deum creatus est.* Hunc nouum hominem vocat nouam creaturam, ad Galatas vltimo, iuxta Psalm. 50. Cor mundum crea in me Deus. Obserua: iustitia veritatis ad spiritum pertinet, sanctitas veritatis ad munditiam: vt iustus in spiritu per fidem, & mūdus in carne per castitatem viuat. Nam veritatis, dicit contra iustitiam & sanctitatem speciei & simulationis, quę ex lege sunt, nec faciunt nouum hominem secundum Deum. Sed gignitur, hic nouus homo verbo veritatis. Iacob. 1. Voluntarię enim genuit nos verbo veritatis, vt effemus initium aliquod creaturę eius. Induere nouum hominem, est ad similitudinę Christi reformari, qui renouat nobis imaginem & similitudinem Dei, ad quam eramus conditi. In hoc enim sumus conditi, vt sancti & integri coram ipso ambulemus.

Ira reprimenda.

11 *Sol non occidat.* Pręmisit Paulus ex Psalm. 4. autoritatę admodum scitę. Sicut enim hic hortatur, vt nō sinamus solem occidere super iram nostram: hoc est, vt illico exortam iram reprimamus, non ferētes, vt illa durante sol occidat, ne sit locus apud nos diabolo, ad perturbandos fratres nos impellēti: Ita psalmus iubet loqui, cum corde in cubili, & silere, hoc est in se redire, rem quę probē expendere: nimirum, vt affectū malum cohibeamus.

Veteris hominis membra & morbi.

Manuum operatio.

12 *Nolite locum dare diabolo.* Qui tanquam leo rugiens, quęrit aditum, per quem possit irrumperere. Solet autem antequā veniat quędam iacula pręmittere, & pręcursores aductus sui facere cogitationem. Hanc si in corde nostro suscepti nuerimus, cum in nobis prolem suam auctam viderit, & ipse audebit intrare. Sed in fide resistamus iaculo eius.

13 *Qui furabatur, iam non.* Vides qualia sint vetusti hominis membra, mendacium scilicet, odium, furta, & huiusmodi, quę etiam morbi animi dicuntur.

14 *Vt habeat vnde tribuat.* Operetur manibus suis quod bonū est, siue bonam, & non turpem operationem. Non solum vt restituat, quod furatus est, sed vt quod honesto labore, & sancto, & laudabili exercitio nactus est, tum sibi necessitatem & indigentiam patientibus communicet.

15 *Omnes sermo malus.* Malus, id est spurcus, & fœdus. Ita vanitas

tas sumus, vt vix vllum inter prophanos videas agitari cōmuniū. quod facis hilare ducant, sine spurcis, & insanis fabulis transactum.

16 *Nolite contristare.* Non quod in Spiritu sancto aliqua sit tristitia, sed contristamus spiritum sanctum dei in nobis, cum aliquid displicens ei loquimur, aut committimus, vnde nos deserit.

17 *In die redemptionis.* Diem redemptionis vocat diem baptis-
mi: quia baptizato applicatur passio Iesu Christi, redemptio
nostra per baptismum, in quo virtute & opera Spiritus sancti
obsignatur os nostrum, vt nihil indignum se proferat. Noli
ergo signaculum illud dissoluere spurcis & fœtidis verbis.

18 *Omni amaritudo in ira.* Amaritudo iracundię, & furoris
est radix. Quidā ait: Amaritudo refertur ad cor, furor ad im-
petum, ira ad vindictam: Clamor in voce, comes est illorum
trium: At Blaphemia, frequens est comes furoris & clamoris.
Amarulēti sunt vsque ad eodē animi impotētis: vt licet iram
apud se cōsensescere nō sustineāt, tamen si quid accidit, quod
non probēt, continuō exacerbantur, amarique fiunt, cōmouēt
ira, conciti tumultuantur, vociferātur, & maledicunt, pla-
nēque insaniunt. Quę animi eorum intemperies etsi breui, ac
paruo negotio resideat: plurimum tamen dedecet sanctos,
qui suauitate & lenitate Christum referre debent. Hortatur
ergo Paulus, vt hęc reiiciantur cum omni malitia, id est, stu-
dio lædendi.

CONCILIATIO.

QVID EST, quod hic Paulus Vnam spem vocationis
dicit, cum alibi Christus dixerit, In domo patris mei, man-
siones multę sunt? Vnam spem vocationis dicimus regnum
celorum, quasi vnum bonum dei patris esse, & in vna domo
varias mansiones. Alia est enim gloria Solis, alia Lunę, alia
stellarum. Aut certē illud subtilius indicatur, quod in fine, &
consummatione rerum, in pristinum statum restituenda sint
omnia quando omnes vnum corpus efficimur, & in virum
perfectum reformamur, completa pro nobis saluatoris ora-
tione Iohannis. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos
dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos.

DICTIO.

HUMILITAS pro virtute, Superbię opposita, siue pro
animi habitu contrario arrogantię.

*Dies redem-
ptionis.*

*Amaritudo
Furor.
Clamor.*

*Vna spes vo-
cationis.*

Humilitas.

Patientia. PATIENTIA, hic pro longanimitate, & animi lenitate, ac moderatione: qua fit, vt nō facile commoueamur, neque rapiamur ad vindictæ cupiditatem.

Apostoli. APŌSTOLI, missi & legati ad annuncianđū, verbū Dei.
Pastores. PASTORES & doctores, qui verbū & exemplo docent.
Doctores. Hæc discernit officiorum genera, Hieronymus.

Nequitia. NEQVITIA, in Græcis est ἐπινομία, quod verbum ductum à lusu tesserarum, in quo qui potest imponit & circumuenit alterū, & hi Cybutæ dicuntur, talis seu tesseriis pro voto vtentes, Gallicè *Pipeurs*. Eiusmodi sunt falsi doctores, transponentes simpliciores ceu talos prout volunt.

Iunctura. IUNCTVRA, commissura est, seu commissio: à iungo, sic vt vtrunque se mutuo contingat: veluti membrum membro connexum.

Diabolus. DIABOLVS Græcum verbum est, quod Latinè dicitur Criminator, lingua vero Hebræa Satan appellatur, id est aduersarius, siue cōtrarius: & ab Apostolo Belial, id est, absque iugo: quod de collo suo Dei abiecerit seruitutē: quem Aquila Apostatam transtulit. Interdum dicitur Pestilentia, vnde filij pestilentia, id est diaboli. hæc Hieronymus.

In luce ambulandum Christiano.
CAPVT V.

Imitatores Dei.
Iob. 23. & 25. b



ISTOTE ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam

1. Ioan. 4. d Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem, & omnis immūditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudō, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim sci-

2. Theff. 2. a
Matt. 24. a

Scurrilitas, Urbanitas, facetia, aut lepos.

Ad rem &c. nō conueniūt.

tor, aut

Quod est idolorū seruitus, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatē in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentia. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nūc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate, (fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia & veritate) probantes quid sit beneplacitum Deo: & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere.

Diffidentia. inobediētie.
Lucis, spiri- tuis.

Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicitur, Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tēpus, quoniam dies malī sunt.

Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini Spiritu sancto, loquentes vosmetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo & patri.

Coloss. 4. a
Roma. 12. a
1. Theff. 4. 4

Surge, ex- pergiscere. Cautè, circumspectè. Quæ vt. Tēpus, vel occasionem, aut opportunitatem.

Luxuria, luxus.
Gratiarum actio.

*Charitas
Christi.*

*Grata sacri-
ficia odore
explicatur.
Auaritia.*

Turpitude.

*Dei nomine
pater intelli-
gitur.*

*Filij diffi-
dentia.*

1 *Estote imitatores Dei.* Hoc exponitur Matth. 5. vt non solum amicos, sed & inimicos beneficio afficiamus, Vt sitis, inquit, filij patris vestri, qui in caelis est, qui solus suum oriri facit, &c. Et addit Paulus summum illud charitatis exemplar, dicens, Sicut & Christus dilexit nos.

2 *Sicut & Christus dilexit nos.* Qui pro aliorum salute vsque ad sanguinem contra peccatum dimicauit, ita vt animam suam tradiderit pro eis, & crucem pro salute omnium volens sustinuerit.

3 *In odorem suauitatis.* Alludit ad oblationem & incensa quae olim fiebat in templo, siue in tabernaculo Moyse. Solet scriptura, quae vult sacrificia grata fuisse deo significare, dicere ea odorem suauem dedisse deo. Sic Noe sacrificium gratum suauemque odorem dedisse domino scribitur Gene. 8.

4 *Aut auaritia.* Auaritiam Paulus ferè vbique scribit, idolorum seruitutem, vt scias ex diametro pugnare cum deo vero; vnde Christus: Non potestis deo seruire, & mammonae. Qui enim pecuniae fidit, deo fidere non potest, 1. ad Tim. 6. Existimant quæstum pietatem.

5 *Turpitude.* Turpitude hic significat absconditam cogitationem, cum inflammatur sensus noster ad libidinem, & carnis titillationibus anima ignita succenditur. Hæc Hieronymus, 6 *Quæ ad rem non pertinent.* Id est, quæ vobis non conferunt nec ad bonos mores, nec ad vitam, quam quaerimus, faciunt, 7 *Christi & dei.* Vtranque personam, Patris & filij insinuat: Filij quidem cum Christum nominat: Patris autem, cum deum dicit. Solet enim ex consuetudine sermonis apostolici significari Pater, cum absolute Deum nominat.

8 *Inanibus verbis.* Verba quæ decipiunt & supplantant, inania sunt & vacua; vt pote quæ videntur florem quandam habere sermonum & blandiri peccantibus. Et hæc dum fiduciam tribuunt, magis eos ferunt ad æterna supplicia. Quæ verò ædificant audientes, cumulara, plena, & conferta dicuntur.

9 *Filios diffidentia.* Filios diffidentia dicit, qui plurimum sunt contumaces, & deo diffidunt, decreta aduersus peccata discernenti,

10 *Bonitate & iustitia.* Intellige bonitatem in Christo, quæ non secundum opera, sed secundum misericordiam det gratiam credentibus in se. Iustitiam in Christo, dum unicuique (ait Hieronymus) retribuit quod meretur. Porro veritatem, dum ipse solus

solus causas creaturarum omnium rerumque cognoscit.

11 *Propter quod dicit, surge.* Hieronymus se omnes editiones veterum scripturarum, ipsa quæ Hebræorum volumina diligenter euertit, & nunquam hoc scriptum reperit, dicit. Dicamus hoc, quomodo olim propheta in concione populi loquebatur, Hæc dicit Dominus, & Quoniam dominus loquutus est; ita & Apostolus Spiritu sancto plenus repente in verba, quæ Christus in se loquebatur, erupit, atque dixit. Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge, &c.

Somnus animæ, est obliuisci Deum suum. Qui aueritur à Christo, lumen fugat à se, & in tenebris, & somno est, in quo vana somniat. Propterea qui Christum accipit, canit cum Dauide, Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Et orandum est cum Dauide: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam. Scio me audivisse (ait Hieronymus) quendam de hoc loco in ecclesia disputantem: qui in theatrale miraculum nunquam antè visam formam populo exhibuit, vt placeret. Testimonium hoc, inquirens, ad Adam dicitur in loco Caluarie sepultum, vbi crucifixus est Dominus. Qui Caluarie idcirco appellatus est, quod ibi antiqui hominis esset conditum caput. Illo ergo tempore, quo crucifixus Dominus super eius pedebat sepulchrum, hæc propheta completa est dicens, Surge Adam qui dormis, & exurge à mortuis: & (non vt legimus) Orietur tibi Christus: sed continget te Christus. Quia videlicet tactu sanguinis ipsius, & corporis dependentis viuificetur, atque consurgat: & tunc typum quoque illum veritate compleri, quando Hesus mortuus, mortuum suscitauit. Hæc vtrū vera sint necne, lectoris arbitrio derelinquo. Certè tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plausu ac tripudio sunt excepta. Hæc ille. Et illuminabit te Christus, ex cap. 60. Esaiæ deprompta videtur hæc sententia: illic enim sub alijs verbis dicitur: Illuminare, quia venit lumen tuum. Et secundum tempus futurum subditur: Super te oriatur Dominus. Quod translationi Hieronymi respondet, Orietur tibi Christus. Si diligenter locum citatum Esaiæ, cum hoc Pauli loco contuleris, maximè videris sensum vnum ex utroque loco.

12 *Redimentes tempus.* Quando in bono opere tempus consumimus, emimus illud: & proprium facimus, quod malitia hominum venditum fuerat.

13 *In quo est luxuria.* In quo, id est, in qua vini inebriatione et

Redimere tempus.

Redimere tempus.

Redimere tempus.

Vini commē datio.

nō referat ad vinū solū, hoc enim esset vinū condēnare, cuius moderatus vsus cōmendatur. Luxuria, id est, superfluitas, & nulla necessitas. Hinc leuitas cordis sequitur, stultiloquiū, inanes fabulæ, facetiæ, ineptiæ, & sordidæ cātiones, indecora conuersatio, ob quæ despicietis: despecta autē nostra conuersatione, quis rectē sentiet de nobis? Itaque hæc res maximē vergit in blasphemiam nominis Christiani.

*1. Corin. 12. a
Colof. 3. c
1. Petri 3. a*

Subiecti inuicem in timore Christi. Mulieres¹ viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris², sicut Christus caput est Ecclesiæ: ipse saluator corporis³ eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta, & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorē diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam⁴ carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fouet eā, sicut & Christus Ecclesiam: quia membra sumus corporis eius, de carne eius⁵, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adherēbit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Sacramētum hoc magnum est⁶: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.

*Genes. 2. d
Math. 19. a
Marc. 10. a
1. Corin. 6. d*

In verbo, per verbum vitæ.

Immaculata, irrepribē sibilis.

In carne vna, in carnem vnā, vel, d' duobus fiet vna caro. Sacramentum, Mysterium. Veruntamen

Timeat, vel, reueretur.

Veruntamen & vos singulī vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligit: vxor autem timeat virum suum.

1 Mulieres. Hæc subiectionē non exprimit seruile: nēpe dicit, Sicut Domino, id est, Christo: id est, volūtariē, & ex amore.
2 Caput est mulieris. Id est, vxoris,
3 Saluator corporis eius. Hic locus est de officio capitis, quo caput saluat corpus: quemadmodū Christus caput saluat ecclesiam, eidem largiens, quæ sunt ad salutem: ita vir vxorem saluat, eandem pascens, gubernans, regens & protegens. Et sicut ecclesia subiecta est, Christo, ita & vxores viris non solū in re vxoria, sed in omnibus: hoc est, nihil admittant viris lege Christi directis contrarium: alioquin nō essent subiectæ, sicut Domino.

Vxor vir subiecta.

4 Nemo enim vnquam. Quasi dicat, Ne vnus quidem fuit vnquam, qui ad naturæ sensum sic obsorduerit, vt corpus proprium vel oderit, vel neglexerit, vtiq; gibbosum, obesum, macilentum, deformē, onerosum, & infirmum fuerit: sed nutrit, & fouet corpus languidum, & quæ deformia sunt in eo occulit, & abdit. Ad hunc modum nec Christus repudiauit Ecclesiam suam, quod in ea multa & languida & deformia essent membra: sed suo spiritu languidos curat, multa longa nimis dissimulat, condonat, & purgat deformitates. Hoc ipsum faciat & in vxore maritus. Et quod Christum videt facere Ecclesiæ, & quod suo vellet corpori fieri, id faciat etiam suæ vxori.

5 De carne eius, & ossibus. Ecclesia non solū est corpus Christi, sed etiam est corpus formatum de carne Christi, & de ossibus Christi in cruce. Multō enim plus contulerunt caro Christi & ossa Christi in cruce, ad formandum corpus Christi mysticum quod est ecclesia, quàm contulerint caro Adæ, & ossa Adæ, seu costa Adæ, ad formandam vxorem eius Euam. Nempe caro & ossa Christi in cruce contulerunt vitam propriam ad formandum corpus ecclesiæ: quod non fecerunt caro & ossa Adæ, ad formandam vxorem Euam. Ad hanc alludens Paulus formationē, dicit quod sumus de carne eius, & de ossibus eius. Vide infra secundam conciliationem.

Ecclesia de carne Christi.

6 Sacramentum hoc magnum est. Collatio hæc, quæ est Adæ

viri, & Eua vxoris, ad Christum, & sponsam suam ecclesiam, magnum est mysterium. Gregorius Nazianzenus (ait Hieronymus.) cum de hoc mecum tractaret loco, solebat dicere: Vi de quantum istius capituli sacramentum sit, vt Apostolus in Christo illud & in Ecclesia interpretans non scita asserat, vt testimonij postulabat dignitas, expressisse, sed quodam modo dixerit: Scio quia locus iste ineffabilis plenus sit sacramentis, & diuinum cor quaerat interpretis. Ego autem pro pusillitate sensus mei in Christo interrim illud, Et in Ecclesia, intelligendum puto, non quod aliquid Christo & Ecclesia maius sit, sed quod totum, quod de Adam, & de Eua dicitur, in Christo & in Ecclesia interpretari posse sit difficile.

CONCILIATIO.

CV M Paulus hic Ephesios imitatores Dei suadeat fieri, dicens, Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: quomodo 1. Corinth. 11. ait, Imitatores mei estote? Corinthij non poterant statim imitatores Christi fieri, sed grande illis erat, si imitatores possent imitatoris Pauli existere. Ephesius vero, quasi his, quos iam mysteria tanta docuerat, non ait, Imitatores mei estote, nec imitatores Christi, sed imitatores Dei. Non quod minus sit imitatore Christum esse, quam Dei: Deus quippe Christus est: sed quod aliud sit, secundum hominem imitari: aliud, secundum Deum. Imitemur in quo similes possumus fieri, quod supra testatus est Paulus dicens, Donates vobis, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Similiter sicut ille clemens est, & pluit super bonos & malos: sic etiam nos bonitatem nostram super omnes homines fundamus. Quod quum fecerimus, erimus filij dilecti, sive ipsius Pauli, sive, quod melius puto (ait Hieronymus) ipsius Dei.

VIDE TVR pugnancia esse in hac sententia, Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Quomodo enim vni atque eadem dicitur quasi viuenti, Surge qui dormis: & quasi mortuo, Exurge a mortuis? Quia & spiritus est hominis, quem semper in bonam partem meminimus: & anima, cuius & infirmitates, & mortem legimus peccatorum. Id quod nunc dicitur, Surge qui dormis referatur ad spiritum. Et quod sequitur, Exurge a mortuis: animae coaptetur. Anima enim quae peccauerit, ipsa morietur. Spiritus autem mortem (ait Hieronymus) nunquam omnino legimus, Christus ergo lux

lux vera orietur ei, qui surrexit de somno, & ex mortuis fuerit suscitatus.

SI CHRISTVS adhæsit ecclesiae, vt essent duo in carne vna: quomodo reliquit patrem, quomodo reliquit matrem? Reliquit patrem, quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Hoc est enim, Reliquit patrem: non quia deseruit, & recessit a patre: sed quia non in ea forma apparuit hominibus, in qua æqualis est patri. Quomodo reliquit matrem? Relinquendo synagogam Iudæorum, de qua secundum carnem natus est, & inherendo Ecclesiae, quam ex omnibus gentibus congregauit, & quae illuminauit per Apostolos Deus, vt ostenderet nobis, quid ibi quaeremus. In ipsa vna sententia, Erunt Duo in carne vna, Sacramentum magnum in Christo & in ecclesia. Iam licet nobis vbique Christum quaerere, & de omnibus hydriis vinum potare. Dormit Adæ, vt fiat Eua: Moritur Christus, vt fiat ecclesia: Dormienti Adæ, fit Eua de latero: Mortuo Christo, lancea percussit latus, vt profluant sacramenta, quibus formetur ecclesia. Et huic ecclesiae suae sponsae adhæsit ad eum Christus, vt ipse & ecclesia sint vnum corpus, & sit hic verum coniugium. Et ne existimes quod de quocunque coniugio dicat Paulus, subiungit Paulus, Erunt (inquit) duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Fit ergo ex duobus vna quaedam persona, ex capite & corpore, ex sponso & sponsa. Sacramentum, seu mysterium horum verborum magnum est. Continet enim multa. I. Coniugij in diuisibilitatem, quam Dominus apud Mathæum explicat. II. Ius naturæ, quod abhorret a coniugio filij cum matre, & filiae cum patre. III. Officium debitum a viro plus vxori, quam patri & matri. IIII. Hoc quod hic Paulus tam aperte insinuat vxorem esse mariti carnem. V. Virum esse caput, seruatorem, & dominum vxoris.

DICTIO.

IN odorem suauitatis: id est, redolentiae, sive fragrantiae. INTER Stultiloquium & Scurrilitatem hoc interest, Odor suauitatis, quod Stultiloquium nihil in se sapiens, & corde hominis dignum habet: Scurrilitas vero de prudenti mente descendit, Stultiloquium & consulto appetit quaedam, vel vrbana verba, vel rustica, Scurrilitas, vel turpia, vel faceta, quam nos Locularitate alio verbo pos- Locularitas.

sumus appellare, vt risum moueat audientibus. Verum & à sanctis viris penitus propellenda, quibus conuenit flere, atque lugere, vt in Hebraico quoque Euangelio legimus, dominum ad discipulos loquentem: Et nunquam, inquit, læti sitis, nisi cum fratre vestro videritis in charitate. Hæc Hieron.

Idolum.

I D O L V M, penultima producta, scriptura frequenter accipit pro eo simulachro, cui indebitus offertur honos.

Dissidentia.

V E N I T ira in filios, &c. Venit, hoc loco presentis temporis est. Nā non rectè esse potest præteriti: vt intelligamus, ob huiusmodi, diuinā irā solere sæuire, in filios malè morigeros.

Redimere tempus.

D I F F I D E N T I A, pro inobediētia, siue incredulitate accipitur.

Psalms.

R E D I M E N T E S tempus: quasi mercatores, & ementes, Tempus hoc loco occasionem sonat, siue opportunitatem, quam vult Paulus emi cæterarum rerum dispendio.

Hymnus.

Lauacrum.

P S A L M V S, canticum. Psalter, cantor: Psalterium, organū laudatorium.

Rug.

H Y M N V S, laus diuina.

L A V A C R V M à lauo, Balneum in quo quis lauari potest commodè. Hinc Lauatrinx, quæ & Aquariola dicuntur.

R V G A, non solum in corporibus dicitur, quæ fit ex cutis contractione & præ senecta: sed etiam in vestibus.

Parentum & filiorum, dominorum & seruorum, officia.

CAPVT VI.

Filij.

1. Coloss. 3. d

Exod. 20. d

Deute. 5. c

Eccle. 3. b

Matth. 15. a

Marc. 7. d

Coloss. 3. d

Tit. 2. c

1. Petri 2. c



Filij, obedite¹ parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est². Honora patrem tuum, & matrem tuā (quod est mandatum primum in promissione) vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Et vos patres³, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina, & correptione domini. Serui, obedite dominis carnalibus, cū timore &

re & tremore⁴, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculū seruientes, quasi hominibus placētes: sed vt serui Christi, faciētes voluntatē Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes, sicut domino, & nō hominibus: sciētes, quoniā vnusquisq; quodcūq; fecerit bonū, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et vos domini, eadem facite illis, remittentes minas, scientes quod & illorū, & vester dominus est in cœlis: & personarum non est acceptio apud Deum. De cætero⁵, fratres confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam⁶ Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis⁷ colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed aduersus principes⁸, & potestates, aduersus mundi rectores⁹ tenebrarum harum¹⁰, cōtra spiritualia nequitię¹¹, in cœlestibus. Propterea accipite¹² armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo¹³, & in omnibus perfectis stare. State ergo succincti¹⁴ lūbos vestros in veritate, & induti loricam iustitię¹⁵, & calceati pedes¹⁶ in præparationem Euangelij pacis: in omnibus sumētes scutum fidei¹⁷, in quo possitis omnia tela nequissimorum ignea extinguere: & galeā salutis assumite¹⁸, & gladium spiritus¹⁹ (quod est verbū Dei) per omnem orationem²⁰ & obsecrationem orātes omni tempore in spiritu: fratrum.

Quasi hominibus placētes: sed vt serui Christi, faciētes voluntatē Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes, sicut domino, & nō hominibus: sciētes, quoniā vnusquisq; quodcūq; fecerit bonū, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et vos domini, eadem facite illis, remittentes minas, scientes quod & illorū, & vester dominus est in cœlis: & personarum non est acceptio apud Deum. De cætero⁵, fratres confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam⁶ Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis⁷ colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed aduersus principes⁸, & potestates, aduersus mundi rectores⁹ tenebrarum harum¹⁰, cōtra spiritualia nequitię¹¹, in cœlestibus. Propterea accipite¹² armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo¹³, & in omnibus perfectis stare. State ergo succincti¹⁴ lūbos vestros in veritate, & induti loricam iustitię¹⁵, & calceati pedes¹⁶ in præparationem Euangelij pacis: in omnibus sumētes scutum fidei¹⁷, in quo possitis omnia tela nequissimorum ignea extinguere: & galeā salutis assumite¹⁸, & gladium spiritus¹⁹ (quod est verbū Dei) per omnem orationem²⁰ & obsecrationem orātes omni tempore in spiritu: fratrum.

De cætero, quod superest. Confortamini in domino, sitis fortes per Christum. Insidias, asfultus. Spiritualia nequitię, spirituales nequitię. In omnibus perfecti, omnibus pfectis. Loricam, thoracem. In præparationem euāgelij, vt parati sitis ad Euangelium.

De cætero, quod superest. Confortamini in domino, sitis fortes per Christum. Insidias, asfultus. Spiritualia nequitię, spirituales nequitię. In omnibus perfecti, omnibus pfectis. Loricam, thoracem. In præparationem euāgelij, vt parati sitis ad Euangelium.

De cætero, quod superest. Confortamini in domino, sitis fortes per Christum. Insidias, asfultus. Spiritualia nequitię, spirituales nequitię. In omnibus perfecti, omnibus pfectis. Loricam, thoracem. In præparationem euāgelij, vt parati sitis ad Euangelium.

Deut. 10. d
2. Para. 19. c
Iob. 3. 4. b
Sapi. 6. b
Ecclesi. 35. b
Roma. 2. b
Gala. 1. b
Coloss. 3. d
Act. 10.
1. Pet. 1. c

1. Thess. 5. b
Esa. 59. c

Coloss. 4. a
2. Thes. 3. a
Petit Paulus orationes fratrum.

& in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, ut detur mihi sermo²¹ in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Evangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam, prout oportet²² me loqui. Ut autem & vos sciat is quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater, & fidelis minister in Domino: quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra. Pax fratribus & charitas cum fide à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione²³. Amen.

Tychicus.

Pax.
Charitas.
Fides.

1 *Ely obedite*. Obediamus parentibus, qui nos in domino genuere, ut Paulo, Apostolis, & eorum successoribus: ea facientes, quæ præceperunt in domino. Similiter & parentibus nostris carnalibus, & hoc fiat in Domino, implentes quæ non sunt voluntati Domini contraria.

2 *Hoc enim iustum est*. Præceptioni de honore parentibus exhibendo stimulos addit: Nam id iustum est. Ac si diceret: Ipsa naturæ æquitas hoc postulat. Hinc subiungit utilitatem, quam potissimè spectare solent homines, allegans legem Exod. 20.

Ut bene sit tibi, & sis lógæus super terram. Vide infra primam conciliationem.

3 *Et vos patres*. Sicut in filiis obsequium, & subiectionis merces est demonstrata, ita parentibus moderatum iubetur imperium: ut non quasi servis, sed quasi filiis præesse se noverint. Nec hoc solo præcepto contentus Paulus addit: Sed educate illos in disciplina, & correptione Domini, siue in eruditione, institutione, & admonitione. Cauendum enim est, ne fenili morositate, aut sævis imperiis, aut immoderata austeritate

In ipso, in hoc ipsum.
Instantia,
sedulitate.
Fiducia,
libertate
Notum facere, ut notum faciam
Circum me sunt, ad me pertinent.

Quæ circa nos sunt, de rebus nostris, In incorruptione, vel sinceritate.

ritate non sanetis, sed exacerbetis illorum animos, si auctoritate vestra in illos abutamini.

5 *Cum timere & tremore*. Id est, summa circumspectione, & diligentia, simplicitateque cordis, ne quid aliud scilicet spectet serui, quam sincero & vigilantissimo animo gratam Dominis seruitutem seruire. At domini eadem facite. Quæ eadem? Bona & æqua remissis minis, ablegata sæuitia ut iustam & clementem seruitutem apud vos serui seruiant. Id facile impetrabitur ab iis, qui verè Deum timent, noruntque seruos illi curæ esse, atque liberos, ut apud quem non sit personæ respectus. Nullam à principio seruitutem instituit Deus, sed habendi cupiditas hæc adinuenit, ut captiuos abduceret hi, qui bello vicissent. Tamen hæc sunt à Deo permessa, hæc tamen obedientiam hæc ipsam instituit Paulus, ut rerum series seruaretur, nec redundaret vita hæc sanguine.

Seruitus
vide.

6 *De cetero fratres*. Docui vos, ait, quid vnumquæque in suo statu, ut hominem Christianum facere oporteat, hoc didicistis. Quid aliud restat nisi ut fortes atque constantes sitis in Domino: hoc est, propositi tenaces sitis, & studeat quisque vestrum officio suo strenuè fungi? Nam qui in Christo baptizati sunt, & illi adhærere cogitant, milites eos esse oportet, & nunquam non armis ac telis instructos & paratos, veluti in acie stantes & agentes in loco periculoso, & hostibus obfito. Alludit hoc loco Paulus ad militiam, & ab externis penetrauit ad interna: à terrenis, & carnalibus, ad cælestia, & spiritalia. His addit, In Domino: id est, per Dominum, & potentiam virtutis eius: ut doceat duplicem esse vim, & fortitudinem, quibus nos oportet esse præditos. Harum una est, ut firmi & constantes in eo quod credendum & faciendum est, permancamus. Altera est, ut non tantum id quod nobis est, probè munitum conseruemus, & nosmet defendamus, sed ut vim quoque & hostilem impetum propulsare queamus.

7 *Induite vos armaturam*. Aperit quibus hostes feriamus, ac euer tamus, atque cuiusmodi apparatus, & arma nostra esse debeant. Induite vos armaturam, non quamlibet, vel æream, vel ferream: sed panopliam, hoc est armaturam Dei: nimirum quod bellum ipsius Dei sit, & nos ipsius milites, qui pro Deo & eius causa pugnamus: ideo ipsius etiam armatura ferenda est, quia ille pugnat, ne nostris viribus freti, temerè in carne gloriemur, quasi ex proprio aduersus tantum hostem dimicare velle-

mus, Colligamus ex his armaturam Dei, qua indui iubemur, Christū intelligi, vt vnum, atque idem sit dixisse, Induite armaturam dei: & Induite Iesum Christum. Finis autē, ad quē nos armari iubet, hic est, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Inducit enim diabolus in nos, velut visibilem irruere hostem. Is aperto Marte nos non aggreditur, vt hostis cuius impetum cauere queamus: sed ex insidiis clādestinos quærit aditus, vt nos furim, & oscitātes opprimat. Quare horrendum, & periculosum est cū tali hoste, & antagonista in arenam descendere, & dimicare, qui nos tam insidiosē & astutē aggreditur.

7 *Quoniam non est nobis.* Cum hoste congressuri & in arenam descensuri duces, cogitabundi paulisper apud se manēt, & mente reuoluunt, cuiusmodi aduersarium sint habituri, tum quę sint ipsius consilia, quā fortis & potens sit, & quid periculi, quantūcūque curarum ipsū certamē secum adportet. Deinde docent suos, quibus horribilem hostis imaginem & insidias pingunt, quanta cum prudentia & vigilia expectāndus & excipiendus sit. Comparatione peruentūta Paulus terrificam huius hostis depingit imaginem. Videtur ad hunc sensum Paulus loqui: Validissimus (inquit) hostis est caro & sanguis, id est, status seu conditio mundi, id est, hominum in terris degentium in carne & sanguine (licet homo laudabiliter sit institutus, & deus illum sic obseruare iubeat,) cupiditas inquam praua, ambientium tyrannis, persecutio veritatis, hominum versutia & malitia, sed parui momenti hæc fuerint, & hostes parum admodum, aut nihil metuendi, si cōferamus eos cum Satana, & Diabolico illo in nos irruente exercitu. Addit his Paulus miram verborum congeriem, qua non plus explicare videtur quā Petrus, i. Petri 5. Aduersarius, inquit, vester Diabolus circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Cū pugnamus aduersus hæreticos, qui reuera caro & sanguis sunt, non tamen pugnamus aduersus illos vt carnem & sanguinem, sed contra ipsissimum Diabolum, qui per illos (sunt enim ministri diaboli) cōtra nos, nec corporaliter, aut carnali pugna nobiscum manus conferit, sed fidem nostram, ipsū præterea Dei verbū, Sacramēta, & articulos fidei hostiliter inuadit, & impugnat. Hæc non tam durē & grauitè proponuntur, vt desperemus & meticulosi animos despōdeamus, sed vt vigilemus, erectisq;

animis

animis in cœlum, indefessē poscāmus auxilium, qui opportune aderit. Maior autē est, qui in nobis est, quā qui in mūdo.

8 *Sed aduersus principes.* Cū dicit hos principes & dominos, verisimile est, ipsos non esse solitarios, sed numeroso exercitu in armis esse, ac multō fortiores ac instructiores ad pugnā, quā vllus in terris princeps esse queat. Quare cū homo ex se miser sit, ærumnosus, solitarius, & contemptus: pugnam inire & congregari, cum tam exercitatus principibus nō debet, suis solis viribus fretus: Sed fiducia in Christum armatus, audacter congregiatur, nihil perterritus. Ajunt (dicit Hieronymus) quia vult Apostolus nos docere, non ex natura corporis, & de materia carnis & sanguinis hæc vitiorum genera procreari: sed instinctu Dæmonum, propterea ait, Nō est nobis colluctatio aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, & potestates, &c. Ideo retūdenda est eorum opinio, qui putant, omnia vitia esse carnis & sanguinis, & nullam habere Dæmones potestatem, vt nos incitent ad peccatum. Hæc omnium doctorū (ait Hieronymus) opinio est, quōd aer iste, qui cœlum & terram medius diuidens, Inane appellatur, plenus sit contrariis fortitudinibus. Sunt enim quidam Dæmones amoribus & amatoris cantibus seruiētēs, vt Oseas 4. cap. narrat, dicens: Spiritu fornicationis seducti sunt: & sicut in vrbibus eos qui aliquid commiserunt flagitij videmus, vel bestias alere, vel secare marmora, vel mūdare spurcitas cloacarum, vel præesse gladiatoribus, & fundendo reorum sanguini destinari: ita & Dæmones ex proprij arbitrij libertate, insidiarum, fraudum, scelerum, atque periurij, & reliquam vitiorum prouinciam esse sortito: vt sint rectores tenebrarum, quia esse lucis principes noluerūt. Hi ergo rectores mundi atque tenebrarum, quum aduersum aliquem colluctantes, eundem supplantauerint, fecerintque corruere, statim illum suo mundo, & suis tenebris, quibus principantur, annectunt.

9 *Mundi rectores.* Non dicit rectores, quōd orbi præsent, imperiūve habeant: sed quia prauis præsident facinoribus. Tropo scripturæ praua opera, & qui hæc faciunt, dicuntur mundus: vt illud, Non estis de hoc mundo: id est, ex ordine eorum, qui mundana pertractant.

10 *Rectores tenebrarum harum.* Id est, regnāt in tenebris. Quia vbicunque Diabolus regnat & dominatur, meræ sunt tene-

Rectores mūdi & tenebrarum.

Dæmones in hoc aere nos ad malum prouocantes.

Mundus.

bræ. Internæ dicuntur tenebræ, quum fide viua cor vacuum est, quod diaboli sedes est & diuersorium: hoc vt inquilinus occupat, facitq; ne verbum Dei recipiatur aut toleretur, sed illud potius contemnit & insectatur: cuius loco sua mendacia pro veritate & lumine adducit. Non tamen tam captiua corda occupat, vt adimat liberum arbitrium. Foris stat Christus, & pulsât, paratus adiutare volentem resillire. Huius você audiatur, sequatur, & statim, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

11 *Contra spirituaia nequitia.* Nomen illorû, quo vocantur, & qui sint, prodit. Nô sunt, inquit, caro & sanguis, sed proprio nomine vocantur nequitia, seu mali spiritus: hoc est, qui r. 6 tantum astuti, vafri & versipelles sunt, omnem humanam sapientiam excellentes, sed etiam mali, acerbi, & pestiferi: quorum omnis cogitatio & agitatio animi, diu noctûque tantum eò tendit, quomodo hominibus damnosi sint & exitiales. Hoc vnicè habent, vt subinde aliam atque aliam nocendi occasionem excitandis dissensionibus atque seditionibus, eripiendis vxoribus, liberis, fortunis omnibus, vita, prospera valetudine nanciscantur, atque vt totum denique mûdum bello, cædibus & sanguine perdant. Cum dicit, In cœlestibus; id est, in aère, de quibus multa scribit Hieronymus, quorum pauca paulò antè recensuimus. Nondum enim in tartarum præcipitati sunt, sicut Petrus ait, 2. Petri. 2. Sed tantum catenis ad hoc alligati, quòd sunt adhuc in tartarum præcipitandi. Hoc est, habent iudicium suum, iamque decretum est, & lata super ipsos sententia, & hæ sunt ipsorum catenæ & vincula. Propterea in nos tantopere sæuiunt, cum certò sciant sese suam arcem & pulchras illas sedes amisisse, & nobis cessasse, locumque dedisse: & quòd, quum hinc excedimus, ad perpetuam gloriam sumus exaltandi, & loco ipsorum cœlum habitaturi: ipsi autem in abyssum ad perpetuos cruciatus, inque æternam damnationem præcipitandi. Ideo nobis inuidentes, tanto studio conantur, quo possunt nos ab illa sede beata deturbare. Sed frustra conantur, si C H R I S T O adhæserimus.

12 *Propterea accipite.* Diabolum hætenus propriis depinxit coloribus: non vt pictores, qui nigrum & horribile monstrû aspectu horridum, acutis vnguibus & dentibus, ac flammis & ardentibus oculis informant: sed quomodo Christianos inuadere

inuadere consuevit. Cum ergo videatis (inquit) vobis negotium esse, cum hoste periculosissimo, facite quod strenui solent milites. Induunt arma, & omni nisu nituntur hostem repellere. Assumite & induite armaturam Dei, hoc est, induite Iesum Christû, in quo omnis fortitudo & victoria est: & sine quo nemo victor euadit. Hic per nos hostem casurus est, suamque ingentem fortitudinem, atque potentiam per nos imbecillos monstraturus.

13 *In die malo.* Diem malum, vocat tempus tentationis, siue qua mundus contra nos sæuiens, confessionem Dei conatur extorquere, siue qua aliàs insidiatur Satanas, vt indigna nobis committamus. Consolatur præterea nos, cum huius certamini tempus breue futurum explicat: nam Diè dicens, breuitatem designat. Aut, In die malo: id est, iudicij die, in quo cum his malè agetur, qui nequiter vixerint.

14 *State ergo succincti.* Nominatim nostram armaturam perstringit, qua muniamur, vt vbique defensi simus: ac Diaboli ictus, vbicûq; nos adortus fuerit, caueamus, declinemusque. In primis opus est robusto animo. State ergo immobiles & imperterriti. Sunt enim inertes quidam, qui ad primum protinus congressum, vel non vulnerati concidit metu, vel sese in pedes conicietes loco suo turpiter cedunt, & fuga sibi consulunt. Quòd sit vt vigilandum standumq; sit nobis in veritate, in qua consistit robur nostrum. Deme Christiano veritatem, & corruet protinus. Alludit ad id quod dicebat Christus Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Hoc est, omni tempore parati sitis, vt serui expectantes aduentû domini sui. Et 4. Reg. 4. Helisæus propheta iubet seruum suum lumbos præcingere, & accipere baculum, hoc est, apparare sese & accingere itineri.

15 *Et indui lorica iustitiæ.* Thorax siue lorica, crates, & pectus hominis munit. Alludit hoc loco Paulus ad partes illas internas vitales. Sunt intra crates pectoris vitalia illa membra abdita, quæ vel modicè impulsâ mortem homini consciscunt. Necessè est vt pectus thorace iustitiæ muniatur, quæ est bona conscientia. Nam Christiano sua vita, sic instituenda & transigenda est, ne quem lædat, ne quisquam de eo queri possit. Sicut Apostolus passim in scripturis gloriatur, potissimû verò. 2. Corinth. 1. Nam gloria nostra hæc est, testimonium cõscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate

Catenæ.
Diaboli.

Dies malus.

Dei conuerſati ſumus &c. Hoc ergo vocat lorica*m* iuſtitia*e*, nimiru*m* iuſtam & innocenter tranſactam vitam erga omnes. 16 *Calceati pedes.* Qui habet pacem, calceatus eſt Chriſti Eu*an*geli*o*. & cum calceatus fuerit, praeparatus eſt: praeparatus autem non ſe putet perfectum eſſe, ſed pergat, & pergens ad finem perueniat. Paulus Eu*an*gelica doctrina vult animum noſtrum muniri, quae greſſus noſtros dirigat in viam pacis. Lucerna enim pedibus, (ait Propheta) & lumen ſemitis meis. Summa doctrinae Euangelicae eſt pax, vt ſecura & pacata conſcientia quietſcimus in Deo per Chriſtum, & quantum in nobis fuerit, cum omnibus hominibus pacem habeamus. Haec ſi animis inſideant, via noſtra plana erit, nec impingemus grauius.

17 *In omnibus ſcutum fidei.* Vt alacriores in arenam aduerſus diabolium deſcendamus, munit nos Paulus iis, quibus inimici tela & iacula etiam ignea referiamus. Vt militi neceſſarius eſt clypeus, item gladius: ita & Chriſtiano militi fides clypei loco, & verbu*m* Dei vice gladij erit. Iaculatur Satan ignea tela diffidentiae & cupiditatum. Sentimus ardorem illoru*m* in carne & conſcientia noſtra. At facile retorquebimus illa gladio, hoc eſt, verbo Dei & fiducia in verba Dei, & flagrantes illas curas extinguemus, atque verbo Domini, non ſolum repellemus, ſed & iugulabimus ipſum Satanam. Hoc telo fortassis petet te Satan: Meus es, qui peccaſti, & totus peccato maduiſti, non omnibus vt debebas ſatisfecu*er*is. Reſponde: In Chriſtum ego conſido, huic adhæreo, hunc per poenitentiam tuis accuſationibus oppono. Chirographum quod habebas mei delicti, ille cruci affixit, & pro me poenitente ſatisfecit, qui eſt ſufficiencia mea. Abi hinc in malam crucem, Protinus fugiet ille, & tela eius in ſuam crucem retorquebuntur. Huc pertinet pugna & congreſſus ille Chriſti & diaboli, apud Matth. 4. cap. Nam ad omnem congreſſum, vmbonem vmbone repercutit, educit verbum dei, & hoſtem proſternit Dominus. 18 *Et galeam ſalutis aſſumite.* Galeam ſalutis vocat ſpe*m* & expectationem alterius vitae in caelo nobis paratae, cuius gratia in Chriſtum credimus, & omnia quamlibet dura patienter toleramus, ſine cuius ope, nullo modo omnes plagas & ictus, quibus caput & vita noſtra petitur, perferre poſſemus.

19 *Et gladium ſpiritus.* Iſta verè militaris armatura eſt, qua diabolū persequimur, proſternimus, vincimus. Hic gladius, inquit,

Calceatus euangelio quis dicitur

inquit, eſt verbum Dei, nullo aere aut chalybe ſeu ferro fabricatus, aut incude formatus, ſed ſpiritalis, quo feriendus eſt malignus, & nequam ille ſpiritus. Stringitur, euaginaturque hic gladius, quando verbum Dei pro conſonibus purè & diligenter annunciatum & praedicatum fuerit. Siquidem ipſius mendacia & malitiam retexit, & in apertum producit, quibus homines fallere, in quae falſam fiduciam, aut incredulitatē ſeu ſuperſtitionem, in triſtitiā, aut deſperationē pertrahere ſoler: Deinde cum Chriſtianus pro ſe ſeu priuata agitatione & meditatione, ſiue cum aliis, illud verbum Dei, vel audiendo vel legendo, ſeu cantādo, ſiue loquendo exercuerit. Inſuper, verbum Dei indicat nobis Chriſtū, qui caput diaboli contriuit: ideo verbum Dei plurimū pertimeſcit ille, & auerſatur. 20 *Per omnem orationem.* Sicut pro Petro, etiam catenis detento, vt eſt in Actis, enixius precabatur eccleſia: ita Paulus hortatur, & exigit à ſuis diſcipulis, vt pro ſe, compedibus & catenis ob Chriſti gratiam inuoluto, orent: nec id quidè ſimpliciter, ſed per omnem orandi & precandi intentionem: hoc eſt, cum gemitu (ait Theophylaſtus) & peſtoris tuſione, genibus procumbendo, & iſtiusmodi reliqua factitando. In omni inſtantia, id eſt, perſeuerantia, & patientia, exemplo Chananae, & viduae illius, filium emortuum ſuſcitari petentis, quae ſumma in patientia perſtiterunt. Diſcimus, non diffidentiae fuiſſe, quòd ſancti pro ſe orare alios ſubinde horati ſunt: ſed magni ardoris & charitatis vehementis gloriam Dei propagandi, quòd cuperent ſcilicet, in Deum omniu*m* & deſideria eſſe intenta, vnde & ſalus omnium pendeat.

21 *Vt detur mihi ſermo.* Hanc oris apertionem 2. Corinth. 6. dixit, Os meum ad vos apertum eſt o*mn*i Corinthij, Explicatur & aliis plerique locis. Matth. 5. Aperiens Ieſus os ſuum. Pſalm. 118. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. Pſalm. 77. Aperiam in parabolis os meum. Et ſimilia ſunt in ſacris. Hoc ſic accipiendum eſt, quaſi dixerit Paulus, Aperiantur theſauri, & abſcondita à ſeculis ſacramenta pandantur, vt ſpiritus ſanctus introeat ad ea proferenda, quae latitant, & liberrimè cum auidacia eloquar myſteriū Chriſti, vincula & carceres nihil veritus.

22 *Pro quo legatione.* Hoc eſt meo Apoſtolatu ſiue legatione mea fungor, & Euangelium etiam catena oneratus, & in vincula, ſiue cuſtodiam coniectus praedico. Has catenas vi-

Oris apertio, quid.

dere est: Act. 28.
Anima cor 23 *In incorruptione.* His sit gratia, qui peccati vinculis nō tenentur. Animæ corruptio dici solet peccatum, quo non solum corrumpimur, sed tandem illo perimus, & pessum imus.

CONCILIATIO.

QVARE PAVLVs hīc dicit, Quod est mandatū primū, Honora patrem, &c. quum primū mandatū sit Exodi 20. Non erunt tibi Dij alieni præter me?

NON NVLLI ita legunt, Quod est mandatū primū in promissione, quasi quatuor alia mandata, quæ ante hæc dicta sunt, non habeant promissiones: & in hoc solo pollicitatio feratur adiuncta. Vt bene sit tibi, & sis lōgæus super, &c. Videtur tamen mihi in secundo mandato addita promissio: dicitur enim Exodi 20. Non facies tibi idōlum, neque omnem similitudinem eorum, quæ in cælo sursum, &c. sequitur in textu, Facio misericordiā in millia, his qui diligunt me, & custodiunt mādāta mea. Obserua enim quōd sunt verba spōsionis, Facies misericordiā in millia, &c. Quare dicendum videtur cum beato Hieronymo, Quia decalogus exeunti de Ægypto populo, prima lex data est: vnumquodque mandatū decalogi primum mandatū est appellandum, ad comparisonem eorum præceptorum, quæ postea in lege conscripta sunt. Alij respondent, duas fuisse tabulas Moyfi: In priore mandata ad Deum duntaxat contineri: In secunda vero mandata ad proximum, quorum primum, est de honorandis parentibus.

QVId hīc Paulus docet, Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore: Nec nō, vxor timeat virum: cum Prouerborum 7. dicatur, Fili, præter Dominum ne timeas alium? Cum vxores viris, & serui Dominis cum timore seruire iubentur, quid aliud quàm ad Deum timor ipse refertur? Hic timor nō seruilis, sed filialis est, atque in vxore magis reuerentia, quàm timor dicitur. Sicut enim si bene obediatur Dominis propter Deum, ad dominum ipsa bona obsequia referuntur: ita si Dominis contradicatur, non ad eos, sed ad Deum ipsa iniuria infertur, dummodo illi contraria voluntati diuinæ non iubeant. Dicite Moyse Exodi 16. Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum, Nos enim quid sumus?

DICTIO.

LON-

LONGÆVVS, longi temporis, vnde Longæuitas. *Longæuitas.*
 DISCIPLINA, & correptio, pro quib⁹ Pædia, & Nuthefia, id est, eruditio, siue institutio & admonitio. Cæterū vtraque vox Græca anceps est. Pædia tum eruditionē significat, tum castigationē: à puero dicta. Nuthefia admonitionem, & obiurgationē, siue correptionem. Inde dicta, quōd in animū alicuius ponas, & ingeras, quid factum oporteat. *Disciplina.*

ARMATVRA significat quicquid ad armandum in pugnam militem pertinet. *Correptio.*

INSIDIAE, fallaciae, & technæ. *Insidia.*

DIABOLVS, Latine calumniator & delator. *Diabolus.*

COLLECTATIO, Idem quod lucta. *Collectatio.*

MVNDI RECTOR, Græcis Cosmocrator dicitur: id est, mundi Dominus. Dicitio Pauli noua, & primum ficta, vt putat Hieronymus. *Mundi rector.*

TIMOR, dicitur fuga à malo: excussio autem illa mēbrorum exterior, à tali fuga mali producta, vocatur Tremor. *Timor.*
Tremor.

FINIS.

Missa fuit à Roma, ad Ephesios per Tychicum.

STATVS EPISTOLAE AD PHILIPPENSES.

Hortatur Philippenses Paulus, vt pergant crescere in fide Christi, & mutua inter se charitate.

LOCI INSIGNES.

- 1 Collaudatos Philippenses ob fidei donū & sanctā cōstatiā erudit, ne cruce & vinculis suis offendantur. Cap. I. II.
- 2 Hortatur iuxta suam vocationem ambulent: quos ardentissimis argumētis inflāmat, vt à Pseudopostolis caueant, vbi & de mysterio Christi disserit, qui dat velle, perficere, & pro Euangelio pati. Cap. I. II. III. & IIII.
- 3 ~~_____~~ Cap. III.
- 4 Dispensatores eleemosynarum carere debent avaritiæ suspicione. Cap. III.

K ij

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI, Ad Philippenses.

Aperit Paulus cordis sui desiderium.
CAPVT I.

Clerum Philippensium salutat.



Paulus & Timotheus¹, ser-
ui Iesu Christi, omnib⁹ san-
ctis in Christo Iesu, qui
sunt Philippis, cum episco-
pis² & diaconis, gratia vo-
bis, & pax à Deo patre nostro, & Domi-
no Iesu Christo. Gratias ago Deo³ meo
in omni memoria vestri (semper in cun-
ctis orationibus meis pro omnibus vo-
bis, cum gaudio deprecationem faciens)
super communicatione vestra⁴ in Euan-
gelio Christi, à prima die vsque nunc: con-
fidens hoc ipsum⁵, quia qui coepit in vo-
bis opus bonum, perficiet vsque in die
Christi Iesu: sicut est mihi iustum hoc sen-
tore pro omnibus vobis: quòd habeã vos
in corde, & in vinculis meis, & in de-
fensione⁷, & confirmatione euangelij, so-
cios gaudij mei⁸ omnes vos esse. Testis e-
nim mihi est Deus, quomodo cupiam o-
mnes vos in visceribus Iesu Christi. Et
hoc oro, vt charitas vestra magis ac ma-
gnos. Socios gaudij mei, &c. *cũ sitis omnes mihi cõsortes gratiã*

In omni scientia & sensu, in perfecta discretionẽ & iudicio. In omni gis abundet in omni scientia, & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis synccer¹⁰, & sine offensa in diem Christi¹¹, repleti fructu iustitiã, per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei. Scire autem vos¹² volo fratres, quòd quã circa me sunt magis ad profectum venerunt euangelij: ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio¹³, & in cæteris omnibus, vt plures è fratribus in Domino confidẽtes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui. Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant. Quidam ex charitate: scientes, quoniam in defensionem euangelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annunciant, non syncerè: existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.

Manifesta in Christo, celebra in Christo & Christum.

Vincula Pauli.

Syncerè, pure. Suscitare. vel addere.

1 Paulus & Timotheus serui. Apostolum se tacet, quia his scribit, qui de illo rectè sentirent: ideo dignitatem suam suppressit. Aut vt cõmuni sibi & Timotheo nomine vtatur. Atque hic est verè titulus Christianorum & ministrorum verbi dei cum dicitur, Serui Iesu Christi.

2 Cum episcopis. Honoris gratiã Sacerdotes & presbyteros appellat Episcopos. Etenim, vt indicat Chrysofomus, non erant vnus ciuitatis plures episcopi. Nondum erant huiusmodi nomina, dispersita, vt ex Paulo, & 20. cap. Act. deducitur. potest: licet reuẽra diuersi essent ordines sacri, alius Episcopatus, alius Presbyteratus, aut Sacerdoti, alius Diaconatus. Neque enim sacerdotes consecrabant episcopos: sed cõtra, episcopi ipsos sacerdotes & Diacones. Episcopi nomen for-

tiebantur, qui populo suo inuigilarent, purgarent, & illuminarent, quos foret necesse. Cuius rei gratiā ad clerum nunc scribit, quod aliās (ait Theophylactus) nunquam egit.

3 *Gratias ago deo meo.* Veri Apostoli est, non solum predicare, sed & orare: ut spiritus dei operetur in cordibus auditorum: & præterea iugiter gratias agere, sicubi senferit verbum dei promouisse. Talis enim ostendit se verè à deo missum, & auditorum querere, & scire salutem: cuius hic egrégium, vides in Paulo exemplum.

4 *Super communicatione vestra.* Hic locus docet, Qui opè tu lerit pertractanti aliquid boni, huius boni non erit expers: ut qui martyribus vel in eremo diuersantibus, vel ecclesiasticis, & verbum dei prædicantibus prouident, omnem his seculi curam adimètes, cum his certè & coronarum & præmij sient participes. Super cōmunicatione vestra, id est, beneficentia, & eleemosyna, quam leuandæ meæ necessitatis gratiā ad me secundò vincitū misistis, ait Paulus. A prima die vsque nūc, id est, ex eo tempore, quo primū fidē hanc, & sacrum euangeliū excepistis, ad hoc vsque tempus. Aut cū dicit super communicatione vestra in euāgelio Christi, commendat illos quod indiuisè & syncerè, à primo die in illud vsque tempus, quo hæc scribebat Apostolus, præ cæteris perstabāt, manebantque in fide & cœtu fidelium.

5 *Confidens in hoc ipsum.* Id est, persuasum habēs hoc ipsum, quod is qui cœpit in vobis bonū, id est, qui dedit vobis fidē & euāgelij obeditionem, perficiet, id est, dabit ut perseueretis in finem vsque. Colligamus ex his, spei & perseueratiæ bonū esse à deo, imò & initia fidei & auctus boni operis.

6 *Vsque in diem Christi Iesu.* Hic dies respectu singulorum est in cuiusque morte: respectu verò omnium, est dies iudicij vniuersalis.

7 *In defensione & confirmatione.* Confirmationem & defensionem euangeliij vocat vincula, & pressuras, quibus ipse afflictabatur. Est nāq; manifestum, quod si pro re comperta Paulus non habuisset remuneratiōnes, & bona cœlestia tanti esse, ut explicari verbis non possint: quod non prorsus vincula fuisset perpeffus: nec effero Neroni pertinacius obstinisset, nisi imperatorem alium præuidisset, qui firmior esset, & illo incomparabiliter longè potentior. Pressuræ ergo, & mala que patimur, euangeliū confirmant. Primæ suæ defensionis quum

ad

ad tribunal Neronis productus est, meminit 2. Timoth. 4.

8 *Socios gaudij mei omnes.* Gaudebat Paulus in vinculis esse pro defensione euāgelij. Propterea, inquit, vos cordi habeo quod participes vos habeam huius gratiæ, id est, pressurarum, & cōpedum pro Christo. Quod autem pro gratia vincula habeantur, ex eo liquet, quod dominus ait Paulo, Sufficiat tibi gratia mea: Virtus nanque, in infirmitate perficitur. Vel illud quod paulò post est dicturus, Nobis donatum est pro Christo pati. Hæc adnotavi sequutus Theophylactus, qui hic legit, Socios gratiæ. Ambrosius legit, Socios gaudij. Existimarem, Gaudium hic pro gratiā positū, ut insinuat dictio Græca huic loco respondens.

9 *Visceribus.* Viscera vocat affectus, purè Christianos, hos amabat nō ob aliud quàm quod Christum syncerè diligeret.

Viscera.

10 *Synceri.* Synceri primū in fide, ne patiamur Christi cognitionem falsis doctrinis permisceri. Deinde charitate, ut talis sit affectus in proximum, qui etiam sciat tolerare eius infirmitatē, ne scandalo simus quocunque modo. Charitas enim omnia suffert, sicut videmus Christum in infirmis discipulis tolerasse, & (ad sit honor verbo) simulasse. In summa, sic nos scire vult, ut nostra sciētia non abutatur. 1. Corinth. 8. Scientia inflat, charitas ædificat.

11 *In diem Christi.* Rursum perseuerantiam notat, vocans diē Christi, horam mortis, ut supra.

12 *Scire autem vos.* Docet hoc loco vincula non obfuisse euāgelio, imò potius multū profectum attulisse. Nam Pauli vincula hoc dederunt, ut euangeliij prædicatio non ad paucos ut plebeios solum peruenerit, sed etiam vniuersam Neronis regiam peruaserit, & per Romā vniuersam inclarauerit. Hoc etiam addiderunt, quod quidam timiduli fratres, videntes quàm nihil me, inquit, perterrerent mea vincula, quòdque dominus me in apostolatu meo periclitantem seruauerit, animati meis vinculis, deposito omni metu, imperterriti cœperunt liberrimè euangeliū annuciare.

13 *In omni prætorio.* Id est, non tacui euangeliū etiā in vinculis, adeo ut verbi præconium peruaserit vsque ad regiam Neronis. Et in cæteris omnibus, id est in omni Iudaismo, & per vniuersas ecclesias: ita ut qui prius timidi erant, cum fiducia, & sine timore vbique verbū dei prædicauerint. Vincula manifesta, id est, celebra fieret per Christū in omni, id est, toto

K iiii

Dies Christi.

Defensio
euangeliij.
Cōfirmatio.
euangeliij.

pratorio, ac cæteris omnibus fratribus qui Romæ erant.

Quid enim? dum omni modo, siue per occasionem¹, siue per veritatem Christus annuncietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.

Scio enim² quia hoc mihi proueniet ad salutem per vestram orationem, & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem³ & spem meam,

quod in nullo confundar, sed in omni fiducia, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Mihi enim viuere

Christus est, & mori lucrum. Quod si uiuere in carne, hic mihi fructus operis est,

& quid eligam ignoro⁶. Coartor⁴ autem

duobus: desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Et hoc confidens⁵, scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, & gaudium fidei: vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum¹⁰ iterum ad vos.

Tantum dignè euangelio Christi conuersemi: vt siue cum venero & videro vos, siue absens, audiam de vobis, quia stans in vno¹¹ spiritu, vnanimes, collaborantes fidei euangelij. Et in nullo terreamini ab aduersariis quæ illis est causa¹² perditionis: vobis autè salutis, & hoc à Deo. quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo

Quid enim subaudi mea refert.

In nullo confundar, nullius me rei pudebit Iob Christum, fiducia, libertate.

Hic, ea rei, Viuere in carne, id est vita, si vita mea affert fructum.

Confidens exploratum habens.

Collaborantes, concertantes.

Cupit mori Paulus & manere propter fratres.

Conuersatio.

Pati pro christo donum dei.

patiamini, idem certamen¹³ habentes, quale & vidistis in me, & nunc auditis de me.

¹ *Siue per occasionem.* Non ait, Annuncia: ne iubere videatur Christum annunciandum per occasionem: sed, Annuncietur, siue occasione, id est, contentione, & astu, & simulatione: Siue per veritatem, hoc est, animi rectitudinem.

² *Scio enim.* Precibus vestris fiet, vt neque afflictio aduersariorum, neque invidia eorum qui non purè annunciant euangelium, neque technæ eorum qui me inuisum Neroni reddunt, in meam perniciem tendant. Imò spiritus Iesu Christi, cui nihil difficile aut impossibile est, sceleritabit omne negotium. Facit ad hæc quod ea spe ducor, quæ neminem confundit. Qui enim fidit deo, ait scriptura, non confundetur. Vnde subdit.

³ *Secundum expectationem.* Hoc loco in Græcis est dictio significans vehemens cordis desiderium, quo toto animo quidpiam expectatur, modo & gestu vehementer inhiantium, totoque capite inflexo, perinde ac si caput totum nutet & vergat ad id quod firmiter & certè speratur. Tanquam inquit Paulus: Spero equidem, vt primum illud discrimen euasi, sic præsens hoc me euasurum. Commonefacit præterea hoc loco, non omnia esse alienis precibus permittenda, quin etiam sperandum per nos erit, quod cupimus, & votis deprecandum: vt est apud prophetam, Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum sperauimus in te. Et Romanis Paulus ait, Spes non confundit.

⁴ *Mihi enim viuere.* Christus est mea vita, & mortem pro lucro habeo. Nam si mea prædicatione Christus uiuat, eiusque veritas splendet, fiatque illustrior in mundo, reuera putabo me viuere. Quod si pro causa euangelij & nominis Christiani defensione moriar, multum lucrabor, nimirum periculis, afflictionibus, falsorum fratrum insidiis liberatus, cum deo æternum gaudebo.

⁵ *Quod si viuere in carne.* Si vita hæc mea, si adhuc vobiscum versari est vtile & necessarium vobis, per euangelicam prædicationem. Quid eligam nescio.

⁶ *Et quid eligam ignoro.* Si viuo, Christi causa viuo, vt promoveat euangelium: Si morior, meo comodo morior. Quod si procedit mea prædicatio, & profum ecclesiis, adeo non prefe

ro meum commodum vestro bono, vt dubitem etiam vtrum eligam.

7 *Coartor equidem.* Vtrinque teneor, id est, si optio detur, vtrum mori, an viuere malim: equidem in incipiti sum, ita vt nõ facile sciam, quid horũ sim electurus. Mori etenim, & esse cum Christo, melius est mihi: Viuere autem, necessariũ vobis est.

8 *Confidens,* Exploratum habens:

9 *Gratulatio vestra.* Gloriatio vestra. Hoc est fiducia & confidentia vestra.

10 *Per meum aduentum iterum ad vos.* Apparet hæc epistola fuisse scripta intra illud biennium, de quo in Actis scribitur, Quod sub custodia militis permiffum est Paulo manere, nõ lo prohibente illi quod euangelizaret Christum. Hæc incarcerationatio authore beato Thoma, facta est primo anno Neronis, postquam vixit septem annis. Videtur mihi ex historiis Paulum post hoc biennium incarcerationis, vixisse deceniũ vsque ad decimumquartum Neronis annum.

11 *Quia stas vno spiritu.* Si rogaueris, Qui dicuntur dignè sua vocatione ambulare? Respondet, Qui vnanimis sunt, nihil non facientes pro euangelij defensione, & nullis aduersariorum calumniis, vi, & truculentia franguntur.

12 *Qua illis est causa perditionis.* Pro euangelij defensione vos afflictĩ remunerationem grandem consequemini. Qui v erò vos affligunt, pessum ibunt cum suo præceptore Satanã. Dices fortassis, dum pios pessundant aduersarij, omnia habent pro vobis. Respondet Paulus, Horum nequitia & feclicitas mundialis, erit causa damnationis seu perditionis illorum, vestræ verò salutis argumētum certissimum. Est re vera impiorum tranquillitas vitrea, quæ dum splendet frangitur.

13 *Idem certamen.* Eandem pro Christo tribulationem.

CONCILIATIO.

ADVERSARI videtur dictũ hoc Pauli, Cupio dissolui, & esse cum Christo: Et, Mihiviuere Christus est, & mori lucrũ: ei qui scribitur 2. Corinth. 5. Qui sumus in habitaculo ingemiscimus grauati, eo quod nolimus expoliari, sed superuestiri. Miramur hic Paulum, quomodo amet quod refugiat, refugit quæ amet. Ecce enim, mori desiderat, & tamen carne expoliari formidat. Cur hoc? Quia etfi victoria in perpetuum lætificat, ipsa nihilominus ad præfens pœna perturbat. Et quamuis vincat amor subsequenti muneris, tangit tamen nõ sine

sine mœrore animum pulsus doloris. Sicut enim vir fortis cum vicino iam belli certamine, cum armis accingitur, palpat, & festinat, tremat & sæuit, quasi paucere per pallorem cernitur, sed per iram vehementer vrgetur: ita vir sanctus cum passioni propinquare se conspicit, & naturæ suæ infirmitate concutitur, & spei suæ soliditate roboratur, & de vicina morte trepidat, & tamen quod moriendo verius viuat, exultat: ad regnum quippe non potest, nisi interposita morte, transire. Quapropter confidendo quasi ambigit, & quasi ambigendo confidit: & gaudens metuit, & metuens gaudet: quia scit quod ad brauium quietis non perueniat, nisi quod interioret cum labore transcendat. Sic nos, cum morbos à corpore repellere cupimus, tristes quidem amarum purgationis poculum sumimus, certi autem de subsequenti salute gaudemus. Quia enim peruenire corpus aliter ad salutem non valet, in potu libet etiam quod tædet: cumque amaritudini inesse vitam animus conspicit, mœrore turbatus hilarescit.

DICTIO.

PHILIPPI, orum, vrbs Macedonia, à Philippo rege *Philippi* condita, prope quam Cæsar & Pompeius, deinde Augustus & Brutus pugnarunt. Apud hos Synagogæ princeps Christo credit: apud hos Paulus flagris cæsus, cum Sylla cõiectus fuit in carcerem: apud hos prætereà & carceris custos, cū eius domo & vniuersa familia, ad Christi fidem concessit: apud hos demum & milites Paulum veriti, vt abiret quod vellet precati sunt.

EPAPHRODITOS penultima producta, Græca vox *Epaphroditus* est: fuit commilito Pauli, Latinè venustus dicitur, siue iucundus.

DIACONVS, penultima correpta, est minister, à diacono *Diaconus*. Neo, id est, ministro: Diaconia, ministerium. Nos Diaconi dicimus, & Diaconatum, pro ordine Diaconij. Rarò Latini dicunt Diacones, in tertia inflexione.

PRAETORIUM, domus in qua prætor habitat, siue Dux: *Prætorium*. pro domo iudicaria etiam vsurpatur.

Ad cōcordiā inuitat Paulus.



Christus humilis considerandus.

Iesus. Roma, 14. b. Esaiæ. 45. d

I qua ergo cōsolatio in Christo, si quod solatiū charitatis si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis: implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimēs, id ipsum sentientes: nihil per contentionem², neque per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicē arbitantes: non que sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. Hoc enim sentite in vobis³ quod & in Christo Iesu, qui cum in forma⁴ Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanuit⁵ formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuētus, vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens⁶ vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen⁷, vt in nomine Iesu⁸ omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Itaque charissimi mei, (sicut semper obedistis) non vt in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem

Societas, communio. Sapiatis, sentiat, sitis cōcordes.

Hoc enim sentite in vobis &c. is enim affectus sit in vobis qui fuit. Habitu, figura.

tem operamini⁹. Deus est enim¹⁰, qui operatur in vobis, & velle & perficere, pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationib⁹ & hæsitationibus¹¹: vt sitis sine querela¹², & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos lucetis¹³, sicut luminaria in mundo: verbum vitæ cōtinentes ad gloriam meam in diē Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui.

Velle & perficere dat deo

1. Petr. 4. c

Peruersæ, Tortuosæ.

1 Si qua ergo consolatio. Paulò antè de concordia & eius studio disseruit: nūc amplificatione quadam prosequitur, idem negotium, potissimum adducens charitatem, sine qua relique animi dotes languent, & pereunt. Si qua ergo cōsolatio in Christo, id est, si exhortatio Christiana locum & auctoritatem, apud vos habet. In Christo dicit, pro eo quod est Christiana. Si quod solatiū charitatis, id est, si reliquæ charitatis, aut aliquid illius adhuc apud vos superest vnde speretur cōsolatio. Si qua societas spiritus, id est, si ille spiritus cuius gratiā vnanimēs viuunt fideles, à vobis magna auctoritate recipitur. Si qua viscera miserationis, id est, si animi vestri vllis & eisdem piis ducatur affectionibus, nec vestri sensus obriuerint. Implete gaudium meum, id est, perficite & consummate lætitiā, quam de vestro profectu concepi, vt sapiatis idem, hoc est, eadem miseratione, eadēque charitate erga pios sitis propensi, hoc est, idem sentiatis vnanimēs.

2 Nihil per contentionem. Morbos vnanimitatē, contentionem scilicet & inanem gloriam adducit. Nihil per cōtentionem: id est, per nifum quandam à liuore productum: vt vulgò dicitur, Nitar totis viribus, vt nemo me superet. Neq; per inanem gloriam: hæc nanque inuidiam parit. Sed in humilitate: si existimaueris alium quempiam te superiorē & potiorē, hoc modo nemini inuidebis. Nam inuidia inter æquales oboritur, non inter impares, & longè ab inuicem alienos. Humilitatem hic vocat modestiam animi, qua quis sibi nihil

Contenderet.

Inuidia.

arrogat. Contentio inuidiam, mendacium, iram, conuitia ac suspiciones malas generat, his vitiiis opponitur modestia animi nihil de se altum sapiens, sed humile.

3 *Hoc sentite in vobis:* Id est, sitis affecti vicissim alij in alios, vt Christus fuit erga vos. Paulus ad humilitatē Christi nos inuitat, qui nostri gratiā, cum diues esset, est inops effectus. Cū ergo Dei filium, qui omne excedit fastigium, ad infimum dicitur se contulisse, quemnam eorum qui alta sapiant, non cogat pudere: Exemplum enim dedi vobis, dicebat ille Ioan. 15. vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Non quæsiuit ille gloriam suam, nihil exprobrauit nobis, non cōtendit, sed summa animi humilitate deiecit ac humiliavit sese, vt nos exaltaret.

4 *Qui cum in forma,* Id est, esset verus Deus, in eadem cum patre substantia. Aut, qui cum ab æterno fuisset Deus, nequam cogitauit rapinam, quando Deum se manifestauit, tamen homo factus, non semper ostentauit quantus esset, sed quā humilis esset, quā mitis, quā obediens, hanc nobis ostendit viam ad summa perueniēdi. Beatus Augustinus hūc locum exponens lib. 2. contra Maximinum Arrianorum episcopum cap. 5. Rapina res est aliena, inquit, quæ per iniuriam possidetur. Cū ergo Dei filius esset filius, Deo per omnia æqualis, non rapina, id est, alieno modo, sed natura æqualis Deo. Proinde in forma Dei esse, est Deo æqualē esse. At in ter diuersa nō est æqualitas. Consequitur ergo in sancta Trinitate vnum adorari Deum, tres orthodoxē agnoscī personas. Cū dicit, non rapinam arbitratus, &c. alludit ad ingenium quorundam tyrannorum, qui malis artibus ad imperiū venientes, quia veri reges non sunt, & se tales conscientia reclamante & inquietā agnoscunt, miserē se in animo torquet, & sibi metuunt, nec longius recedunt à regno, ne hoc occupetur, & ipsi expellantur. At Christus vero & iusto titulo, fidenti & firmo animo se regem & Deum asseuerauit.

5 *Exinaniuit semetipsum.* Humilimum se fecit, hominis naturam assumens, in similitudinem hominum factus dixit, In similitudinem hominum factus, quia nō id solum quod ex facie exteriori apparebat, inerat illi, sed & diuinitas ipsa. Erat namque hic Deus, & humanitati vnita erat Diuinitas. Non homo simplex erat. Nos enim ex anima corporēque cōstamus, Christus ex anima, & corpore, & diuinitate constabat: ob id,

ob id, In similitudinem, dixit. Aliter intelligi potest, In similitudinem hominum: id est, tanquam homo factus, nō quod hæc particula, Similitudo, & Tanquam, negent eum hominē factum: sed iuxta vulgatum loquēdi morem dicitur: vt cū dicit, Incedit in similitudinem regis, aut tāquam rex: non quod negauerit eum verē regem esse: sed qualis ipse est rex verus, ita incedit. Sic dicitur Christus in similitudinem hominum factus: id est, planē instar hominum, ac verus homo factus. Ad hunc modum interpretare, Vidimus gloriam, quasi vnigeniti: id est, qualem habere vnigenitum decet.

6 *Factus obediēs vsque ad mortem.* Amplificatio est illius quod prædixit, Exinaniuit semetipsum. Exinaniuit filij Dei non est euacuatio, sed humiliatio. At humiliatio aliud non est, quā incarnatio, & mors in carne perpeffa. Per epitaſim, hoc est, vehementem intentionem, quasi per exaggerationē subiungit, mortem autem crucis. Quasi dicat: Hæc mors & grauissima & turpissima erat. Hic reuera pro nostri expiatione volens mortem obiuit, vt nos per mortem ipsius innocentissimam æternū viuereamus.

7 *Quod est super omne nomen.* Cui enim Angelorum dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Quæres, Quod nomen illi ob humanam naturam contulit Deus? Nimirum vt filius in carne dicatur & Deus. Nam & homo Dei est filius, sicuti & ab Angelo pronunciatum est Luc. 1. Ideoque & quod nactusur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Acto. 4. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datū hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, Daniel. 7. Et dedit ei potestatem, & honorē, & regnum, & omnes populi, tribus, & lingue, ipsi seruient. Dicitur hoc loco nomē vsurpari pro potētia & maiestate. Atque cum Paulus meminisset de filij Dei humiliatione, nunc adicit de gloria, & regno filij Dei, ne quis offenderetur scādalo crucis, iam audit Christum regnantem. Exaltatus dicitur propter naturam humanam.

8 *Vt in nomine Iesu.* Alia dicendi formula Paulus gloriam & regnum Christi explicat. Genuflexio seu geniculatio adorationem, cultum & venerationem importat. Cū dicitur, cœlestium, terrestrium & infernorum: ostendit magnum exercitum omnium creaturarum intelligibilium subiectum Christo. Vt omnis lingua constetur: id est, vt omnes tum Angelorum, tum hominum lingue, cum laude & gratulatione con-

Tanquā
quasi particu-
larum acce-
ptio.

Christi nomē

fiuantur, Quia IESVS Christus est Dominus & omnium princeps, & est in, id est, ad gloriam patris. Quia ut Deus, æqualis est patri: Ut homo, est in potioribus bonis ad dexteram patris supra omnem creaturam. Est ad gloriam patris. Nam Ioan. 5. legimus Dominum dixisse, Pater omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. Gloria ergo & laus quæ Christo Domino tribuitur, non tendit in ignominiam, sed ad gloriam patris, dicentis de ipso. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.

9 *Vestram salutem operamini.* Id est, facite ea quæ sunt salutis: atque ea non sunt alia quam quæ supra in principio huius capituli pronunciauit, ut idem sapiatis, eadem charitatem habentes, vnanimes &c. Et hoc, inquit, cum timore & tremore, scilicet Dei. Qui enim aliter conuersantur, certum est eos timorem Dei non habere. Hic locus aperit, quam verum sit nos Dei cooperatores esse: & vim liberi arbitrij habere ad bonam gratiam præueniente.

10 *Deus est enim qui operatur.* Occupatio est. Obiciet aliquis, Cum iubeas nos operari nostram salutem: Erit ergo nostræ potestatis operari nostram redemptionem. Respondet Apostolus. Voluntas & facultas bene agendi, est in vobis auxiliante Deo. Deus est is qui agit in vobis, ut & velitis & efficiatis. Vide infra Conciliationem secundam.

11 *Hesitationibus, disceptationibus.*

12 *Sine querela.* Tales vos præstate, de quibus nemo conueniri possit.

13 *Inter quos lucetis.* Scholia Hieronymo adscripta in hunc locum legunt, Lucete, imperatiui modi: atque ad hunc modum videtur Ambrosius interpretari, qui ait Paulum non hæc pronunciare: quod fiant: sed præcipere, ut fiant. Commonet ut memores, professioni suæ respondeant, inter diffidentes, tam clari appareant, vita, conuersatione, moribus, quemadmodum Sol & Luna, inter stellas splendore sublimes sunt.

Sed & si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & cōgratulator omnibus vobis. Id ipsum autem & vos gaudete, & cōgratulamini mihi. Spe-

ro au-

ro autē in Domino Iesu Timotheū me cito mittere ad vos: ut & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminē enim habeo tam vnanimē, qui syn-

*Act. 16. a
Timotheus
qualis.*

1. Corin. 13. b

Experimentum, *Probationē.* Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filio, mecum seruiuit in Euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt. Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito. Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, vestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos: quoniam quidem omnes vos desiderabat: & mœstus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est vsque ad mortem: sed Deus misertus est eius, non solum autem eius, verumetiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius ergo misi illum, ut viso eo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim.

Cognoscite, *Cognoscitis.* Quæ circa me sunt. *Vel, mea negotia.* Necessitatis meæ, *In necessitate mea.* Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino: & eiusmodi cum honore habetote: quoniam propter opus Christi, vsque ad mortem accessit, tradens animam suam ut impleret id, quod ex vobis deerat, erga meum obsequium.

Tradens animam suam, *Vel, non habita ratione vitæ meæ.*

1 *Sed et si immolor.* Ideo occidor propter fidē vestrā quam me prædicante suscepistis. Facit hic Paulus velut duas victimas: Alteram illorum fidem, quos Christo obtulit, cuius se ministrum & sacrificum facit: Alteram, se, si dum studet illam victimam ritē Deo exhibere, ipse mactetur, & fiat victima: quod quidem non recusat, modo id efficiat, ut illos Deo dignos exhibeat. Vide hic iterum egregiam charitatē, & sublimem sanctorum affectum.

2 *Cognitis quæ circa vos.* Vbi cognouero de rebus vestris,
3 *Confido autem.* Desiderat, & proponit redire ad Philippenses Paulus, sed suum reditum Domino committit. Confido in Domino: id est, si Dominus volet.

4 *Ministrum necessitatis meæ.* Nemo debita laude fraudandus est. Propterea Paulus Epaphroditum Philippensium episcopum, suo præconio suisque laudibus ornat. Hunc vocat Paulus ministrum necessitatis suæ, quod hic attulisset Philippensium munera, quibus necessitati Pauli subueniebant.

5 *Nam infirmatus est.* Quærit Ambrosius, Cur ad mortē infirmari Epaphroditum permiserit Paulus, qui tamen suscitabat mortuos? Respondet, signa infidelium causā fieri. Deinde fideles variis probari afflictionibus, ægritudine, liberorum amissione, pecuniarum ablatione, aut huiusmodi, ut appareat quā sint stabiles, Præter hæc dicere possumus sanationum dona nō ita in sanctorum manus fuisse, ut quos, velent sanitati restituerent, sed quoties & quos dominus sanare vellet. Cū autem orant sancti Dominū in viua fide, pro infirmis & aliorum necessitatibus, nec exaudiuntur, nō ideo credendum est sanctorum orationes esse vanas & inutiles: sed potius cogitandum est quod ei melius prouisum sit, cui non imperamus quod orabamus. Deus enim alia ratione ipsi consulit, quia postulatio nostra proculdubio non erat ipsi salutaris. Exauditur ergo oratio precantis, tametsi videatur alijs nonnunquam euentus rerum. Nil tamen de bona Dei voluntate & veritate dubitandum est.

6 *Vt impleret id quod ex vobis.* Epaphroditus ministrando mihi vestram beneficentiam, vicem vestram suppleuit: id est, fecit, & mihi exhibuit eam operam, quam præsentibus exhibuissetis.

CONCILIATIO.

e v m hic Paulus asseueret de filio Dei, Non rapinam arbitratu

bitatus est se æqualem Deo patri: quomodo in Euangelio dicitur, quod pater est maior: & hic, Exaniniuit seipsum filius, formam serui accipiens. Regula catholicæ fidei sic habet, ut cum aliqua in scripturis dicuntur de filio, quod sit minor patre, secundum assumptam humanitatem intelligantur. Cum verò ea dicuntur, quibus demonstratur æqualis, secundum id, quod Deus est, accipiuntur.

P A V L V S dicens, Deus enim est, qui operatur in vobis, & velle, & perficere: auferre videtur liberum arbitrium. Respondeo, Operatur Deus in vobis, id est, suggerit vobis, ut quæ bona sint capiat, & vestram hanc optimam cupiditatem augebit, incendetque, ut fiat feruentior. Nec per hoc nobis liberum arbitrium adimit, sed vult ut gratiæ Deo per nos semper agantur, & illi vniuersa bona committamus. Præterea aduerte, Paulum hac sententia propulsare errores eorū in primis, qui aiunt, hominem proprio libero arbitrio saluari, absque diuino auxilio: quos reprobatur Christus Ioānis 15. Sine me nihil potestis facere. Secundò tollit eorum errorē, qui tollunt liberum arbitrium, & dicunt, Hominem fatō vel prouidentia diuina necessitari: sed excluduntur hi, cū ait, In vobis: Quia per internam instinctionem mouet voluntatem ad bene operandum, & aliquando nō insequimur illum instinctum diuinum, iuxta id quod nobis obiicit Christus Matth. 24. Quoties volui congregare te, &c. Et noluisti? Ergo libera est voluntas, aliter non illam argueret Christus. Sed ad hanc bonam volūtatē requiritur gratia Dei. Quare non est volentis, scilicet velle sine auxilio Dei: nec currentis, scilicet currere: sed miserantis est Dei. Tertio tollit errorem dicentium, Deum primam iustificationem operari in nobis secundum meritum nostrum, cum ait, Pro bona volūtate, supple sua, non pro meritis nostris. Primū enim illū bonum motum, ad iustificationem nostrā sola sua gratia nobis impertit, & nullo nostro merito præcedente. Quia nullum illam præcedit gratiam. Psal. 40, Benignè fac Domine in bona voluntate tua.

DICTIO.

CONSOLATIO Græcis est Paraclesis, penultima produ Paraclesis. Ita: hinc Paracletus, id est, consolator, & aduocatus.

COOPERATORI præstat commilito ait, Theophylactus: Cooperator enim & operam aliquis præstat in rebus Cooperator.

Commilito. tamē nullius discriminis. Commilito verò in admodum periculosis, & in quibus de vita agitur, & salute.

In Christo, gloriandum.

CAP. III.

Gaudete in Deo.

DE cætero fratres¹ mei, gaude-
te in Domino. Eadem vobis
scribere, mihi quidē non pi-
grum, vobis autē necessariū.

Videte canes², videte malos operarios, vi-
dete concisionē³. Nos enim fumus circū-
cisio, qui spiritu seruiamus⁴ Deo, & gloria-

Act. 23. b

mur in Christo Iesu, & non in carne fidu-
ciam habentes: quanquā & ego⁵ habeam
confidentia in carne. Si quis alius vide-
tur cōfidere in carne, ego magis, circūci-
sus octauo die⁶, ex genere Israël⁷, de tribu
Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundū
legem Phariseus⁸, secundū æmulationē
persequens ecclesiam Dei, secundū iusti-
tiam, quæ in lege est, cōuersatus sine que-
rela⁹. Sed quæ mihi fuerūt lucra, hæc arbi-
tratus sum propter Christū detrimenta.

Veruntamen existimo omnia detrimen-
tum esse, propter eminentem scientiā¹⁰ Ie-
su Christi Domini mei: propter quem om-
nia detrimentū feci, & arbitror vt ster-
cora, vt Christum¹¹ lucrifaciam, vt & in-
ueniar in illo non habens meam iustitiā¹²
quæ ex lege est: sed illam quæ ex fide est
Christi, quæ ex Deo est iustitia in fide:
ad cognoscendum¹³ illum, & virtutem
resurrectionis eius, & societatem passio-
num

De cætero,
quod super-
est.

Mihi quidē
non pigrū.

me quidem
hæc piget.
Necessariū,
Tutum.

Videte, Ca-
uete, & in-
fra.

Veruntamen
Quinetiam.

num¹⁴ illius: configuratus morti eius, si
quo modo occurram ad resurrectionem,
quæ est ex mortuis.

¹ De cætero fratres. Quædam veluti necessaria hæc enus vo-
bis exposui. & de eisdem præcepta dedi, at de cætero, hoc est,
at nunc quod superest, & quod summo studio curandum est,
videte ne in vlla alia re gaudeatis quàm in Domino Iesu
Christo. Eadē scribere, &c. Quasi dicat, dum apud vos Chri-
stum prædicarem, docui nullam extra Christum salutem esse,
sed omnia, quæ puritatem vitæ pertinent, ad Christū perti-
nere. Hæc eadem vobis scribo, cum scribo in solo Domino
gaudendum esse. Non ergo me piget eandē rem, & viua vo-
ce, & scriptis inculcare vobis.

² Videte canes. Obseruate, & cauete, ne huiusmodi falsi
Christiani, sub specie euangelij legalia prædicent obseruan-
da. Hunc locum adducens Ambrosius ad virginem deuotā,
sic ait, Vitate canes, vitate malos operarios. Canū enim mo-
re oblatrabant illi pseudopostoli. Inuidebant, & mordebāt.
Oblatrabant doctrinæ Euangelicæ, inuidebant Paulo, inui-
debant & libertati Christianæ, mordebant alienam vitam:
imò & morsum doctrinæ venenatæ, infigebant simpliciori-
bus. Existimabant illi neminem à peccatis purgari, aut recipi
in populum Dei, nisi circuncideretur circuncisione illa ex-
terna & Iudaica. Quos arguit hoc loco Paulus, Dicens inu-
tilem illam circuncisionem, & se non metiri populum Dei ab
externis: sed palā & publicē pronunciat homines populū dei
fieri, si Deum spiritu, id est, rebus spiritualibus colant. hoc lo-
co, Nos enim fumus, &c. circuncisio ponitur pro cætu popu-
li sancti & ecclesia Dei.

³ Videte concisionem. Distinguit Cōcisionem à Circuncisio-
ne. Conciditur enim quod discerpitur, & planē distrahitur.
Circunciditur, quod expolitur resectis superuacaneis. Hæc
Hieronymus in Michæam. Hi vt canes concidunt & discer-
punt ecclesiam cum circuncisionem docent.

⁴ Qui spiritu seruiamus Deo. Hoc loco, Seruiamus, dicit pro eo
quod est, Religione colimus. In hunc sensum enarrat Theo-
phylactus. Spiritu & mente Deum colentes, non corporeis
cæremoniis tantum, vt Iudæi.

⁶ Quanquam & ego. Ne quis putet me damnare circūcisio-
num

Concisio.
Circuncisio.

nem, quasi gentilis sim, & nullam habeam gloriandi causam in carne: id est, vel in generis nobilitate, vel in secta pellicula. Ego, si liceret, optimo iure, generis, mei nobilitatē & gloriam in Iudaismo enarrare possem, si quis alius est qui apud vos versatur. Sed hæc omnia iam mihi planè fœtent, propter Iesum Christum iustitiam meam.

6 *Circuncisus octavo die:* Id est, circūcisio octauæ diei. Vocat Circuncisionem, vt sæpe alias gentes vocat præputium. Rectè circunciditur, qui vitia ex animo demit.

7 *Ex genere Israël.* Israël, hoc loco nominatiuus esse videtur, nõ genitiuus. Vt enim se modò vocauit circuncisionem pro Iudæo: ita se hic nominat Israël pro Israëlita. Quemadmodum & aliàs frequenter Israël pro Israëlitis ponitur. Ad didit autem, Genere, ad distinctione Profelytorum, qui erant quidem Israëlita, sed velut adoptione, non ex genere.

Profelyti.

8 *Secundum legem Phariseus.* Hoc est Phariseus in legis disciplina. Erat enim apud Iudæos Phariseorum secta, omnium probatissima.

9 *Sine querela.* Is fui in lege illa de quo cõqueri nemo posset.

10 *Propter eminentem scientiam:* Id est, propter eminentiam cognitionis.

11 *Vt Christum.* Christum lucrifacere, est illi per fidem coniungi, & per eius iustitiam iustificari ac absolui. Vocat suam iustitiam quæ ex lege est, obseruationem legis Mosaicæ, quæ non curat, modò veram consequatur iustitiã, hoc est, sui iustificationem, quam gratis à Christo accipit.

12 *Non habens meam iustitiam.* Non consequor iustificatione meam ex iustitia, id est, operibus legis, sed per fidem in Christum, qua etiam cognoscam quæ Plato, Aristoteles, & huius ordinis viri, nescierunt, dicamq; cum Dauide: Credidi propter quod loquutus sum. Qui enim fieri potest, mēs vlla humana, vel cogitatio, natiuitatem, resurrectionem, & ascensionem Christi cõplectatur? profecto nulla. Quin potius fides vel sola hanc contemplabitur.

13 *Ad cognoscendum.* Potentiã resurrectionis Christi cognoscit, qui scit Christum regnare, & triumphare super mortē, peccatum, & inferos, qua eadem potentia nos credimus, Ephes.

1. Vnde ad Romanos 4. Resurrexit propter iustificationem nostram, vt & nos essemus iusti. Ephes. 2. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam, &c. Cum essemus mortui peccatis

catis, conuiuificauit nos. Hæc in spiritu docentur.

14 *Societatem passionum illius.* Communionem afflictionum Christi agnoscimus, dū Christi afflictiones, nostras esse intelligimus, & rursus nostras Christi, & in Christo esse benedictas. Et esse bonam Dei voluntatem, quicquid nobis acciderit. Idque bono animo fiet, si Christo configurati sumus: id est, comparauerimus & illum imitati fuerimus. Vt ille pro nobis mortalibus perpassus est, ita & nos pro Christo vincula & carceres feramus: ille mortuus est & resurrexit, ita & enitatur ipsi peccato mori, vt Christi virtute cum illo refurgamus.

Sequor, sequor.

Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autē, si quo modo cõprehendam, in quo & comprehesus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitrator comprehendisse. Vnum autem², quæ quidem retrò sunt¹ obliuiscens, ad ea verò quæ sunt⁴ priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor⁵, ad brauium suæ pernæ vocationis Dei in Christo Iesu.

Vnum autem subaudi ego.

Destinatū, præfixum.

Brauium.

Sapientiam, sentiamus.

Sapientiam, sentiamus.

Quicumque ergo⁶ perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis⁷, & hoc vobis deus reuelabit. Veruntamen ad quod⁸ peruenimus, vt idem sapiamus, in eadem permaneam⁹ regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos, qui ita ambulat, sicut habetis formam nos. Multi enim ambulat, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus: quorum Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum: qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio¹⁰ in cœlis est: vnde etiã saluatorē¹⁰ expectamus. Dominum nostrum Iesum Christum

Roma. 16. c

Conuersatio in cœlis.

stum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suæ, qua etiã possit subiicere sibi omnia, *nosrum humile. Configuratum, vt fiat conforme.*

1 *Sequor autem, si quo modo. Sæctor, & assequi cupio, imò toto nisu, & sine vlla interpellatione per prædicationem Euangelij contendo, si quo modo assequar id, in quo à Christo, etiã fugiens, & ecclesiam persequens, comprehensus sum: id est, ad quod Christus me delegit, & in stadio hoc certare iussit. Colligimus ex his, neminem, dum hic viuuit, ita absolutam attingere iustitiam, vt non aliquid desideretur; propter carnis imbecillitatem. Sed ad meliora semper eniti debemus, eluentes carnis nostræ maculas sanguine Christi, sanctæque penitentia vigilantes, pergamus constanter in via Domini, calcætes Mundi ac carnis nostræ cupiditates noxias, itaque aspiramus ad sedes beatas.*

2 *Vnum autem. Subaudiendum est, ago: quasi dicat. Soli hoc ago, & in hoc sum totus, vt semper proficiam.*

3 *Quæ quidem retro sunt: Id est, quæ à tergo sunt, quæ præterita sunt, & relicta. Sumit enim similitudinem à cursoribus, qui non attendunt, nec respectant, quid spatij transmiserint, sed quid superfit. Augustinus in Psalmo 39. interpretatur Quæ retro sunt, vitam pristinam vitis inquinatam. Videtur Paulus loqui de pietatis gradibus; prætermisissis inferioribus, ad magis ardua perfectioraque connitendum esse. Nam & Corinthiis ostendit viam excellentiorem, ad quam proficiant sepositis minoribus virtutum donis.*

4 *Ad ea verò quæ sunt priora. Sic enim persequor quæ ante me, seu quæ à fronte sunt, vt semper existimem, hæc mihi ad perfectionem deesse: & quo usque tandem cœpta peregero, à cursu nunquam desistam. Extendens autem: hoc est, prouiam ipse comprehendam, manibus tenere quod cupio, studeo, ait Theophylactus. Solent nanque & qui cursu contendunt, eos qui multa pernecitate mox prouehuntur à medio curriculo sic intercipere, vt prouiam & manibus protentis retrahant, quos cursu nequeunt præterire: hoc ex summa quadam fit progrediendi cupiditate.*

Scopus.

5 *Ad designatum persequor. Id est, ad præfixum aut scopum*

Scopus, ait Hieronymus, proprie dicitur signum præfixum sagittantibus. Vnde quod animo destinamus, & præfigimus, scopus est. Sed quem scopum dicit? Certè vocationis supernæ, & cœlestis palmam.

6 *Quicumque ergo perfecti. Perfectos vocat qui viua fide Christum induerunt, & norunt quòd Christi meritum sine Mose satisficit ad delictorum purgationem. Videtur ergo dicere Paulus, Quotquot sumus qui didicimus sanguinem Christi nos à peccatis ablucere, caueamus ad legem redire, sed constanter ad finem progrediamur, obseruantes quod verum esse agnouimus. Et qui videmur in hac cognitione perfectiores, quod accepimus videlicet Christi vnicum saluatorem, eadem regula seruemus, & idem vnanimis constanter proficemur.*

7 *Si quid aliter sentitis. Theophylactus: Si quid aliter sentitis de affectanda victoria, non rectè sentitis. Sed tamen Deus vitam quoque mentem vobis mutabit in melius. Hilarius in libro de Trinitate 11. legit, Reuelabit: verbo futuri temporis, & interpretatur, iis qui nondum absolutam veritatè assequuti sunt, expectandam reuelationem Dei, qui plenam veritatem largiatur, & si quid prius erratum fuit corrigat.*

8 *Veruntamen ad quod. Seruemus ad quod peruenimus, vt idem sapiamus: id est, supra nos nihil sapientes, vnanimis viuamus. Et in eadem regula permaneamus: id est, fide eadem & terminis ambulemus eisdem, quos sancti patres nos docuerunt. Et quemadmodum nec adicit quidpiam, nec adimit regulam, ita & quæ sanctæ sunt vobis demandata nil immutetis.*

9 *Nostri conuersatio. Id est, nostrum studium, nostra administrandi viuendique ratio, œconomia cœlestis, non aliò tendit quàm ad cœlum, vbi Christus caput nostrum est.*

10 *Vnde etiam saluatorem. Vnde, id est, ex quo, scilicet cœlo.*

11 *Corpus humilitatis: Id est corpus humile, & abiectum.*

12 *Configurati. Pro, vt fiat cõforme corpori glorioso Christi*

13 *Secundum operationem. Occupatio est. Animalis homo dicitur, Quomodo resurgent corpora in terris consumpta, aqua aère, igni, & à bestis deuorata? Respondet Paulus: Id fiet secundum operationem virtutis Christi. Nõ enim erit impossibile omne verbum apud Deum. Deus sic vult & potest, incredulus contra disputat. Qui autem credit, dicit cum Ioanne. 1 Ioannis 3. Charissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, si*

Resurrectio
fiet virtute
Dei.

miles ei erimus. quoniam videbimus eum sicuti est.

CONCILIATIO.

QUOMODO hic Paulus quasi per contrarium loqui videtur modo perfectum, modo imperfectum sese dicens. Non quod iam acceperim, aut perfectus sim. Et subdit, Quicumque ergo perfecti sumus. Alia est perfectio in hoc mundo, alia est post hanc vitam. Maxime perfecta post hanc vitam erit, de qua Corinthiis loquens Paulus ait, Cum venerit quod perfectum est. Cum ait, Quicumque perfecti sumus: exprimit perfectionem illam, qua veram humilitatem significat. Decet enim qui sit perfectionem adeptus, imperfectum & abiectum se ducere: aut perfectos dicit illos, de quibus mentionem fecimus supra in scholio.

Perfectio vera.

DICTIO.

Bravium.

BRATIVM, primum significat, quod certatibus aut vincens datur. Quod nomen producit mediam, quoniam apud Græcos per a diphtongum scribitur.

Exhortatio ad veram pietatem. CAP. III.



Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea: sic stante in Domino charissimi. E-

uodiam rogo², & Syntychen deprecor, id ipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te germane cōpar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio, cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt³ in libro vitæ. Gaudete in Domino semper: iterum⁴ dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus propè est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum. Et pax Dei,

Gaudium.

Modestia.

Pax.

Id ipsum sapere, vel, ut sint cōcordes.

6 Que

Sensum, intellectum.

quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. De cætero⁶ fratres quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hoc agite, & Deus pacis erit vobiscum. Gavisus sum autem⁹ in domino vehementer, quoniam tandem aliquando refluistis¹⁰ pro me sentire sicut & sentiebatis, occupati autem eratis. Nō quasi propter¹¹ penuriam dico, ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.¹² Scio & humiliari, scio & abundare (vbique, & in omnib⁹ institutus sū) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriā pati. Omnia possum in eo, qui me confortat¹³. Verūta men bene fecistis, cōmunicantes tribulationi meæ. Scitis autem & hoc Philippenses, quod in principio Euangelij, quando profectus sū à Macedonia, nulla mihi ecclesia cōmunicavit in ratione dati¹⁴, & accepti, nisi vos soli: quia & Thessalonicam¹⁵ semel & bis in usum¹⁶ mihi misistis. Nō quod quero datum: sed requiro fructum abundantem in rationem vestrā. Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, in odorem suavitatis, ¹⁷ hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus in-

De cætero, quod reliquum est.

Pudica, honesta, vel, virecunda.

Sancta, pura, casta.

Amabilia, accommodata.

Bonæ famæ Laudabilia.

pleat omne desiderium¹⁸ vestrum, secundum diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. Deo autē & patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti, maximē autē qui de Cæsaris Domino¹⁹ sunt. Gratia domini nostri IESU Christi, cum spiritu vestro. Amen.

¹ *Sic stete in Domino.* Hortatur ad perseverantiam & animi constantiam, ne à Christo desciscant ad legalia: Sed vt ceperunt, pergant. Hæc sunt quæ ab illis iure postulat, vt illorum victoriam pro sua corona & gloria indicet. Discipulis enim (ait Ambrosius) in agone victoribus, dignus erit corona magister.

² *Euodiam rogo &c.* Apparent hæc mihi sceminæ (ait Chrysostomi abbreviator) tanquam primates in Philippensium ecclesia extitisse. Commendat has miræ virtutis viro, (Etiam te rogo & germane compar) qui harū alteri, vel vir erat, vel frater. Forsitan etiam custos erat carceris, in quem coniecti sunt Paulus & Silas (vt est in Actis) qui credidit Christo cum omni eius domo & vniuersa familia: quasi id inquit. Nunc verè germanus es frater, nunc virum te proprium & coniunctissimum geres: si in opere Domini iugum pariter traxeris mulieribus hisce opem ferens. Nonnulli verò errore ducti dicunt Paulum adhortari vxorem suam. Quod tamen longè aliter habet, vt docent Hieronymus in epistolis, & Theophylactus in hunc locum: quibus sacra facultas Theologiæ Parisiensis subscripsit, afferens Paulum nunquam duxisse vxorem. Neque enim facile suaderi potest, vxorem Pauli, si habuisset, Philippis in peregrina patria habitasse: sed Tarsi potius, aut Hierosolymis.

³ *Quorum nomina sunt.* Quorū nomina sunt in libro vitæ, id est, quos Deus cognoscit pro suis. Contra de reprobis dicitur Psal. 68. Deleantur de libro viuientium.

⁴ *Iterum dico.* Iterum pronunciat: quia hoc ipsum gaudium infirmis conscientis non satis prædicari potest.

5 *Modest-*

⁵ *Modestia vestra.* Modestia est, qua non tuo sensui initeris, *Modestia.* sed accommodas te aliis, quantum cum Deo licet, in omnibus rebus. Hanc vult Paulus, nō vt aliquibus, sed vt omnibus exhibeas, etiā inimicis, etiam iis, qui possunt videri inferiores. *Afflictorū consolatio.* Atq; hanc modestiam, vt vides, docet per totam ferè epistolam. Obiciet carnalis: Si hanc modestiā seruauero, contemnar, lædar, mea mihi auferentur, nemo me verebitur, &c. R. Respondet Paulus: dominus vobis propè est, ipse omnia curabit pro vobis, nihil vos solliciti sitis, sed tantum quæ cupitis, petite à deo, & gratias agite de acceptis. O verbum fidei, quod verè creditum, in omni necessitate, & corporis & spiritus, sat esset contra omnem infidelitatis nostræ tentationem.

⁶ *Et pax Dei, qua exuperat.* Pax quam Deus dat creditibus, vt gaudentes de remisso peccato, & donata gratia, mutua se charitate complectantur, hæc exuperat omnem intellectum.

⁷ *Custodiat.* Græcis est, Custodiet: futuri tēporis. Neq; enim optat hoc illis, sed animat eos hac fiducia: hoc est, in Christo seruabit, & ita tutabitur, vt ab eo non excidant, qui à pace hac seruabuntur.

⁸ *De cætero.* Id est, quod reliquum est. Est autem continuantis, post digressionem aliquam. Explicat quæ reliqua erant ad imitationem perfectionis, vt ea quæ nō solum (ait Ambro.) invituperationem non cadūt, verumetiam laude digna sunt, & cogitantes & agentes sequuti formam Apostoli, Deum pacis habeant secum. Cogitate, ait, quæcūque sunt vera: abiicite ergo omnem fucum & omne mendacium. Vt enim Christus veritas est, ita omnem hypocrisim odit. Quæcūque pudica: absint ergo à vobis lasciuia & spurcus sermo. Quæcūq; iusta: ergo omnē lernā iniquitatis fugite, absit iniustitia, fraus, dolus, iniuria & proximi læsio. Quæcūque sancta, quæcūque amabilia, quæcūque bonæ famæ &c. Hæc comprehendunt gestum corporis, habitum, vestitum, dictum & factum. Quæ si pura exhibuerimus, accommodi omnibus erimus, ab omnibus amabimur, ab omnibus commédabimur, & Deum pacis nobiscum habebimus.

⁹ *Gausus sum autem.* Hic est locus gratiarum actionis, pro accepto munere, & de eleemosyna à Philippensibus per Epaphroditū missa. Vbi vide quomodo multis verbis spiritalis homo gratias agit, & quanta doctrina abundet. Primū ostendit, veri prædicatoris esse, gratis Euangelium prædicare. *Spiritalis hominis doctrina & eruditio.*

Deinde auditorum esse, prædicatoris inopiã subleuare. Præterea ne prædicator occasionem præbeat pseudapostolis, accipiendi aliquid, quod et si iure accipi possit, tamen abstinendū, sicut Paulus abstinuit, ne acciperet aliquid à Corinthiis & Thessalonicensibus. Item quæ sic dantur, cedere in commodum eorum, qui dant. Item hæc ipsa data esse hostiam acceptam Deo, ad Hebr. 13. Item dantibus reddi à Deo abundè secundum Euangelium Matth. 19. Luc. 8. & Paulum 2. Corinth. 9. Postremò ne hoc negligas. Sanctos esse cõtenos in his quæ habet, & sub Dei prouidètia gaudere securos. Quæ admodum paruulus gaudet sub manu patris, nihil sollicitus, quicquid acciderit. Nam, inquit, ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Et ad Hebr. 13. Sint mores sine auaritia, cõtenti præsentibus.

10 *Resuruisistis.* Id est, reuiguisistis in sentiendo de me: hoc est, reuiguit in uobis amor, & sollicitudo, ac studium erga me, tametsi non misistis hæc tunc: non quòd defuerit uobis animus, sed opportunitas: atque id est, quod dicit: Sed occupati eratis.

11 *Non quasi propter penuriam.* Non quòd fame aut necessitate aliqua extrema laborauerim, quasi uel obliquè uidear uos ad largiendum beneficentiam inuitare.

12 *Sufficiens esse.* Id est, contentus esse.

Confortare. 13 *Qui me confortat.* Confortat, id est, potentem ac fortem reddit.

14 *In ratione dati.* Iure optimo dare debet, qui accipit. Nam 1. Corinth. 9. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia uestra metamus? Secundum hæc rationem hoc loco ait Paulus, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli. Ex his colligimus, Paulum non damnare munera honoraria, sed illa quæ uel ueritatem obscurant, uel res iustas peruertunt.

15 *Quia ex Thessalonicam.* Græcis est, & apud Ambrosium, In Thessalonicam uel subaudias, ecclesia: nec miserunt in Thessalonicam, sed Paulo miserunt, qui illic tum erat.

16 *In usum.* Id est, cum esset opus, ad egestatem, siue necessitatem. Ambrosius legit, in usus meos misistis.

17 *In odorem suauitatis.* Hoc sumptum à sacris ueteris legis, in quibus suffitus spargebantur gratiariis.

18 *Omne desiderium.* Omnem necessitatè, & egestatè uestrã.

19 *Qui*

19 *Qui de Cæsaris domo.* Domum Cæsaris uocat Neronis familiam, siue familiares & aulicos, quos quidam exponunt de L. Anneo Seneca, & M. Anneo Lucano, deque aliis uiris priuariis. Sed de his nihil certi affirmare ausim. Constat tamen ex hisce Pauli uerbis, plurimos ex aulicis Cæsaris Christum fuisse complexos.

CONCILIATIO.

PAVLVS OBLATA à Philippensibus accepit, cum tamē aibi dicat, Beatius est dare, quàm accipere, in hoc capite gradum perfectiorem contendit comprehendere. Et ad Corinthios, Bonum est mihi potius mori, quàm ut gloriam meam, quis euacuet. Ex quadam dispensatione, tunc temporis apud Corinthios, ne quid acciperet cauebat Apostolus, ut cæteris scilicet esset exemplo, & præcipuè falsis Apostolis, qui occultè à multis exigebant, & tamè gratis se CHRISTI Euangelium prædicare simulabant, ut uiderentur cum Paulo eandem habere gloriam. Hic uerò habebat amabiles Philippenses, & desideratissimos largitores, quos reuera offendifset, si eorum dona repudiasset: alioqui huiusmodi donorum susceptio, largientibus conferebat, quippe qui ex largitionibus hisce, plus utilitatis illi assequerentur, quàm qui illas exciperent. Cum autem, inquit, Beatius est dare quàm accipere: non murationem interdicat pro præstita opera, sed comparatione quadam, quid è duobus sit potius & melius, patefacit. Nec quia cæteris metallis aurum præstantius est, eò prohibemur argento potiri.

DICTIO.

EVODIA, & Syntyche, nomina uulgarum matronarum è Philippis ciuitate, quæ concordibus animis erant in promouendo Christi Euangelio. Nã *ευωδια* Græca dictio est significans bonum odorem si cum *ω*. scribatur. Non est legendum Enodia siue ut plures libri habent Euchodia. Syntyche secundum Græcam etymologiam dici potest confortata, à *syn*, id est, cum, & *tyche*, fortuna.

MODESTIA, humanitas, siue æquitas. Beatus Ambrosius explanat, rationabilis conuersatio, cum non cõtenditur de summo iure, sed alius alij pro tempore cedit, & id sequitur quod postulat humanitas.

*Euodia.
Syntyche.*

BONAE FAMAE. Id est, bene ominata, siue boni ominis.
Beatus Ambrosius dicit laudabilia.

SEMEL ET BIS, id est, ter. Beatus Ambrosius legit, Semel, & iterum

FINIS.

Scripta est hæc Epistola ex vinculis ab vrbe Roma, perlata per Epaphroditum ad Philippenses.

ARGUMENTVM EPIST.
Ad Coloffenses.

Hortatur Paulus Colossenses, Phrygiae, in Asia minore populos, ab Epaphra & Archippo in fide institutos, ne aliū quā Christum, suæ salutis authorem agnoscant.

LOCI INSIGNES HVIVS
EPISTOLAE.

- 1 Vnus Christus, angelis præfectus, primogenitus omnis creaturæ, nostræ salutis author credendus. Cap. I. II.
- 2 Superstitiones Iudaicæ, verbosæ philosophorū de elementis doctrinæ, & falsæ angelorum visiones, quibus illuduntur homines, & reprobatur, Cap. II & III.
- 3 Paræneses morum Christianorum explicantur. Cap. III. IIII.

EPISTOLA B.
PAULI APOSTOLI,
Ad Coloffenses.

Gratos nos esse Christo docet, à quo omnia habemus. CAPVT I.

PAulus Apostolus¹ Iesu Christi per voluntatem Dei², & Timotheus frater: iis qui sunt Colossis sanctis, & fidelibus³ fratribus in Christo Iesu: Gratia vobis, & pax à deo patre nostro⁴. Gratias agimus Deo & patri Domini nostri Iesu Christi⁵, semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram⁶ in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem⁷, quæ reposita est vobis in cælis: quam

Pro vobis orantes, de vobis cū oramus.

Quam audistis in verbo veritatis, de qua prius audieratis per sermonem veracem.

In veritate, per veritatem.

audistis in verbo veritatis⁸ Euangelij, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit⁹, sicut & in vobis ex ea die¹⁰, qua audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram¹¹ in spiritu. Ideo & nos¹² ex qua die audiimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, vt impleamini agnitione volun-

tatis eius in omni sapientia¹³, & intellectu spiritali, vt ambuletis digne¹⁴ Deo, per omnia placētes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia¹⁵ Dei, in omni virtute¹⁶ confortati secundum potentiam¹⁷ claritatis eius, in omni patientia¹⁸ & longanimitate: cum gaudio gratias agentes Deo¹⁹ patri, qui dignos²⁰ nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis²¹ suæ, in quo habemus redemptionem²² & remissionem peccatorum, qui est imago²³ Dei inuisibilis, primogenitus²⁴ omnium creaturæ: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes²⁵, & omnia in ipso²⁶ constāt. Et ipse est caput²⁷ corporis ecclesiæ, qui est principium²⁸, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso complacuit²⁹ omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare³⁰ omnia in ipsum, pacificans per sanguine³¹ crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.

Beneficia dei erga nos per Christum.

Caput ecclesiæ Christus. 1. Corin. 15. c. Apoc. 1. b.

1 *Apostolus Iesu Christi.* Inscriptio hæc, vt in aliis epistolis, manifestat Pauli officium, seu functionem: vt sciamus verbum dei esse id quod ipse docet, Nō secus Paulus atq; Moy ses & cæteri Prophetæ præfantur, Loquutus est: Hæc dicit dominus:

Scientia, agnitione, Virtute confortati, robore corroborati. Dignos, idoneos. In partem, ad participationem. Dilectionis suæ, id est, sibi dilecti. In ipso, per illum.

In ipsum, erga se.

dominus: Os domini loquutum est, & huiusmodi. Sic Paulus significat se non humana electione factum esse Apostolum, sed diuina voce ad functionem vocatum esse. Proinde quemadmodum voluit Deus vt Moy si crederent Israélite: ita vult Paulo nos credere Euangélium docenti. Et sicut Moy ses miraculis testatus est se diuinitus missum fuisse, ita & Paulum miracula facta testabantur à deo missum esse. Est igitur de Paulo & ipsa ecclesia seruanda regula: Qui vos audit, me audit. Tutum ergo est Pauli & ecclesiæ doctrinæ credere, non aliter, atque manifestæ de cælo vq; diuinæ. Hæc epistola, epistole eius est, quam scripsit ad Ephesios.

Ecclesiæ auctoritas.

2 *Per voluntatem Dei.* Non sicut pseudo, qui non vocati sese ingerunt ad prædicandum & docendum. Hier. 23. Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetauerunt. O Paule, hoc munere Apostolatus funges per dei voluntatē, quid prædicas? Nimirum quia per filium Iesum Christum sumus ad Patrem deducti, Gentiliumque & Iudaicis traditionibus liberati.

3 *Sanctus & fidelibus.* Qui credentes & Christiani sunt,

4 *A deo patre nostro.* Patrem nostrum, deum hic vocat, quem paulo post patrem Christi dicit. Habemus ergo cum Christo patrem communem. Ergo nostra sunt omnia per Christum, cuius gratia & merito, filij dei sumus designati.

Cum Christo patrem habemus.

5 *Domini nostri Iesu Christi.* Christus noster est dominus, nō qui seruiunt angeli.

6 *Audientes fidem vestram.* Dicit audientes: quia Colossenses non adierat Paulus. Ab Epaphra autem audierant euangeliū, vt in hoc cap. dicitur. Et iam habebant Archippum Apostolum, siue pastorem, vt docetur in fine huius epistolæ. Distributione recta hoc loco vitur Paulus, dicens: Fidem in Christo Iesu, & dilectionem in sanctos. Fide enim deum adimus, Hebræorum 11. Et eundem cognoscetes illi postea viua illa fide adheremus, & iustificamur. Dilectionem posuit hoc loco pro eleemosyna, & bonorum communicatione præsentium.

Dilectio.

7 *Propter spem quæ reposita est.* Laborandum in euangeliō futuræ beatitudinis expectatione. Ipse enim deus eximium nobis recōdidit thesaurum, postea quā hinc soluerimus, nobis hic iustificatis per Christi meritum aperiendum, propter

Mercēs ex labore in euangeliō.

*Euangelium
quare dicitur
verbum
veritatis.*

quem perseuerandum est in puritate vitæ, beneficentia & innocentia.

8 *In verbo veritatis.* Euangelium dicitur sermo & verbum veritatis, non solum ideo, quod in se verum est: sed multè magis, quod veraces facit, & talia corda, quale ipsum est. Alioqui sine Euangelio omnis homo mendax. Euangelium enim exprimit cognitionem gratiæ & misericordiæ Dei per Christum. Et subditur, Audiuitis in veritate: Audire & cognoscere in veritate gratiam Dei, non est vanè audire, non vanè scribere & legere de gratia euangelica: sed fide intelliguntur promissiones Dei, qua fide & intelligentia spiritus Dei imbuit & perfundit corda nostra, vt fructificet Euangelium in nobis: quod si verè in nobis est, sine fructu esse non potest. Semen enim quod cecidit in terram bonam, aliud protulit fructuum centesimum, &c. Vt est in parabola Matth. 13.

9 *Fructificat & crescit.* Fructificat quidem operibus, crescit ex credentium continua multitudine ad fidem admissa. Arbore cum altioribus obfirmantur radicibus, fructus producunt vberiores.

10 *Ex ea die qua.* Subaudiendū est, Euangelium fructificat, & crescit ex ea die, qua & signis, & admirandis operibus, auctore Deo, per Epaphram cognouistis veritatem Euangelicam.

11 *Dilectionem vestram.* Id est, benolentiam spirituales, qua erga me estis adfecti: non carnalem, non fictam.

12 *Ideo & nos ex qua die.* Precatio est, qua orat primū, vt contingat eis cognitio vberissima, seu plenissima diuinæ voluntatis: Secundo, vt bonos fructus pariant: Tertio, vt perferant crucem, & in cruce addiscant præsentiam & benevolentiam Dei erga se.

13 *In omni sapientia &c.* Quia à Philosophis circumuenti grauius fallebantur, Velm, vos, inquit, in spiritus sapientia, non hominum doctrina, veritatem perdiscere. Est ergo Sapientia, vt noris ea quæ Dei sunt, Ephesi. 1. Vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis. Prudentia verò, vt noris cauere, quicquid huic sapientiæ aduersum est: hoc est, omnes aduersarij insidias, & technas. Intellectum spirituales hoc loco vocat prudentiam.

14 *Vt ambuletis dignè Deo.* Viuite, & huius vitæ curricula trāsate, vt Dei filios decet. Ambulare dignè Deo, est ita viuere, vt ipsi

*Sapientia.
Prudentia.*

vt ipsi per omnia placere, & omni nisu contendere, vt vitam Christiano dignam viuamus.

15 *Crescentes in scientia Dei.* Semper de Deo cogitandum, qui illuminabit corda, & pulsantibus aperiet. Cogita & agnosce, quæ pro fide promissa sunt, quanta sit potentia gloriæ maiestatis, quàm longa expectatione sustineat genus humanum, quàm misericors, quàm pius, qui pro peccatis nostris mortuus est, & resurrexit propter iustificationem nostram. Qui hæc imeditatur non decrefcit, sed crescit in pietate.

16 *In omni virtute confortati.* Ex Græco sermone hic locus sic explicatur: In omni potentia facti potentes, siue valètia valentes. Aut omni sitis stabiliti virtute, vt aduersus tentationes persequutionesque ipsas sitis validiores, ne in his vel animus hebetior sit, vel desperet.

17 *Secundum potentiam.* Claritatis, id est, gloriæ Peruenisse rationem potentiam, ad tolerandum omnia, explicat potentiam gloriæ diuinæ. Maximæ enim est potentiam gloria diuina ad hoc, vt omnia toleremus: hæc nempe martyres omnes effecit.

18 *In omni potentia & longanimitate.* Ad afflictiones pertinet quod dixit, Crescentes in cognitione Dei, &c. Nam in afflictione iubet nos sentire, quid Deo placeat, vt affligamur. Oportet enim nos fieri similes imaginis filij eius. Secundo iubet nos expectare à Deo opem, iuxta illud, Vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Tertio ait, In omni virtute confortati: id est, Deus confortat per Spiritum sanctum credentes in afflictione. Quarto exigit patientiam: nam vtraque vox & patientia, & Longanimitas, significat tolerantiam: sed addit, Cum gaudio: id est, cor non irascatur Deo. Hæc est vberissima consolatio, scire, quod exigat Deus in aduersis patientiam, & quidem cum gaudio coniunctam. Hoc non humana ratio deprehendit, hoc non ascendit in cor hominis. Ergo potentia in nobis operatur, non solum vt credamus, sed etiam vt patiamur pro Euangelio, & hoc cum gaudio & libero spiritu. Deus enim nos affligit, non quia nos odit, aut perire velit, sed quia vult nos aut emendari, aut emendatos durare, vultque in afflictione credamus, eum nobis opem laturum esse. Et iubet à se peti auxilium, vt est in multis Psalmis.

19 *Gratias agentes Deo.* Hæc est amplificatio gratulationis, qua describit Euangelium: id est, amplitudinem potestatis

*Quæ meditantur
adueniunt
piis.*

*Potentia gloriæ
diuinæ.*

*Afflictionum
functio.*

& misericordiae per Christum nobis exhibitae: sicut Ephes. 2. Benedictus Deus. &c.

20 *Qui dignos nos fecit.* Id est, fecit idoneos, vt inter sanctos essemus & diuersaremur: vt participes simus sortis sanctorum: id est, vt habeamus communionem hereditatis cum sanctis, quae est in lumine, id est, in cognitione Euangelij. Cōtrā, vbi ista cognitio Christi non est, tenebrae sunt, & error. 2. Corinth. 4. Quod si etiam opertum est Euangelium nostrum iis, qui pereunt, est opertum: in quibus Deus huius seculi excāuit mentes infidelium, vt nō fulgeat illis illuminatio Euangelij, gloriae Christi, & Ephes. 5. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. Regnum Christi est regnū lucis, regnum mundi est regnū tenebrarum. Christus est lux mundi, diabolus est excācatio mundi.

21 *Filius dilectionis sae.* Hebraismus est: Vas electionis, pro va se electo: filius perdicionis, pro filio perduto: filius dilectionis, pro filio dilecto.

22 *Redemptionem, &c.* Graeci codices sic habēt, Redēptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorū. Ambrosius videtur item legisse, nisi quod non habet hīc, Per sanguinem ipsius. Multi legunt sine coniunctione, id quae per appositionem. Modum explicat per quem sumus asserti in cōmunionem sanctorum, adducens Christum, per quem habemus redemptionem, id est, remissionem peccatorum, per sanguinem. Ipse enim lauit nos à peccatis in suo sanguine. Apoc. 1. Plura de his legere poteris ad Roma. 3. & 6. Item ad Hebr. 9. & 10. & 1. Petri 1. & 2. cap.

23 *Qui est imago Dei inuisibilis.* Inuisibilis, refertur, ad genituum Dei. Secundū vires naturales cuiuscunq; creaturae, deus videri non potest, etiam à substantiis spiritualibus & angelicis: videtur autem à beatis, qui lumine gloriae solidati sunt, dicente scriptura, In lumine tuo videbimus lumen. Et à Ioanne scriptū est, Videbimus eum, sicuti est. Dicitur Imago Dei inuisibilis: quia deitatem inuisibilem accepit filius à patre. Haec imago filius est, qui consubstantialis, & coequalis est Deo patri. Haec diffusius tractantur in Theologia speculatiua.

24 *Primogenitus omnis creaturae.* Amplificatione adhaerens excurrit, ostendens Christum, caput & principium vbiq; siue inspicias opera à creatione, siue recreationis & redēptionis: ubi est ipse primogenitus, & ante omnem creaturam genitui

Christi cognitio lux est. Tenebrae, vbi abest Christus.

Deus inuisibilis.

Primogenitus Christus.

nitus: omnis creaturae author & Dominus, caput corporis ecclesiae. Quoniam sic placuit patri vt omnia essent in Christo: per quem sicut omnia condita sunt, ita & perdita reuiscunt. Si omnia quae creata sunt, per illum creata sunt, ergo ipse nō erat creatura.

25 *Et ipse est ante omnes.* Ante omnes filius Dei sic est, quia hic solus de Deo patre natus est, de ingenita vtiq; substantia Dei.

26 *Et omnia in ipso constant.* In ipso constant, quia sine eo nihil sunt.

27 *Et ipse est caput.* Christus caput est ecclesiae primariū, quod est ipse & conditor, & saluator, ac redemptor est.

28 *Principium.* Principium omnium, vel principium resurrectionis. 1. Corinth. 15. Primitiae dormientium Christus dicitur, per quem est resurrectio mortuorum, sicut per Adam mors. Primus resurrectione glorificatus est, vt nos resurrectione sua glorificaret.

29 *Quia in ipso complacuit.* Voluit Deus pater omnem in filio diuinitatis plenitudinem & perfectionem inhabitare. Quia aequalis est filius Deo patri suo & spiritui sancto. Non quod iam primum acceperit aliquid quod prius non habuerit. Nā dicebat ille in Ioanne: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Rursus Ioan. 17. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum: claritate quā habui priusquam mundus fieret, apud te. Haec loquendi formula ostendit Paulus Christum Deum esse. Nam (vt ait Ambrosius) cum dicimus omnem illum potestatem & plenitudinem habere, est Deum esse perfectum. Qui enim haec omnia non habet, non est Deus. Quod fit vt omnem plenitudinem ab ipso peti pater vouerit, in quo solo sunt omnia salutis verae.

30 *Et per eum reconciliare.* Id est, ipse suapte opera hanc nobis peperit salutem, id est, homines sibi conciliauit: & sic concilians patri conciliauit, Dicit ergo quae patri sunt communia esse filio.

31 *Pacificans per sanguinem.* Reconciliatio est? Ergo inimicitiae erant. Pax inita est? ergo bellum erat. Et inimicitias & bellum sustulit Iesus Christus, factus pro nobis solus hostia sufficiens pro satisfactione generis humani, & illius syngraphae Adami, qua se suosque posteros morti obnoxios reddidit,

Christus principium.

Pacificans Christus omnia per sanguinem.

1. Timoth. 2. 1. Ioan. 2. In cœlo facta est pax, quia Deus in pla-
 carus est nobis, & factus nobis pater, oblitus nostrorum de-
 lictorum, regens, & seruans nos, vt ait Malach. 3. In terra ve-
 rō facta est pax, quia nos vicissim amamus Deum, & credi-
 mus in Deum, & confidimus in eius misericordia, & propter
 eum amamus inuicem, & inuicem conuincimus.

Et vos, cum effectis aliquando alienati,
 & inimici sensu, in operibus malis: nunc
 autem reconciliati in corpore carnis eius

*Sacri & mū-
 di per Chri-
 stum.*

per mortem, exhibere vos sanctos, & im-
 maculatos, & irreprehensibiles coram ip-
 so: si tamen permanetis in fide fundati, &
 stabiles, & immobiles à spe Euāgelij, quod
 audistis, quod prædicatum est in vniuer-
 sa creatura, quæ sub cœlo est, cuius factus
 sum ego Paulus minister. Qui nunc gau-
 deo² in passionibus pro vobis, & adim-
 pleo³ ea quæ desunt passionum Christi, in
 carne mea pro corpore eius, quod est ec-
 clesia: cuius factus sum ego minister se-
 cundum dispensationem⁴ Dei, quæ data
 est mihi in vobis, vt impleam verbū Dei,
 mysterium quod absconditum fuit à se-
 culis & generationibus: nunc autem ma-
 nifestatum est sanctis eius, quibus voluit
 Deus notas facere diuitias gloriæ⁵ sacra-
 menti huius in gentibus, quod est Chri-
 stus, in vobis spes gloriæ, quem nos annū-
 ciamus, corripientes omnem hominem
 perfectum in Christo Iesu: in quo & la-
 borō certando secundum operationem
 us, quam operatur in me in virtute.

*Mysterium
 Dei reuelat-
 um sanctis.*

et quo & laboro, ad quod etiam emitor. In virtute, per virtutem
 In

*Sensu, mēte,
 Eius, suæ.
 Exhibere,
 vt exhiberet
 Immacula-
 tos, inculpa-
 tos.*

*Notas face-
 re, &c.
 notum facere
 quæ sint diui-
 tiæ.
 Sacramen-
 ti, mysterij ar-
 cani.*

1 Et

1 *Et vos cum effectis.* Haftenus docuit per vnum solum Iesum
 Christum salutem hominibus contigisse: nunc ostendens nō
 sine emphasi & orationis incremento, hanc salutem ad ipsos
 etiam Colossenses pertinere. Principiō reuocat in memoria
 quales aliquando fuerint. Eadē propē verba leguntur Ephes.
 2. *Et vos cum effectis non solum alienati à vero Deo, sed etiā
 inimici eratis sensu, id est mente, quia corrupti eratis & men-
 te & opere. Sed Deus, qui diues est in misericordia, nunc re-
 conciliavit vos in corpore carnis eius per mortē, id est, in ip-
 so Christo, qui iuxta carnem mortuus est, & factus est hostia
 satisfactoria pro peccatis vestris, vt sanctificaret vos ab om-
 ni delicto. Et vt effemus irreprehensibiles, hoc est, inculpatis
 coram ipso. Nempē si permanerimus in doctrina Euangelica,
 nec à fundamento Christo semel iacto transferamur, sed
 stabiles in spe illa per Euangelium prædicata perseveraueri-
 mus. Prædicationis Euangelicæ quæ totum orbem etiam in-
 uisit inimicis peruasit, Paulus se ministrum magna cum glo-
 ria iactat. Roma. 1.*

2 *Qui nunc gaudeo.* Gaudet Paulus, quia sua afflictione & pas-
 sione, siue vinculis suis, confirmat Colossensibus & omnibus
 fidelibus Euangelium: atque hac imagine, id est, cruce, com-
 mendat se esse ministrum Euāgelij. Patior sanē & exercitor
 malis innumeris, sed volens & cum gaudio. Sed hæc patior,
 vobis, non propter scelera mea, vt sim vobis in exemplum, &
 agnoscatis quā omnium pateant & expositi sint ludibriis,
 qui in Christo piē volūt viuere. Huc pertinet quod dicebat.
 2. Corinth. 1. Quoniam sicut abundant passiones Christi in
 nobis, ita & per Christum abundat & consolatio nostra. Siue
 autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute. Siue
 consolamur, pro vestra consolatione & salute, quæ operatur
 tolerantiam earumdem passionum, quas & nos patimur.

3 *Et adimpleo.* Christus passus est, & omnes sancti patiuntur
 imitatione Christi: secundum illud. 2. Timoth. 3. Omnes qui
 piē volunt viuere in Christo Iesu, persecutionē patientur. Et
 certū est, nondū esse passos sanctos, qui passuri sunt: sicut nō
 dū passus erat Paulus, quando adhuc passurus erat. Hoc ergo
 adhuc deest, quod nondū factū est, & fieri oportet. Sunt au-
 tē afflictiones sanctorū, afflictiones Christi, sicut clamat ad
 Paulum, Saule Saule quid me persequeris? Hunc locū amplē
 declaratum offendes infra ad Hebr. cap. 9. in Conciliatione.

*Sanctorū af-
 flictiones sūt
 Christi*

4. Secundum dispensationem. Non secundum humanam dispositionem, sed diuinam factus sum minister ad predicandum mysterium Dei: hoc est, de Christo magna, & arcana, quae nulli, nisi Deo praecognita, cuiusmodi sunt, Verbi Dei incarnatio, Vocatio Gentium, & huiusmodi in sacris contenta.

5. Diuitias gloriae. Quod scilicet Deus factus est homo: quod mortuus est pro nobis, & resurrexit propter iustificationem nostram: quod gratis donat peccata: quod cohaeredit regni sumus: quod coedere nos facit in caelestibus. Haec sunt diuitiae.

CONCILIATIO.

PAVLVS dicit filium imaginem Dei, id est, consubstantialē Deo patri: Cur ergo scriptura alibi dicit, Seth Adā praefert imaginem, qui tamen non est consubstantialis Adā. Dicendum, quae hominum sunt artificio confictae imagines, ab similes sunt substantia: quae verò natura sunt imagines, omnino sunt conformes substantia, & aequales.

DICTIO.

COLOSSAE, arum, ciuitas est Phrigiae, quae est in Asia minore, haud ita procul à Hierapoli & Laodicea, quantum & in hac epistola meminit Paulus. De Colossis vide Plin. libro 6. cap. 22. & Strabonem geographiae suae lib. 10. Et Theophrastum, qui ait: Colossae ciuitas Phrigiae, quae nunc vocatur Chonae. Nec sunt Rhodienses, vt quidam opinantur, ob nobilem illum Colossum, qui memoratur inter septem mundi miracula.

Colossae.

Colossus.

Primogenitus.

PRIMOGENITVS in sacris literis non dicitur, qui alios habeat post se generatos: sed simpliciter, qui prior est ortus, & ante quem nemo.

Hortatur ne verborum lenocinio, à fide abstrahantur. CAP. II.

Nemo abstrahendus à Christo.

1. Cor. 15. b



VOlo enim vos scire, qualē sollicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui sunt Laodiceae, & quicūque non videntur faciem meam in carne: vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in oēs diuitias plenitudinis intellectus, in agnitione

Instructi, est pacti, conueni. Plenitudinis, certae per suasionis.

agnitionē mysterij Dei, & patris, & Christi Iesu, in quo sunt oēs thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Hoc autē dico vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonū.

Firmamentum sollicitum sum, gaudens, & videns ordinē vestrū, & firmamentum eius, quae in Christo est, fidei vestrae. Sicut ergo accepistis Iesū Christū Dominū, in ipso ambulate, radicati & super aedificati in ipso, & confirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarū actiōe. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciā: secundū traditionē hominū, secundum elementa mundi, & non secundum Christū. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: in quo & circumcisi estis circumcisiōne non manufacta in expoliatiōe corporis carnis: sed in circumcisiōne Christi, cōsepulti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidē operatiōem cum illo. nis Dei, qui suscitauit illum à mortuis.

In, expoliatiōe, &c. dum exuistis corpus peccatorum carnis per circumcisiōnem. Ei, id est, si Instructi in charitate. Iuncti estote in charitate, & fidei vnitate, & vnū omnes sentiat. Non necessitate & vi, sed charitate & vltro conuenite. Hoc ait propter haereses, quae dissidia pariūt. hoc loco Instructi, pro cōstructi, & cōiuncti positum dicunt: significatq; cōpactos, & cōnexos, in morem membrorum vnus corporis cohaerentium aptē inter se. Et quādo sic cohaeremus in charitate, consolantur corda nostra, id est, cōsolationē accipiunt. Et hic est sensus verus huius sententiae. Plena certitudo intellectu. Et in omnes diuitias plenitudinis. Plenitudinis intellectus, id est, plena certitudinis. Coniunctio & ostendit accumulatiōem.

1. Instructi in charitate. Iuncti estote in charitate, & fidei vnitate, & vnū omnes sentiat. Non necessitate & vi, sed charitate & vltro conuenite. Hoc ait propter haereses, quae dissidia pariūt. hoc loco Instructi, pro cōstructi, & cōiuncti positum dicunt: significatq; cōpactos, & cōnexos, in morem membrorum vnus corporis cohaerentium aptē inter se. Et quādo sic cohaeremus in charitate, consolantur corda nostra, id est, cōsolationē accipiunt. Et hic est sensus verus huius sententiae. Plena certitudo intellectu. Et in omnes diuitias plenitudinis. Plenitudinis intellectus, id est, plena certitudinis. Coniunctio & ostendit accumulatiōem.

Circumcisiō.

Mutua charitas phar-macum haereticum.

Plena certitudo intellectu. Et in omnes diuitias plenitudinis. Plenitudinis intellectus, id est, plena certitudinis. Coniunctio & ostendit accumulatiōem.

ram consolationem iis, qui cohererent in charitate: tum præpositio illa accusatiuo iuncta, denotat accessum ad plenam certitudinem intellectus, que omnino tollit hæsitacionem. Certitudo intellectus est, cum non dubitatur de his, quæ sunt fidei: & hæc communis & necessaria est Christianis omnibus. Dubius enim in fide infidelis est. Plenaria certitudo ex testimoniis fidei prouenit, siue externis, siue internis. Diuitiæ plenæ certitudinis, consistunt in copia testimoniorum ad diuersa argumenta, quæ in fide agitantur contra hæreticos, qui his diuitiis ad internectionem propulsantur. Cõsolationem ergo accipiunt, qui charitate cohererent, accedentes ad omnes diuitias plenariæ certitudinis intellectus: hoc est, ad vniuersam copiam testimoniorum, plenè certificantium intellectum in iis, quæ sunt fidei. Idq; explicatur per ea, quæ subiicit hoc loco Paulus, In agnitionem mysterij Dei, & patris & Christi Iesu. Hic est progressus huius certitudinis intellectus in agnitionem mysterij, tum Dei, tum patris, tum Christi, tum Iesu. Deus, nomen est naturæ: Pater, nomen personæ, &c. Agnouisti Deum, & patrè, nunc agnosce filiũ: & agnosces in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ. Cũ Thesaurus dicit, sapientiæ magnitudinem exprimit: cum verò Omnes, nil asserit illi incognitum esse. Absconditi demum cum intulit, eundem præterdit & solũ cunctorum habere cognitionẽ. Est ergo ab eo sapientia & scientia efflagitanda. Deus filium suum pro nobis dedit Dominũ nostrum Iesum Christum, in quo nobis omnem proposuit perfectionem, sapientiam & scientiam, vt ad hunc ceu thesaurum inexhaustum & fontem aquarum viuarum perennè accedentes, petamus, hauriamusque, quãtum ad veram sapientiam & salutem satis est.

3 *Hoc autem dico, vt nemo.* Exhortatio est post definitionem Euangelij, in qua cauere iubet ea, quæ doctrinam Christianam vitiant. Sicut medicus postquam tradidit remedium, monet etiam quæ lædant valerudinem. Facit autem Paulus collationem quandam iustitiæ Christianæ cum iustitia carnali, quæ hæc mysteria nihil attingit, imò illi stulta sunt. Neque hoc loco Paulus reprobatur Philosophiã, quatenus est scientia loquendi, & rerum naturalium & ciuiliũ morum, vt ea de rebus tantum naturalibus ac moribus ciuilibus affirmat ac docet, quæ certa ratione comprehendit. Est enim vera, & bona creatura Dei. Quis enim damnaret iudicium puri Philoso-

Philosophi, aut alterius, sola lege naturæ illustrati, iudicantis neminem lædendum esse, gratiam pro benefactis habendam esse, magistratibus obsequendum esse, & sic de aliis? Cũ ergo Paulus dicit: Vt nemo vos decipiat, &c. non est accipiendum de philosophia, quòd illa philosophia quæ docet naturas corporum, aut ciuiles mores, sit vana. Non enim vetat numerare, aut metiri corpora: non vetat ædificare, aut pingere, aut mederi corporibus, aut iudicia exercere: imò quia hæc au dis dona Dei esse tradita naturæ, multò magis debes honorificè, hanc Philosophiam excipere, quàm Deus dedit ad vitæ præsidia parãda. Vult enim Deus nos laborare, & viuunt cõmodius qui sciunt remedia morborum, qui sciunt regere respublikas, quàm barbari. Sed Paulus vetat, ne verborum lenocinio & sublimitate, ornatu scilicet, & comitate, & elegantia quadam dicendi decipiamur. Quid enim si afferat quispiam, quæ ad persuadendum plurimum valeant, ipse verò sit prorsus veritatis ignarus? Id sanè nihil aliud est, nisi captiunculis quibusdam, sophisticis argutiis, rethoricis argumentis, quasi verisimilibus, specioso fucõ rationis humanæ, & sophismatibus niti. Hortatur præterea nos ex his Paulus, ne Philosophia decipiamur, existimantes illi esse satis virium ad propul sanda vitia, nostramque rationem naturalem facere satis sine Spiritu sancto, ad consequenda, quæ faciunt ad nostram iustificationem. Certè opus est Spiritu sancto, qui & corda red dat puriora, & regat nos, ne vel ab infirmitate naturæ, vel à diabolo præcipitemur, & in manifesta flagitia prætrahat. Ideo promittit Spiritum sanctum, qui corda transformet, regat, & defendat nos, Ioan. 15. cap. Sine me nihil potestis facere. Roman. 8: Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Qualis autem sit homo, & quò ruat desertus à Deo, Saulis exemplum ostendit.

4 *Secundum traditionem hominum.* Traditionem hominum vocat, priuatam quandam præceptiunculam, non in edificationem corporis Christi faciendam, qualis erat, illa Pharisaica, de oblatione altari facienda neglectis parentibus. Quare non damnat hic locus præceptiones ab ecclesia.

5 *Secundum elementa mundi.* Dierum & temporũ obseruationes refellit. Mundi elemẽta, Solem, & Lunam, Sydera, & huiusmodi appellans, in quibus multa superstitiosè obseruant Philosophi. Non damnat, quæ optimi medici in curandis

Philosophia naturalis nõ reprobatur.

Vana Philosophia prohibetur.

Spiritus sanctus.

Traditio humana.

Dierũ obseruationes refelluntur. Elementa mundi.

morbis, quandoque obseruat. Sunt enim in medēdo temporum discrimina quædam seruanda, sicut videre est ex Aphorismo Hippocratis: Apparet esse aliquas attrorū vires in adficiendis corporibus, & temperādīs qualitātibus corporum, quæ sint obseruandæ medico. Nec ea temporum obseruatio superstitiosa est, quemadmodum nec superstitio est: sed diuina ordinatio, hyeme aut vere serere, æstate metere, vino interdicerē febricitanti, & huiusmodi. Non damnat Philosophiam illam Paulus quæ nihil adfirmat, nisi certa ratione, aut experientia animaduersum: sed vanam, ac superstitiosam illā, quæ non est secundum Christum: id est, quæ pietati Christianæ, & fidei aduersatur, aut elementa dicit cærimonias legis, vt adnotatum est, ad Galat. 4.

6 *Non secundum Christum.* Elementorum obseruationes, hominum traditiones vanæ & inanes, non sunt pro Christi voluntate, illis enim Christo non inferuitur.

Plenitudo diuinitatis in Christo.

7 *Quia in ipso inhabitat.* Queris: Quare per Christum consummati sumus? Quia in Christo habitat tota plenitudo diuinitatis: id est, quia in Christo Deus est, & Christus est deus, ideo & satisfecit pro peccato, & delet peccatum, & æternam mortem abolet, & sanctificat eos qui in ipsum credunt: sicut & 2. Corinth. 5. dicitur: Quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputās eis peccata. Et nō solum Deus est in Christo, sed etiam ipsa diuinitas vnita est humanitati, ea vnione, qua verē Deus, Deus est homo, & homo Deus. Et ob id dici potest, Paulum pronunciaſſe: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Hoc modo, & hac vnione non est in sanctis aliis, in quibus est spiritualiter mouens, agitans, & illos gubernans, vt dictum est Roma. 8. Sed in Christo ipsa diuinitas & potentia omnis, ipſius deitatis est, propterea dixit totam plenitudinem, seu potentiam.

corporaliter inhabitat in Christo deus

8 *Corporaliter.* Cærimonie legis Moſaicæ, fuerunt vmbra Christi & iustificationis nostræ, significantes tantum promissam iustitiam. Sed Christus non est vmbra, imò veritas, iustificatio nostra, & sanctificatio nostra. Cum Christum habes, verē Deum habes, nō in figuris. Et hoc est, quod ait, Corporaliter: id est, verē, non vmbriticè: vt distinguas hic corpus, non contra spiritum, sed contra vmbra, sicut infra dicitur: Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Quidam interpretatur, Corporaliter: id est, secundum substantiam in illo,

illo, & non secundum energiam solum: Aut corporaliter, id est in corpore: Deus enim homo est. magis mihi arridet prima interpretatio.

9 *Et estis in illo repleti.* Id est, in illo vobis nihil deest: frustra ergo extra eum aliquid quæritis. Vbiq; Paulus nititur Christus nos ostendere propinquiores, vt alibi confedere, in cœlestibus, consepulti, cohæredes, comparticipes, confurxeritis. Agnosce quā magis nos ditauerit filius Dei factus homo. 10 *Qui est caput omnis principatus.* Cum omnium angelorum Christus sit princeps & dominus, nolite salutem vestram ab angelis expectare: sed salutis vestræ authorem, angelis superiores, agnoscite.

11 *Circumcisione non manufacta.* Quæ sit à spiritu sancto. In circūcisione Christi: id est, peccatorum omnium per Christum amputatione. In expoliatione corporis carnis: id est, in amputatione carnes partis de corpore. In baptisate (ait Ambrosius) sepeliuntur cum Christo, & resurgunt per fidem dei, in quo credunt, quòd exemplo Christi resuscitabit illos ex mortuis. Illic enim homo vetus deponitur, & nouus assumitur, peccatis moritur, vt viuat iustitiæ: elementis abrenunciat, vt Christo societur, resurrectionis futuræ tenens pignus: exemplo saluatoris, qui resurrexit ex mortuis. Hic igitur commonet Paulus, vt perseuerent in abrenunciatione pompæ & præstigiis Satanae.

Baptismi fructus.

12 *Per fidem operationis Dei.* Fidem operationis Dei intelligit ipsam fidem viuam, per quam erga nos & in nobis operatur Deus. Fides enim donum, atque virtus Dei est. Ephes. 2.

In delictis & præputio, Et vos, cum mortui essetis in delictis & præputio, & præputio carnis vestræ, conuiuificata, vit cum illo: donās vobis omnia delicta, Per delicta, & præputiū. vit cum illo: donās vobis omnia delicta, Decreti quod delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens per decreta, illud cruci: & expolians principatus & Traduxit potestates traduxit confidenter palam, confidenter, ostentant. triumphans illos in semetipſo. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in

De festis & cærimonis iudaicis.

Mat. 24. 2

parte diei⁷ festi, aut neomeniæ, aut sabbathorum, quæ sunt umbra⁶ futurorum, corpus autem Christi⁷. Nemo vos seducat⁸ volens in humilitate⁹ & religione angelorum, quæ non vidit ambulans¹⁰, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum¹¹ Dei. Si ergo mortui estis¹² cum Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeris, ne gustaueris, neque contrectaueris? quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, nõ in honore aliquo ad saturitatem carnis.

Sunt omnia in interitum ipso vsu, Omnia ipso pereunt abusu. Quæ sunt, &c. Quæ sermonem quidem habent sapientiæ, vel, quæ verbo tenus quidem habent speciem sapientiæ, per superstitionem ac humilitatem animi & læsionem corporis, non per honorem aliquem ad expletionem carnis.

1. *Chirographum decreti.* Chirographum professionis Mosai- cæ, sublatum & antiquatum est decreto fidei Euagelico. Aut, Chirographum, seu syngrapham illam, qua se suosque postea ros esu ligni vetiti, Adam reddidit obnoxios (dicente decreto & arresto Dei, Genes. 2. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas: in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris) non dispunxit solum, quoniam superessent veteris obligationis vestigia: sed deleuit, & obliterauit, tegens nequid erat nobis cõtrarium, & vnde renasci posset actio: nec hoc contentus, discidit & lacerauit chirographum, tollens e medio, & affigens illud cruci, in qua pro nobis deponeratur,

Chirographum decreti deleuit Christus.

Neomeniæ Nouilunij. Seducatio lens. Præmium incipiat, vel, scriptum transponat, data opera.

Religione, Superstitiõ. Sensu, A mente.

Cõstructum, Compactum.

In augmentum Dei.

Vel ad magnitudinem, quam Deus det. Decernitis? Decretis tenemini? decretis oneramin?

derat, quod debebamus, & obligationem mortis vertit in pactum aeternæ salutis.

2. *Affigens illud cruci.* Alludit ad morem trophæorũ eligendorum, & inde metaphora sumptit. Erat enim mos his locis, vbi hostes superati erant, erigi trophæa, hoc est columnas, vel arcus, in quibus scribebatur aut pingebatur rem gestam. Sic Paulus ait, Christum affixisse chirographũ cruci, id est, trophæũ erexisse, tanquam in quo scripserit aut pinxerit victoriã suã. Porro ea figura nihil aliud significat, nisi Christum vicisse, & eam victoriã omnibus gentibus palam fecisse per resurrectionem, & per Spiritum sanctum. Chirographum esse affixum cruci, id est, peccatum seu mortem esse cruci fixam seu abolitam: qua proserpocæia videmus & aliàs Paulum vsum esse, ad Rom. 7. De peccato damnauit peccatum. Item, Ero mors tua o mors, & Ephes. 2. Per crucem interficiens inimicitias nostras. Non solũ deleuit chirographum, sed etiam e medio sustulit: hoc est, ne vsquam appareret chirographum illud effecit.

Mos triumphantium.

Chirographum esse cruci affixũ quid est.

3. *Traduxit confidenter.* Id est, Dæmonem ipsum confudit, & hoc palam, id est, spectantibus vniuersis. Origenes in Exodum homilia 4. aut certè huius interpres, explicat vim huius verbi. Quos, inquit, in aduentu suo Christus dicitur traduxisse, hoc est, captiuos duxisse, & triũphasse in ligno crucis. Cũ adiecit, Spolians principatus, & potestates: ostendit potestatem tenebrarum esse traductam, seu per contumeliã ostentatam, & ductam in triumpho, significas etiã Euagelũ prædicatũ in toto orbe terrarũ, sicut dicit, Spiritus sanctus arguet mundũ de iudicio: quia princeps mundi iam iudicatus est.

Traducere.

4. *Nemo ergo vos iudicet.* Adiecit epilogum de cõtemoniis, & politia Mosaiica, Cũ Christiana iustitia sit mortificatio, & viuificatio, non est ergo exigenda obseruatio cõtemoniarũ Moysei in potu, & cibo, in nouilunio, & huiusmodi: quoniam illa erant umbra, cuius corpus & veritas Christus est. De discrimine ciborum lege Levit. 11. De diebus festis Levit. 23. de neomeniis siue nouilunio, Numer. 28. de Calendis Gentilium legere est apud Macrobiũ, Saturnal. lib. 1. cap. 15.

5. *Aut in parte diei festi.* Hoc dixit, Quia nõ omnia obseruare hi auderent. Nam etsi sabbata custodiebant, negligentius tamen, vt pote qui Christianos ritus præcipuè sectarentur, Sabbata intellexit ipsas varias ferias Iudaicas, non autem

*Cæremonia
legis fuerunt
typi Christi.*

verum sabbatum à mundi exordio institutum in amore Dei & proximi fundatum, quod perpetuum est.

6 *Quæ sunt verba futurorum.* Lex non iustificat, ita nec cæremonia. Quid igitur fuerunt cæremoniae? Typi Christi. Vt, Pascha significat mortem Christi; Arca, ecclesiam; Propitiatorium, Christum: qui placaturus erat à nobis patrem. Aut sic, Lex est vmbra futurorum: id est, lex tota data est, non vt iustificet, sed vt significet iustificationem, quæ per Christum promissa erat. Et cæremoniae cum fierent, non iustificabant: sed admonebant promissæ iustificationis. Sic iustificabantur Dauid, Samuel, & similes: nõ quia facerent cæremonia, sed quia credebant in Christum futurum, in quo promissa erat iustificatio. Dicat aliquis: Quid igitur opus fuit tam multis legibus, & cæremoniis? Respondendum, Deus elegit aliquem certum populum, in quo se ostenderet mundo, & cui verbu suu traderet, & vbi Christus nasceretur, & vbi extaret testimonia de Christo nato, sicut Paulus Rom. 3. & 9. docet. Ergo deus quandam politiam & corporale regnum vsque ad aduentu Christi constituit, & ab aliis gentibus discerni posse voluit. Ideo peculiare ritus tribuit. Neque sanè potest esse politica sine multis legibus.

*Politica sine
legibus esse
nequit.*

Corpus Christi.

7 *Corpus autem Christi.* Bisariam legi potest hic locus. Primum ita: illa sunt vmbra: sed corpus ipsum, id est, veritas, est Christi. Rursum ita: Corpus Christi, nemo vos decipiat: vt reseras Corpus ad fideles, qui sunt membra Christi, vt sit sensus, Vos autè, qui estis corpus Christi, nemo diuertat vos à premio quod cœpistis promereri, credendo in illum. Atque hic sensus probatur ab Augustino in epistola ad Paulinum.

8 *Nemo vos seducat.* Nemo vos in brauiis aut præmiis fraudet, ait Hieronymus in quæstionibus ad Algasiam, quæstione decima. Quod sit, quoties penes alium est victoria, penes alium præmium.

9 *Volens in humilitate.* Quasi dicas, affectator humilitatis & simulatae cuiusdam religionis.

*Superbi &
fastuosi.*

10 *Ambulans.* Ingressus ea quæ nõ vidit. Hieronymus loco proxime allegato ait, Incedes fastuosè: & hoc metaphorice dictum à tragicis cothurnis: quandoquidem genus hoc *incedens* dicuntur, quod in his sublimes incedat, qui Regem, aut Deum agunt: ita his sua cõmentitia vita, videtur angelicam vitam ducere, qui tamè Sardanapalicam occultè viuunt. Frustra

stra inflantur sensu, quia nõ tenent caput, id est, Christu, ex quo est corpus connexum: nõ ergo sunt de corpore. Fuerunt qui per superstitione angelorum infirmos ab Euangelio auertere conabatur, inculcates nimiam autoritate angelis, quorum ministerio lex lata erat vt legem obseruandam persuaderent. Vel visiones quasdam angeloru & spirituu iactabant, quas veluti cœlestia proponebant oracula. Notissima est gentium historis Sertorij cerua, quæ sibi Dianæ donu transmissum prædicabat, per quam de occultis erudiretur. Notissima est & Numæ Pompilij nympha Ægeria, ex cuius congressu credebatur populo proferre diuina quædam arcanæ. Quibus verò præstigiis, spectris, arcanis cum numine colloquiis & responsis, Persas & Arabes dementarint, Arabs ille Mahumetes turpissimus impostor, pseudopropheta nefandissimus, ipsumque iniquitatis mysterium, longa opus esset enarratione.

11 *Crescit in augmentum.* Græca figura est, quasi dicas, Viuit vitam, gaudet gaudium: sic hoc loco, Crescit in augmentum, pro augetur augmentum, dat illi Deus augmentum.

12 *Si ergo mortui estis.* Si vitæ superiori & antiquæ per baptismum mortui estis: quid est, quod quasi viuètes elementis mundi seruire vultis: id est, in solis externis rebus quærere Dei iustitiam: in his quæ dicebantur, Ne tetigeris, Ne gustaueris, & alia huiusmodi, ipso etiam vsu pereunt: id est, vtendo consumuntur. Agit enim de cibo & potu, quæ vsu consumuntur, & in latrinam excernuntur. Cum ait, Decernitis: insinuat Paulus, eos decretis & constitutionibus Pharisaicis duci, veluti subiectos inuicem decernentes, Ne tetigeris mortuum, ne gustaueris suillam, & huiusmodi.

13 *Ne tetigeris.* Paulus inuehitur in eos qui legem commendabant, reuocantes Christianos ab Euangelio ad legem & Iudaismum, Aiunt enim, ne tetigeris hoc corpus, impurum est quod si tetigeris, ablutione opus est. Ne gustaris hunc cibum, impurus est, Ne contrectaueris hanc rem, nefas est. Agitur ergo hoc loco de cibo, potu, & aliis quæ lege Mosæica prohibebantur. Confutat egregie Paulus præceptiunculas illas Pharisaicas quæ habet quidè ratione sapientiæ in superstitione, id est, fucata religione, & humilitate hypocritica.

14 *In superstitione.* Quæ est vana religio.

15 *In humilitate.* Diuus Hieronymus hoc verbum notat tâ-

*Supersticio.
Humilitas
pro abiectione
viti.*

quam improprie hoc loco usurpatum, cum alias virtutem se-
nare soleat, hic vitium, quo quis humilia sentit, atque terre-
na, & abiecti est animi, vt patiatur sese veluti bubalum duci
naribus minutis illis traditionibus, & preceptiunculis Mo-
saicis relicto Christo.

*Flagellantiū
se secta.*

16 *Et non ad parcendum corpori.* Pro Imparfimonia positum
est: hoc est, cum quis non parcat alicui rei. Ambrosius legit,
Ad vexationem corporis. Sentit enim Paulus de iis, qui su-
perstitiosè lacerabant aut mutilabant corpus suum. Manent
huius rei nonnullæ reliquiæ hodie apud Italos in flagellatori-
bus: contra quos egregius doctor Gerson scripsit. De huius-
modi multa commemorat Apuleius in suo Asino. Non hic
damnat Paulus ieiunia, & abstinentiam ciborum statis die-
bus: sed vanam & superstitiosam religionem, quæ Christo ca-
piti non adhæret.

*Honor, sub-
sidium corpo-
ris.*

17 *Non in honore aliquo.* Honorem hic, corporis subsidium
appellat, iuxta proprietatem sermonis Hebraici, velut alibi,
Honora viduas. Et, Qui benè præfunt præbyteri, duplici
honore digni habeantur.

CONCILIATIO.

*Deceptio
multiplex.*

PROBATVR Iacob, qui Isaac patrè decepit: & tamè hic
Paulus ait, Videte, ne quis vos seducat. Est quoddam genus
decipiendi fallax, & fraudulentum, & hoc omni iure pro-
hibetur. Est & aliud quoddam decipiendi genus, rectius ta-
men, nec fraudulentum, de quo Esaias meminit, decessisti
me Domine. Et deceptus sum. Cuiusmodi etiam & illud fuit,
Cum visus est Iacob decessisse Isaac: quæ deceptio nequa-
quam dicenda est fallacia, sed dispensatio quædam, ait
Theophylactus.

*Eloquentia
non est dam-
nanda.*

VIDETVR Paulus damnare eloquentiam, dicens, Per
philosophiam & inanem fallaciam. Similiter, Nemo vos de-
cipiat in sublimitate sermonū: Quum tamè Cyprianus, Gre-
gorius Nisena, & alij fuerunt eloquentissimi, quorum scripta
etiam apud sanctos sunt in precio. Inanem quædam oratio-
nis fucum damnat, non eloquentiam, quæ sententias perspi-
cua, & cum quadam dignitate explicat. Nec, vt multi arbitra-
tur, Eloquentia inanem aurium voluptatem captat: sed vitii-
lirati, seu necessitati seruit. Quoties enim in iudiciis, aut in
consiliis, de obscurissimis rebus homines docendi sunt, ibi
non sentiamus eum summa laude dignum esse, qui obscuræ
causæ

causæ lumen affert, qui iudices, qui populum tanquam in rem
præsentem ducit, vt rectè iudicare, vt constituere, quid sit ex
vtilitate publica possit. Neque sic accipiendum est dictū Pau-
li, quod illa philosophia, quæ docet naturas rerum aut ciui-
les mores, sit vana, vt supra docuimus in hoc cap.

DICTIO.

NEOMENIÆ, seu Nouilunia, erant mensium exordia,
& solennitates secundum lunationem (vt vocant) institutæ:
hoc est, dum Luna nouo lumine incensa ipsis oriretur. Vo-
luit autem Deus nouilunio fortassis à gentilibus abarcere
calendis, ne Lunæ suæ Iunoni sacra instituerent. Si composi-
tionem & Erymon nominis neomiæ nescis, vedes nouus est,
mens *μηνος* Luna siue mensis est.

LAODICEA, penultima correpta vrbs in Phrygia, aut *Laodicea*
certè in confinio, authore Ptolemæo: & interpretatur Popu-
li iustitia.

CHIROGRAPHVM, Latine manuscriptio, siue Syn- *Chirogra-*
grapha, quam tuapte manu scripseris. Chirographa sunt quæ *phum.*
nos præscriptimus in fidem alicuius. Asconius dicit, Chiro-
grapha dici, in quibus tantum quæ gesta sunt scribi solent. *Chirogra-*
Hinc Chirographari⁹ à iureconsultis ponitur pro eo, qui suo *pharus.*
chirographo scripsit se debitorem in codice.

Exuto veteri, nouus homo induendus.

CAPVT III.

*Quæ sursum
sunt superna.
& infra.
Sapite,
curate.*



*Quæ super
terram, ter-
reftria.*

Nigitur si^r confurrexistis cum
Christo, quæ sursum sunt
quærite, vbi Christus est in
dextera Dei sedens: quæ sur-

sum sunt sapite, non quæ super terram.

Mortui enim estis, & vita vestra est ab-

scondita^r cum Christo in Deo. Cum au-

tem Christus apparuerit, vita vestra: tunc

& vos apparebitis cum ipso in gloria.

*Libidinē,
mollinem.*

*Mortificāda
membra.
Ephes. s. a.*

Mortificate ergo membra^r vestra, quæ
sunt super terram, fornicationē, immun-
ditiam, libidinem, concupiscentiam ma-

Roma. 6. a
Ephes. 4. c
Hebr. 12. a
1. Pet. 2. a
Et 4. a.
Vetus homo.
Nouus homo

lam, & auaritiam, quæ est simulachrorum
seruitus: propter quæ venit ira Dei⁴ su-
per filios incredulitatis: in quibus ambu-
lastis aliquando, cum viueretis in illis.
Nunc autem deponite & vos omnia: iram,
indignationem, malitiam, blasphemiam,
turpem sermonem de ore vestro. Nolite
mentiri inuicem: expoliates vos⁵ veterem
hominem cum actibus suis, & induentes
nouum eum, qui renouatur in agnitio-
nem, secundum imaginem eius, qui crea-
uit illum: vbi non est gentilis⁶ & Iudæus,
circūcisio & præputium, barbarus & Scy-
tha, seruus & liber: sed omnia & in om-
nibus Christus.

Filios incre-
dulitatis,
incredulos,
inobediētes.
In qb³, vel
inter quos,
subaudi filios
incredulos.
Blasphemiam
maledictio-
riam.
Expolian-
tes, postquæ
exuistis.
In agnitio-
nem, &c. ad
cognitionem.

1 Igitur si surrexistis. Argumentum est à causa & debito.
E mortuis surrexistis, hic ergo vester status aliam vitam, alios
mores postulat. Nouam vitam cōsequuti estis, & participem
diuinæ naturæ. Debent igitur actiones vestræ esse, quæ pla-
ceant Deo. Nolite querere terrena, quibus mortē incurrera-
tis: sed cœlestia, quibus vitam consequuti estis, & illis viuetis.

2 Vita vestra abscondita. Tamen si nunc abiecti, & inglorij vi-
deamini: multa tamen adseruantur vobis apud Christum, vi-
tam vestram, quibus splendidi & gloriosi non modò appare-
bitis, sed & verè eritis. Quodd si modò videamini deserti &
derelicti à deo, confidite: quia vita vestra recta latet apud
deum, id est, eam custodit, opportunè vobis auxilium la-
urus. Vsurpat Paulus abscondere pro seruare & custodire, dia-
lectus est Hebraica.

3 Mortificate ergo membra. Abnegate vosmetipsos, portantes
crucem domini, qui est vita vestra, vt membra corporis pec-
cati omnino in vobis non appareant, sed extinguantur: quæ
sunt fornicatio, immunditia, & alia huiusmodi. Ad Galat. 5.
Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

4 Venit ira Dei. Ob ista enim peccata à Paulo enumerata so-
let venire in homines vindicta, quam iram Dei vocat. Ver-
bum

Vindicta,
ira Dei.

bum Venit, est præsentis temporis.
5 Expoliantes vos veterem hominem. Expoliantes, id est, exuen-
tes, id est, postquam exuistis, ponitur pro participio præteri-
ti temporis. Nouus dicitur, non qui ratione tantum se coër-
cet: sed qui per Spiritum sanctum renouatur, & in quo Spi-
ritus sanctus timorem dei, fidem, spem, charitatem, & similes,
bonos fructus efficit. Ioan. 1. Ex deo nati sunt. Et. 3. Nisi quis
renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Et hic ita defini-
uit, Nouum hominem esse, qui renouetur ad cognitionem
iuxta imaginem eius qui condidit eum. Videtur hic Paulus
de imagine loqui, quæ noui hominis tantum est. Imago dei
est sapientia, iustitia, sanctitas, veritas: hanc cum imprimit de-
nobis, sumus imago dei. Sic loquitur ad Ephesios. 4. Induite
nouum hominem, qui secundum deum creatus est, id est, ad
similitudinem dei, in iustitia, & sanctitate, & veritate. Id est,
est iustus, & deo placens: est sanctus, id est, purus, seu purifica-
to corde, mortificata carne: est verax, id est, recta loquitur, &
de deo verè & rectè sentit. Caro enim nullo modo verè sen-
tit, sed potius somniat. Spiritualis autem verè sentit & videt,
2. Corinth. 3. Nos reuelata facie speculantes gloriam domi-
ni, in eandem imaginem transformamur, à claritate in clari-
tatem, idque fit, quando fide concipit magnitudinem miseri-
cordiæ, & bonitatis diuinæ.

Nouus ho-
mo.

6 Vbi non est gentilis. In nouitate quam habemus baptismo &
regeneratione, aut cum sit noua creatura in Christo nulla est
differentia nationum, professionum, conditionum: sed Chri-
stus in omnibus, cuiuscunque nationis, conditionisue sint,
est omnia, id est, est ratio omnium actionum, & motuum, &
donorum, & reliquorum spectantium ad nouum hominem:
vt pote caput, ex quo sensus & motus in omnibus est.

Benignita- Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti
tem, humi- & dilecti, viscera misericordiæ^a, benigni-
litatem, po- tatem², humilitatem, modestiam, patien-
tiam, mo- tiam, supportantes inuicem: & donantes
Comitatem, vobismetipsis, si quis aduersus aliquē ha-
modestiam, nā- bet querelam: sicut & dominus donauit³
suetudinē, le- vobis, ita & vos. Super omnia autē hæc,
nitatem. charitatē habete, quod est vinculum per-
Dominus. Christus. faciēda.

Indumenta
Christiano-
rum.
Ephes. 6. b

Omnia pro-
pter Christiū
facienda.

1. Cor. 10. g
Ephes. 5. e
1. Pet. 3. a
Ephes. 6. a
Titum. 2. c
1. Pet. 2. c

fectionis⁴. Et pax Christi⁵ exultet in cordibus vestris, in quam & vocati estis in vno corpore; & grati estote⁶. Verbū Christi habitat⁷ in vobis abundanter in omni sapientia: docentes & commonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus⁸ vestris Deo. Omne quodcūque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino. Viri, diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Filij, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt non pusillo animo⁹ fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcūque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus: scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit: & nõ est personarum acceptio apud Deum.

Sapient. 6. b
Roma. 2. b

1. *Viscera misericordiæ.* Iubet ex animo misericordes esse, & verè rãgi sensu alienæ calamitatis, sicut Christus suis lacrymis testatur, se misereri Hierosolymorum. Ideo & Esaias, cū præcepit cap. 58. Carnem tuam ne despexeris: significat, ita nos alicnis malis adfici, & commoueri debere sicut nostris.

Exulter,
præmij loco
detur, contin
gat aut pal
mam ferat.
Vosmetip:
sos. vos iuni
cem.

Amari, ama
rulentii.

Pusillo ani
mo fiant,
despondeat
animum, vel
animo deii
ciantur.

Iniuriam fa
cit, iniuste a
git.

Acceptio
apud deũ,
respectus.

Quia

Quia omnes eadem caro sumus.

2. *Benignitatem, humilitatem.* Commoditatem morum docet. Hæc benignitas virtus in primis necessaria est, ad retinendam concordiam priuatam, & publicam. Ex hac nascitur Humilitas: qui enim benignior fuerit, & optimis morib⁹ instructus, & humilis sit necessariò sequitur. Hæc gignit modestiã, quæ significat esse tractabilem, non asperum, nõ morosum, aliorum erratis posse ignoscere. Sic & Ethnici etiam docuerunt, non posse durare amicitias, nisi alter alterius mores ferat, aliquãdo non admodum commodos. Eòque pertinet, quod dixerunt, Mores amici noueris, nõ oderis. In republica, hæc virtute, Modestia, seu potius Mâsuetudine, in primis opus est ad concordiam publicam retinendam. Vbi si non aliorum Iracundiã aliorum Lenitas mitiget, sæpe magni motus existit. Ab hac Modestia, seu potius Mâsuetudine, oritur Patientia, hoc est, animi magnitudo, ait Abbreviator Chryostomi 3. *Sicut dominus donauit.* Id est, sicut dominus vobis condona uit & remisit iniuriam, ita & inuicem condonate.

Benignitas.

Humilitas.

Modestia.

Adiuetudo.

4. *Vinculum perfectionis.* Charitas vinculum est perfectionis. id est, glutinat & coniungit inter se totam ecclesiam, vt firmi toleret infirmiores, infirmi non iudicent alios firmiores. Singuli aliorum onera libenter subeant, ac portent, & tegant & sanent aliorum errata, non traducant. Alludit ad locum in Ephes. 4. vbi dicit, Corpus Christi ita coagmetatum esse, vt pro mensura vnumquodque membrum iuuet reliqua. Sicut in domo constructa si compages desint, & nexu qui eam cõtineant, ocys collabatur: Ita si Charitas abfuerit, nihil erit quod perfectionem pariat.

Charitas vñ
culum perfe
ctionis.

5. *Et pax Christi exulter.* Est videre quotidie multos, quãuis leuia mala impatientissimè feretes: de que sua sorte, de inopia, de aduersa valetudine, & similibus incommodis queretes, & apud se dolentes. Eiusmodi querelæ proficiscuntur ex corde, quod vel sentit, deo nõ esse curæ nostras res, vel succedet deo, eiq; accusat iniustitiæ, quod malis sinat bene esse: bonis malè, quod crudeliter nobiscū agat, & videatur propemodū delectari nostris malis. Exeplaria taliũ querelarũ extant in sacris historiis. Exodi. 17. Hoc genus querelas in aduersis prohibet Esaias cap. 3. & 30. Sed iubet deo confidere, & ab eo opem & auxilium postulare. Sic Paulus hoc loco præcipit, retineri pacem erga deum: hoc est, pacè regnare & palmam

Afflictorum
impatientes
querelæ

Afflictorum
consolatio.

obtinere in cordib⁹ nostris: hoc est, semper sentire quòd de⁹ nò affligat nos vt perdat: sed q^o sit opem laturus aliquando pro summa bonitate, etiam si differatur aliquantisper auxili-
 um. Item iubet Paulus, vt ea pax sit tanquam regina, & gubernatrix omnium nostrorum certaminum. Est enim verbo Græco vsus *καταβιβασίς*, quod significat gubernare certamen, seu palmam ferre.

6 *Grati estote.* Hoc dictum putat Hieronymus pro gratioso & amabili. Indicat Paulus, qua ratione pax possit inter eos consistere, si comes sint, & benigni erga omnes, propensi ad benemerendum de omnibus. Theophylactus interpretatur, Grati erga deum: hoc est, memores, qualis ille fuerit in nos, vt & ipsi vicissim clementes simus erga conseruos.

7 *Verbum Christi habet in vobis.* Frequens tractatio doctrine Christianæ præcipitur in omni sapientia, id est, in omni virtute, quam sapientiam vocat. Quæ dmodum Dauid peccatū insipientiam dicit: vt illud, Dixit insipiēs in corde suo. Item Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Aut, In sapientia, id est, prudenter. Non enim satis est tractare verbū dei, nisi prudenter etiam tractes: nisi enim rectè intelligas, in maximos errores incidēs. Emphasim habet verbum, Habitat, quod dixit, & non insit. Vult enim, vt doctrinam Christi nobis assiduo vsu faciamus planè familiare & domesticam.

8 *In cordibus.* Non solum ore decantādum, & gratia hoc est iocunditate quadā spiritali: sed etiam in corde, id est, cum attentione & diligentia.

9 *Ne fiant pusillo animo.* Id est, ne filij animum despondeant, si nimis duros patres senserint. Quas hoc loco paræneses modo rum scribit, ex 7. cap. Ephes. repetit.

CONCILIATIO.

NON videtur cohære hęc inuicē dicta à Paulo, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Item, Mortificate membra. Quia prior illa mortificatio baptismi beneficiū erat, quæ peccato attulisset perniciē, quod nobis antea esset admissum. hęc autem quæ in presenti nobis suggeritur mortificatio (cū ait, Mortificate mēbra) nostra fit voluntate, quæ & post baptismum delet peccata. Hęc mortificatio pœnitentia est, quam Doctores secundam post naufragium tabulam dicunt.

Pœnitētia secundæ tabulæ post naufragium.

DICTIO

DICTIO.

LIBID O Græcè hoc loco pathos est, id est, morbus, aut Libido potius mollities.

ΣΥΤΗΑ, quia è Scythia est, regione barbarica. Paulus Barbaro opponit Scytham: non quòd is barbarus non sit, sed quòd præ hoc, reliqui barbari non sint barbari,

Parænesis ad pietatis studium. CAP. IIII.



Omini, quod iustum est, & æquum, seruis præstare: scientes, quòd & vos Dominū habetis in cælo. Orationi instantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendū mysterium Christi, (propter quod etiā victus sum) vt manifestē illud, ita vt oportet me loqui. In sapiētia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimētes. Sermo vester sēper in gratia sale sit conditus: vt sciatis, quomodo oporteat vos vnique respondere. Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister, & conseruus in Domino: quem misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa vos sunt, & cōsoleatur corda vestra, cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex vobis est: qui omnia quæ hīc aguntur nota facient vobis. Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata, si venerit ad vos suscipite illū) & Iesus qui dicitur iu-

1. *Thef. 5. d*
 2. *Ephes. 6. c*
 3. *Thef. 3. d*
 4. *Ephes. 5. d*

Tempus, q^o oportunitate.

stus, qui sunt ex circūcissione. Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerūt solatio. Salutatur vos Epaphras, quod ex vobis est, seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei. Testimoniū enim illi perhibeo, quod habet multū laborē pro vobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. Salutatur vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutatur fratres qui sunt Laodiceæ: & Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiā. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite ut & in Laodicensi ecclesia legatur: & ea quæ Laodicensi est, ut vobis legatur. Et dicite Archippo, Vide ministeriū quod accepisti in Domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

¶ Timo. 4. e

Seruitus intolerabilis. Orationi necessaria.

1 Quod iustum est. Iustum vocat id quod seruis debetur à dominis. Aequum, seu Aequalitatem, seu Aequabilitatem dicit, ne alium deliciis habeat, alium iniquè domini tractent: aut ne permittant ut serui seruis dominantur: quæ res intolerabilem facit seruitutem. Hæc aperta sunt ex 5. & 6. Ephes. 2 Orationi instate. Hæc videtur mihi necessaria in oratione: Primum, Scire mandatum dei esse ut oremus. Secundum, Confidere propter promissiones & deū fidelē in promissis, quod sit opelaturus deus, quodque exaudiat preces nostras. Quicquid petieritis credentes accipietis: ait Christus. Tertio, Ut oratio certā aliquā necessitatē cōtineat, cui consulere deum postulemus. Quartum est, Expectare, nec desperare, etiam si non statim iuuet nos deus: & committere deo, ut pro sua sapientia constituat, quando & quomodo nobis opem ferat. Et ne desistamus ab orando, ait Paulus, Instate. Luc. 18. Oportet

Adiutores, cooperarij.

Sollicitus, anxie laborans. Pleni, completi.

Ecclesiam, vel congregationem. Lecta, recitata & infra. Ea quæ Laodicensi est. Ea quæ scripta est ex Laodicea.

Oportet semper orare, & non deficere. De his legito quæ scripsimus in Ioannem.

3 In gratiarum actione. Gratiarum actio est, sentire verè, quod à Deo id bonum quod accepisti, proficitur: & prædicare, & confiteri apud omnes diuinitus te esse adiutum: ut & alij discant Deo confidere, & glorificare eum. Credidi, propter quod loquutus sum.

4 Propter quod etiam vinculus sum. Incertum est, an de vinculis primis loquatur, quum ex Iudæa Romam venit: an de aliis vinculis, Romæ Paulo iniectis.

5 In sapientia ambulate. Non fitis alicui scandalo, ne blasphemetur propter vos (sicut Roma. 2. dicitur) nomen Dei inter Gentes, id est, inter eos qui nondum nouerunt euangelium Christi & dei veritatē. Ad eos qui foris sunt, id est, infideles.

6 Tempus redimentes. De malo tempore, bonum tempus vestra prudentia facientes. Opportunitate temporis oblata prudenter utamini. Tempus hoc loco occasione sonat, siue opportunitatem, quam vult emi cæterarum rerum dispendio.

7 In gratia sale sit conditus. Ac si dicas: Sermo vester semper habeat gratiam, sale conditus, ut intelligamus iucunditatem ac modestiam in colloquiis Christianorum cum Ethnicis, sed eam cum sapientia cōiunctam. Hoc detorqueri potest ad nos, si quando cum magnatibus agendum est, ne in tempestiua maledicentia & acerbitate prouocemus eos, reddamúsque detiores quàm sunt: sed prudenti moderatione sermonis paulatim adducamus ad meliora, si quid aberrant. Neque obscurum est Sale significari verbum Dei. Itaque, in lege erat, ne qua victima sine sale offerretur, quod sine verbo Dei bona opera fieri non possunt. Itaque & Christus apud Marcum ait. Habete in vobis sale. Addit hic Paulus: Ut sciatis quomodo oporteat vos, &c. id est, ne omnia omnibus dicatis: infirmis alia, aliis perfectis, aliis incredulis, aliis credentibus: aliis dura, aliis grãdia. Et quod supra de se dixit, Sicut oportet me loqui.

8 Multum laborem. Multum zelum siue multam æmulationē.

9 Nympham & quæ in. Et quæ in domo eius est Ecclesia: id est, domesticam eius ecclesiam. Beatus Ambrosius existimat Nympham fuisse mulierem deuotam, ut vocat, cuius domus omnis signo crucis titulata erat. Sed & vñ, pronome Græcum additum, indicat virum fuisse, non mulierem Nympham. Ait Theophylactus, Nympha vir egregius erat, qui & do-

Ambulare in sapientia. Foris sūt infideles.

Tempus redimere.

Sale quid significatur.

Marc. 9. g

Nympha vir fidelis.

mesticos omnes fideles haberet, & ita vt Ecclesia eius domus appellaretur: Nympha Græcis sonat sponfam, nurum.

10 *Et ea quæ Laodicensium est.* Cùm iubet hanc epistolam ad Coloss. communicare Laodicensibus, docet omnibus scriptum esse, quod ad certos transmissum est. Vnde Tertullianus, Nihil autè de titulis interest, inquit, cùm ad omnes Apostolus scripserit, tum ad quosdam. Et quum subdit. Et ea quæ Laodicensium est, facite vt vobis legatur, à quibusdam expofitum est, quasi epistolam scripserit ad Laodicenos. Sed si diligenter inspiciatur Græca lectio, facillè cognofces Paulum non scripsisse, & eam quæ scripta est ad Laodicenses, sed quæ *ἐκ λαοδικείας*, ex Laodicea scripta est. Græcanica scholia putant fuisse epistolam, quam Laodicensis quispiam scripserat ad Paulum, quæ aliquid haberet quod ad rem Coloss. pertineret. Magis mihi arridet Theophylacti interpretatio. Is enim hæc de priori epistola ad Timotheum intelligit, quam scriptam ex Laodicea constat.

11 *Et dicite Archippo.* Iubet, vt dicatur Archippo Coloss. episcopo, Vide ministerium & c. ac si dicat, nõ tuum, sed Domini est negotium, quod tibi delegatũ est. Vide quam susceperis prouinciam. Domino enim ratione tuæ dispensationis redditurus es. Pluribus cum Episcopo vigilantissimo agere noluit, visum est Paulo fecisse satis, quod currenti calcar adiderit.

DICTIO.

Consobrini. CONS OBRINI, qui ex duabus sororibus sunt editi, quasi consororini.

Hierapolis. HIERAPOLIS, Phrygiæ ciuitas, interpretatur sacra ciuitas.

Ecclesia. ECCLESIA Latine congregatio, coetus, concio, sed opinor hic Ecclesiam accipi, non pro vniuerso cœtu, sed pro reliqua familia, iam Christiana. Nam Græci interpretes putant Nympham magnatam aliquem, ob id fuisse, quod domi haberit ecclesiam.

Nympha.

FINIS.

Missæ est Epistola ad Colossenses, ab Epheso, vt Latini dicunt: Græci à Roma per Tychicum & Onesimum.

STATVS EPISTOLAE I.
AD THESSALONICENSIS.

Thessalonicensium constantiam commendat Paulus, quod neque vllis pressuris, neque pseudapostolorum suasu à fide Christi auer si sunt: interim eosdem de resurrectione, & insperato aduentu Christi commonefaciens.

LOCI INSIGNES.

- 1 In persecutione Christianorum declaratur iustum Dei iudicium: quod hi digni habeantur regno, persecutores verò supplicio. Cap. I.
- 2 Vtrunque iudicium norunt etiam nunc Christiani per fidem, sed reuelabitur in aduentu Christi. Cap. I. & V.
- 3 Vocatio, & conuersio gentium, solamen Christianorum. Cap. II. & III.
- 4 De insperato domini aduentu ad iudicium, & eodem piis non feruidado. Item de dormientibus, & resurrectione. Cap. III. IIII. & V.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI, Ad Thessalonicenses. I.

Non sermone tantum, sed virtute Thessalonicenses ad Christum conuersi sunt.
CAPVT I.

PAulus¹, & Siluanus, & Timotheus Ecclesie Thessalonicensium² in Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia vobis, & pax. Gratias agimus³ Deo semper pro omnibus vobis: memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestrae⁴, & laboris, & charitatis, & sustententiae spei⁵ Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & patrem⁶ nostrum. Scientes, fratres⁷ dilecti ad Deo, electionem vestram: quia Euangelium nostrum, non fuit ad vos in sermone tantum, sed & virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis⁷, quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores⁹ nostri facti estis, & Domini: excipientes verbum¹⁰ in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti: ita ut facti sitis¹¹ forma omnibus credentibus in Macedonia¹² & in Achaia. A vobis enim

Euangelium cum afflictionibus susceperunt.

Pro omnibus, de

Operis fidei, &c. vestri propter opus fidei, ac laboris charitatis, &c. quod permixtissimum in spe Domini nostri, &c. Plenitudine, certitudine, vel certa per suasionem.

Forma, exemplo.

Diffamatus. diffamatus est sermo¹³ Domini, non solum in Macedonia, & in Achaia: sed & in omni loco fides vestra quae est ad Deum, profecta est ita, ut non sit nobis necesse¹⁴ quicquam loqui. Ipsi enim de vobis annunciant, qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conuersi estis ad Deum a simulachris, seruire Deo viuo, & vt seruiretis. Deum vero, & expectare filium¹⁵ eius de caelis (quem suscitauit¹⁶ ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos¹⁷ ab ira ventura.

Poenitentia.

¹ Paulus & Siluanus. Duos symmystas collegas suos & episcopos nominatim hac salutatione comprehendit, id facies ne caeteris Christi ministris praeferre videretur. Qui hic Siluanus dicitur, idem ille est qui Act. 17. Silas appellatur, voce hic modice aucta, & ad Graecorum Latinorumque morem deformata.

² Ecclesiae Thessalonicensium. Quia etiam in sacris legimus Ecclesiam malignantium, Synagogam satanae, Congregationem taurorum & vitulorum: additum hic est, in Deo patre nostro: id est, illi ecclesiae, suae congregationi, quae est congregata in Deo, &c. quae habet promissionem, Matth. 18. Vbi duo vel tres fuerint congregati, &c.

Ecclesia in Deo.

³ Gratias agimus. Gratulatio est, qua gaudet de profectu eorum, qui audierant verbum salutis.

⁴ Operis fidei vestrae. Beneficia in proximum exhibita, vocat Opus fidei, & laborem charitatis. Fides certe sine operibus mortua est. Dixit Opus, & Laboris charitatis: ne dilectionem solum esse putarem Amicas salutationes, Iucundum conuictum, & id genus. Ad haec facit, quod scribitur 1. Ioannis 3. Filii mei non diligamus verbo, neque lingua: sed opere, & veritate. Caritas laboriosa est. Nam suffert omnia, seruit omnibus, facit omnia 1. Corinth. 13.

Opus fidei.

⁵ Et sustententiae spei. Tanta, & tam firma erat horum spes, ut se constantissimos praestarent vel in durissimis tolerandis. Rom. 8. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem: spes vero non confundit. Praeter obiectum expe-

statum significat perseverantiam in fide Domini Iesu, ut facile duremus in aduersis.

6 *Ante Deū & patrē.* Dura tolerastis, fidei operibus vacastis, non simularē, sed verē credentes in conspectu Dei, qui pater noster est, quæ sua in nos benignitas est. Aut ante Deum, qui hos vestros labores, gratos habet, quibus mercedē depēdet.

7 *Scientes fratres.* Vera mei Euangelij susceptio, signa & miracula in vobis, imō & ipsa Spiritus sancti receptio, & plenitudo multa: hoc est, certissima Dei, Euangelijque cognitio manifestant vos à Deo electos esse. Per virtutem intellectus efficaciam & vim agentem in cordibus fidelium. Alij signa siue miracula intellexerunt. Efficacitatem Spiritus sanctus ut verbum Dei efficacit sit in auditoribus. Absoluitque quicquid ad plenitudinem certam fidei, persuasionem & absolutionem pertinet.

8 *Sicut scitis.* Testes inuocat pro se, conscientias auditorum, quæ est magna fiducia Doctoris, Ac si dicat, Vos testes estis, quàm sancte nos gesserimus in vobis apud vos propter vos, id est, vestra causa, id est, vestram salutem per omnia, non nostrum commodum quæsiuimus.

9 *Et vos imitatores.* Magna est, hæc commendatio, non solum nos Pauli præceptoris imitatores esse in perferendis malis, sed & Domini nostri Iesu Christi.

10 *Excipientes verbū.* Imitatores sunt quod tribulationes sustineant, & his se vltro hilares offerant pro Euangelio. Addit, in tribulatione, multa cum gaudio spiritus. Tribulatio quidē & adflictio est mundi & portarum inferorū, in probris, damnis, pœnis, turbatione conscientiarum ob peccata & Dei iudicia: id est, carnalis est, & temporaria quia hæc à mundo sunt, & eius principe. Nam dicebat Christus, In mundo pressuram, habebitis, Consolatio verò, siue gaudiū non carnale est, sed Spiritus sancti: ergo & fortissimum, cui portæ inferorū proualere non possunt: & æternū, quod ne mors, quidem dissoluat. Huc pertinet quod in Euangelio legimus exemplū contrariū, qui in petricosa semen iactū exceperat, hic est, qui verbū audit, ac protinus cum gaudio illud excipit, sed ad modicū tempus, cum non habeat radicem. Et hic non habet gaudium spiritus sancti. Accedete enim afflictione propter Euangelium, cōtinuò offenditur. At Thessalonicenses, hoc firmiter verbum Dei cōplectebantur quod grauius persecutionē patiebantur.

11 *Ita ut*

11 *Ita ut facti sitis.* Vestro exemplo fideles in Macedonia & Achaia crediderunt, & pro Euangelio tolerare didicerunt.

12 *In Macedonia.* Ex his colligimus, quantum referat Metropolitanas & primarias vrbes recte institutas esse, & quæ perniciosum sit eadem corruptissimis moribus infectas & deprauatas. Nam mores suos exēplaque sua in vicinas quasque & vrbes & regiones, denique in totū agrū omniaque confinia transfundunt. Sacri prophetæ acculant Samariam decem tribuum Israëlitarum metropolim, & Iudææ caput Hierosolymam, quod pessimo suo exemplo totam gentem peccare faceret. Dicebant enim, Quæ facimus, primores vrbs metropolitana agunt: eadem ergo agere possumus, & licent.

13 *Diffamatus est.* Longè lateque sparsus est, exsonuit, siue ebuccinatus est.

14 *Ita ut non sit nobis necesse.* Incipientibus nobis eloqui de Euangelij profectu, respondent se vestro exemplo & didicisse & optimè scire, neque videtur his opus esse alio præceptore. Et quemadmodū inuitatis amicis ad grāde conuiuuij, vbi omnia parata sunt, & vbi editur, bibitur, &c. nihil aliud opus est, quàm ut sæpe moneantur ab illo qui inuitauit, ut quæ conuiuuij sunt, hilariter & cum gaudio prosequantur: ita & apud hos solo ad perseverantiam adhortatore est opus, ut in eis sese totos exercere perseverent, quæ vestro exemplo tam sanctè didicerunt.

15 *Et expectare filium Dei.* Hæc est fiducia Christianorum, ut expectent læti redemptorem, quem alij formidant iudicem, & solo timore pœnæ ducti sua agunt.

16 *Quæ suscitauit ex mortuis.* Paulus frequenter resurrectionē Christi inculcat, quia in ea verè regnū Christi agnoscimus. Vbi triumphata morte nostra, accepit gentes hereditatem, & possessionem suam terminos terræ, & fecit vtraque vnū. Hoc dicit præterea, ne dubitemus nos excitandos, neue dubitemus de potentia Christi regis nostri, in cuius regno nihil perit: cui data est omnis potestas in cælo & in terra, qui est ad dextram patris super omnem principatum.

17 *Qui eripuit nos.* Irām dicit venturam, quæ nondum reuelata est. Quemadmodum nos sumus filij dei, & nondum apparuit quid erimus. 1. Ioan. 3. Ita increduli & infideles sunt filij gehennæ, quod tum primū reuelabitur, quando manifesta erunt abscondita tenebrarum. Et ab ista irā nemo

O ij

Verbi Dei
vis, & effici-
cacia.

Thessaloni-
censium com-
mendatio.

Fiducia
Christiano-
rum.

Resurrectio
Christi qua-
re tam frequenter à
Paulo memo-
ratur.

Ira ventura.

liberatur, nisi per fidem in Christum, dicente Ioanne Baptista, Ioan. 3. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

DICTION.

Diffamare. DIFFAMARE videtur Augustinus pro diuulgare, cum fama longè lateque spargitur.

Thessalonica THESSALONICA, metropolis erat Macedonia.

Suam in prædicando Christo fidem commendat.

CAPVT II.

Nam & ipsi scitis, fratres introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit: sed ante passim multa & contumeliis affecti

(sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus

in Deo nostro loqui ad vos Euangelium Dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo: sed sicut probati sumus à Deo, ut crederetur nobis Euangelium, ita loquimur: non quasi hominibus placetis, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, Deus testis est: nec querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis neque ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli: sed facti sumus paruuli in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras,

quoniam

Fiducia habuimus, vel audacter egerimus.

Loqui, ad loquendum.

Multa sollicitudine, multo certamine, vel labore, aut periculo.

Errore, impostura.

Fuimus, vt sati sumus.

Vobis oneri esse, vel in auctoritate esse.

Paruuli, placidi, mitiores, minime austeri.

Puritas Pauli in prædicando Euangelio Thessalo.

quonia charissimi nobis facti estis. Meliores enim estis, fratres, laboris nostri, & fatigationis: nocte & die operantes (nequem vestrum grauaremus) prædicauimus in vobis Euangelium Dei. Vos testes estis, & Deus, quam sanctè, & iustè, & sine querela vobis qui credidistis, affuimus: sicut scitis qualiter vnumquemque vestrum (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes, testificati sumus, vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum, & gloriam.

Qualiter, vt subaudi, fuerimus affecti erga.

1 Nam & ipsi scitis. Habes in hoc capite formam veri ministri Euangelici, imitatoris illius summi pastoris Iesu Christi, qui se describit Ioannis 10. cap. Mercenarius fugit, pastor manet, ponens animam suam pro ouibus suis. Cum dicit introitum suum ad Thessalonicenses, non intelligas Apostolum splendida pompa Thessalonica ingressum, opes & splendorem regum ostentasse, eundemque vestum aut quadrigis deauratis, aut mula olofericata, & phaleris rubris auratisque ornata, vt solent plerique titulo tenus Apostoli, quos si Bias ille videret, protinus exclamaret, lapides super lapides. Sed intellexit Paulus suo introitu, puram & synceram Euangelij prædicationem. Quæ fucis & phaleris non indiget. Ingressus Christi in Hierusalem, Apostolorum in ciuitates, fuit non superciliosus & elatus, sed humilis, non inanis, sed diuinus & vtilis profusus.

2 Contumeliis affecti. Hanc pressuram Philippis, vt est in Actis 16. cap. cum Sila passus est, expulso à puella spiritu pythonico. Hac pressura non est Paulus animo demisso factus, sed fortior inuentus, dum intrepidè apud eosdem ausus est prædicare Euangelium, cum multo periculo, & multa anxietate & sollicitudine, spe vtiq; præmij promissi, vt illi durarent in afflictionibus securi, & gaudentes propter retributionem non inanem.

3 Exhortatio enim nostra. Prædicatione Pauli non est quadam fallacia, & deceptio auditorum, cuiusmodi est pseudapostolorum mos.

Laborati Paulus manibus. Act. 20. g. 1. Cor. 4. c. 2. Thef. 3. b

Forma veri ministri euangelici.

Pseudapostolorum mos.

rum, qui sua quærunt cum deceptione auditorum, vt eos sibi faciant obnoxios: ad quod nonnunquam vtuntur malis artibus per signa mendacia. Qui enim fallere studet, non conuincit semetipsum (vt Paulus frequens fecit) in pericula: sed delictis indulget potius, & suum ipsius negotium agit. Neque, inquit, in dolo: hoc est, nihil per hypocrisim. Nō egi, inquit, aliter cum meis sociis, quàm sicut Deus nobis commisit, qui ad hoc munus apostolicum nos dignos fecit.

Immunditia, doctrina maleficia.

4 *Neque de immunditia.* Immunditia dicit maleficam, & abominandam doctrinam: quam ideo immunditiam vocat, quòd impuris, & sordidis artibus fiat, ad imponendum simplicibus.

5 *Cum possemus vobis oneri esse.* Beatus Ambrosius legit, Honori, non, Oneri: ad comprimendos (inquit) eos, quibus nec facultas erat, nec pudor. & tamen honorem sibi poscebant se enim potius quàm Dei doctrinam commendari volebat. Apostolus autem qui gloriam non ad præsens, sed in futuro requirebat, se humilem faciebat, vt Dei prædicatio exaltaretur. Hæc Ambrosius. Ad hunc sensum facit quod sequitur, & cōtinenter adiecit, Vt Christi Apostoli. Neq; enim est Apostoli & Episcopi grauare quemquam suo supercilio, seque imperiosum, & autoritate inflatum ostentare: Sed fiant paruuli, id est, mites, minimèque austeri, vt hic Paulus insinuat. Aut legito, Oneri: & sensus erit, Cùm possemus à vobis accepisse sumptus, abstinuimus, & non fuimus vobis oneri, non vos grauauimus.

Episcopi pariter.

6 *Memores enim estis.* Explicat quæ dixit, cum possemus vobis oneri esse. Prædicatori, aut doctori debetur victus auditoribus, secundum Euangelium, Dignus est operarius mercede sua. Et 1. ad Timot. 5. Qui bene præsent presbyteri, duplici honore digni habeantur. Verùm Paulus, ne occasionem daret pseudopostolis, sua quærentibus, suo etiam iure sæpe cedens, labore manuum victitabat. De his vide 9. cap. 1. Corinth. Testes estis, ait, quã die & nocte laborauerim, & quanto sudore victum mihi parauerim, ne cui onerosus essem. In nostris victiuitates laboribus gratis prædicauimus vobis Euangelium Dei.

Prædicatori debetur victus.

Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniã cum accepissetis à nobis

Auditus Dei De deo, vel, quo Deum dicebatis. nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & Dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos Gentibus loqui, vt salui fiat, vt impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem. *obstunt nobis ne loquamur gentibus.* Nos autem, fratres desolati à vobis ad finem, vel aeternum. Desolati, Orbati, Horæ, vel breue. Festinauimus, Studimus. Quoniam, qua propter gloria: Gloriationis

Iudæi persecutores Pauli.

tempus horæ, aspectu, non corde abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desyderio: quoniam volumus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel & iterum: sed impediuit nos Satan. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra, & gaudium.

Satan.

1 *Verbum auditus Dei.* Id est, sermonem de Deo, aut sermonem quo Deum dicebatis. Per nos enim (ait Apostolus) Deus loquitur.

2 *Vos enim imitatores facti.* Credentes Iudæi multa patiebantur ab incredulis Iudæis, cæsi, incarcerati, &c. quorū & bona proscribentur, & egestate laborabāt, vt necesse fuerit mitti ad victum necessaria ex Ecclesiis Gentium ad Ecclesias quæ erāt in Iudæa: vt vides Roma. 15. & 1. Corinth. 16. Huius ne-

Assigebantur fideles.

Contribules

Impij in pe-
ius semp̄ pro
ficiunt.

Matth. 24.

Desertio di-
uina.

gotij in primis curator insignis erat Paulus, sicut dicit ad Gal. 2. Vt pauperum, inquit, memores essemus: quod etiam sollicitus sui hoc ipsum facere. Eadem iam Thessalonicenses à suis contribulibus, id est affinibus, & conciuibus suis passi erant, quæ Iudæi à Iudæis: id quod ad constantiam fidei eorū pertinet, sicut supra ostensum est.

3 *Vt impleant peccata sua.* Grauius accusat suos Iudæos hoc loco Paulus: Impij Dei iudicio semper proficiunt in peius. Sicut enim diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum: ita impijs & obstinatis, sua cedunt in malū donec ira Dei cōsummatē veniat super eos. Exemplo sint Pharaō Exod. 9. & Iudæi hoc loco, & ad Rom. 9. & Matth. 23. Implete mēsuram (ait Christus) patrum vestrorum Genes. 15. Nondū impletæ sunt iniquitates Amorrhæorū Præterea hīc ea dicit Paulus peccata, quæ olim in prophetas, & in Christum deinceps, & in Apostolos demum hī commiserunt: ac si diceret, Vt ostendant sese maximè deliquisse, attingisse quæ iam resertam nequitiam mēsuram, & scelerū apicem. Nolite putare nouū quòd à cōciuib⁹ affligimini. Nā Christū sui tradiderūt, Iudæi in quā, qui & proprios prophetas, filios in quā, suos occiderunt, & nos Apostolos Domini, Iudæo sanguine ortos patriis expellunt sedibus, & plusquam crudeliter persequūtur. Dicit potest ad hūc modū: Vt impleat peccata sua, id est, vt semper sui similes esse pergant. Aduersus hos dicebat Stephanus Act. 7. Dura ceruice & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis: sicut patres vestri, & vos &c.

4 *Vsque in finem.* Significatur (ait Theophylactus) vltio illa, & vindicta inuitabilis, quā illis imminere prædictum est, à Christo, & à Prophetis, Hæc ira mihi videtur esse effectus desertionis diuinæ, plenæ vltionis subsequētis: hæc implei videmus in obstinatione Iudæorū. Si tamē intelligatur textus iste de ira præsentis vitæ, impleta sunt hæc Pauli verba, paulò post in excidio Hierosolymitano: tāquā Iudæi impleuerint peccata sua illis quadraginta annis ad executionem proprii excidij, vsque in finem sine termino, qui nunquam restituendi sint in pristinam dignitatem. Pertinet hæc criminatio & excidij denunciatio, vt Thessalonicenses in fractioni animo istorum persecutiones perferrent.

5 *Nos autem fratres desolati.* Desolati, velut orphani facti & orbati vobis, ceu filiis, ad breue tēpus. Certè extenuat Paulus ablen-

absentiam suam, quā neque perpetuam, neq; diurnā dicit. 6 *Quæ est enim nostra spes.* Nota emphasim. Nonne huiusmodi verba matrum sunt, viscerum immenso quodam ardore, & amoris flagratia pueros minutiores lepidè appellantium? 7 *In aduentu eius.* In extremo etiam iudicio, Paulo licebit dicere: Domine, ecce quinque talenta tradidisti, &c. Et audire, Euge serue bone, &c.

DICTIO.

ERROR, hoc loco imposturam dicit.

SINE querela, Inculpate, irreprehensibiliter.

CONTRIBVLIS, penultima producta, qui ex eadem est tribu.

Error.

Singulare fuit Pauli gaudium, gentiū vera conuersio. CAP. III.

Sustinentes
Ferentes.

Solis, Soli.
Exhortandos, Vt con-
solaretur.
Vestra: Vel
nostra:



Propter quod, nō sustinētes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis, & misimus Timotheum fratrem nostrū, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra: vt nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus. Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis, passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. Propterea & ego amplius nō sustinens, misi ad cognoscendā fidē vestrā: ne fortè tētauerit vos is, qui tētāt, & inanis fiat labor noster. Nūc autē veniente Timotheo ad nos à vobis, & annuncian- te nobis fidē & charitatē vestram, & quia memoriam nostri habetis bonā semper, & desiderātes nos videre, sicut & nos quoque vos ideo consolati sumus, fratres, in

Act. 16.4

Sustinens.
Ferens.

Nunc, nu-
per.

Orat Paulus videre Thessaloni.

vobis in omni necessitate & tribulatione nostra per fidē vestrā: quoniā nūc vivimus⁴ si vos statis in Domino. Quā enim gratiarū actionē possumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deū nostrum, nocte ac die abundantius orantes vt videamus faciē vestram, & cōpleamus⁵ ea quæ defunt fidei vestræ? Ipse autē Deus, & pater noster, & Dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autē Dominus multiplicet, & abūdare faciat charitatē vestram in inuicem, & in omnes: quemadmodum & nos in vobis, ad confirmanda corda vestra sine querela in fāctitate ante Deum, & patrem nostrū in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius. Amen.

Zelus Pauli.

¹ Propter quod. Quanta solitudine Paulus pro Ecclesiis² suaauerit, hæc aperit. Quæ perspicacius agnoscimus ex collatione huius capituli cum Act. 17. capite. Oborta turba commotōq; populo & magistratu Thessalonicensium, fratres Paulo consultum volētes, hūc vnā cum Sila nocte intēpesta miserūt. Atq; hi Berrhæam profecti sunt, sed & hac eiectus Athenas proficiscitur Paulus, hūc q; Silam atq; Timotheū vocat, qui Berrhææ interim hæserant. Interea Satanā omnem mouens lapidem, quod herbescentem Euāgelij segetem apud Thessalonicenses proculcaret, grauissimam in membris suis persecutionē contra veritatis cultores excitat. Paulus verō Athenis miserè metuēs ne in fide tenelli ad auitā deficerent superstitionem, semel atque iterum statuit opem ferre periclitibus. At quum neq; tutū neq; necessariū esset (ad eō sauebat persecutionis procella) infans turbarū fluctibus sese ingerere, tandem Timotheū (quē nō vsque ad eō grauis aduersariorum premebat inuidia) mittit vt pro nomine Christi patientes

In vobis.
Per vos. qd
Necessitate
Afflictione.

tientes confirmaret. Timotheus itaq; Thessalonicam profectus infra cōto animo, verum confidentes reperit Thessalonicenses. Redit ergo Athenas, & Paulo, qui hūc interim resederat, miram Thessalonicensium prædicat constantiam. Quæ cum audiisset Paulus, has ad Thessalonicenses ab Athenis scribit literas, quibus laudat illorum fidem & constantiam.

² In hoc positi sumus. Christianorum, in primis prædicatorū, est crux, & malorum tolerātia. In hoc enim positi sunt: id est, in hunc vsū, vt mundi ignominia sustineāt. Sed quōdista patiūtur cōfirmatio est Euāgelij. Matth. 16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Ioan. 15. Non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur.

³ Is qui tentat. Id est, tentare solet, hoc est Satan. Is tētat nō solum ad impuritatem carnis, qua fidem labascere faciat, de qua vides cap. sequenti: verum etiam multō amplius per falsos prædicatores, vt fiat inanis labor noster: id est, vt totum Euāgelium nihil p̄sit illis, qui abducūt a Satana in alia viā.

⁴ Quoniam nunc vivimus. Quoniam nil nobis tam curæ est, quā vt vos stetis in fide: afflictiones meas nihil moror, imō eas loco vitæ duco, modō perstiteritis in fide: quasi diceret illorū offensionē pro morte se ducere, & profectum pro vita.

⁵ Et compleamus. Non quōd illorum fidem & constantiam minutam dicat: Sed vult complere, quæ ad doctrinam deesse viderentur.

Prædicatorū proprium est afflictio.

Tentator Satan.

Honestē viuendum, & resurrectio credenda. CAP. IIII.

De cætero. Quod superest.

D

E cætero ergo, fratres, rogamus vos¹, & obsecramus in Domino Iesu, vt quēadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo: sic & ambuletis, vt abūdētis magis. Scitis enim² quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum. Hæc est enim voluntas³ Dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos: à fornicatione: vt sciat

Ambulare & placere Deo.

Volūtas dei Rom. 12. & Ephes. 5. d

vnusquisque vestrū vas suum posside-
re in sanctificatione, & honore: nō in pas-
sione desiderij, sicut & gentes quæ igno-
rāt Deū. Et ne quis supergrediatur⁴, neq;
circūueniat in negotio fratrem suū: quo-
niā vindex est Dominus de his omnib⁹,
sicut prædiximus vobis, & testificati su-
mus. Nō enim vocauit nos deus in immū-
ditatē sed in sanctificationem. Itaque qui
hæc spernit⁶, non hominem spernit, sed
Deū, qui etiā dedit spiritū suū sanctū in
nobis. De charitate autē fraternitatis nō
necessē habem⁹ scribere vobis: ipsi enim
vos à Deo didicistis, vt diligatis inuicē.
Etenim illud facitis⁷ in omnes fratres, in
vniuersa Macedonia⁸. Rogam⁹ autē vos.
fratres, vt abūdetis magis, & operā detis,
vt quieti sitis, & vt vestrū negotiū aga-
tis, & operemini manibus vestris¹⁰, sicut
præcepimus vobis, & vt honestē ambule-
tis ad eos, qui foris sunt, & nulli⁹ aliquid
desyderetis. Nolumus autē vos ignora-
re, fratres, de dormientibus¹², vt nō cōtri-
stemini, sicut & cæteri, qui spēs nō habēt.
Si enī credimus, quōd Iesus mortuus est,
& resurrexit: ita & Deus eos, qui dormie-
rūt per Iesum, adducet¹³ cū eo. Hoc enim
vobis dicim⁹ in verbo Domini, quia nos,
qui viuimus¹⁴, qui residui sumus in aduē-
tu Domini, non præueniemus eos qui
dormierunt. Quoniā ipse Dominus¹⁵ in
iussu, & in voce archangeli, & in tuba
Dei

Ioan. 13. d
e. 15. d

1. Ioan. 2. b
e. 4. d

Operari ma-
nibus.

2. Cor. 15. d

In passione
desyderij,
Cum affectu
concupiscen-
tia.
Supergre-
diatur, neq;
circunue-
niat, Oppri-
mat ac frau-
det.

Nullius &c.
Nulla re vo-
bis sit opus,
vel curate ne
implorandū
sit vobis alie-
nū auxilium

Viuimus,
Possunt hæc
verba verti
in futuro.
In iussu,
Vel cum hor-
tatu.

Dei descendet de cælo: & mortui¹⁶ qui
in Christo sunt, resurgent primi. Deinde
nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul
rapiemur cum illis in nubibus obuiam
Domino in aëra, & sic semper cum Do-
mino erimus. Itaque consolamini inui-
cem in verbis istis.

Relinqui-
mur, Reliqui-
erimus.

1 Rogamus vos & obsecramus. Paulus in genere hortatur ad profectum eorum, quæ per Euangelium didicerant: ac obsecrat, vt in iis auctiores & instructiores quotidie euadere curent. Hortatur per dominum IESVM, quia nihil est in orbe quo validius feriat & commoueat pectus Christiani.

2 Scitis enim quæ. Hæc præcepta, inquit, neque mea sunt, neque meam præferunt auctoritatem, aut imperium, sed IESVS Christi: quæ si contempseris, non me, sed dominum IESVM te contempsisse agnoueris.

3 Hæc est enim voluntas Dei. In primis admonet, vt sancti simus corpore. Quæ subduntur in textu, explicant huc locum intelligendum esse de castitate. Ad id esse Dei voluntatē dicit, vt abstineatis à fornicatione: non solum ab adulterio, sed etiam ab ea (quam simplicem dicunt) fornicatione. Vt vnusquisque possideat vas suum (id est corpus suum, in quo hospes omnis munditiæ author inhabitat. 1. Corinth. 3. & 6.) in sanctificatione. Qui enim castē viuunt, terius & mundius seruant corpus. Et in honore est, cum violentum illud incontinentiæ peccatū vitatur. Libidinis mala horrendè sæpe dānauit Deus: vt in diluio, in perditione Sodomorum, in vindicato scelere Beniamitarū, Iudic. 19. Genuū, quæ Deū ignorant, sunt istæ abominationes: vt vides Rom. 1. Eleganti metaphora corpus cuiusvis Christiani hominis vocauit vas, iuxta morē Hebraicū. Atq; hac voce allusit ad rem figuratā, primāq; hominis cōditionē. Nā vt homo se fragilē esse cognosceret, & rebus caducis se minimè cōmitteret, vel nimis testā hāc fictilē curaret, genioq; indulgeret, de terra cōditus legitur. Huc pertinet quod dicebat Isa. 52. Mūdeminī qui portatis vasa domini. Id est, vos ipsi, qui estis Deo cōsecrati, & tēpla sancti spiritus, puri estote. Vult ergo Paulus hoc loco, vt quilibet nostrū corpus suū propriū, quod à deo accepit, possi-

Fornicatio
& adulteriū
non idem.

Libidinē hor-
rendè dāna-
uit deus.

deat in honore & sanctificatione. Hoc est, sit purum & non coinquatum morbo turpium cupiditatum, quo laborant Gentes deditæ omni luxuriæ scædæ. De quibus Roman. 1. Ephes. 4. 1. Corinth. 3. & 6. & 1. Petri. 4. multa leges. Alij intelligunt, per vas vxorem, præcipique ab Apostolo, vt quilibet vxore sua pudicè & moderatè vtatur, non abutatur per affectum concupiscentiæ. Est Christiani animi Christianas vxores non impudenter, quasi ferina rabie illas ardere & perditè amare, sed castè & sanctè diligere. Magis mihi arri det prior interpretatio.

4 *Et ne quis supergrediatur.* Hoc primum referendum puto ad id, ne quis fraudem faciat coniugio alterius, & ne suppeditet, ac vi, & violentia opprimat. Hoc enim contextus videtur requirere, deinde ad omnia alia: Ne facias fratri, quod tibi non vis fieri. Quod si charitate motus id non feceris, cogita Dominum Deum vltorem, & diem illum magnum omnia reuelaturum. Hæc reuera tuo poterunt mederi morbo. Nomine negotij, intelligimus venditionem, emptionem, mutuum, locationem, & huiusmodi, quæ ad hominum commercium pertinent.

5 *In immunditiam.* Ac si dicat, Non vocauit nos Deus hac lege, vt essemus immundi.

6 *Itaque qui hæc spernit.* Occupatio est, qua diluit quoridam blasphemias dicentium, Quid mihi cum Ecclesiasticis præceptis negotij? Quis Paulus? Quis Petrus erat? Ita hodie, Quis Augustinus aut Hieronymus? An non homines, & miseri, & mortales erant, similes nobis? Respondet Paulus: Qui mandata hæc aduersus peccata & corruptissimos mores à nobis pronunciata spernit, non hominem sed Deum spernit, qui per nostrum ministeriū operatur in vobis. Ille enim in Evangelio dicit: Qui vos audit, me audit. Item quorum remissionis peccata, remittuntur: & quorum retinueritis, retenta sunt. Et Moyses Exod. 16. ad filios Israël dixit: Nō contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.

7 *Etenim illud facitis.* Diuites & opulenti erant Thessalonicenses, qui pauperum necessitates per vniuersam Macedoniā subleuabant. Quorum exemplo, discant vrbes locupletiores egenis & pauperibus subuenire.

8 *In vniuersa Macedonia.* Macedonia meminit, quia metropolis Macedoniae erat Thessalonica.

9 *Regamus*

9 *Regamus vos fratres, vt abundetis.* Exhortatio est ad augendum pietatem, vt abundetis magis. Id est, vt operibus charitatis vosmetipsos superetis. Enitendum enim est, vt operibus piis exercitatis in dies siamus locupletiores. Et ne desit facultas, operā date vt quieti sitis, & vt vestrū negotium agatis, id est, agatis res proprias. Cū Paulus hic quietis meminit, nō intelligit ocium iners, sed ne alienas res curent, & proprias negligant. Id quod ociosi & rerum perturbatores solent. 2. ad Thessalonic. 3. Audiuius enim inter vos quosdā ambulantes iniquè, nihil operantes, sed curiosè agentes. Proinde res proprias agere, & propriis manibus laborare, est quieti esse. Ad tranquillam enim vitam permultum facit, si ipsi tibi viuas, nemini sis oneri, nemini, facessas negotium.

10 *Operemini manibus.* Christiani ea tempestate erāt, qui ob fidei professionem, fortunæ bonis exhausti, in summa inopia vitam debebant. Eo hortatur, vt operentur, quatenus sibi & alijs præsidio sint: & ne ociosam ducant vitam. nam ex illa emergunt artes malæ & imposturæ, quæ misericordiam & beneficentiam corrumpunt, propterea subdit, Vt honestè, &c. id est, ne hi qui foris sunt, id est, ne infideles, si validos vos conspexerint & ociosos mendicantes, offendantur, & scandalizati fidei detrahant.

11 *Et nullus aliquid.* Curate ne quid vobis desit, & ne sit implorandum auxilium alienum.

12 *De dormientibus.* Id est, de mortuis: quos ideo dormientes dicit, propter resurrectionem futuram, cuius hic meminit. Qui enim dormit, & excitetur necesse est.

13 *Per Iesum adducet.* Omnium quidem est futura resurrectio: sed fidelium & iustorum tantum honorabilis, & gloriosa.

14 *Quia nos qui viuimus.* Cū dixit, Qui residui sumus: adiecit, In aduētū Domini: sub sua persona complectitur eos qui in humanis, tunc temporis egerint. Vel eos viuere dicit, qui in Christo assequuntur salutem. Quo tropo est vsus David dicens: Non mortui laudabūt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum: Sed nos qui viuimus, &c. Nō præuenient alij alios in translatione gloriosa: quia omnes in momento resurgent. Et si qui tunc viui reperientur, tam subita morte occupabuntur, vt quasi mortui non apprehendantur. Hoc modo omnes viui & iusti per IESUM VNĀ obuiā Christo prodibunt glorificandi.

Manibus operandum.

Dormientes.

Vox Archangeli iudicio.

Iudicium ad quod omnes resurgent.

15 *Quoniam ipse Dominus.* In scripturis describitur aduentus Domini, quasi in prælium descendat rex aliquis, ad debellandum rebelles, & exaltandum obedientes. Vnde hic Archangelum nominat, quasi ducem exercitus, & hortatum, & tubam, Et Matth. vigesim o quinto signum, siue vexillum filij hominis in cælo, exercitum multum, & maiestatem. Hunc verò iustum, siue hortatum, & vocem Archangeli, & tubam Dei, intelligo vocem filij Dei, cuius verbo & potentia mortui resurgent, & conformabuntur corpora nostra, nunc vilia, corpori claritatis sue, vt dictum est ad Philippenses tertio. Sic enim ipse ait Ioannis 5. Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei. Et eodem cap. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, &c. Aut per vocem Archangeli & tubam, intellige angelicas virtutes, quarum ministerio usus est in resurrectione Christus, etsi per se id potest. Præcipiet ita Dominus in voce Archangeli, cæteris Angelis præsentis, & adclamantis, Surgite mortui, prompti, paratique estote omnes, adest enim iudex.

16 *Et mortui, qui in Christo.* Id est, fideles, vt qui in nubes sint subleuandi, resurgent primi, non tempore, sed dignitate & merito, respectu damnatorum. Deinde si rogaueris de his qui tunc viui reperientur: Certè simul in aëra rapiuntur minillio angelorum cum fidelibus, quorum mors quasi non apparuit mors. Sunt qui opinantur illos, non morituros. Legito Ambrosium, libro de fide resurrectionis, cap. 9.

CONCILIATIO.

17 *hic Paulus insinuat, dicens:* Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui viuimus, simul cum illis rapiemur, obuiam Christo in aëra, & sic semper cum domino erimus: cum beatus Ioannes Apocal. 20. dicat, de regno sanctorum præfinitum tempus: Et regnabunt (inquit) cum Christo mille annis? Quod Apostolus dicit, sic semper cum domino erimus: vtiq; de futuri iudicij tempore dicit, ex quo cum Christo sine fine regnabimus. Quod autem Ioannes ait: Et regnabunt cum Christo mille annis: de tempore huius vite hi mille anni accipiuntur, quod interiectum est inter duos Christi aduentus, vnum incarnationis, alterum vniuersalis iudicij sui: quod tempus medium, quatorumcunque annorum spatii extendatur, propterea mille annos appellauit, vt aut à

toto

toto partem tropicè cogat intelligi: aut plenitudinem ipsius numeri, qui dicitur mille, inter aduentum primum Christi & secundum, quicquid est temporis comprehendat. Cum Christo enim sancti mille annis regnare dicuntur, propter ecclesiam dei, quæ in regno fidei à tempore incarnationis Christi, vsque ad tempus iudicij superuenturi in fide & opere dilatata ostenditur. Et hoc tempore fideles cum Christo in ecclesia fideliter viuentes regnant. Alij interpretantur locum Ioannis dicentes, Numerum finitum pro infinito positum: quod non raro fit in sacris.

Vltimus Christi aduentus.

CAP. V.

Momentis, vel articulis aut opportunitatibus temporum.



DE temporibus autem, & momentis, fratres non indigetis vt scribam vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies

Petri 3. c

Securitas, vel tuta ciuitas. Habentis.

Domini sicut fur, in nocte, ita veniet: cum enim dixerint, Pax, & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolus in vtero habentis, & non effugient.

*Apoc. 3. c
c. 16. c*

Vos autem fratres non estis in tenebris: vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos, filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus, sicut & cæteri: sed vigilemus, & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induti lorica-

In iram: sed &c. vel vt iram nobis concitemus, sed vt salutem consequamur.

mei: sed fidei & charitatis, & galeam spem salutis: quoniam non posuit nos Deus in iram: sed in acquisitionem salutis, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus

*Esaiæ 58. c
Ephes. 6. c*

P

est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod⁸ consolamini inuicem: & edificate alterutrum, sicut & facitis. Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos⁹, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos: vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum¹⁰: pacem habete cum eis¹¹. Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos¹², consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est, sectamini inuicem, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite¹³ extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis¹⁴ sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi conseruetur. Fidelis est¹⁵, qui vocauit vos: qui etiam faciet. Fratres, orate, pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per Dominum, vt legatur Epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

Cōsolamini, hortemini.

Abundantius in charitate in summo proelio per charitatem. Inquietos, inordinatos, suscipite, subleuate, fulcite.

Per omnia, vt, totos.

1 Dili-

1 Diligenter scitis. Id est, exactè nostis, siue ad plenum scitis. Diligenter scire.
 2 Et securitas. Id est, tuta res, & nihil est periculi.
 3 Sicut dolor in vtero. Beatus Ambrosius sic legit: Quæadmodum dolor partus prægnati. Aptæ est hæc similitudo. Nouit enim mulier sese parituram omnino: pariendi vero tempus ignorat. Quò fit, vt per eam septimo mense, præter naturæ institutū, & via mediâ, nihil præscia, partus ediderint. Vt quæ & hæ per lusum plerūq; & iocum, derepente ineffabilibus simul doloribus cruciantur: sic & illorum animæ, qui præsentis hoc seculo per delicias ducunt, & luxum, hæc vitam, cum dies ille aduenerit, nequaquã sunt mortem & interitum euasuræ.
 4 Vos autem fratres, non estis. Lenit piorum animos allegoria lucis & tenebrarum. Quæ de repente interitu dixi, de impiis intellexi, de vobis meliora speramus. Nam non estis in tenebris desperationis, sed in luce & die ambulatis. Vt est, estis fideles, cū Christo luce ipsa versantes. Dies ille non vos occupaturus est in morem furis. Quia vigilatis expectantes Dominum vestrum, cui seruitis, & cuius radii illuminati & edocti, hanc peregrinationem absoluitis.
 5 Non dormiamus. Dormire hic vocat, negligere, & ignorare. Dormire dominum: sicut & in parabola euangelica, id quod sequitur qui dicuntur. ex inebriatione, quã intelligere licet curas & sollicitudines, delicias & voluptates huius vitæ.
 6 Ebrj. Ebrietatem dicit, non modò vinaticam illam, & à Ebrietate. Baccho progenitam: sed quæ à quibusuis vitiis oritur temulentia, tanquam quæ ipsius naturæ limites & metas excedat, & mentem ipsam obtenebret.
 7 Induti lorica[m] fidei. Lorica ea est pars corporis apud medicos, quæ pectus & humeros ac scapulas complectitur, vsq; ad stomachi sedem. Vnde & vestis aut armatura hanc muniens, thorax dicitur. Et galeam spem, dixit appositiuè. Tribus armis hic nos instruit Paulus cõtra regnum tenebrarum. Fide, spe, & charitate. Fidem & charitatem in pectore collocat: quia nisi illic sint, non sunt quod appellantur (non putes hic de fide Aristotelica mentionem fieri.) Spem verò in capite, quia à deo superius expectat, quod corde credimus. Sic verò armatos, & tutos, & securos esse oportere ostendit, dicens: Quoniam nõ posuit nos deus in iram, id est, nõ vocauit nos vt eternũ damnaret nos: sed in acquisitionem salutis per dominum nostrũ Iesum Christũ: vt semper cum Christo viuã.

Similitudo.

Dormire, qui dicuntur.

Lorica.

Thorax. Arma nostra aduersus regnũ inuidi.

P ij

Prouerbio-
rum 17. c
Roma. 12. d
1. Pet. 3. b
Eccle. 18. c
Luc. 18. a
Coloss. 4. a

1. Corin. 1. b.

mus, siue vigilemus, siue dormiamus, id est, Christianorum vita, siue dormiant, siue vigilent, siue edant siue bibant, &c. semper Christi vita est: dum omnia in gloriam Dei faciunt, 1. Corinth. 10. cap,

Paraneses seu præceptiones de moribus.

8 *Propter quod consolamini.* Quædam specialius post generalem admonitionem docet. Primum, ut se mutuo ædificent, Secundum, ut præpositos venerentur, per charitatem, id est, ut præter venerationem etiam necessaria eis ministrét, & pacem habeant cum eis: ut sicut ad Hebr. 13. dicitur, Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddaturi, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.

9 *Ut noueritis eos.* Obserua verbum Noueritis. Nam agnoscere siue noscere aliquem, est eius ratione habere, operisque, mercedem rependere. Quæ loquutio Gallis vsitatissima est. Dicit enim solet aduersus ingratum: *C'est mal congneu.* Et quis ad operas aut aliquid quod volumus hortamur, dicimus: *Faites cela, te le congneu.* stray.

Episcopi propter opus honore habedi.

10 *Propter opus illorum.* Quasi dicas abundantius propter facta illorum. Hunc locum oportet adnotare diligenter episcopos, qui exigunt à suis summum honorem, cum ipsi non curent suum præstare officium.

Præceptores, oderunt mali.

11 *Pacem habete cum eis.* Hoc est, cum præceptoribus pacifice vos gerite. Nouerat enim Paulus odia esse in hos quædam oborta. Parit quippe veritas odium: & odio sæpe habentur, qui alios arguunt, & malefacta nil probant. At odio dignus non est qui arguit ut proficit.

12 *Corripite inquietos.* Ad præceptores diuertit sermonem, ut leniter, nõ per arrogantiam castigent. Pusillanimes sunt, qui in multis adhuc trepidant, timentes, ne quid defuturum sit corpori: vel ne non satis magno animo præstaturi sint in aduersis pro Euangelio ferre nequeunt tærationes. Hi sunt, qui seminati in lapides ceciderunt, omnino subleuandi, & consolandi sunt. Reddite validiores, qui fuerint in fide infirmiores: Et lenti estote ad iracundiam, õ præceptores.

Spiritus donum.

13 *Spiritum nolite extinguere.* Spiritum vocat dona spiritus, quum alij datur sermo sapientiæ, alij scientiæ, alij genera linguarum, 1. Corinth. 12. Qui talia dona habet vtatur: sed ut illic dicitur, ad vtilitatem Ecclesiæ. Alij verò non prohibeant talia, sed sinant ferri quemquam suo spiritu, modo Christiano. Addit, Prophetias nolite spernere: id est, interpretationes

nes diuinæ scripturæ & declarationes fidei, vt 1. Corinthio. *Prophætia.* 13. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Ne verò sine iudicio quodcunque suspiciamus, addit, Omnia probate, &c. Et Christus, attendite à falsis prophetis, ite à fermento Phariseorum 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere. Extinguere aspernari est, contemnere & opprimere.

14 *Deus pacis.* Deum pacis appellat, sine quo sunt perturbata omnia. Integer spiritus, id est, absque corruptione, & omnibus suis numeris & partibus sit. Hic Paulus diuidit hominem in tres partes, quarum summa & nobilissima est spiritus, quo comprehendit incomprehensibilia per naturam, si Deus illic illuminauerit. Sine enim illuminatione tenebræ sunt, & ignorantia. Atque in spiritu est domicilium fidei, & habitaculum verbi Dei. Altera est anima, per naturam quidem non separata à Spiritu: sed per opus, quod est Animare, & Vegetare, hunc & nomen habet. Hic lumen est, & ratio, quæ errat spiritus lumine absente. Est enim sapientia humana, & vt Paulus vocat, animalis homo, qui non percipit ea quæ sunt Dei & Spiritus. Tertia autem est corpus cum suis membris, Paulus hic totius hominis sanctificationem à Deo, qui Deus pacis est, fieri postulat: totius inquam hominis, vt in nullo possit culpari: non dico, coram hominibus, sed ne in aduentu quidem Christi. Hunc locum interpretatur Hieronymus in quæstionibus ad Hedibiam, quæst. 11.

15 *Fidelis est qui vocauit vos.* Id est, aperuit vobis suum Euangelium, & implebit quod cœpit, iuxta suum promissum. Ad Philppen. 1. Is qui cœpit in vobis opus bonum perficere vsque in diem Iesu Christi. Nam vt 2. cap. dicitur, Deus est, qui agit in vobis & velle & perficere pro sua voluntate.

CONCILIATIO.

PAVLVS dicens, quòd Dominus veniet, sicut fur in nocte: immemor illius est quod alibi dicit, Dominus manifestè veniet in tuba, &c. Nihil in his pugnantia est, sed vtrunque verum. Quoniam certum ac determinatum tempus quando veniet Dominus, erit ex improuiso, ac repètè: ipse autem veniens repètè, veniet manifestus & gloriosus. Atque hic modus veniendi, similis est modo quo fur venit in nocte, id est, repètè, & ex improuiso.

c v m Salomon Eccle. 7. dicat, Ne iteres verbum in ora-

Cap. I.
Oratio sine
intermissio-
ne.

EPIST. B. PAULI AD THESS. I.

Orandum est
multum, non
multum lo-
quendum.

Momentum.

tione tua: quomodo Paulus hoc loco præcipit. Orate sine intermissione. Solenter debemus meminisse quod dicitur, Ne iteres verbum in tua oratione. Quo dicto, sapiens nequam prohibet sæpe veniam petere, sed culpas iterare: ac si a parte dicat, cum malè gesta defleueris, nequaquam rursus facias, quod in precibus iterum plangas. Qui ergo verbū in oratione iterare vetuit, quasi qui orat animū despondere videtur, de remissione commissorum, non orationis frequentiam interdixit, sed culpas iterari prohibuit: aut, ut quibusdam placet, in orando multiloquium & vanum interdixit. Aduerte in multiloquio orare, hoc non est, ut multi putant, si diutius oretur. Aliud est, sermo multus: aliud, diuturnus affectus. Nā & de ipso Domino scriptum est, quod pernoctauerit in oratione, & quod proluxius orauerit. Vbi quid aliud, quam quod nobis præbatur exemplū? In tempore precator opportunus, cū patre exauditor æternus. Absit ab oratione multa loquutio: sed non desit multa precatio, si feruens perseuerat intentio. Nam multum loqui, est orando rem necessariam superfluis agere verbis. Multum autem precari, est ad eum quem precamur, diuturna & pia cordis excitatione pulsare. Nam plerunque hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus agitur: plus fletu, quam affatu, ait Augustin. epistola. 121. Probæ viduæ, tomo 2. fol. 402.

DICTIO.

MOMENTVM, propriè significat exiguam quandam mutationem, & penè indiuisibilem: quod Græci Atomon vocant. Hoc veteres etiam Momen appellabant: hinc quodcunque minimum potest Momentum dici.

F I N I S.

Missæ est prior epistola hæc ad Thessalonicenses, ab Athenis, per Tychicum diaconum, & Onesimum acolythum.

STAT

508

STATVS EPISTOLAE AD THESSALONICENSES. II.

Thessalonicenses malis mirum in modum maceratos consolatur, edisserens de secundo aduentu Christi, cui cum nullum interea præfinit tempus, Antichristum tamen futurum indicio patefacit.

LOCI INSIGNES.

1. Pœna incredulorum, & veritatem odientium. Cap. I. & II.
2. Hanc pœnam norunt quidem per fidem Christiani, sed reuelabitur in aduentu Christi. Cap. I.
3. Indicia Antichristi, & signa præcedentia aduentum Christi. Cap. II.
4. Inuocatur in rebelles & inquietos, & ociosos excommunicat. Cap. III.

P iiii

EPISTOLA B.

PAULI APOSTOLI,

Ad Theſſalonicenſes. II.

Patentia, ad regnum Dei ſemita.
CAPVT I.

*Theſſalonic.
in tribulationibus-*



PAulus, & Siluanus, & Timotheus, eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto, Gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis, fratres, ita vt dignum eſt: quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abũdat charitas vniuſcuiuſque veſtrũ in inuicem: ita vt & noſiſi in vobis gloriemur in eccleſiis Dei, pro patientia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exẽplum iuſti iudicij Dei: vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patiamini, ſi tamen iuſtum eſt apud Deum, retribuere tribulationem iis, qui vos tribulãt: & vobis qui tribulamini, requiem nobiſcũ in reuelatione Domini Ieſu de cœlo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis, dantis vindictã iis, qui non

*Pœna incredulis Euan-
gelio.*

*Exemplum
Vel, documẽ-
tum, aut oſte-
ſionem.
Si tamen,
Si quidem.*

*Virtutis eiꝰ
potẽtia ſua.*

uerunt

uerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini & à gloria virtutis eius: cum venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt,

Quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos in die illo. In quo etiã oramus noſtrum ſemper pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua Deo noſter, & impleat omnem voluntatem bonitatis ſuæ, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo, ſecundum gratiam dei noſtri & Domini Ieſu Chriſti.

Omnẽ voluntatem, Omne bonum propoſitum.

1 In exemplum iuſti iudicij: Id eſt, oſtenſionem, aut ſpecimen, aut declarationem. Tum enim clareſcet Dei iuſtitia, quum cruciatibus æternis dederunt, qui hãc ſine fine cruciant pios: & regno cœleſti poterunt, qui hãc ſpe promiſſæ felicitatis dira perpeſſi ſunt.

2 Si tamen iuſtum eſt. Si id eſt, quia iuſtum eſt. Frequens eſt in ſacris hãc modus loquendi, vt illud, Si odit Deus peccatores.

3 Et vobis, qui tribulamini requiem, Requiem dicit refrigerium & refocillationem, ſue relaxationem ab omnibus malis.

4 Dantis vindictã. Reuelabitur dies Domini, quum venerit in maiestate ſua de cœlo, cum Angelis virtutis (id eſt, potentia) eius, ſcilicet Dei, dantis vindictã in flamma ignis, & tunc reuelabitur ille flammeus gladius, de quo fit mentio Genesis 3. cap. Aduentus Chriſti erit in flamma ignis, quem admodum Dauid Pſal. 96. profiteretur, Ignis ante ipſum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.

5 A facie Domini. Quia diuina præſentia iuſtiſplendorem eſt allatura, reprobis verò ſupplicia. Huius enim vel ſolo aſpectu, rebelles & contumaces cruciandos declarabit.

Si, pro quia

Requies.

Gladius flãmẽus reuelabitur.

6 Et gloria virtutis eius. Virtutis, id est, roboris, siue potentiae ne quis hic accipiat virtutem, quae pugnat cum vitio. Aduenturus enim est cum gloria & potentia, tanquam potentissimus imperator. Et gloriosus fortitudinem & robur suum ostensurus malis & bonis.

7 Quia creditum est testimonium. Illo die resurrectionis manifestabitur, quod sermone & praedicationi meae credidistis, & bonis illis dignos vos effeceritis, quae tunc fidelibus donabuntur.

Vocatio operibus confirmata.

8 Ut dignetur vos. Vocationem hoc loco dicit, quae sit operibus confirmata, quae verè vocatio est: sicuti & viua & perfecta dicitur Fides, quae re, & actionibus nititur. Ut impleat omnem voluntatem bonitatis suae: id est, quodcunque placitum est illi impleatur in vobis. Et opus fidei in virtute: id est, fortiores vos reddat, & in fide constantiores. Est certè patientia opus fidei.

CONCILIATIO.

PAVLVS dicens, Et nos ipsi in vobis gloriemur: aduersatur ei quod 2. Corinth. 10. dixit, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Respondet, Paulum non gloriatum, nisi in Domino. hinc duplici ratione in Domino gloriatur. In primis, collaudans Dei misericordiam, & Spiritus sancti efficaciam in his, qui susceperunt verbum. Deinde hoc ipsum faciens coram aliis Ecclesiis, ut pio exemplo, & ipsae cupiant sic à Deo prouehi, quò adhuc latius Dei gloria, & sanctificatio nominis eius propagetur, Quomodo enim in his Paulum non Dei quærere gloriam sentire poteris, qui de his ipsum Deo semper & indefinenter gratias agere vides?

Antichristi exitiũ comitabitur dies Domini extremus. CAP. II.

Signa praedentia aduentum Christi.

Rogamus autem vos, fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostrae congregationis in ipsum: ut non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos

Vestrosensu, Ment. Terreamini: turbemini.

Ephes. 5. b

Domini Christi. Quoniam, Subaudi, non adueniet. Discessio primo prius. Ostendens, Ostentatus.

missam, quasi instet dies Domini: Ne quis vos seducat villo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Num retinetis, quòd, cum adhuc essem apud vos, haec dicebam vobis: Et nunc quid detineat scitis: ut reueletur in suo tempore.

Operatur, vel, agit. Nunc, vel, impraesentia. Fiat, Tollatur.

(Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat.) Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, ut salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis. Ad quod & vocauit vos per Euangelium nostrum, in acquisitionem gloriae Do-

Esai. 55. 6

Operatio- ne erroris, Efficacia seductionis. Consenserunt iniquitati, Placuit eis iniquitas. Primitias, ab initio.

Odiuntibus veritate quale iudicium.

mini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem¹⁶, siue per epistolam nostram. Ipse autem Dominus¹⁷ noster Iesus Christus, & Deus & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

In gratia,
vel, per gratiam.
Exhortetur
Consoletur.

1 Rogamus autem. Cùm audirent quidam, tum ex hac tñ priorē epistola, quæ de aduentu Domini & resurrectione Paulus disseruit, opinati sunt diem Domini & finem rerum omnium instare, & pro foribus adesse. Hæc prædicabāt pseudapostoli, & per compita & cœtus hominū clamare, non desinebāt. Quæ in multorum perniciem cedebant. Cæterum explicat, quæ diem iudicij præcedent, & quibus signis præcedentibus præmonendi sint homines. Quoniam hoc errore auellebantur ab unitate Ecclesiæ: ideo rogat & hortatur per aduentum Domini, & vnionis membrorum corporis ad caput, qui est CHRISTVS, vt non dimoueat̃ur à sana & pura doctrina, quam receperant, & ne Antichristi præambulonibus adhererent. Cùm dicit, & congregationis nostræ in ipsum, id est, per Ecclesiam seu aggregationem in ipsum. Non est creditium congregatio, nisi in ipsum Christum, qui in nomine illius congregantur.

2 Vt non citò moueamini. Id est, Si auditis de aduentu Domini, nolite citò dimoueri à vestra sententia, nolite in animos vestros, siue nolite vobis persuadere diem Domini, nunc instare. Neque terreamini, id est, nolite animis consternari & pauere, tanquam destituti omni consilio & auxilio.

3 Neque per spiritum. Species enumerat varias per quas turbantur Ecclesiæ: Id est, per prophetiam & vaticinium. Aderant enim qui se prophetas mentirentur, & afferrent diem iudicij adesse, populo illudētes, & iactātes spiritum Dei, cùm tamen ducerentur prauis cupiditatibus, vt Mōtanistæ & Valentiniani, quibus multa scripserunt: Irenæus & Eusebius.

4 Neque per sermonem. Secundam adducit speciem perturbandi

bandi Ecclesiam. Per sermonē intelligit doctrinam viua voce depromptam, quæ si eloquentia & probabilitate instructa sit, pestilentissima est.

5 Neque per epistolam. Tertia species est epistola supposititia, aut scriptum aliquod falsa inscriptione decoratum. Solent enim (ait Ambrosius) tergiversatores vt fallant, sub nomine alicuius clari viri epistolā fingere, vt authoritas nominis possit cōmendare, quod per ipsum recipi non possit. His technis & cōmentitia arte, impuri & nefandi quidam nebulones Ecclesiæ Dei illuserunt, qui plurimos libros, plures epistolas atque tractatus, titulo & nomine eruditissimorum & sanctissimorum doctorum obtrudere: qui si viuerent, huiusmodi libros & tractatus non agnoscerent, suos esse negarent. Præterea sunt libelli præclaris ornati titulis, magnifica & spiritalia promittentibus. Sed si introspexeris, venenatam & erroribus admixtam deprehēdes doctrinam. Cauendum est ab huiusmodi imposturis, firmiterq; teneamus, quæ cum matre Ecclesiæ Iesu Christi sponsa, conuenient: ad quam (si de dogmate contouertitur) tanquàm ad anchoram recurramus oportet. Ipsa enim est (vt infra ad Timoth. dicitur) columna & firmamentum veritatis.

6 Quoniam nisi venerit discessio primum. Discessio: id est, Antichristus, quæ eò discessionem appellat, quia re ipsa ita futurū sit, vt multos faciat à Christo desciscere, vel electos ipsos si fieri potest. Hos saltem multis tentationib⁹ oppugnabit. Insuper hunc hominem peccati dicit, quia futurus sit scelerum omnium patratōr, seductur⁹q; & alios ad peccandum. Perditionis filium nuncupat, vt qui & perendus sit tandē. Hūc Zacharias cap. ii. vocat Pastorem stultum, & Idolum. Evangelistæ nominant illum Abominationem, & Desolationem, in sancto loco, & templo Dei sedentem. A Daniele Rex impudens facie dicitur, & Rex laruatus, cuius maledictione os plenum est, ait Dauid. Quis igitur iste? Num Satan erit? Minime: sed homo aliquis ab eo vim omnem ad mala peragenda desumens. Cùm dicitur, quoniam, & c. subaudiendum est, non veniet Dominus ad iudicium, nisi & c.

7 Et reuelatus fuerit. Non erit hypocrita Antichristus, cuius peccatū lateat, & cognosci nō possit: sed erit manifestus homo peccati, qui extollitur supra omnē qui dicitur De⁹: id est supra omnē cui debetur veneratio religiosa: cuiusmodi sunt

Antichristi
nomina.
Antichristus
discessio.
Homo peccati.
Perditionis
filius.
Pastor stultus.

Idolum.

sacramēta, & sacra siue res, siue loca, siue tempora, & similia; imò se Deum dicet, & mentietur. Apparet ex hac Antichristi circumstantia Mahumetem, qui fuit sub Heraclio, & cuius secta in hunc diem durat, non fuisse hunc Antichristum, cuius hic Paulus meminit: quia non se Deum, sed solum Prophetam, & Dei nuncium appellauit. Antichristus Idola euerret, & cultum sanctorum, seque Deum esse solum asseret.

8 *Nunc retinetis.* Id est, nonne meministis: ac si dicat, Tam dica estis memoria, ut quæ paulò antè dixeram, non teneatis. 9 *Et nunc detineat scitis.* Cognoscitis quid prohibeat, & impedimento sit ne adhuc veniat ille iniquus. Quid autem illud fuerit, quidam aiunt gratiã spiritus, quæ prohiberet. Alij, ut Beatus Chrysostomus, Romanum imperiũ. Nam nisi Romanum imperiũ euerteretur, nullam Antichristus habiturus est viam, ut queat pro sua cupiditate, quæ velit, perficere. Hoc non dicit Paulus breui futurum: sed suo ut tempore reuelatur, ut tempus incertum & inexplicatum relinquat.

10 *Nam, mysterium iam.* Per iniquitatis mysterium Neronem designat, ait Theophylactus, qui Antichristi figuram præferret: quandoquidem & impurius esset, & Deus dici, & haberi quærebat. Sed quare palàm hunc non nominat? Dico, non quia hunc reformidet Paulus, sed nos ut erudiat, ut nimia odia refugiamus, nisi fidei ratio vigeat. Aut dicit Antichristũ operari, non quòd hæctenus apparuerit Antichristus, sed quia occultè iam illius spiritus, vis, & energia, apparet, valet, & agit in his, qui persequuntur Christianos.

11 *Tantum ut qui tenet.* Glossa ordinaria huic loco, iuxta Doctorum sententiam, satisfacit. Quum Romanum imperiũ tolleretur de medio, (ait Theophylactus) tunc adfuturus est ille Antichristus. Quemadmodũ enim ante Romanorũ summam omnium monarchiã, fuere aliena sublata imperia, sicuti Medorum constat à Babyloniis, Babyloniolorum à Persis, Persiarum à Macedonibus, Macedonũ à Romanis fuisse deleta: sic & Romanũ hoc regnum ab Antichristo tolleretur. Et id quidem ita futurũ Daniel, ipse testificatur cap. 7. per bestiæ imaginem. In hunc modũ declaratur textus: Gēs Romana, quæ tenet imperium, teneat, donec ab ea auferatur, & tunc Antichristus apparebit. Nonnulli de Nerone intelligunt, quæ putant, aut resurrectorum ac futurum Antichristum, aut in hoc sublatum adseruari, ut suo tempore prodeat. Quidã de fictis Christianis

Mahumetes

Neronis nomen tacet Paulus.

Imperiorum successio.

Christianis interpretantur. Quibus de rebus accuratius disse- rit Augustinus libro de ciuitate Dei 20. cap. 19.

12 *Quem Dominus Iesus interficiet.* Christus Antichristum cõsumet opera & virtute spiritus sancti. Et destruet illustratione, &c. Id est, illuminatione, & claritate Christi aduenientis obscurabitur Antichristus. Hic locus desumptus est ex Isa. cap. 11. Cuius verba sic habent: Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ: & percutiet terram in virga oris, & in spiritu labiorum suorum interficiet impiũ. Venusta est periphra- sis verbi dominici, Spiritus oris, aut labiorum. Verbum enim Dei validus ille gladius est, quo superbi istius Goliath caput amputatur.

13 *Charitate veritatis.* Dilectione veritatis: id est, amore veri. *Dilectio veritatis.* Aut, ut alius placet, ipsum Christũ, qui est charitas & veritas.

14 *Ideo mittet.* Deus permittet, ut efficacia seductionis & imposturæ agat in eis credentibus Antichristo, qui spiritu immundo ducetur. Diuus Hieronymus arbitratur Paulum sum- pisse ex Esaia cap. 29.

15 *Primitias in salutem.* Hoc loco Paulus significat illos inter primos fuisse vocatos ex Thessalonicensibus. Aut primitias illos dixit, quòd ab initio illos elegerit Deus.

16 *Siue per sermonem, siue per.* Hic Paulus hortatur, non minore excipienda esse honore, quæ solo sermone, non scripto illis tradidit, quàm quæ literis mandauit. Propterea cùm Ecclesia spiritu sancto directa non minoris sit authoritatis, quàm Paulus, ausim affirmare quæ sunt nobis Ecclesiæ traditio- ne, seu viua voce tradita, non secus atque illa quæ scripsit Apostolus: sunt fide digna. Itaque si quid ab Ecclesia est traditum obserua, & nihil vltra perquiras. Quid huic loco responde- bunt Neochristiani, qui asserunt nihil excipiendum esse, quòd sacris literis non est expressum?

17 *Ipse autem Dominus.* Tollitur hic eorum error, qui edo dicebāt filium patre inferiorem, quòd in sacrosanctis baptismi verbis, post patrem filius nominetur. Ecce cõtrã, in hoc orationis contextu patri filius anteponitur. Qua oratione exoptat eis profectũ & perseverantiã per Deũ. Hac sententiã totam Euangelij summam intertexuit, nempe quòd Deus dilexerit genus humanum, & dederit ipsi æternam consolationẽ Iesum Christum, qui est spes nostra: dederit inquam, non propter merita nostra, sed per gratiam suam.

Ecclesiæ au- thoritas.

Non minoris authoritatis sunt quæ voce, quàm scri- ptæ sunt à sanctis.

CONCILIATIO.

CVM Ezechiel. 18. cap. dixerit, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt uiuat: Quid hic Paulus ait, Quod Deus Antichristum aduentare permittet, cuius aduentu homines tantu nocumenti accepturi sunt?

RESPONDENDVM: Nullus timor incesat electos, non pefsudabit Antichristus. Ait enim Paulus, In omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, non autem iis qui salui fient, id est, electis. Habet nanque ille in perditis potestatem, qui, vel si nec esset ille venturus, essent tamen in sua peruicacia permanfuri.

DICTIO.

Disceffio.

DISCESSIO à discedo, Græcis est Apostasia, quod diuus Ambrosius vertit Defectione. Nempe cum aliquis deficiat à suo authore, seu principe. Hinc Apostatare, & Apostata.

Homo peccati.

HOMO peccati. Antichristus intelligatur, qui secundum operationem erroris, id est, energiam & efficaciam seductionis, vel imposturæ, seducturus est multos per prodigia, quæ facturus est: nimirum agente spiritu immundo in illo.

In ociosos inuehitur.

CAPVT III.

Coloff. 4.

DE cætero, fratres, orate pro nobis, vt sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis, & malis hominibus: non enim omnium est fides. Fidelis autem Dominus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo. Confidimus autem de vobis, fratres, in Domino, quod quæcunque præcipimus, & facitis, & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. Denunciamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fra

De cætero, quod super est.

Importunis, absurdis vel, prodigijs.

Patientia, in expectationem. Denunciamus, præcipimus.

omni fratre ambulâte inordinatè, & nõ secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non in-

Inquieti fuimus, inordinate vestimus nos.

quieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo: sed in labore, & in fatigatione nocte & die operâtes, ne quem vestrum grauaremus. Nõ quasi non habuerimus potestatem: sed vt nosmetipsos formam daremus vobis, ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis: Quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audiuius enim inter vos quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes. Iis autem qui eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu, vt cum silentio operantes, suum panem manducet. Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes. Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate: & ne commisceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. Ipse autem Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Laborat manibus paulus Act. 20. g. 1. Cor. 4. c. 1. Thess. 2. b.

Inquietè, inordinate.

Galat. 6. c.

Notate, indicate.

Excommunicatio.

Corripite, admonete. Loco, modo.

vt liberemur. Non quod tremulus, & timidus ista pro se

Q

roget, qui paratus erat pro Euangelio mori, vt vides ad Philippenses 2. Sed rogat pro salute illorum, qui adhuc indigebant verbo Dei, vt scribit ad Philippenses 1. Permanere (inquit) in carne necessarium est propter vos. Sunt autem absurdi homines, qui non solum pugnant contra ea, quæ Dei sunt, quæ non possunt intelligere: sed etiam cõtra omnem rationem hos vocat Importunos, & Inquietos, qui nullo loco stare possunt, ne deprehendantur in suis conciliabulis, vagi sunt, domicilia mutant.

2. *Non enim omnium est fides.* Non omnium est fides, sed eorum duntaxat qui vt crederent digni sunt. Multi sunt qui se fingunt & mentiuntur Christianos, sed non veri sunt fideles. Alij sic exponunt, non omnium est fides, id est, non omnes sunt fidi & veraces qui fidi volunt videri. Enallage est, id est, Immutatio est, rē pro persona posuit. Fides enim hoc loco, in ea significatione vsurpatur, qua in illa poetæ sententia, Nusquam tuta fides.

3. *Confidimus autem de vobis.* Cũ dixisset Paulus Deum fidem esse foreque vt omnia exequatur, obiecit forte aliquis, frustra esse labores, quos ipsi impenderent: ideo vt segnitiam & ignauiam fugiant, ait, Confidimus, &c. tanquam id dicat, Deus quidem fidelis est, & pollicita peracturus: sed si vos aliquid industria profeceritis, confidimus & in Deo quidem, quod vires sit vobis, & robur ad profectum & tolerantiam præbiturus. Hæc dixit, ne fortè à Deo proripus fiducia quadam multa pendentes, segniores ad bona exequenda reddantur. Omnia, inquit, sunt in Deum reiicienda, sed à vobis etiam aliquid factitandum. Addit verbum futuri temporis, Facietis, vt doceat ad vltimum vsque spiritum necessitatem his fore virtutem.

4. *Et patientia Christi.* Beatus Ambrosius legit, In expectationem Christi. Nempe *προσμονή*, sonat perseuerantiam in nequaquam non sine molestia: sed rursus cũ expectatione premij, aut certè finiendi mali: dicitur ergo hoc loco, Patientia Christi, pro ea qua Christus expectatur. Hoc dicto Pauli explicatur modus & sermo precatiuus vtriusque doni (charitatis scilicet dei, & Spei qua expectatur Christus) necessarii ad seruanda præcepta Apostolica. Aut sic: Dominus dirigat corda vestra: id est, ad veri intelligentiam peruenire vos faciat neque in deuia declinare. In Christi autē patientia dicit, vel vt

omnibus

omnia toleremus aduersa, vt ille tulit, vel vt patienter Christi aduentum expectemus, vt dictum est. Cũ dixit Dominum, intellige Spiritum sanctum, vt ait basilius magnus.

5. *Denunciamus autem.* Sæpe aliàs, ait Chrysostomi abbreviator, diximus denunciationem, austeram quandam præferre doctrinam. Nunc igitur tremendam magis faciens Paulus, inquit: non nos præcipimus, sed Christus ipse.

6. *Ambulantes inordinatè.* Hos notat Paulus qui susceptum ordinem & vitæ ritum, iuxta sanctæ matris ecclesiæ institutum, se subtrahunt, & subducunt, nolentes sub di legibus ecclesiæ: quod sequenti textu explicat Paulus dicens: Qui non ambulat secundum traditiones, quas acceperunt à nobis. Hi extra classem & suum ordinem se subducetes inordinatè, & intemperanter viuunt. Aut dicit Inordinatè, notans eos, qui per ignauiam & segnitiam vitam debebant, nihil operantes, sed aliena (vt dicitur) volentes viuere quadra.

7. *Ne quem vestrum grauaremus.* Propriè Grauare est, ab iniuris aliquid capere. Ne quempiam vestrum grauaremus, eò dicit, quia inopia tunc laborarent fideles.

8. *Audiuimus enim inter vos.* Notat Paulus quosdã inquietos, & immorigeros, qui ociosè viuunt, & ex labore aliorum vitam pducunt, inueto aliquo prætextu, quo hoc eis iure debeatur.

9. *Quasi quis non obedit.* Christianam & euangelicam excommunicationem ostendit, & in quos ferri & denūciari debet. Si quis nostræ epistolæ dictis non obediit, hunc notate, & à vobis segregate: non vt pereat, sed vt cõfundatur, & pudore suffundatur, vt discat agnoscere suum erratum. Nolite hunc vt inimicum existimare, sed vt fratrem corripite: hoc est, beneuola & fraterna beneuolentia castigatè scorsum, & benignis verbis vitamini. Basilius magnus legit, Verbo vestro sensus est, Siquis vobis nunciantibus quæ scribo nõ crediderit, atque se immorigerum, & minus obsequentem præstiterit, huius confortium fugite.

CONCILIATIO.

QVID hic Paulus prohibet commiseri cum superbis, dicens, Quod si quis nõ obediit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo: quum Christus suo exemplo oppositum docuerit, qui cum Phariseis & peccatoribus comedit, & versatus est. Paulus non absolutè præcipit, non versandum cum superbis, & inobedientibus: sed

Qij

vult loco & tempore à talibus seponamur, vt corrigatur. Nō vt inimicos exiitimemus, sed vt fratres corripiamus. Hæc fiunt, non vt illos perdamus, sed illis medeamur. Cum verò speratur fructus, cum superbis versari non prohibetur.

CVM Dominus Matth. 6. iusserit de victu & tegumento nostro securos esse, & non debere esse sollicitos, dicens, Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini: quomodo hic Paulus oppositum dicere videtur, qui nos etiam opificum artibus, curis, & laboribus oneret, quæ sollicitudinem & curam pariunt, quid manducemus, aut quo vestiamur? Ait enim: Qui non vult operari, non manducet. Respondeo: In dicto Pauli opera etiã spiritualia debemus accipere, de quibus alio loco dicitur: Vnicuique sicut Deus dedit, Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit & paulo post: Vnusquisque suam mercedem accipiet secundum suum laborem: Dei enim cooperatores, Dei agricultura, Dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui. Sicut ergo Apostolus operatur, plantando, rigando, ædificando, & fundamentum ponendo: ita qui non vult operari, non manducet. Scio plerosque hac Pauli auctoritate vehementer inuehere in religiosos, & eos qui monasticen sunt professi. Sed Paulus arguit eos, qui nō volunt laborare. Qui autem monasticen, exercent: laborant, & rebus innituntur spiritualibus. Hoc genus viuendi, seu vitæ contemplatiuæ, quanti facit Dominus Luc. 10. viderint etiam aduersarij, quorum etiam lubens in re tam manifesta subire iudicium. Qui aliter sentiunt, Vigilantij & Viclefij errores sequuntur, aduersus quos totus Doctorū catholicorū torrens scriptis. Certè qui alios instruit, & rebus sacris totus versatur, ac huiusmodi manuum laborem cogédus non est: Quia maior aliud opus pertractat, & plus habens difficultatis, quod tunc impedit, ne laborè manibus exequatur. Laborent tamen hi qui negligenter & ociosè viuunt, & manibus opus aliquoties potius exercent, quàm quòd in ocio vitam producant: nec tamen iudice acerbè accusentur, nō solum de tam inerti ocio, sed etiam de omni verbo ocioso, quod loquuti fuerint.

DICTIO.

GLORIFICO, pro nobilitate, seu celebre fieri hoc loco positum est.

Glorifico.

IMPOR

AD THESSALONIC. II.

307

IMPOR TVNVS, qui caret portu, id est, quiete, vbi nullus portus est: vnde importunitas, quæ, vt Donatus inquit, neque loci, neque tēporis habet cōmoditatem, vel rationē. PANIS nomine quicquid ad victum pertinet Hebrais intelligitur: vnde Luc. 14. Cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis Phariseorum sabbato manducare panem: id est, prandere, aut cœnare, & 1. Regem. 10. Maledictus, inquit Saul, qui comederit panem vsque ad vesperam: vbi panis nomine, omne quod comeditur, intelligit.

Importunus.

Panis.

FINIS.

Missa est ab Athenis ad Thessalonicenses,
per Titum diaconum, & Onesimum
acolythum.

STATVS PRIORIS EPISTOLAE
AD TIMOTHEVM.

Docet Timotheū Paulus de ordinatione episcopatus, & diaconij, & totius disciplinæ ecclesiasticæ.

LOCI INSIGNES HVIVS EPISTOLAE.

- 1 Fabulæ inanes, & genealogiæ interminatæ abiiciendæ. Cap. I. IIII. & VI.
- 2 Christus saluator & mediator. Cap. I. & II.
- 3 Episcopi, presbyteri, & diaconi quales eligi, & esse debent. Cap. III. & IIII.
- 4 Quæ sit doctrina Christiana, & quæ profana. Cap. I. IIII. & VI.
- 5 Pro omnibus orandum: item pro regibus & prælatis, vt sub eis quietè viuamus. Cap. II.
- 6 Pietas ad omnia valet, parum verò corporis exercitatio. Cap. IIII.
- 7 Quid cuiusque sexus ac conditionis hominem oportet seruare. Cap. II. III. V. & VI.

Q iij

EPISTOLA B

PAULI APOSTOLI,

Ad Timotheum I.

Lex non iusto, sed impio data.

CAPVT I.

PAulus Apostol⁹ Iesu Chri
sti secundum imperiū Dei Imperium,
saluatoris² nostri, & Chri. *Delegatio-*
sti Iesu spei nostræ³, Timo. *nem, inua-*
theo dilecto⁴ filio in fide, *Elionem,*
Dilecto,

Act. 16. 4

Gratia, & misericordia⁵, & pax à Deo pa
tre & Christo Iesu domino nostro. Sicut *Germano,*
ingenuo,

rogavi te, vt remaneres⁶ Ephesi cum irem
in Macedoniam: vt denunciare⁷ quibus
dam, ne aliter docerent, neque intende
rent fabulis, & genealogiis⁷ intermina
tis: quæ quæstiones præstant magis
quàm ædificationem Dei, quæ est in fi
de. Finis autem præcepti⁸ est charitas de
corde puro, & conscientia bona, & fi
de non ficta. A quibus quidam aberran
tes, conuersi sunt in vaniloquium, volen
tes esse legis doctores, non intelligentes
neque quæ loquuntur, neque de quibus
affirmant. Scimus autem quia bona est
lex, si quis ea legitime vtatur⁹, sciētes hoc
quia lex iusto¹⁰ nō est posita, sed iniustus,
& non subditis, impiis, & peccatoribus,
& contaminatis, patricidis &
sceleratis, & contaminatis, patricidis &
matrici-

*Nō subdi-
tis, inobsequi-
tibus qui no-
lunt subdi-
turi, profana,
vel à sacri-
arcendū.*

*Roma. 7. c
Lex.*

matricidis, homicidis, fornicariis, ma-
sculorum concubitoribus, plagariis, mē
dacibus, & periuris, & si quid aliud sa-
næ doctrinæ¹¹ aduersatur, quæ est secun-
dum euangelium gloriæ beati Dei, quod
creditum est mihi.

1 *Apostolus Iesu Christi.* Dicit se apostolum Iesu Christi, &
sibi commissum esse Apostolatam, id est, officium prædican-
di euangelij à deo: quasi diceret, Non venio mea referre, sed
quæ mihi commissa sunt à deo. Vt iam horum meorum præ-
ceptorum contemptus in illum redundet.

Apostolatus

2 *Dei saluatoris.* Deū patrem saluatorem vocat, quia ipse per
Christū saluat nos, sicut dicitur ad Ephes. 1. Grati ficauit nos
in dilecto filio suo. Post patrem expressum, statim addit &
Christu: ostēdens, patris & filij communem esse potestatem.
Secundum imperium, id est, delegationem dei &c.

3 *Spei nostræ.* Christum vocat spem nostram: quia qui Chri-
stum non habent, in desperatione viuunt. Sicut ad Ephes. 4.
Qui desperates, semetipsos crediderūt impudicitia, in opera
tionem immunditiæ omnis. Si periclitatur, quis non duxerit
fugiendum ad Christum? Apud alium non est tutus portus,
sine hoc non est firma anchora.

*Christus
spes nostræ.*

4 *Dilecto.* Pro germano dictum est, atque ita legit Ambro-
sius, Germanum vocat Timotheū verum, & ingenuum, non
adulterinū, quod per omnia responderet spiritali patri Pau-
lo: id quod est filiorum, referre parentem, & non degenera-
re. Filius autem vel ætatis, vel charitatis est nomen. Qui ger-
mani filij sint in fide, parabola de semināte Luc. 3. declarat.
Ne quis carnalem filiū esse Pauli Timotheum crederet, adie-
cit, in fide. Nam & de Corinthiis scribit Apostolus: In Chri-
sto Iesu per euangelium ego vos genui. Et fides ac syncerita-
tas Pauli in Timotheo vt purissimo speculo relucebat.

*Germanus
Pauli Timo-
theus.*

5 *Misericordia.* In aliis epistolis, salutans ecclesias, non addit
gratiæ & paci Misericordiam, quam hic, & sequenti interpo-
nit. Non abs re factū putato, ait Rupertus abbas in primum
cap. Apoca. Quia in Timotheo episcopos omnes informa-
bat, cui⁹ officij summum & necessarium decus est, Misericor-
dia. Et ille, vt fertur, zeli feruētioris erat. Idcirco restē & op-

*Misericor-
dia in episco-
po.*

portunè viscera Misericordie illi, vt haberet, præoptabat.
 6. *Vt remaneres Ephesi.* Principiò proponit quod præcipuum est episcopo, in primis cura episcopi sit sanam doctrinam seruare illesam: in quem finem & vsus Paulus dicit se reliquisse Ephesi Timotheum. Fungatur ergo episcopi sua functione, veritatis doctrinam tradat, & eandem aduersus omnium incurfiones, nebulas, & subuersiones tueantur.

Pythagora impostura.

7 *Fabulis & genealogiis.* Erant qui deorum suorum seriem enumerabant, seducti à Magis, qualis fuit Pythagoras: qui, ne deos riderent, in templis supernè, Silentium, inscribi iussit. Illic continebat digito os, & labia comprimebat, prætereuntes omnes silentij admonens. Perplexa erat series genealogiæ ab auis, proauis, tritauique repetita. Iudeorum gloria erat in corde, elato & superbo animo iactabant se filios magni illius patriarchæ Abrahamæ. Quilibet suos recensebat maiores, atque quiescens & rebus nihili diem infumebant. Ex his duo profert incommoda Paulus, quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem. Prius, his tricis & fabulis inuoluntur auditores, dum quæstionum & argumentorum nodos alios super alios nequunt, spinosi & spinosi & quæstionibus inflati matæologi seu vani legis doctores. Posterius incommodum est, nihil pietatis, ædificationis, & fructus habent huiusmodi quæstiones stultula.

In matæologos.

Finis legis.

8 *Finis autem præcepti.* Versari in genealogiis & fabulis, non est finis & intentio legis. Sed finis & præcipua intentio legis est, perfecta dei & proximi dilectio. Quemadmodum finis medicinæ est Sanitas, & non occupatio circa fabulas vanas Chronis, Machæonis, & eorum genealogias: ita finis legis est dilectio, & nõ versari in vanis genealogiis. Et quod in medicina est sanitas, in lege est dilectio. Qui enim perfectam habet dilectionem, non aliter illi legi opus est, quam sano medicina. Charitatè hinc dicit, synceram, & quæ non verbis tantum, sed quæ ex sententia & intimo cordis affectu, proximorumque miseratione provenit. Ex corde puro, id est, charissima conuersatione. Solet enim vita impura schismata facere. Et conscientia bona, id est, animo sibi bene conscio & tranquillo, & fide non hypocritica & simulata, sed vera.

Simile, vt medicina finis est sanitas, ita legis est dilectio.

Schismatum origo.

9 *Si quis legitime ea utatur.* Legitimè is utitur lege, qui per legem ad Christum deducitur. Lex nanque, quæ iustificandi caret potestate, ad Christum remittit, qui solus potest iustifica-

re,

re. Tota enim legis intentio, omni àque illa sacramenta carnalia, & figuræ omnes Christum loquebantur.

10 *Lex iusto non est posita.* Iustum hoc loco intellige, qui virtutem est assequutus, qui nulla legis formidine, sed ex officio nequitiam odit, & virtutem complectitur. Habet enim intrinsicè distantem spiritus gratiam. Non igitur indiget pedagogo cogente, cum omnia ex animo agat, ductus Iesu Christi amore. Quod suggillauerat matæologos seu vanos legis doctores, & legis meminerat, non ita accipiendum est quod legem damnauerit, sed reuera abusum damnauit. Lex enim dei voluntas est.

11 *Sana doctrina.* Sana doctrina (ait) vocatur quæ est secundum euangelium gloriæ, id est, gloriosum. Dicitur euangelium gloriosum, quod gloriam dei & lucem puram prædicat: vt est. 2. Corin. 3. & 4. Addit deo epitheton, Beatus, vt significet dei perfectionem, qui satis sit, & nostris minimè indigeat, quin potius salutem & felicitatem suam nobis communi care cupiat.

Confortauit, potentem reddidit. Gratias ago ei, qui me confortauit in Christo Iesu Domino nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in ministrum,

Contumeliosus: vinolentus.

Christo Iesu Domino nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in ministrum, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. Fidelis sermo

Fidelis, certus.

& omni acceptione dignus: quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum: vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. Regi autem secu-

Patientiam, clementiam, longanimitatem. Ad informationem, ad exprimendum exemplar.

Christus sator. Marth. 9. b. Marc. 2. e

lorum immortalis, inuisibili, soli Deo honor⁶ & gloria in secula seculorū. Amen. Hoc præceptum⁷ commendo tibi fili Timothee: secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis⁸ bonam militiam, habens fidem⁹, & bonam conscientiam: quam quidam repellentes¹⁰, circa fidem naufragauerunt. Ex quibus est Hymeneus¹¹, & Alexander: quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.

Beatus deus.

1 *Gratias ago ei.* Vide ex Paulo, quàm omnia sint dei. Dixerat, Creditū sibi esse euangelium gloriæ beati dei, id est, quod deus laudatur, & glorificatur, beatusque (à quo omnis beatitudo) prædicatur. Deinde addit. Qui me confortauit, hoc est, potentem reddidit, per Christum. Subinde, Qui me fidelem iudicauit: item, Misericordiam adeptus. item, Superabundauit, & exuberauit supra modum gratia Christi in me, cum fide & dilectione. item, Christus venit peccatores saluos facere.

Exaggeratio proprius peccati.

2 *Qui prius blasphemus.* Paulus gradibus quibusdam videtur exaggerare suum peccatum. Primus gradus est Maledicere: secundus, Isectari: tertius, Ad mouere vim. Sed non solum veniam (ait) consecutus sum, cum talis fuerim, sed & misericordiam, vt fierem Apostolus. Nam & aliàs se extenuans, auctoritatem sibi traditam, dei misericordiā vocat, veluti. Corinth. 7. Consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus. Dicit, ignorans feci in incredulitate, id est, per incredulitatem, nondum edoctus euangelium: sed zelo legis paternæ ductabar.

3 *Fidelis sermo.* Pronunciaturus dignissimam de salute nostra sententiam, auditorum animos præparat ad res maximas. Quod dicturus sum (ait) est sermo fidelis: id est: sententia certissima, quæ omni acceptione digna est. Id est, quæ multis nominibus, summa diligentia: & (vt dici solet) obuiis manibus excipienda est. Hanc ipsam audientes excipite. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Christus venit in mundum: id est, incarnatus est: qui carnis nostræ particeps

ticeps factus obtulit se deo in expiationem omnium peccatorum nostrorum. Est ergo Christus peccatorum spes salus, redemptio, & vita. Obserua cum dicit Peccatores, non Iustos. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Roma. 7.

4 *Quorum primus.* Volens Paulus docere certissimam esse sententiā, quod Christus peccatorū expiator est, protinus se exempli gratia obiicit. Quorum primus ego sum. Obserua voculam illam, Primus, hoc loco non esse ordinis, sed excellentiæ: quæ perinde valet ac præcipuus & maximus. Quis animum despondere debet desperabitve, cum audiet Paulum blasphemum, persecutorem, & insignem peccatorem, eam inuenisse gratiā apud Christum, qua omnia sunt illi condonata crimina?

5 *Ideo misericordiam consequutus sum.* Occupatio est. Obiiciet fortasse quispiam, Hæc tibi obtigit gratia, eadem tamē omnibus nõ obtinget. Absit hæc persuasio à te, ait Paulus. Nam ideo misericordiam consequutus sum &c. Ac si diceret, hoc exemplō & hac gratuita grauissimorum peccatorum meorum remissione, Christus prouocat omnes, quolibet prioris vitæ maculis inquinatos, ad similem spem veniæ, quam certò recipient, si veteris vitæ poenituerint, & omnem in Christum fiduciam constituerint. Ad informationem, id est, ad exemplum, vt ne desperent. Vt ostenderet in me omnē patientiam, id est, clementiam & longanimitatem. Deus enim lento gradu (vt scriptura multis locis docet) ad vindictam procedit: Non quòd peccata illi placeant, sed quòd nolit mortem peccatoris, sed magis vt viuat & conuertatur. Ad exemplum Pauli pertinēt exempla Adæ, Dauidis, Petri, Matthæi, Magdalene, Zacchæi, Latronis, & multa huius generis in sacris expressa.

6 *Soli deo honor & gloria.* Inter has duas dictiones ex lectione Chrysostomi & eius abbreviatoris adicitur, Sapienti: vt legas, Soli sapienti deo. Immortali, id est, qui corrumpi non potest: ille enim sua natura est vita: Ergo regnū eius est æternum. Inuisibili: quem creatura, nisi speciali quodam gratiæ lumine adiuta, videre non potest. Ergo regnum eius non est de hoc mundo. Soli sapienti: ergo præter eum, & extra eum, omnia sunt stultitiæ plena: vt nihil sapientiæ veræ sit, vbi ipse non illuminat, & (vt sic loquar) sapientificat. Qui eò dictus est rex seculorum, quia est rex æternus omnium ætatum & creaturarum conditor, præses, rector & dominus.

7 *Hoc præceptum tibi commendo.* Præceptum, hoc est, de fine

*Immortalis
Deus.*

Inuisibilis.

Solus sapiens.

omnium præceptorum, nepe, de dilectione, & de gratia nobis per Christum collata. Hoc, inquam, tibi commendo secundum prophetias, &c. id est, sicuti spiritu prophetiæ admonitus, feci te episcopum: ita iuxta eandem prophetiam nunc precipio tibi, ut milites secundum eandem prophetiam, & illi respondeas. Prophetias dicit testimonia illa bona, ut est in Actis, quæ de Timotheo reddebantur, quando ad sacerdotiû est assumptus, & ad sacros ordines prouectus. Perinde dignitatem omnem huiusmodi ex prophetia & spiritus reuelatione adeptus. Tu ergo Timothee, has prophetias cõtemplare, & quasi ab illis edoctus, quid tibi agendum sit, perge pro illarum dignitate omnia facere, ut nequaquam his probro & ignominia sis. Quidam interpretatur Prophetias, doctrinas spiritus dei, siue reuelationem scripturæ, quam à Paulo vel aliter acceperat Timotheus. Secundum prophetias præcedentes in te, id est, ut ambules secundum doctrinam quam accepisti, & habes, ut eam defendas contra aliter docentes.

Prophetia pro testimonio.

Doctoribus maxime inuigilandû propter acerrimum bellum.

8 *Vt milites in illis.* Allegoria est, qua episcopum monet vigiliæ & diligentia. Præfesse enim ecclesiæ, & docere populum, est peculiare militiae quoddam genus, in quo Satan, scelera, falsi fratres, hæretici, hostili exercitu aduersus populum dei mouentur. Quod si acre bellum omnibus infertur, ei tamen acrius infertur, qui alios instruit & munit ad rectè viuendum. Quare Paulus ait, ne prophetiarum legem & normam excedas, optimam militiam milites, quemadmodum te elegerunt his rebus, quibus te addixerunt. Desinant ergo episcopi aule & mensis seruire: ut discant ex hoc loco se sub cœlestis & ecclesiasticæ militiae signa vocatos duces verbi euangelici, & propugnatores populi dei aduersus Satanâ, hæreticos, pseudo prophetas, matæologos, & Lucifugas, Antichristi præambulones agere debere.

9 *Habens fidem.* Non sat tibi erit quod per spiritum & prophetiam ad sacerdotale munus fueris prouectus, nisi & fides per te indubitata præstetur, ut verba rectè pronuncies, & conscientiam bonam, id est, vitam irreprehensibilem, habeas, à qua oritur rectior hæc conscientia, ita ut aliis præcise queas.

10 *Quam quidem repellentes.* Quam, scilicet bonam conscientiam, repellentes. Sordidè enim & immudè viuunt alieni à fide, quæ portus est potentissimus, qui animum ad tranquillitatem

ratem traducit. Quæstiunculæ verò & hæsitaciones tãquam procellæ mentem vtrinque exagitatam, in miserum corripunt naufragium, assiguntque scopulis, vel in profundum demergunt, ait Chrysostomus. Quæ eleganti allegoria significauit Paulus dicens: circa fidem naufragauerunt. Nemo nescit, quod tutissima nauis, in profundo hoc mundi errorum & scelerum pelago est veritas euangelica, fides, spes, & charitas. Qui in hac naui perstant, securi tendunt ad salutis portû, & salui portum attingunt salutis æternæ. Sed qui vêtis & flatibus superbiæ vela contemptiõnis dant, abreptique malarum cupiditatum fluctibus à puritate vitæ recedunt, impingunt in erroris & perfidia scopulos, & in profundum malorum demersi intereunt.

11 *Ex quibus est Hymeneus.* Chrysostomus excommunicatiõnem & rescacationem à Corpore Christi intelligit: ita ut nulla cum eis fidelium esset cõmunio, nulla spiritualium suffragiorum participatiõ. Et hæc est citra interitû & vexationem carnis, & occulta Satanæ traditio. Illa autem quæ fuit Corinthij incestuosi manifesta fuit, cum interitu & vexatione carnis terrifica. Et id factum, non ut perirent, sed ut ex hac deestione à sanctorum societate discerent non blasphemare, & non malè loqui de Christo & eius fide: & respiscentes dignâ penitentiam agant, & iterum inserantur corpori Christi: à quo qui separatur, paratû habet lupum, diabolum, & leonem circumeuntè & quærentem quem deuoret. Stemus ergo fortes in fide.

Traditio qua à Paulo traditi sunt Satanae.

CONCILIATIO.

HÆC Pauli authoritas, iusto non est lex posita, contra-ria videtur dicto Ezechielis capite. 18. Vir qui in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, ut faciat veritatem, hic iustus est. Respõdeo: Quemadmodum magistratus non est, nisi ob malos cohibendos, & reipublicæ pestes mendendas: ita lex non est iusto posita, sed iniustis & inobedientibus. Ad Roma. 13. Principes non sunt terrori bene agentibus, sed malè. Et. 1. Petri. 2. Præsides mittuntur ad vindictam nocentium, laudem verò rectè agentium. Si vniuersus mundus in Christum crederet, neque lege, neque magistratibus esset opus. Sed ob id sunt, ne publica pax interturbetur, ne facinora sint impunita, ne cuius liceat pro sua libidine grassari, & fraudem facere proximo. Lex pædagogus est ad Christi.

Prima.

Magistratus quare iusti.

stum, ad Galat. 3. Non iustificat ipsa, sed ad iustitiam veram remittit. Functa est suo officio, si peccatum manifestauerit. Quod autem Ezechiel ait: Vir qui in præceptis & c. non aduersatur Paulo, declarat enim quis, verè iustus sit, & quæ virtutes & studia ipsius, siue quæ sint opera ex fide habenda, in quibus sita est iustitia, vnde possit cognosci, quando ex fructibus agnoscat arbor. Hic ambulat in lege domini die ac nocte, ipse per se facit recta etiam si lex non fuisset. Spiritu regitur, qui non finit ipsum in legem delinquere, Ad Galat. 5. cap. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Lex non est iusto posita, & tamè iustus obseruat legem. Videbitur forsitan & dictum Dauidis huic Paulinæ sententiæ aduersari: Legem pone mihi domine & c. Sed huic respondendum, Dauidem petiisse, quod sequatur viam iustificationis, siue ut magis ac magis in lege domini meditatus proficeret.

Secunda.

CVM Salomon in Proverbis de via iniquitatis loquatur, dicens: Omnis qui ambulat in ea, non reuertatur. Quomodo Paulus hoc loco à persequutione & blasphemia rediens, ait: Qui sui blasphemus & persequutor. Et Lucæ. 22. Petrus à negatione ad fletum conuersus, respectum Christi commeruit? Respondeo. Per seipsum homo potest in illa via iniquitatis ambulare: non potest autem per seipsum redire, nisi gratia Dei reuocetur.

Tertia.

ADIMANTVS Manichæi discipulus, scripturarum pugnatiam dicebat, Paulus ait: Solum deo inuisibili, Et Ioannes. Nemo deum vidit vnquam. Et tamen Iacob Genesis 32. ait: Vidi dominum facie ad faciem. Est ergo in sacris pugnantia, Inuisibilis est Deus in natura ab omnibus. Nulla certè creatura ex se capax est ut tantum obiectum videat, nisi lumine gloriæ adiuta, dicente Dauid Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. id est, lumen gloriæ creatum consolidabit, & vires dabit animæ, quæ tanto adiuta leuamine videbit deum. Quod maximè probat Ioannes 3. cap. I. epistolæ, Videbimus eum sicuti est. Voluit à Iacob & aliis prophetis & patriarchis videri, ut placitum illi fuit, siue per figuram, siue scripturam, aut huiusmodi.

Deus inuisibilis in natura.

DICTIO.

Timotheus.

TIMOTHEVS, penultima correpta, gaudet accentu acuto in antepenultima, siue Græcam rationem sequaris, siue Latine. Hic Lystrænsis erat, patre Gentili, & matre Iudæa natus, cui

enim Eunice nomè, ob egregias animi dotes, etiam iuuenis infirmitus à Paulo Ephesiorum episcopus.

GENEALOGIA, penultima acuta. secundum Græcos, Latine sermo de generatione, & origine, dicitur.

VANILQVIVM, Græcè Matæologia, vaniloqui Matæologi.

CONTAMINATVS, pollutus, infectus. Porro contaminati piaculo aliquo, à sacris arceri solent.

PLAGIARIVS is dicitur, qui aliena mancipia subducit furto, quod genus furti vocatur Plagium apud Iureconsultos: quemadmodum qui sacra furantur, Sacrilegi: qui de publico, aut principis fisco, Peculatores: qui iumenta aliena abducunt, Abigei: Ita qui liberos aut seruos subducunt, Plagiarii, & Fures manciparij dicuntur.

NAVRAGAVERVNT, pro naufragium fecerunt.

Genealogia.

Vaniloqui.

Matæologi.

Contaminati.

Plagiarius.

Pro omnibus orandum.

CAPVT II.

Obsecro, adhortor.



Obsecro igitur primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt: ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate: hoc enim bonum est, & acceptum coram saluatore nostro Deo: qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: in quo positus sum ego predicator & Apostolus (veritatè dico, non mentior) doctor gentium

Orationes pro quibus faciendæ.

Castitate, honestate.

Mediator, conciliator.

Redemptionem, precium redemptionis.

Predicator præco.

Mediator Christus.

2. Timo. I.

in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira⁷, & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se: non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa: sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio⁸ discat, cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum; sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eua: & Adam non est seductus, mulier autem seducta in prauaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

Ornato, modo.

Promittentes, profittentes.

Dominari, auctoritati usurpare. In prauaricatione fuit, vel, transgressa est.

Sobrietate, castitate.

Mulierum ornatus.

1. Petri 3. 4

1. Cor. 14. 4

Genes. 1. d
Genes. 3. b

Orare docet Paulus.

Obsecrationes.

Orationes.

Postulationes.

Orationi necessaria.

1. Primum omnium. Id est, ante omnia, iura diuina quotidie peragenda sunt. Episcopus enim, tanquam communis pater, sancto altari adstat, omnibus prospexiturus. Docet hic Paulus episcopum, quod moneat suos auditores, nempe hoc, vt orent. Quomodo enim intelligent Euangelium, aut dilectionem consequentur in Deum & in proximum, nisi postulauerint à Deo spiritum bonum? vt hac admonitione primum omnium discant, omnia ex Deo pendere, cum audiunt omnia à Deo postulanda. Orent autem pro omnibus hominibus, etiam inimicis, id quod vera postular charitas. Nec excludant ab oratione Reges, & Principes, licet impios, vt sub eis in pace viuamus. Obsecrationes dicunt supplicationes esse quasdam, quibus vrgentibus malis & tristitiam inferentibus liberari deposcimus. Orationes verò, cum bona nonnulla precando efflagitamus. Postulationes denique, cum eos petimus, in viam vt redeant, qui nos vel criminantur, vel iniuriam inferunt: has quidam vocant interpellationes. Ad orationem maxime

maxime requiritur fides ad promissionem diuinam, & affectus petendi aliquid, vt explicatur Mat. 21. & Luc. 11.

2. Hoc enim bonum est. Vt quieti in sanctis operibus seruiamus. Hoc id est, orare pro omnibus hominibus, est bonum: hoc suscipit Deus, hoc iubet.

3. Qui omnes homines. Solent Theologi docere, Dei quandam voluntatem beneplaciti, de qua scribitur, Omnia quæ voluit Deus fecit in cælo & in terra. Item, Voluntati eius nullus potest resistere. Sed quod videamus, non omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, dicunt aliam esse Dei voluntatem, quæ est signi, qua Deus proponit omnibus hominibus præcepta salutis, doctrinamq; euangelicam, quam qui non recipiunt, damnationem sibi accurrunt, nolentes salui fieri, Matth. 23. Quoties (ait Christus) volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti? Ita hoc loco vult, id est, hortatur, præcipit, & ostendit, vt qui vult saluus esse, Christum mediatorem amplectetur. Paratus enim est pulsantibus aperire, & querentibus dare. Hic manifestè ostenditur libertas arbitrij: imò & hoc loco soluitur, quod obici solet de obduratione Pharaonis, & si quæ sint huius generis quæstiones.

Voluntas Dei duplex.

Liberum arbitrium.

4. Vnus enim Deus, vnus ergo. Ne in posterum ea esset cõtrouersia, qualis & inter discipulos aliquando fuerat, Num & Gentibus natus esset Christus, & an solum Iudæorum esset Deus: Testatur Christum omnibus redimendis venisse: & Deum non Iudæorum totum, sed & Gentium esse Deum. Nam Deus natura & substantia vnus est, licet trinus persona. Ergo quum non diuisus sit, & notissimum sit, omnem creaturam habere Deum creatorem: erit omnium & Iudæorum & Gentium ex æquo communis Deus, & non huius vel illius genus peculiaris Deus. Ita ad hunc modum, non duo, sed vnus mediator est: id est, communis omnium mediator est Iesus Christus: ne quis sibi peculiarem faciat. Quasi vero Iudæos solum & non Gentes redemerit. Non enim pro vna Gente tantum, sed pro omnibus. non alium, vt puta Angelum, aut purum hominem, sed semetipsum precium redemptionis & immaculatum Deo obtulit. Ergo neminem excludit, nisi qui sua ingratitude & perfidia à tanto Christi beneficio seipsum excludit. Non caret mysterio quod di-

xerit, homo Christus Iesus, multam Emphasim præ se ferunt hæc verba. Quasi dicat, In hoc induit hominem Christus Iesus, vt mediatorum agere posset: Vt particeps vtriusque naturæ & diuinæ offensæ, & humanæ quæ offenderat, vtraque partem dissidentem conciliaret. Hoc non poterat peccato absorptus purus homo. Quare vt præclare Chrysol. Oportebat talem esse mediatorem qui cum Deo colloqueretur. Vnde diuino consilio Verbum caro factum est. Vnus ergo Deus & verus homo Christus, qui disincta coniunxit, & vtraque fecit vnum. Hæc omnia faciunt ad superiorum confirmationem, quod Deus vult omnes homines saluos fieri: & ne quis diffideret de omnium salute parta per Christum, quasi non se immaculatam hostiam pro omnibus patri obrulerit.

5 *Cuius testimonium temporibus suis.* Id est, vt hoc mysteriū redemptionis Christi, qua redimuntur omnes homines (id est, non solum Iudæi, sed & Gentes) reuelaretur mundo, tempore à Deo ordinato. Sicut de hoc mysterio reuelando in epi stola ad Ephes. 1. cap. & alibi scribit. & hic infra cap. 3. Ad quod mysterium reuelandum dicit Paulus, se doctorem missum à Deo Gentibus. Doctorem inquam in fide, non syllabis, aut argutiis. Et veritate: id est, non hypocrisi, aut simulatione. Quidam volens explicatiùs hunc locum pronuntiare, ait: Testimonium autem appositiuè additum est, Quod seipsum dedit redemptionem, testimonium erat promissionis propheticæ, & confirmatio diuinæ charitatis erga genus humanum. Magis mihi arridet prior interpretatio.

6 *Leuantes puras manus.* In sacris enim oportet omnia esse pura. Cæterum hic puras non sentit lotas, more Iudæorum: sed puras à rapinis, libidine, pugnis, & sanguine: sed sint ad elemosynam impartendam effusiores.

7 *Sine ira & disceptatione.* Duo sunt quæ impediunt exauditionem. Primū, Ira, id est, profana iniuriarū memoria: quod non dimittis proximo in te peccanti. Hanc conditionem in Euāgelio semper vides adiectam. Alterum Disceptatio, qua disceptas tecum, & dubitas, num sis exaudiendus: Mar. 11. Credite, & accipietis. Hoc idem explicat Iacobus 1. cap. Et Paulus Hebr. 11.

8 *Mulieres in habitu ornato.* Vult Paulus, mulieres non nimis compto habitu ornari, & velato capite precari, nec vllas corporis

Manus puras.

Mulierum ornatus qualis esse debet.

poris partes impudenter retegere. Accedunt enim ad ædem sacram non tripudiendi, sed orandi gratiā. Habitum hunc, quo tegi debent mulieres orantes, Græci καταστολή dicunt, id est, stolam quandam, & amictum, qui vndequeque hominem contegat. Non abs re hæc docet Paulus. Cum enim vxor virum compulerit vt gemmas, & margaritas, & aurea ornamenta suppeditet, & vir viderit rem nimis angustam domi esse, vt vxori querulanti faciat satis, auidius rapiet. Erit ergo vxor furtō obnoxia.

8 *Mulier in silentio discat.* Non loquatür mulier vbi docendū gratiā conuenitur, vbi audiendum est verbum Dei. Nam viris permittitur loqui cum doctore: imò si fuerit assidenti reuelatum, qui prius docebat, taceat, 1. Corinth. 14. Mulieres verò in Ecclesia taceant, vt ibidem dicitur: ne sibi auctoritatem vendicent in viros, contra legem Dei, quæ dixit in Genesi, Sub viri potestate eris. Horum rationem subdit Paulus: Quia præstat vir mulieri, tum ordine creationis, seu formationis, tum vigore rationis. Sicut mulier post virum condita, ita & iure subdita. Eua decepta est, non Adam. Dixit enim mulier, Serpens decepit me. Adam verò non dixit, Mulier decepit: sed, Mulier, quam dedisti mihi fociam, dedit mihi de ligno, & comedi, vir fidem vxori adhibuit. Et quia semel mulier virum docuit, & cuncta peruertit, ideo nequam hæc habeat velim (ait Paulus) docendi de cæteris potestatem. Onus mali & peccati ab Eua fuit. Audi Tertullianum ad mulierem loquentem, libro de habitu muliebri. Tu (inquit) es Diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diuinæ legis prima desertrix, tu es quæ cum inuasisi, quam Diabolus aggredi non valuit, tu imaginem Dei hominem tam facile elisisti, propter tuum meritum, id est, mortē etiam filius Dei mori habuit. Hæc ille.

9 *Saluabitur autem.* Si manserint: in Græcis est etiam verbū plurale: quod ab aliquibus in veteri translatione non ineptè legitur in singulari, vitato Hebraismo: Hebraismus enim est, Si manserint, scilicet mulieres, de quibus supra dixi: Similiter autem & mulieres in habitu ornato, &c. Hebræos subitò mutare numerum & personas, ex Prophetis notum est. Nam qui intelligunt, Si permanserint, scilicet filij: aut, si vir & mulier permanserint: non vident, quàm hoc non conueniat, quasi mulier non possit salua fieri, nisi & filij saluentur.

Catapholes.

Silentium mulieribus.

Vir mulieri præstat.

Quare mulieribus negatur docendæ facultas.

Mulieres prophetætes.

tur. Igitur, si permanferint, inquit, mulieres in fide, & dilectione, & fanctificatione, adiuncta sobrietate, seu caſtitate, id eſt, morum integritate, quæ etiam decent coram hominibus. Aduerte verò & mulieres prophetare, ſi habent verbum, vbi viri non ſunt, qui verbum habeant 1. Corinth. 11. Mulier orans, aut prophetans, &c. Et Iohelis 2. cap. Et prophetabunt filij veſtri, & filia veſtræ. Ag. 21. Erant Philippo quatuor filia virgines prophetætes. Et virgo Maria cecinit, Magnificat anima mea Dominum. Et de Anna prophetiſſa apud Lucam.

CONCILIATIO.

QVOMODO hæc ſententia, Qui vult omnes homines ſaluos, &c. conuenit cum eo quod Romano. 9. dicitur, Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat? Reſpondeo, quod vnus locus in ſcripturis obſcurus, non eſt omnibus aliis claris obſciendus. Tamen dicendum, Cuius vult miſeretur, &c. Omnia Deus pro voluntate, & ſecundum ſuum beneplacitum agit. O homo quis es, vt reſpõdeas Deo? Nõ igitur quæras, Quare hunc indurat, & illius miſeretur? Vult autem omnes homines ſaluos fieri: id eſt, conſulit, iubet, hortatur, vt omnes ſalvi fiant. Qui verò non crediderint condemnabuntur.

PVGNANT hi loci, Volo autem viros in omni loco orare. Et Matth. 6. Cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, Non vetuit Chriſtus Matth. 6. in omni loco orare: ſed admonuit, ne ad oſtentationem orarent. Sicut & alibi dicens, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera. Non vetat vbiſibi eleemoſynam largiendam, ſed in ea exercenda vetat vanam gloriam ad oſtentationem.

QVID hic Paulus ait, Docere mulieri non permitto. Cùm ad Titum ſecundo. capite, docendi poteſtatem tribuat ſceminis, dicens: Bene docentes, vt prudentiam doceant. Docendi facultas in eccleſia non permittitur mulieribus, non doceant viros: doceant autem geſtum, & inceſſum honeſtum filias ſuas, ſiue in eccleſia, ſiue domi. Sed in eccleſia taceant: Domi autem interrogent viros, & domeſticam familiam doceant.

Epifcopi,

Epifcopi, & Diaconi quales eſſe debeant.

CAPVT. III.

Fidelis, Indubitatus. Bonum, Honeſtum.



Ornatum, compoſitum, ſiue bene moratum.

Doctorẽ, Docibile vel appoſitũ ad docendum.

Nõ cupidũ Ab argenti cupiditate alienum: ſed æquum.

alienũ a pugnis, alienum ab auaritia.

Caſtitate, reuerẽtia.

Nullũ crimẽ habẽtes Sic vt nemo poſſit illos criminari.

Pudicas, vel modeſtas.

Fidelis fermo¹. Si quis epifcopatum² deſiderat, bonũ opus deſiderat. Oportet enim epifcopum irreprehẽſibile⁴ eſſe,

vnus vxoris virũ, ſobriũ³, prudentẽ⁵, ornatum⁷, pudicũ⁸, hoſpitalẽ⁹, doctorẽ¹⁰, non vinolentum¹¹, nõ percuſſorem¹², ſed modeſtum¹³: non litigioſum¹⁴, non cupidum¹⁵, ſed ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentẽ ſubditos¹⁶ cum omni caſtitate. Si quis autẽ domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiã habebit? Non neophytum¹⁷, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.

Oportet autẽ illum & testimoniũ habere bonum, ab iis qui foris ſunt: vt non in opprobriũ incidat, & in laqueum diaboli. Diaconos ſimiliter¹⁸ pudicos, nõ bilingues, nõ multo vino deditos, nõ turpe lucrum ſectãtes: habẽtes myſteriũ fidei in cõſcientia pura: & hi autẽ probentur primũ: & ſic miniſtrẽt nullum crimẽ habẽtes. Mulieres ſimiliter¹⁹ pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus.

Diaconi ſint vnus vxoris viri: qui filiis ſuis bene præſint, & ſuis domibus. Qui enim bene miniſtrauerint²⁰, gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiducia²¹, in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hæc tibi

Tit. i. b Qualis epiſcopus.

Diaconi.

Mulieres.

scribo, filij Timothee, sperans me ad te venire cito: si autem tardauero, vt scias, quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei²² vini, colum²³na & firmamentum²⁴ veritatis. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum²⁴ quod manifestatū est in carne, iustificatū est in spiritu, apparuit angelis, prædicatū est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

Firmamentum, *Stabilitum, Manifestè, Cura conuersam, Sacramentum, Mysterium, quod manifestatū est, Deus manifestatus est.*

1 Fidelis sermo. Chrysostomus, & eius abbreviator, referunt ad superiora, quæ Paulus voluerit indubitata esse quod dixerit, mulierem saluari gignendis, & rectè instituendis liberis. Aut si maus ad sequens referre, significat dicendorum veritatem, quæ Paulus non sua, sed Domini præcipuè sententia in episcopis & diaconis expetit.

Episcopo. Episcopus.

2 Si quis episcopatum. Episcopo, visitatio, intendentia, obseruatio episcopi in suos dicitur. Sicut Episcopus explorator, superintendens, obseruator, & custos, vt pastor gregis. Non ait, Si quis dignitatem, gradum, honores, aut prouetus: sed, si quis ipsum episcopatum, id est, ipsam superintendentiam desiderat, seu expetit, reuera desiderat opus: Cùm superintendere sit opus non qualecunque, sed opus bonum, & præclarum ex suo genere. Desiderare gradum, honores, & prouetus, non videtur esse opus.

Desiderare opus.

Episcopus vnus vxoris vir, intelligi debet.

3 Vnius vxoris virum. Non exigit Paulus ab Episcopo quod fuerit, aut sit coniugatus, qui 1. Corinth. 7. consulit meliorem esse coelibatum. Sed exigit, quod si contingeret quempiam habere vxorem, & ordinari, non sit ille plurium, sed vnus vxoris. Hoc dixit, Quia multi eo tempore plures vxores habebant, imitantes, vt asserbant, patres veteris testamenti. Imò etiam iubet, non diuiserit carnem pluribus vxoribus. Tunc enim iure arcetur ab illa sacra ordinatione, non solum propter incontinentiam, sed etiam propter representationem sacramenti, ait Thomas, quia sponsus est ecclesie Christus, & vna est ecclesia.

4 Irreprehensibilem. Hoc est, vita eius sit tam inculcata, vt

de qua nemo iure queri possit, aut quæ nullo iure reprehendi & culpari possit.

5 Sobrium. Id est, rebus suis attentum, & nullis huius seculi curis addictum, perspicacem & meditandum, ait Theophylactus. Oportet enim mitem Episcopi malis & impudicis cogitationibus non esse ebriam, sed Euangelica meditatione plenam & sobriam.

6 Prudentem. Episcopi proprium est sapere, & matura prudentia rebus consulere quibuslibet.

7 Ornatum. Id est, modestum, seu bene compositum, graue, honestum, bene moratum. Hoc est, neque verbo, neque habitu aliquo corporis, neque cultu quempiam offendat.

8 Pulchrum. Nihil quod aduersus castitatem castimoniàmve militat, operetur.

9 Hospitalem. Liberalis sit, & humanus erga peregrinos: eò enim à maioribus amplissimas opes receperunt Episcopi: Sed auaritia impiorum factum est, vt non solum nullam in pauperes exercent liberalem hospitalitatem, sed etiam illis opibus nunc non vt Episcopi & dispensatores præsideant, sed vt duces imperitent, & diuitiis ad luxum, in detrimentum Ecclesie pro animi sententia abutantur.

10 Doctorem. Non exigit Paulus ab Episcopo lauream, sed saltem scientiam quæ sit satis ad docendum subditos. Id est, is sit qui suos docere possit.

11 Non vinulentum. Id est, non vino obnoxium, hoc est, nihil quod demeret & auertat sensum accipiat: nõ mero madeat. Non vini usum, sed abusum damnat. Leuitis præcipiebat Dominus, abstinerent ab omni potu inebriate, cum ingressuri essent in Sanctum, vt essent sana mente & integris sensibus.

12 Non percussorem. Hieronymus aduersus Pelagium legit *μαχῶν*, id est, alienum à pugna, aut absque iurgio. Et illud, Non percussorem: non pertinet ad violentiam manuum, sed acerbitatem linguæ ne sæuus, & improbus sit obiurgator, vt adnotauit Hieronymus. Quid enim magni sit, si Episcopus temperet manibus? Ad idem est Chrysostomus.

13 Sed modestum. Is sit, cuius modestia omnibus nota sit. Non proprio nitatur sensui, sed in omnibus rebus, aliis se accomodet, quantum cum Deo licet.

14 Non litigiosum. Oportet episcopum ab omni contentione & sæuitia alienum esse, ne quod in aliquos animaduertit, id

odio, & non amore, agere videatur.

15 *Non cupidum.* Tameñ liberalẽ & hospitaLEM esse oportet Episcopum, nullum tamen sectabitur lucrum inhonestũ illius hospitalitatis prætextu. D amnatur lucrum indecorum & iniustum.

16 *Filios habentem subditos.* Si ex vxore, ante susceptum episcopatum, accepta liberos habuerit, hos morigeros, & omni virtute præditos reddat: vt vel hoc exẽplo, quo suæ familiæ grauitẽ & reuerentẽ præest, ostendat, quã aptus sit ad regẽdam ecclesiã, cui est præfectus. Ambrosius hoc loco obseruat Paulum cum ait, Habentem filios: nõ autẽ dicit, Faciẽtẽ,

Neophytus.

17 *Non neophytum.* Non nuper ad fidẽ instructũ, & recens baptizatũ, & Christo infitum. Difficile est boni præceptoris fungatur officio, qui se non agnouit aliquando discipulum. Qui discipulus esse non didicit, faciliẽ clarus, & superbus in nouo honore, incidit in diaboli laqueum, & damnationem: sed oportet ab omni fastu tumoreque procul abesse, & famã oportet habere nõ obnoxiam probris, aut calumniis. Addit, ab iis qui foris sunt. Per quos intelligit Ethnicos, à Christiana religione alienos. Oportet episcopum tam claris moribus & vita conspicuum esse, vt ne Ethnicis quidem habeant quod iure obiciant flagitium. Ælius Lampridius in vita Alexandri Seueri scribit Christianos, si quãdo sacerdotes ordinare voluissent, prius ipsorum proposuisse nomina palam, hortatosque populum, vt si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus. Hoc ad id vtile erat, quod Ethnicis Christiana religione non malẽ sentiẽtes, ab impietate sua facilius reuocabantur.

18 *Diaconos similiter.* Chrysostomus quærit: Cur hęc Sacerdotes, seu Presbyteros præterit? Quia quæ de Episcopis dicta sunt, Sacerdotibus competunt: his nanque iunctum est, vt ecclesiis præsent, & alios instruant: Et sola sunt illis consecrationis cõseremonia, & ordinatione, ex se inferiores. Diaconos easdẽ animi diuitias habere hortatur, ne sint bilingues, hoc est, ne aliter sentiant, atque loquantur: ne bibaces sint, & auaritiæ nil studeãt: habeant mysteriũ fidei in cõscientia bona: sentiãt, & in se planẽ habeant, quæ Christi sunt ad salutem nostrã, & eadem opere manifestent. Hoc est, non audcant aliud dicere, aut facere, quàm quod secundum fidẽ cognoscunt, & sentiunt. Istud est quod dicit, In cõscientia pura.

Hoc

Hoc verò ita exerceant, vt nulli dent occasionem, qua in ius vocẽtur. Id est quod dicit, Nullum crimen habentes: hoc est in criminabiles. Diaconi sunt Episcoporum ministri, & veluti membra, adeoque & seges Episcoporum. Diaconorum duplicẽ reperimus fuisse functionẽ. Nam, vt est in Act. 7. cap. curã pauperum gerentes arario ecclesiastico præfecti erant. Altera erat, qua sacrificanti assidebant seruiẽtes, & quæ ad sacra facerent ministrantes. Temporibus prophetarum, receptum erat alere adulescentes ad ministeria sacra, vt notum est ex Sa muẽlis historia. Legimus Scholas cum Iericho cui præerat Helisæus, tũ in Ramoth Galaad fuisse. Harum discipuli, & Nazaræi & Prophetarum filij appellabantur.

19 *Mulieres similiter pudicas.* Paulus non hic instituit vniuersum populũ, sed Episcopum cum sua familia, & clientela, quã vult totam esse illibatã. Nec admodũ huic repugnat sententia Chrysostomus, interpretatũ hęc locũ de mulieribus, quãrũ ministerio utebatur ecclesia. Certẽ de viduis aliis, quas ecclesia susceperat, post suo loco præcipit. Sint pudicæ, id est, non delectæ, non leues & ineptæ, sed matronali pudore graues. Nemini detrahãt, nõ sint calũniosæ & garrulæ, per alienas domos perreptantes, & alienis faciliẽ seipsas immiscentes causis, vnde nascatur obrectandi calumniãdisque negotiũ. Sed sint sobriæ. Hęc non tã ad sobrietatẽ animi & tẽperantiã, quàm ad diligentiam & prudentiã referuntur: id est, rei familiari diligenter prospiciant. Et fideles in omnibus. Hęc dicens Paulus respicit ad fidẽ coniugalem, & ad fidelem facultatũ dispensationem, ne sint adulteræ, impuræ, furaces, & inconstantes. Quare multum refert quam quisque accepturus est vxorem: quum in vniuersa viri vita hęc momentum non leue habeat. Viri enim existimatio ex illius improbitate periclitatur. Et eadem augetur ex studiis & moribus eius sanctis.

20 *Qui enim bene ministrauerint.* Qui accepto dono spiritus, vt possint esse ministri electi sanctorum, bene vsi fuerint, ad vtilitatem ecclesiæ suæ indigẽtium, gradum bonum sibi acquirunt, id est profectum, & ex dono Dei argentis & ditantibus proficiunt, & aliis ascendũt in dono, vt in dies magis ac magis quàm ante prodesse possint. Et cum suam vigilantiam, diligentiamque monstraerint, fulgebunt in ecclesia, quum à diaconatus gradu ad sacerdotium, à sacerdotio deinceps fuerint ad episcopatum prouecti.

21 *Multam fiduciam in fide.* Plurimum fiducia acquirēt vt maiorem sibi gloriam pariant. Nec hoc fiet in mundanis his dignitatibus, aut pecuniis: sed in fide: hoc est in cunctis, quæ secundum fidem sunt, operibus, & sermone.

22 *Quæ est ecclesia Dei vni.* Ecclesia dei, vocat domum Dei, quod vniuersa ecclesia, domus vna est, vnum habens patrem familiâs. Omnium Christianorum communio spiritualis tua est, quemadmodū eorū qui sunt vnius domus & familie.

23 *Columna & firmamentum.* Hæc est inter legem & ecclesiâ discrepantia, quod illa figuras, & vmbas cōplectebatur: hæc veritatem. Omnia quæ in ecclesia sunt, certiora, seu apertiora, & stabilia sunt: nihilque in ea fucatum, vel quod vmbam præ se ferat. Cuiusmodi sunt ea, quæ sunt legis Moisaicæ. In hac pontifex maximus præsidet Dei filius Iesus Christus, cuius diuinum corpus summum est sacrificium. Est igitur columna, & firmamentum inexpugnabile, ob certitudinem dogmatis inuiolabilem, & præsidem eius Spiritum sanctum, cuius numine omnia reguntur. Est ergo ad hanc, tanquam ad anchoram recurrendum, si quid de doctrina periclitatur, & de re Christiana inter nos controuertatur.

Ecclesia columna & firmamentum veritatis.

Iesu Christi manifestatio & incarnatio mysteriū grande est.

24 *Magnum est pietatis sacramentum.* Filium Dei esse incarnatum manifestum est: sed modus incarnationis non omnibus est cognitus: & hoc est mysterium & arcanum, hoc est quod Deus manifestatus est in carne assumpta, Ioan. 1. Verbum caro factū est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriā eius &c. Iustificatus est in spiritu, & hoc secundū humanitatem, quam certum est nō à seipsa sola fuisse iustam, sed à Deo, qui solus iustificat. Ideo ei qui Deus est, tribuit iustificationē, quia Deus & homo vnus est Christus. Sicut filius dei dicitur mortuus pro peccatis nostris, & tamen non est passus secundum diuinitatem, sed humanitatem. Propter illam ineffabilem vniōnem, qua vnita est diuinitas humanitati, sunt hæc veræ & catholicæ propositiones, Deus est homo, Deus est mortuus, Deus passus est pro nobis. Non abs re à propheta dictū est, Requieuit super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & veritatis, spiritus timoris Domini. Et de plenitudine eius accepimus omnes. Ioan. 1. Distributio hæc valde accommodata manifestatio est in carne, iustificatio autem in spiritu. In carne miraculis proditur & manifestatur, in spiritu autem iustificans,

ificans, non nisi fide creditur. Siquidem in Christo in hominem Deus ita iustitiā infudit, vt ipse esset nobis iustitia, & sanctificatio, & redemptio. De his. 1. Corin. 1. Psal. 44. Et Ioā. 10. Quidam interpretatur, quod operatione spiritus sancti apparuit iustificatus & innocens, etiam iis, qui falsō accusauerunt eum, & crucifixerunt: ita vt apertō ore in hæc verba proruperint: Verē filius Dei erat iste. Et Roma. 1. Qui prædestinatus (id est, declaratus) est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis. Hoc autem mysterium reuelatum est vniuersæ creaturæ: nam & angeli desiderant prospicere, quæ per Christum habemus, 1. Petri 1. Et prædicatum est Gentibus, quum soli Iudæi sibi viderentur ad Messiam pertinere, & ad mysterium regni cœlorum, vt ostensum est Ephes. 2. & 3. Creditum autem est in toto mundo: alioquin quid profuisset prædicatum esse? Præterea assumptum est in gloria, vt omnes glorificent filium, sicut glorificant patrem, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, &c. Et omnis lingua cōfiteatur, quia Christus est in gloria Dei patris.

Errores Antichristi prædicat.

CAP. IIII.

Manifestè,
citra controuersiam, certò.
Spiritus er
roris, impostoribus,



Piritus autē manifestè dicit, quia in nouissimis tēporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis, loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem: Quod omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus

De vltimis temporibus.
2. Timo. 3. 4
2. Petri. 3. 4
Iud. 1. f

Nubere, matrimonij contrahere.

Hæc proponens fratribus, de his si commune feceris fratres.

eris minister Christi Iesu, enutritus⁸ ver-
bis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecu-
tus es⁹. Ineptas autē & aniles fabulas de-
uita:exerce autem teipsum¹⁰ ad pietatem.

Fabula.

1. Timo. 3. b

Titum. 3. c

Nam corporalis exercitatio ad modicum
utilis est:pietas autē ad omnia utilis est,
promissionem habens vitæ,quæ nūc est,
& future. Fidelis sermo,& omni acceptio
ne dignus. In hoc enim laboramus¹¹, &
maledicimur,quia speramus in Deum vi-
uum, qui est saluator omnium hominū,
maximē fidelium. Præcipe hæc¹², & doce.

*De vitareli-
ce.*

*Fidelis, indu-
bitatus.*

Nemo adolescentiam tuam¹³ contēnat: sed
exemplum esto fidelium in verbo, in con-
uersatione, in charitate, in fide, in castita-
te. Dum venio¹⁴, attende lectioni, exhor-
tationi, doctrinæ. Noli negligere gratiā,
quæ in te est, quæ data est tibi per prophe-
tiam, cum impositione manuum¹⁵ presby-
terij¹⁶. Hæc meditare¹⁷, in his esto: vt pro-
fectus tuus manifestus sit omnibus. Attē-
de enim tibi & doctrinæ: in sta in illis. Hoc
enim faciens, & teipsum saluum facies, &
eos qui te audiunt.

*Adolescen-
tiam, immu-
tatem.*

*Dū venio;
donec ven-
ro.*

*Presbyterij
vel autori-
tate sacerdo-
tij.*

*Presbyteri
quales esse
debeant.*

¹ Manifestè dicit. Prophetat Paulus Timotheo de iis errori-
bus, qui futuri crāt, circa ciborū abstinentias, & nuptiarū: qua-
si hæc per se mala essent. Qui error postmodum apparuit tē-
pore Eucratitarū, & eorū quos appellarūt Cataphrygas. Ex-
pediebat certè Asiaticos propheta præmuniri, quia error a-
pud eos plurimum inserpsit. Ait ergo: Spiritus (supple, san-
ctus) dicit manifestè: id est præscriptè, siue præcisè, & certò,
nō obscurè & inuolutè, quæ admodū loqui solet in pphetis.
Quia in nouissimis, id est, posterionb², vel sequētib³ diebus,

² Disce.

¹ *Discedent quidam à fide.* Vide quàm malorum omnium, sit
causa recessus à fide.

³ *Attendentes spiritibus erroris.* Id est spiritibus se ductoribus,
siue deceptoribus, vt legunt Hylarius libr. de trinitate 10. &
Augustinus aduersus Faustum lib. 15. cap. 10. Arguit hic Pau-
lus omnes hæreses, quæ per dæmonum fallacias obrepserē, &
doctrinam. Quomodo hæc contigerūt, hîc Paulus explicat
paucis. Sed diffusius de his tractat Epiphanius.

⁴ *In hypocrisis loquentium.* Quæ mentiuntur non per ignoran-
tiam, neque inscij, sed simulando loquuntur, apud simplices
enim venditabant se, persona sanctimonix.

⁵ *Et castitatem.* Id est, quibus conscientia cauterio notata
est. Nam ferro candenti notabantur malefici, stigmatis im-
pressis cuti. At isti non corpus, sed animum habent stigmati-
cum, ob vitæ dedecora, quorum ipsi sibi conscij sunt.

⁶ *Prohibitum nubere.* Hæreticos prohibentes nuptias tan-
quam malas præuidebat Paulus: & qui iuberent abstinentiam
ab escis tanquam communibus & immūdis ex seipsis. Ex Am-
brosio & alijs doctoribus, videtur mihi sic ordinandus tex-
tus: Prohibitum nubere, & iubentium abstinere, &c. Ita vt
subaudias, iubentium abstinere à cibis, tanquam communi-
bus, & immundis, vtrunque hoc præceptum est Manichæo-
rum, & Tacianorum, quos Eucratitas appellant. Lege Augu-
stinum ad Quod vult Deum.

⁷ *Sanctificatur enim.* Si quid immundum duxeris, medica-
mentum in promptu est, ait Chrysostomus: Signum crucis il-
li imprime, gratias age, Deo gloriam refer, & protinus im-
munditia omnis abscessit. Aut sanctificatur per verbum Dei,
quo credimus, nihil amplius commune, & immundum dici.
Et per orationem, qua talia oramus nobis dari, & pro datis
gratias agimus.

⁸ *Enutritus.* Potest & actiue legi educans illos verbo fidei.
Nam Græcum participium huic respondēs, est medium præ-
sentis temporis. Aut, Enutritus: hoc est, à puero in sacris lite-
ris versatus.

⁹ *Affectus es.* Græca scholia, sic hunc locum exponunt,
Cuius es alumnus: hoc est, in qua es educatus, & ab adolescē-
tia versatus. Chrysostomus & eius abbreviator, huic subscri-
bunt expositioni.

¹⁰ *Exerce teipsum.* Hoc est, ad fidem puram, & rectā vitam,

*Corporalis
exercitatio.*

exercitatione nobis opus est spiritali, quæ lætissimos fructus in futuro seculo reddit, & hic, atq; illi recreat. Quidam autem, Paulum per corporalem exercitacionem intelligere ieiunium; sed spiritalis, non corporalis dici debet exercitatio, auctore Chrysofostomo.

11 *Laboramus.* Molestiis afficimur.

12 *Præcipe hæc, & doce.* Cum nihil ignari, sed prudentes & scij in prauum aliquod facinus labimur, præcepto egemus. Cum verò ignoranter delinquimus, disciplina est opus.

13 *Nemo adolescentiam tuam.* Cum Timotheus teneræ admodum esset adolescentiæ, iuxta communem quædam præsumptam opinionem, timebatur, ne contemptibilis sua adolescentia redderetur. Quare Paulus hanc obiectiunculam præoccupat dicens: Nemo adolescentiam tuam contemnat. Ac si diceret: Non eò spectent homines, quot annos natus es, aut vixeris, sed quod munus geras. Tametsi iuuenis & adolescens sis iuxta annos, tu tamen fide integra, & pietate, & morû grauitate, senilem, præ te fers ætatem. Quare nihil vcreare in tanta, & tanto tuo ministerio, ne senum improbitati diuersa docentium cædas. Viue ergo, & ita cum omnibus versare, vt nemo iuuentutem tuam possit despiciere. Hoc est, quod subiungit Paulus: Sed exemplum esto fidelium, in verbo, &c. Ex his colligimus hominû ingenia non à vetustate, vt vina, esse æstimanda: sed ab ipsa probitate, eruditione, & morum grauitate. Iuuenes etiam propheticò fungentes munere fuerunt Daniel, Dauid, Samuel, Hieremias, & alij in vetere testamento viri egregij. Et in sacris legimus nõ semel, senes imprudentes & impudicos: Non negamus tamè, vitæ vsu, multaque rerum experientia parari prudentiam, vnde etiam agnoscimus sanctam & venerandam senectutem esse colendam.

14 *Dum venio attende lectioni.* Si Timotheo iniungit, vt sacris literis vacet: quid nobis erit agendum? Quinetiam & Paulus ipse ad finem vsq; diuinis scriptis intenderat, vt alios posset instituere. Ait ergo: Quoad ipse ad te proficiscar, scripturas perlege, è quibus intelliges, quemadmodum alios commonefacies: ipse verò & reliqua suppedtabo, cum venero. Nullam hic agriculturæ mentionem Paulus facit, neque episcopos manuariis sellulariisque artibus, aut opificiis affigit. Quò magis miror quæ agat illos dementia hodie, qui malunt comendari fe ab inoculatione, re hortensi, malleo, do-

labra

labra, lima, equorum, canumve præfectura, aut venatione, quam ab assiduo sacrarum & honestarum literarum studio. Hos per Deum rogo & obtestor, vt non nihil etiã apud eos Paulina valeat authoritas, audiant præcipientem, attende lectioni, id est, rotû te sacris literis cõsecra, nõ autè venationi & aulicæ seruituti. Succifluas ac secundarias horas honesto exercitio, iustas verò sacrarum literarum studio eloca. Intellico Paulum exercuisse opificiû manuarium, quò victui necessaria pararet, nõ obmisso tamen suæ functionis Apostolica munere. Eò non te cogit necessitas, manibus labores: abundas & locuplete censu donatus es, attende ergo lectioni sacrae, qua exhortatione & doctrina apud commissum tibi gregem plurimum valeas.

15 *Cum impositione manuum.* Non de presbyteris hoc loco, *Impositio manuum.* ait Chrysofostomus) sed de episcopis loquitur: neque enim presbyteri ipsum Timotheum ordinarant.

16 *Presbyterij.* Id est, officij presbyteratus, iuxta antiquorû textuum lectionem, quæ cum Græcis etiam cõsona est. Et ita legit Ambrosius. Ait Paulus: habes, ò Timothee, non solum prophetiæ donum, verum etiam efficaciam, imposita manu, dandi spiritum & aliis: idq; ex officio presbyterij tui, nimirum episcopus. Aduerte, Impositio manuum Hebræis fuit admodum familiaris, vbi aliquid commendabatur, vel offerebatur deo. Sic Iacob imponit manus duobus filiis Ioseph. Gen. 48. Sic manus super caput hostiæ immoladæ ponebatur, Leuit. 1. Sic Christus imposuit manus super paruulos. Et de credentibus ait. Marci vltimo: Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Religiosè & sanctè hic Paulus, Apostoli, & eorû successores Episcopi, ordinandis presbyteris manus imponunt. Quòd signum externum inuisibilem gratiam, cum potestate presbyterij significat esse ordinato collatam.

17 *Meditare.* Hæc exerce, & in his persiste. Est enim Meditari, tam animo quàm corpore a deo que totis viribus in rem aliquam perficiendam incumbere.

DICTIO.

CAUTERIA TVS is dicitur, cui conscientia cauterio nota est. Cauterium, auctore Cælio lect. antiq. libr. 5. cap. 31. instrumentum est, quo putridæ carnes aduruntur & vlcera.

ANILES fabulæ sunt meræ nugæ, Sicilæ gerræ, quas Fabulæ anti-

les.

fas nœnias, quòd apud Hiberos magica miracula narrarētur, vt apud Theſſalos: hinc Theſſala mulier.

Presbyter.

PRESBYTER, Latine ſenior dicitur.

Quisque pro decore tractandus ab episcopo. CAPVT V.



Eniore^r ne increpaueris, sed increpaueris, *senus obiurges.* vt fratres: anus, vt matres: iu uenculas, vt sorores in omni *adhortare.*

Vidua.

castitate^r. Viduas honora³, quæ verè viduæ⁴ sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discant primùm domum suam regere, & mutuã vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est, & desolata, speret in Deo, & instet obsecrationibus, & orationibus die ac nocte. Nã quæ in deliciis⁵ est, viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprensibiles sint. Si quis autem⁷ suorum, & maximè domesticorũ, curam nõ habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua deligatur, non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimoniũ habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorũ pedes lauit, si tribulationem patientibus ministravit, si omne opus bonum⁸ subsecuta est. Adolescentiores autem viduas deuita. Cũ enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volũt: Deuita. *reice refuta.* Luxuriatæ fuerint in Christo, *lasiu* uire cœperint aduersus Christum.

Regere, Pie tractare

Quis, quæ

Omne op bonũ &c. in omni opere bono sunt assidua.

habentes

habentes damnationem¹⁰, quia primam fidem irritam fecerũt. Simul autè & ociosæ, discunt circuire domos: nõ solũ ociosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familiã¹¹ esse, nullam occasionẽ dare aduersario maledicti gratiã. Iam enim quædã conuersæ sunt retrò post satanã. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, vt nõ graue tur ecclesia, vt iis, quæ verè viduæ sunt sufficiat. Qui benè præfunt¹², Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim scriptura¹³. Non alligabis os boui trituranti. Et, Dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum¹⁴ accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Peccantes, coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant. Testor coram Deo¹⁵ & Christo Iesu & electis angelis, vt hæc custodias sine præiudicio¹⁶, nihil faciens, in alteram partem declinando. Manus citò nemini¹⁷ imposueris, neque cõmunicaueris¹⁸ peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam¹⁹ bibere: sed modico vino vtere, propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum²⁰ peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bonã,

Verbosæ, linguaces, nugaces, ineptè loquaces.

Matres familiã esse, domum administrare.

Maledicti gratiã, vt habeat male dicendi causam.

Conuersæ sunt, deflexerunt secutæ.

Præiudicio precipitatio ne iudicij.

In alteram partẽ declinando, vel iuxta propensionẽ animi.

Castum, purum. Adhuc, posthac.

Deut. 25. 2 1. Cor. 9. 4

Matth. 10. 6 Luc. 10. 6

manifesta sunt : & quæ aliter se habent,
abscondi non possunt.

Senior.

1 *Seniorem.* Senior, hic ad ætatem refertur, propterea quod sequitur. Iuniores. Et cōparatiua posita loco positiuorū pu- to. Hoc primo verbo desiderat Paulus episcopi obiurgationem ab omni tyrānidis specie alienissimam esse, sed lenem & mitem, quæ tamen ad mollitiem & sceleris impunitatem non deflectat. Mauult reuera hominis ingenium duci quàm cogi. Si episcopus agit siue cū senioribus, siue cū iunioribus, siue cum puellis: nihil impurum habeat sermo eius, nihil vel se uitæ, vel cōtumaciæ, vel auaritiæ, vel odij habeat. Obscra, id est, exhortare, (vt legit Ambrosius) propter honorificentiam ætatis maiorem natu, cum māsuetudine ad bonū opus, vt facilius suscipiat admonitionem.

2 *In omni castitate.* Non solum scelus ipsum concubitus omnino fugiendum, sed etiam omnis alia suspitionis causa deu- tanda. Hæc nō Timotheum monendi gratiā scribit, quippe quem sciret castissimū: sed nostri qui posteri sumus, vt & ipsi suspecta omnia caueamus.

Viduis sub-
ueniendum.
Honorandi
verbum.

3 *Viduas honora.* Id est, cōmiserere, & necessaria illis suppedi- ta. Honorādi verbum iuxta morem Hebræorum, subsidij si- gnificationem habet. Locus hic est de viduis, quas omni au- xilio destitutas suscipiebat ecclesia alendas, quibus provide- bant Diaconi, ex bonis ab ecclesia in pauperes collatis.

4 *Quæ verè viduæ sunt.* Id est, orbata, desolata, & viri, viriū, necessariorum & liberorum solatio destitutæ. Latinis vidua dicitur à viduendo, id est, orbando. hinc viduertas pro deso- latione & solitudine.

Verè vidua.

5 *Quæ autem verè vidua est.* Eam verè viduam esse asserit, quæ desolata speratur castè victura, & neminem habeat qui sibi prospiciat, nō nepotem, nō filium: sed omnis spes eius in deo sit affirmata. Hæc est illa magna consolatio: vt pote quæ des- habeant omnium loco. Huiusmodi erāt, quæ ex paganismo ad Christianismum transibant, quarum omnia plerūque bo- na proscribentur. Hæ poterāt nubere. Sed vt meliores es- sent & dignæ deo secundas nuptias respuerunt, æmulæ san- ctissimæ Annæ, quæ ieiuniis & obscrationibus die & nocte deo seruebat.

6 *Nam quæ in deliciis est.* Aug. lib. quæst. in Deute. quæst. 47. refert:

refert ad hūc modum hanc sententiam. Quæ verò in deliciis est, viuens mortua est. Græci ita distinguunt, vt duo contra- ria coniungant. Viuens mortua est, quasi dicas, Viuens non uiuit. Hilarius in psalmum 67. Apostolus (inquit) scit quæsdā mortuas viuere: id est, dum viuunt iam esse mortuas. Carne viuens vidua, mortua est spiritu. Neque existimandi sunt vi- uere qui carni non deo viuūt, cum extra pietatem non sit vi- ta, deliciis ergo ducta vidua, mortua est.

7 *Si quis autem suorum.* Hunc locū Ambrosius & Theophy- lactus interpretantur de vidua, quæ viuēs in deliciis, nullius curam habet: nisi sui ipsius.

8 *Si omne opus bonum.* In omni opere bono sint assiduæ.

9 *Luxuriat. e fuerint.* Lasciuire cœperint aduersus Christum.

10 *Habentes damnationem.* Christum sponsum offendunt, cū inanem reddunt conuentionem, quam cum Christo pepige- rant. Fidem enim & Christo sponso & ecclesiæ dederunt se- mel, & sese sua sponte abdicarunt connubio. Seruent ergo promissum, & fide stent: ne suam, quam professæ sunt reli- gionem soluant.

11 *Matres familias esse.* Id est, domū & familiā administrare.

12 *Qui bene præsunt.* Presbyteri, hic episcopi, & parochi, seu pastoris spiritualis vocabulum est, nō ætatis. Quales hi sunt, qui bene præsunt, Dominus docet, inquit Ioā. 10. Bonus pa- stor animam suā ponit pro ouibus, videlicet nemini parcens vt oues curet. Honorem autem dicit, quæ in vitæ alimoniam conferātur. Oportet enim abundant, qui alios instruunt, iis rebus quæ hominum vitæ sunt necessaria: ne horum cura di- strahat prædicandi munus omittat. Sic enim & olim Leuitæ debebant. Duplici, pro abundanti positum est.

Viuens
mortuus.

Presbyter
episcopus

Honor pro
victu.

Doctōris la-
bor magnus.

Tritur are.

13 *Dicit enim scriptura.* Subnectit testimonia, alterum veteris testamenti, alterū legis euangelicæ. Aduerte autem, quemad- modum vndique cogitur insudare, qui docet. Nam vt fru- menta dissoluere, & in grana deinceps cōminuere, non paruus est labor: Sic & qui alios instruit, necesse est ad angoris, & penuriæ, & laborū tolerantia se præparet. Cū verò de ope- ratio differit, ostendit nequaquā hunc oportere delicias & quietem conquirere, ait Chrysothomus. Obserua verbū Tri- turanti, hoc est docenti, monenti, exhortanti, sacrificanti, ac cæteris sacerdotalibus officiis fungenti.

14 *Aduersus presbyterum.* Qui præsumt, faciliè incurrit odia

Presbyterorum accusatio non facile admittenda. inobedientiū; & idcirco non facile audiri debēt qui tales accusant: tum quod suspecti sunt delatores & accusatores, tum quod maiori scandalo sunt qui præsunt, si crimine notati fuerint vel suspecti. Quod si manifestum fuerit ecclesiae eos peccasse, aut contra eos probatum fuerit duobus aut tribus testibus, secundum legē Deuter. 19. ab episcopo corripiantur, ut emendantur: ne sibi ob sacerdotij functionem placeat quisquam, putetque omnia sibi licere: sed cogitet peccata sua, non priuata, sed publica, quæ reliquos contagio inficerent.

15 *Testor coram Deo.* Quæ facimus & operamur, Deus, Christus Iesus, & angeli ipsi vident. Ergo exequamur nobis comissa, ut in conspectu talium.

Præiudiciū.

16 *Sine præiudicio nihil faciunt.* Præiudicium hoc loco non significat quod apud Iureconsultos, rem prius iudicatam: sed præcipitatum iudicium, cum ex concepta temerè opinione quidpiam agitur, & iudicamus ipsi apud nos, antequam competentem habeamus: hoc est sine personarum acceptione. Deuter. 16. Iudicent populū iusto iudicio, nec in alterā partem declinent: non accipias personas, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, mutant verba iustorum. Iustè, quod iustum est, persequaris.

Ordinandi, sunt probandi.

17 *Manus citò nemini.* Non sunt nisi quos diligētī cura probaueris, ad sacros ordines promouendi.

18 *Neque communicaueris peccatis.* Obnoxius es alienis delictis, his scilicet quæ ille in futurum commiserit, cui citò manus imposuisti. Aut: Si qui iniuste faciūt, si qui quod iustū est non iuste exequuntur, vide ne cōsentias, ne cōniueas, ne taceas, sed contradicas. Ut si nihil aliud efficias, tamē cōscientiā tuā liberes. Hoc est quod addit, Te ipsum castum custodi.

19 *Noli adhuc aquam.* Videtur hic locus indicare Timotheū fuisse abstemium. Certè Plato de Legibus iubet pueros usque ad ætatem xviii. annorum à vino abstinere, quod non sit necesse ignem igni addere: inde verò vsque ad xl. modicè uti, post eam ætatem, ad vitæ tædium leuandum plusculum bibat. Paulus vult Timotheum paululo vino uti ob stomachum & frequentes infirmitates. Inest enim vino temperatè sumpto mira medicandi vis. Lege Plinium lib. 23. cap. 1. hoc si sumatur inmodicè, maximorum est causa morborum, de qua re, qui vult, legat Plinium lib. 14. cap. 22. Huc pertinet quod scribit Ambrosius: Prudēter Deus sibi seruii vult non

vt

ut nimietate sua debiles fiant, & postea medicorum suffragia requirant. Temperadum enim est, ut si fieri potest, ceptum obsequium gradatim prouehatur, quam per incōsideratiam minuatur. Intemperantia enim ipsam animam inquietam facit: ut cum de infirmitate sollicita est, non tantum dedita sit diuinis seruitiis. haftenus ille.

20 *Quorundam hominem peccata.* Totus fortassis trepidasset Timotheus, audiens Paulum dicentem: Neque communicaueris peccatis alienis: propterea obicere videtur. Quid si igno rem peccata aliena, id est, illorum quibus communico? Respondet, De occultis dies docebit. Interim pro bonis habeto, de quibus nemo malè sentit, qui nemini sunt occasio peccati. licet nihil tuæ conscientiae, aut tuo officio erit periculi. Sed quædam sunt tam manifesta, ut ad dignoscendū non sit opus iudicij examinatione. Id est, quod dicit. Præcedentia ad iudicium, id est, non indigent iudicio: vel iudices, siue sententiam de eis proferas: quia iam iudicata sunt, & cognitionem tuam non subterfugerunt, quippe cū prius sint facta quam de homine formaueris iudicium. Intellego hoc loco Iudicium, non illud Christi extremum, tametsi ita dici possit: sed iudicium humanum in hac vita, quod supra commisit Timotheo. Quosdam autē & subsequitur: id est, aliquorū peccata postea nota erunt. Ex fructibus enim cognoscetis eos. Similiter & opera bona manifesta sunt: supple, antequam iudicentur, vel de eis sententia feratur. Ea verò quæ aliter se habent, id est, in occulto malè fiunt, aut velut bona sese per hypocritam venditant, occultari & abscondi non possunt, id est, suo tempore prodentur.

CONCILIATIO.

ADVERSA TVR hoc à Paulo dictum, peccates coram omnibus argue: sententiæ Christi, Matth. 18. Si peccauerit in fratrem tuum, corripe, &c. Augustinus libro vno de correptione & gratia, cap. ultimo, facit ut ita respondeamus: Locus Pauli intelligendus de peccatis, quæ non latent. Sed quæ ex Marthæo adducuntur, intelligi debent de peccatis non manifestis. Veruntamen & ipse seueritatem correptionis eousque perducit Christus ut dicat, Si nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.

CVR beatus Paulus valetudinis Timothei aliter non medebatur, imò ipsum sanabat, qui à mortuis alios reuocabat?

S iij

Respondendum, eò scilicet, vt nihil ipsi hoc tempore offendamur, si sanctos & innoxios mala pati conspiciamus: quoniam vt nequaquam malè existimemus, supra nostram naturam fuisse veteres illos sanctos, sed homines, & nobis adsimiles: demum ne Timotheus ipse de sua virtute forsitan efferratur, superbiatque.

Vitandæ curiosæ quæstiones, & avaritia.

CAPVT VI.

Scru.



Quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini, & doctrina blasphemetur. Qui autè fideles habent dominos, non contènant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt, & dilecti: qui beneficii participes sunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet & nõ acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatè est, doctrinæ: superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malevolentium, & qui veritate priuati sunt, blasphemantium quæstum esse pietatem. Est autem quæstus magnus pietas cum sufficietia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimènta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt

Blasphemetur, Male audiat.

Languens, Insaniens, Verborum, Vel disputationum.

Blasphemantium, Adaleu dicentia, Sufficietia, Vel, animo sua sorte contento.

Iob 1 d
Ecclesia. 5. c

cidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nocua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium

Cupiditas, malorum est cupiditas: quã quidam appetentes, errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis. Tu autem, o homo Dei, hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam, in quã

Confessione vocatus es, & confessus bonam confessionem. Professione coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium red-

didit sub Pontio Pilato, bonam confessionem: vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile, vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet, beatus & solus potens, rex regum & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperium sempiternum Amen. Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum,

Iohan. 18. g

Apo. 17. d
19. c
Iohan. 1. b
1. Iohan. 1. e

Luc. 12. b
Iohan. 1. b

Incerto diuitiarum, Incertis diuitiis

vt apprehendant veram vitam. O Timothee, depositum custodi¹⁸, deuitans prophanas¹⁹ vocum nouitates, & oppositiones falsi²⁰ nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Nouitates;
Vel Ianitates
Falsi nominis, Falso nomenate.

1 *Quinque sunt.* Hic locus non de ministris quales habemus intelligendus est, sed de seruis seruitutē seruientibus. Cuiusmodi olim erant apud Hebræos & Gentes, & hodie apud Turcas. Periphrasi hanc seruitutem & eius genium indicauit dicens: Quicumque sunt sub iugo serui. Alludit ad boum seruitutem, quodum libertas, iugo capiti & cornibus alligato, opprimitur. Ita & seruus alieno subiicitur imperio, vt iam non sibi, sed domino viuat, à cuius uolūtate & imperio omnes serui operæ pendēt. Docet ergo Paulus quibus formulis & præceptionibus informandi sunt serui, dicens: Quicumque libertatem amiserunt, & alieno imperio colla sua submiserunt (de seruis Ethnicorum Christianis hic loquitur) dominos suos non contemnant. Hoc est, quæ ipsis debent officia præstent fidelissimè, & hos ament. Hoc vt faciant, addit stimulum Paulus: ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Id est, ne inuidiosa reddatur doctrina Christiana, si seruos minus fidos, quàm ante susceptam fidem cognouerint.

2 *Qui autem fideles habent dominos.* Duo fidelium seruatorū genera sunt, de quibus hic mentionem facit Apostolus. Alterum iam explicuit, de seruis qui seruiunt Ethnicis. Nunc secundum generis querelas reprimat. Querebantur fideles serui quod Christianis dominis seruirent, existimantes se omnem seruitutem Christiana libertate exuisse. Atque impium esse sanguine Christi redemptum, seruire Christiano cuius est frater. Ait Paulus: Qui autem habent dominos fideles, id est, Christianos, non ideo contemnant dominos quia ipsi serui sunt fratres, id est Christiani, sed magis seruiat. Id est, imò hoc non minime quia domini Christiani sunt, magis sunt obseruandi, & illis potius obediendum. Et dilecti sunt: id est, non morosi & difficiles. Qui beneficii participes sunt, ac si dicat, imò eo magis obtemperandum est illis quia beneficentiæ participes sunt, & beneficentiam compensant: quippe qui alunt, vestiunt, & necessitatem

necessitatem subleuant. His non solum serui, sed etiam domini monentur sui officij. Obiter dixerim Fidem & religionem Christianam, quod ad interiorem hominē attinet, omnes æquare, & æquales facere. Ad Galat. 3. Omnes vnum estis in Christo Iesu. Non est Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus neque fœmina. Sed quod ad exteriorem hominem & politiam attinet rerum humanarū, Fides non impedit, imò vult & præcipit vt serui obediāt dominis, domini præsent, serui subsint.

3 *Ex quibus oriuntur.* Vocauit Paulus eum qui circa rixosas & superuacaneas quæstiones versatur, languentem & insanientem. Quod probat argumento ab effectis sumpto. Ex cōcertationib⁹ illis rixosis & blatterosis nascitur inuidia: nā quum volunt sibi auctoritatem parare, alios eleuant seu deprimūt, nihil solliciti de veritate & Christi gloria quærenda. Hæc dū fiunt nemo alteri cedere vult. Rixarum calor incalescit, nascuntur contentiones, blasphemix seu maledicentia, & peruersa de religione Christiana opinio, rursus impiæ suspiciones in religionem Christianam. Statim conflctatur, & in rabiem furor disputantium vberimè profundit conuitia, & nonnunquam à verbis ad verbera descenditur. Hi corrupti sunt mente, id est, putridis & turpibus ratio obtenebrata est affectibus. Cæci sunt: Nam hi existimāt quæstum esse pietatē.

4 *Quæstum esse pietatem.* Contentiosi, & nugigeruli, vocant suum quæstum & lucrum Pietatem: id est, gloriam, & cultum Dei, existimant sui lucri, & quæstus causa nouum testamentum venisse. Post hæc verba apud Græcos reperiuntur aliqua, quæ Latinè ita sonant: Abstine à talibus. Item Ambrosius: Discede ab huiusmodi. Sed hoc in vulgatis Latinorum codicibus non habetur. Theophylactus hæc addit, & interpretatur, dicens: Discede ab eiusmodi. Non dicit, Verbis cōtento, & hos oppugna: sed, Discede: id est, quum semel, aut bis ipsos monueris, missos facito.

5 *Est autem quæstus magnus.* Quid attinet falsa scientia, & humana doctrina pro quæstu seducere mūdum: quum quæstus verus sit, & magnus, Habere pietatem, & esse sua forte contentum? O verbum breue, & suauissimum: quod creditum, vere facit in vtraque vita beatos, & mente pacatos. Contrà, qui non curata pietate, sua forte nolunt esse contenti, sed uolūt discere, id est, voluntatem, quam Deo debent, consecrant

Mammonæ, incidunt in tentationem & laqueum diaboli. Quia pro consequendo lucro incipiunt agere contra conscientiam, & perdunt fidem. Sicut vides in Euangelio de femine, quod cecidit inter spinas. Cæterum attende quòd dicit: Qui volunt diuites fieri, non contenti sua forte. Et non dicit, Qui diuites sunt. Nam diuitiæ sunt media quibus spiritalis rectè vti potest. Sed qui volunt diuites fieri, hi certè periculis multis obuoluuntur: destinant enim per fas & nefas opes colligere.

Sufficientia: 6 *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur.* Describit sufficientiam: quæ est, tantum rerum potiri, quatum ad vitæ decentiam facit, non ad luxum.

7 *Radix enim omnium malorum.* Exponit quàm sit pestiferum & perniciosum auaritiæ incumbere, quam quidam Græcorum dixere totius vitiositatis metropolim. Nam Cupiditas nec viuentibus parcat, nec mortuis, quæ vel hos ipsos spoliat, præ datique: & in parentes, vt insurgant, liberos (qui parentum vitam longam fastidiunt) cogit: & fratres, vt cum fratribus litigent, & humana simul & diuina iura peruertit. Hanc itaque si tollas cupiditatem, nec bellum, nec odia erunt, ait Chrysostomus.

Cupiditas nemini parcat.

8 *Quam quidam appetentes.* Nam quo pacto Euangelio fidem præstiterit pecuniis inhians, cum paupertatem illud indicat, & hanc vt sectemur suadeat. Neque enim finit cupiditas hæc vt salutis via cernatur, quæ oculos hominum ad se conuertit. Tandem onerati deprimuntur in exitium, & interitum. vt neque præsentibus bonis neque futuris fruuntur. Avaro enim (ait Cicero) tam deest quod habet, quàm quod non habet. Huc pertinent exempla quæ Christus proposuit Luc. 12. & 16. cap. de constructore horreorum & diuite purpurato.

9 *Tu autem homo Dei.* Quid non modò Episcopum, sed & quemlibet Christianum decet, paucis perstringit, Tu o homo Dei: id est, tu o Christiane, qui Deo consecratus es, fugito auaritiæ & reliqua facinora, quæ indigna sunt tua professione. Et sectare præclaras animi dotes, iustitiam quæ neminem fraudat, neminem afficit iniuria, vnicuique quod suum est reddit. Pietatem, id est, religionem & cultum Dei. Fidem, quæ æternis adhærens, corruptibilia & peritura aspernatur. Charitatem, quæ omnibus inferuit, & omnia condonat. Patientiam, quæ in aduersis durat spe vitæ æternæ. Mansuetudinem,

dinem, quæ iram & animi inflatos motus & affectus compefcit. At quoniam harum cœlestium opum studia nõ mediocre habent annexum laborem, subiungit Paulus: Certa bonum certamen, id est, perita in fide, & nullis cedere vel aduersis vel aduersariis, vt agas vel omittas contra tuæ fidei rationem, id est, contra id quod iam doctus rectè sentis. Hoc certamine atque conflictatione vocaris à Domino non ad res & opes caducas, sed ad vitam æternam. Fidei enim (ait Ambrosius) victoria est, cum omnia vitia & crimina subiugantur, vt ad æternæ vitæ præmia veniatur: cuius confessio inter ipsa rudimenta fidei teste interrogante & respondente monumentis ecclesiasticis continetur. Hactenus ille.

10 *Confessus bonam confessionem.* Professus es in baptismo, abscedendum esse à Satana, & vitam Christo ducendam. Similiter præstitit bonum testimonium, cum præfente populo Christiano episcopi munus suscepit. Aut in vitæ discrimine professus est bonam confessionem, id est, ipsum Christum.

11 *Præcipio tibi coram Deo.* Vt cautiorem reddat discipulum, testem inuocat Deum: arguens, haudquaquam humana esse sua præcepta, sed Dei.

12 *Testimonium reddidit sub Pontio.* Roganti Pilato respondit Iesus: Ego ad hoc natus sum, & veni, vt testimonium perhibeam veritati, & multa huiusmodi. Aut testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, id est, testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem, quam qui ex animo cõfitentur, salui fiunt. Vt serues mandatum tibi præscriptum, ne passionis Dominicæ, quam testatus est sub Pilato, reus fias. Non sollicitus (ait Ambrosius) de cura Timothei tam circum spectus est, sed propter successores eius, vt exemplo Timothei Ecclesiæ ordinationem custodirent, ipsi quoque futuri formam tradentes à semetipsis inciperent. Hæc ille.

13 *Vsq̄ue ad aduentum.* Ad perseverantiam in mandatorum obseruatione hortatur. Nõ ad aliquot horas aut dies serua quæ scribo, sed vsque ad aduentum, id est, apparitionem domini, qua intelligit vel extremum cuiusuis hominis diem, vel iudicium illud postremum, quo omnis caro iudicabitur.

14 *Quem suis temporibus.* Quem, scilicet aduentum Christi, de centibus & præfinitis temporibus ostendet.

15 *Beatus & solus potens.* Beatus, extra quæ nihil beatum. Solus potens, ergo omnis potentia & fortitudo ab eo est. Obserua:

Quæ de Deo essentialiter dicitur, nulli creaturæ competit, nisi dono, & gratia. Vt Deus ex se potens est, vita est, & huiusmodi. Sunt ergo alia à Deo impotentia, & mors ipsa. Domino enim Dei, & gratia & possunt, & viuunt: ita & solus habet immortalitatem. Angeli autem non natura & ex se, sed gratia immortales, & immortalitatis participes effecti.

16 *Lucē habitat inaccessibilē.* Id est, hominibus incōprehensam.

17 *Diuitibus huius seculi præcipe.* Diuites huius seculi dicit: quia sunt & in cœlis longè aliæ & excellentiores diuitiæ.

18 *Depositum custodi.* Id quod tibi creditum est, scilicet doctrinam sanam, gratiam, & officium episcopatus,

Profanum.

19 *Deuitans profanas.* Profanas impuras dicit & inquinatas voces, & verba inania. Basilius Magnus vocat nouitates uocum, nouas quasdam, & nuper inuentas instructiones, & doctrinas, à vero penitus alienas.

*Oppositio-
nes.*

20 *Oppositiones falsi.* Quædam sunt humanitus inuenta, quæ falso dicuntur Scientiæ: vera enim scientia est, tum de Deo, tum de his, quæ ad Deū sunt. Hæc vocat Oppositiones, quoniam solas disceptationes, contentiones, & hæreses pariunt: ob id indigna sunt, quibus respondeatur. Hanc scientiā quidam habentes: id est, sese in illa doctores profitentes, à fide exciderunt. Neesse enim fit, vt qui solis ducuntur humanis cogitationibus, à fide excidant, & aberrent.

CONCILIATIO.

cvm sapiens dicat, Initium omnis peccati, superbia: quomodo hic Apostolus pronunciat, Radix omnium malorum cupiditas? Respondeo, Sermonem propheticū Paulus Apostolus hoc dicendo, vt solet, exposuit. Quandoquidē siue initium omnis peccati, siue radicem omnium malorum dicas, vnum idēque significas. Porro cupiditas atque Superbia in tantum, vnum est malum, vt nec Superbus sine cupiditate, nec sine superbia possit Cupidus inueniri. Facit ad hoc, Si quodlibet peccatum perpetrare non possum, nisi meæ delectationi consentiam, quod cupiditatis est proprium, & Dei præceptum quodam modo contemnā, quod est superbiæ malū. Quomodo nō ex cupiditate, quæ est radix omnium malorum, & ex superbia, quæ initium omnis peccati dicitur, procedit omne peccatum? De his quidā doctor hunc in modum ait, Cum superbia sit amor excellentiæ propriæ: Inuidia verò sit odium felicitatis alienæ: quod vnde nascatur satis in prom

*Superbia.
Inuidia.*

ptu est. Amando enim quisque excellentiam suam, vel paribus inuidet, qui ei cœquantur: vel inferioribus, ne sibi cœquantur: vel superioribus, quod eis non cœquatur. Legito Aug. Tomo 9. In epist. beati Ioan. tracta. 8. fol. 431. a

QVOMODO hic Paulus dicit, Deum habitare lucem inaccessibilē: cum scribatur in Dauide Psal. 33. Accedite ad eū, & illuminamini. Et Mat. 5. Beati mūdo corde, quoniā ipsi Deū videbūt. Augustinus parte sexta lib. 2. de actis cū Felice Manichæo, cap. 7. Et parte 8. in Psal. 118. fol. 919. a Ad illam lucē (ait) nemo potest viribus suis accedere: sed cui Deus ipse donauerit, vt accedat. Ad hanc accessus est per Iesum Christū.

FINIS.

Missa est hæc prima ad Timotheum, ex Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ, per Tychicum diaconum.

STATVS EPISTOLÆ II AD TIMOTHEVM

Paulus cum sissetur iterum Casari Neroni, & sese putaret interficiendum, hortatur Timotheum, vt constans ad mortem usque, suo exemplo perduret: prædicens suum obitum instare, & de ijs qui nouissimis temporibus veritati euangelicæ aduersabuntur, cum ad se cum Marco venire iubet.

LOCI INSIGNES HVIVS EPISTOLAE.

- 1 Quare vincētus Paulus, & quis bonus Christi miles. Cap. I. & II.
- 2 Salus ante tēpora æterna, sed nunc manifestata. Cap. I.
- 3 Impositio manuum. Cap. I.
- 4 Inanes & prophanas doctrinas vitandas. Cap. II. & III.
- 5 De vasis iræ, vasis misericordiæ: de respicientibus qui antea veritati resistebant: de excidentibus à veritate, & ipsam oppugnantibus. Cap. I. II. III. & IIII.
- 6 Persecutiones profitentibus Christum. Cap. II. III. & IIII.
- 7 Describit quā periculosa sint tempora futura. Cap. III. IIII.

EPISTOLA B.

PAULI APOSTOLI, Ad Timotheum II.

Monet Paulus Timotheum, vt pater filium.

CAPVT I.

PAulus Apostolus IESV Christi per voluntatē Dei, secundum promissionem¹ vitæ, quæ est in Christo Iesu: Timotheo charissimo filio, gratia & misericordia, & pax à Deo patre nostro & Christo Iesu Domino nostro. Gratias ago Deo meo, cui seruiò à progenitoribus² meis in conscientia pura³, quòd sine intermissione habeam tuam memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre, memor lacrymarum⁴ tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primùm in auita tua⁵ Loide, & matre tua Eunice: certus sum autem quòd & in te. Propter quã causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei⁶, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris⁷: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere

Vita per Christum.

Impositio manuum. Spiritus. Roma. 8. c.

Secundum promissionem, id est, ad predicandam promissionem.

Progenitoribus, maioribus.

Recordationem accipiens eius, vbi comensaturus fuero.

Virtutis, potentie.

AD TIMOTHEVM II.

328

Collab. eu. que me vincitum eius: sed collabora⁸ Eu-
sec. virtutē dei, *Esto par* angelio secundum virtutem Dei, qui nos
riceps affli- liberavit, & vocauit vocatione sancta:
ctionū, quæ non secundum opera nostra, sed secun-
euangelium dum propositum suum, & gratiam, quæ
comitantur, data est nobis in Christo Iesu ante tem-
intra poten- pora secularia⁹. Manifestata est autē, nunc
tiam Dei. per illuminationem saluatoris nostri Ie-
Secularia, su Christi, qui destruxit quidem mortem,
eterna. illuminauit autem vitam, & incorruptio-
Illumina- nem per Euangelium: in quo positus sum¹⁰
tionem, ap- ego prædicator, & Apostolus, & magi-
partitionem. ster Gentium. Ob quam causam¹¹ etiam
Destruxit, hæc patior: sed non confundor. Scio e-
aboleuit. nim¹² cui credidi, & certus sum, quia po-
Illuminavit, vitam autem
autem vitã, tens est depositum meum seruare in il-
in lucē pro- lum diem. Formam habeo¹³ sanorum ver-
duxit. borum, quæ à me audisti in fide, & in di-
Cōfundor lectione¹⁴ in Christo Iesu. Bonum depo-
erubescō. situm custodi¹⁵ per spiritum sanctum, qui
Cui credi- habitat in nobis. Scis enim hoc, quod auer-
di, & c. si sunt à me omnes qui in Asia sunt¹⁶: ex
certusque quibus est Phygelus¹⁷, & Hermogenes.
sum quòd is Det misericordiam Dominus Onesiphoro¹⁸
cui credidi. *rus.*
Refrigera- ri¹⁸ domui, quia sæpe me refrigerauit, &
uit, refocil- catenam meam non erubuit. Sed cum Ro-
lauit. mam venisset, sollicitè me quæsiuit, & in-
uenit. Det illi Dominus inuenire misericordiam à Deo in illa die. Et quanta Ephe-
si ministravit mihi, tu melius nosti.
¶ *Secundam promissionem vitæ.* Contemendæ sunt hæc res ter

Titim. i. b.

Vinctus Paulus. i. Timot. 2. &

Onesiphoro rus.

reng, ex quibus non est quarēda illa vita, quæ est in Christo. Nihil ergo hic timendum, si omnia amiserimus, modo consequamur promissa. Se Paulus prædicatorem insinuat, non regni terreni: nam hic audis, Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persequutionem patientur: neque Mosaicæ legis professorem, quæ vitam huius temporis promittebat facientibus legem, dicens: Si feceris, habitabis in terra tua, hostes subiicietur tibi, & huiusmodi: Si non feceris, lapidaberis, occideris, fame & penuria laborabis, exulabis, &c. Deute. 28. Sed dicit se esse Apostolum ad promissionē vitæ, siue ad promittendam credentibus vitā, quæ nō est in mundo, & gloria humana: sed in Christo Iesu. Quæ vita spiritualis est, & verè pia: per quam omnia moriūtur, quæ sunt huius creationis, vt tandem mortificatis membris nostris, solus in nobis Christus viuat. Quemadmodum alibi dicit: Viuo autem iam non ego, viuunt verò in me Christus.

2 *A progenitoribus.* Gentibus credentibus non obfuit quòd patres fuerint idololatræ: Impietatem patrum non portabit filij, vt est in Ezechiele. Si parentes habueris impios, non tibi præcluditur via salutis. Quandoquidem filij Dei nascuntur, non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: sed ex Deo. Spiritus necessitas ad carnem non pertinet. Quid profuisset Paulo aut Timotheo fides maiorum, nisi & ipsi in Deum credidissent? Magna tamen gratia est, à puero ad Deum, institui recta fide parentum. Sed cui hoc non est datum, non est cur animum despondeat: sed ad Christum accedat, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: imò & qui illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. Paulus dicens, se Deo seruire à progenitoribus, significat se natum ex iis, qui longa retro serie fuerunt cultores Dei. Pronomen Meis, redundat, additum apud nos explicandæ rei gratiā Progenitorū vocabulum non solum complectitur parentes, sed superiores, etiam nominibus carentes.

Progeniti.

3 *In conscientia pura.* Pura conscientia est, quando in nullo tibi conficius es, te aliter vel voluisse, vel fecisse, quàm rectè sentiebas.

Conscientia pura.

4 *Memor lachrymarum.* Hunc textū ita construito: Cupiens te videre, vt gaudium implear: deinceps id sequitur, Memor lachrymarum tuarum: ac si dicat, Et si natura ipsa essem charitatis

charitatis

ritatis expers, sunt tamen lachrymæ tuæ fatis, vt te in animo meo frequens versem. Erat enim id decens, vt cū à Paulo Timotheus seiungeretur, maiori hunc fuisse querimonia & fletu disunctum, quàm infans solet cū ab vberibus matris diuellitur, ait Chrysostramus.

5 *Primum in auia tua Loide.* Hortatur Timotheum vt in fide persistat, & hanc syncerè aliis tradat, argumento ab hæreditaria doctrina sumpto, quam professæ sunt auia & mater eius Christianæ religionis alumnae. Est boni discipuli mores præceptoris optimi imbuere. Vt ergo religionis integritas veluti hæreditaria in me fuit, ita & à maioribus tibi synceritas fidei tradita est. Vt iam maiorum exemplum te ad constantiā & pietatem maximè horteretur. Eunica siue Eunice mater Timothei, à victoria dicta est.

Eunica.

6 *Vt resuscites gratiam.* Velut ignem sopitum excita gratiam tibi collatam per impositionem manuum: id est, non negligeres cures negotium episcopi, tibi à me & aliis, qui adfuerant, iniunctum. Simul cum ordinaretur episcopus, accipit gratiam potentiae resistendi aduersariis, docendi, miracula edendi, & ecclesiam rectè regendi.

7 *Spiritum timoris.* Videtur hæc esse Pauli sententia: Non est quod vereare, quasi defuerit tibi functionem tuam episcopalem suscitandi facultas. Non enim Deus dedit nobis spiritū timoris, id est, timiditatis, ignauitatis, & animi imbecilli. Sed virtutis: id est, potentie, & roboris, ac fortitudinis, & sobrietatis, vt peragamus nobis delegatum munus. Sobrietatis hinc dicit verborum, de qua Act. 26. ad Festum verba faciens Paulus meminit: Non insanio (inquit) optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba eloquor. Aut spiritum sobrietatis dicit, quæ non solum attendimus ne grauemur crapula, & ebrietas, sed etiam mente sobrii sumus. Non sapientes plusquā oportet, secundum sanam doctrinam.

Sobrietatis verbum.

8 *Collabora.* Id est, simul affigere cum Euangelio, & particeps esto afflictionum quæ prædicationem Euangelij comitantur. Non te pudeat meorum vinculorum, quæ non furti, aut alterius infandi criminis nomine sustineo, sed pro Christo lubenter ea fero, & patior. Pro cōfessione nominis eius, qui me confessurus est coram patre suo.

9 *Ante tempora secularia.* Deus ab æterno proposuit secundum beneplacitum suum seu bonam suam voluntatem, dare

T

nobis suam gratiam, quæ nunc manifestata est in nobis, quæ opera non præcedunt, sed sequitur, tanquã illius gratiæ effectus. Aut manifestata per illuminationem, id est, apparitionem Christi: id est, ubi Christus nobis apparuit, & prædicatum est Euangelium. Qui adueniens destruxit, id est, obiterauit in proprio corpore, mortem: & eius resurrectione & Euangelio vita quæ latebat, emicuit.

10 *In quod positus sum.* In quod, nẽpe Euãgelium, positus sum: nõ ego me posui. Tria sibi vendicat Paulus. Prædicator, seu potius præco palã euulgat: Apostolus, nihil celas exequitur quod commissum est: Magister, seu Doctor reddit rationem, vt persuadeat: Hanc auctoritatem Deo tribuit Paulus.

11 *Ob quam causam.* Non quod prauum facinus admiserim, sed quod Gentibus mysterium Iesu Christi annũcio, hæc patior: nihil timens mortem: vt qui seruo habenti mortis & vitæ imperium. Sed non confundor: id est, non erubescor, hoc annunciare non me pudet.

12 *Scio enim cui credidi.* Scio quod is cui credidi, id est, Christus, potens est seruare depositũ meũ. Aut fideles dicit, quos Christus sibi iam demãdarat, vel quos ipse Domino comendasset: sperans sua vincula nihil impedimenti allatura, quin potius se plurimos Domino oblaturus, & ab eodẽ suscipiendos speraret. Aut scio cui me torum credidi, depositum meũ, id est, meipsum, salutem, animã meam ad eum vsque diẽ quo hinc soluam seruare. Aut credo & spero me accepturũ redemptionem corporis huius per resurrectionẽ & vitam æternã, quando Deus erit omnia in omnibus, sicut infra dicit: Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet, &c. Tunc accipiet vnusquisque secundum opera sua. Bonis aduerfatur thesaurus, quem vnusquisque sibi thesaurizat in cœlo secundũ laborem acceptum in vinea Domini.

13 *Formam habe.* Id est, aliis exemplar & formam proponere viuendi, quam à me didicisti non solũ scripto, sed ore ad os.

14 *In fide & dilectione.* Formã de qua meminit, docet constare fide & dilectione. Quia puritas & synceritas vitæ, fide & dilectione seu charitate conflatur: imò trahenda explorandaquẽ veniunt omnia.

15 *Bonum depositum custodi.* Gratiã tibi impositione manũ, collatam, aut præcepta, quæ sunt tibi per me tradita, custodi, non

Non confundi

Depositum.

non existimans te seruaturũ illa humanis viribus, sed per Spiritum sanctum, in bonis & iustis inhabitantem.

16 *Qui in Asia sunt.* Cũ Paulus carenis vincitus sisteretur Neroni, à fidelibus, qui ex Asia secum Romam concesserant, est mox destitutus.

17 *Philetus.* Legitur Phygelus à diuo Ambrosio, & à Beato Hieronymo, in epistola de vestibus Aaron.

18 *Onesiphorus.* Latine dicitur vtilitatem, aut commoditatẽ ferens: nam *ὄνησις* vtilitas & iuuamen est. *Onesiphorus*

Docendi verbi ratio.

CAPVT II.

Cõfortare, fortis esto.

In, Per

Labora, *feras igitur as*

secutionem. Secularib⁹, Vitæ vel, nõ est sollicitus deuitu.

Cui se probauit, *Qui se militẽ dedit, id est, cuius spiritu ascriptus est ad hanc militiam.*

Dabit, Det

Laboro, *Malis affliget.*

g.

Fidelis, certus, ad certẽ verum est

quod *scilicet.*



V ergo fili mi, confortare in

gratia, quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti à me p mul

tos testes, hæc comenda fide-

libus hominibus, qui idonei erũt & alios

docere labora sicut bonus miles Christi

Iesu. Nemo militas Deo implicat se negotiis secularib⁹: vt ei placeat, cui se probauit. Nã & qui certat in agone, nõ corrobabitur, nisi legitime certauerit. Laboran-

tem agricolam oportet primũ de fructibus accipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectu. Memor esto Dominũ Iesum

Christum resurrexisse à mortuis, ex semine David, secundum Euãgelium meũ, in quo laboro vsq; ad vincula, quasi malè operans: sed verbũ Dei non est alligatũ. Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutẽ consequantur, quæ est in Christo Iesu, cũ gloria cœlesti. Fidelis sermo. Nã si comortui sumus, & coniuuimus: si

Miles.

Quare vincit Paulus.

sustinebimus, & cōregnabimus, si negauerimus, & ille negabit nos: si nō credimus, ille fidelis permanet negare seipsum non potest. Hęc commune, testificans coram Domino. Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionē audientium. Solicitē autem cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operariū inconfusibilem⁹, rectē tractantem¹⁰ verbū veritatis. Prophana¹¹ autē, & vaniloquia deuota. multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum vt cancer serpit¹², ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicētes resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem. Sed firmū fundamentum¹³ Dei stat, habens signaculum hoc, Cognouit dominus qui sunt sui. &, Discedit ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. In magna autē domino¹⁴, non solum sunt vasa aurea, & argentea: sed & lignea, & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in cōtumeliā. Si quis ergo¹⁵ emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatū, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desideria fugesectare verò iustitiam, fidem, spem, & charitatem & pacem cum iis, qui inuocant Dominum de corde puro. Stultas autē, & sine disciplina quæstiones deuota, sciēs quia generant lites. Seruum autem Domini

Sustinebitur, Sufferimus.

Noli contendere verbis, ne verborum pugnas sectentur.

Inconfusibile, Qui non erubescat.

Serpit, Passione habebit, vel, viciū se vorat.

Emundauerit, vel, expurgabit. Istis, id est, huiusmodi hominibus impiis.

Vtile domino, Accommodum vobis domini.

Sine disciplina, Inordinatas. Deuota, Respice.

Mansuetum, mihi non oportet litigare, sed mansuetū placidum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum Docibile, modestia¹⁶ corripientem eos, qui resistūt Propensum ad docēdum. veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & cum modo resipiscant à Diaboli laqueis, à quo casta, Tolerāptiui tenentur ad ipsius voluntatem.

vel, malis, cum mansuetudine. Corripientem, Erudientem.

Confortari.

1 Confortare. Robustus, & fortis esto. In gratia quæ est in Christo Iesu: id est, hanc habeas velim gratiam tuo hoc in certamine adiutricem, per quam potestatem accepimus conculcare omnes inimici conatus, & nihil ipsis offendi. Marci ultimo. Tum Lucæ 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.

2 Labora sicut bonus miles. In labore & aduersis, fer afflictiones patienter.

3 Nemo militans Deo. Ad vniuersos hæc verba habentur episcopos, & præceptores. Adhibet Paulus hoc simile à militibus sumptum, quorum nemo curat rem domesticā, posteaquam sacramento fuerit addictus militiæ: sed Imperatoris sui negotium agit. Multò magis id conuenit facere eum, qui militat Euangelio. Is qui militat, non se implicat: id est, non se immiscet vitæ negotiationibus, aut occupationibus: id est, non est sollicitus de victu, & annona: rem victoriæ agit, de victu prospicit Imperator. Vt ei placeat, cui se probauit: id est, vt gratus sit Imperatori, cui sese in militē delegit. Sic tu qui episcopi munus suscepisti, hoc præsta relictis aliis negotiis: salarium non deerit suo tempore. Hoc contextu tribus vtitur similitudinibus. Militis, Athletæ, & Agricoltæ. Et præterea addit exemplum Christi, per crucem glorificati, quod & se imitari in suis dicit vinculis. Nonne hæc fortes sunt persuasiones?

4 Intellige quæ dico. Meditare & cogita apud te. His verbis attentus redditur Timotheus. Appenditur huic sententiæ oratio, qua Paulus bene precatur Timotheo. Dabit, possum est pro, det. Rogo Dominum, vt tibi & hæc quæ dico & alia aperiat mysteria.

5 *In quo laboro vsque.* Pro Euangelij defensione, afflictione sustineo, etiam vincula: sed tamen vincior, non tamen amputata est mihi lingua, non est verbum Dei catenis vincium. Perferat enim Dei verbum & currit. Nam etiam in carcere Paulus prædicabat, & epistolas scribebat 2. Thessalo. 3. Vult Paulus oritur, vt sermo Domini currat, &c. in Psal. V. lociter currit sermo eius. Veritas reuera immortalis est. Hæc impij frustra opprimere conantur, dum capiunt & trucidant veritatis ministros, quibus veritas Evangelica, atque tibiis harmonia & modulandi ars alligata est. Nam vt hac fistula fracta potest sumi alia per quam fiat modulatio: ita licet ministros verbi trucidant, ipsum tamen ministerium & verbum Dei vincire & excindere nequeunt. Excitat enim Dominus alium ministrum in trucidati locum, cuius ministerio veritas currit & manifestatur.

6 *Ideo omnia sustineo propter electos.* Nihil me morantur mea vincula, nihil peccato quod esurio, sitio, algeo, ignominia & contumeliis afficior: Sed quantum hæc quæ libenter suffero, electis Dei & fidelibus, emolumenti & vtilitatis afferunt. his meis vinculis augetur apud fideles & electos cbaritas, & confirmatio in Christo, quem omnium saluatorem & cælestium bonorum thesaurum prædico.

7 *Fidelis sermo. Nam, &c.* Certitudinem præmiorum ex afflictionibus & suppliciis propter veritatem Evangelicam prouenientium proponit. Sermo quem dicturus sum, est fidelis, id est, certus. Est autem quem pronuncio. Nam si commortui sumus. Alludit Paulus ad ea, quæ à Domino dicta sunt. Matth. 19. & Ioan. 12.

8 *Negare seipsum non potest.* Deus omnipotens est: tamen, quemadmodum non potest peccare: quia posse peccare non est posse, sed defectus potentia: Ita non potest seipsum negare: quia posse negare seipsum, non est posse, sed defectus potentia. Qui seipsum potest negare, mutabilis est: At Deus immutabilis est, & veritas est, aliter fieri non potest, quin semper suapte natura sit veritas. Hoc maxime nos consolatur considerantes, Deus promisit, & mendax non est.

9 *Operarium inconfusibilem.* Id est, omnis nota expertem, & quem nihil pudet ea facere, quæ ad pietatem conferre videntur. Multi enim prædicare verebantur quæ ab infidelibus, Iudæis

Deus seipsum negare nõ potest, & quare.

Inconfusibilis operarius.

Iudæis ridicula viderentur. Sed Paulus vt cõfusibilis: prædicauit Iesum Christum crucifixum, Gentibus quidem inutilitiam, Iudæis verò scandalum, nobis autem gloriam. Aut otitiam, Iudæis verò scandalum, nobis autem gloriam. Aut otitari um inconfusibilem, id est, talem te præsta, qui coram deo non cogaris erubescere de neglecta seruitute, vt rectè diuidas & scindas filiis Dei tibi commissis panem verbi diuini, pro singulorum captu & conditione.

10 *Tractantem recte.* Id est, pertracta (ait Theophylactus) dirige, circuncidito inutilia quæque, & deme gladio sermonis & verbi, quæ ab euangelij sunt prædicatione aliena.

11 *Profanas.* Id est, quæ non nouit sacra scriptura. Basilius magne abique profanas vocum nouitates, quasdam inuouationes intelligit.

12 *Ve cancer serpit.* Sicut cancer morbus paulatim plus corporis occupat ita illa inanes voces, si pro sacris recipiatur, tandem seipsum extinguunt. Testes sunt nouorum inuouatores, sicut hi qui incoeperunt auferre sacrosanctum sacrificium, in quo verum Iesu Christi corpus offertur & sumitur, & alia sacramenta, quæ sunt passionis Iesu Christi applicationes morbis nostris spiritualibus. Nominatim duos pronunciat Paulus hæreticos, Hymnæum, & Philetum, qui incoeperunt asserere non aliam resurrectionem sperandam nobis, posteaquam iam resurrectio in Christo cõpleta esset. Horum sunt hodie discipuli multi schismatici, qui non adhærent sacro euangelio, & sponsa Iesu Christi dicitur & directæ spiritu sancto, sed suis ingenijs, & propriæ sententiæ & prudentiæ.

13 *Dicentes resurrectionem.* Tertullianus in lib. de resurrectione carnis, refert quosdam adhuc suo vixisse seculo, qui asseruerant resurrectionem esse factam. Nam resurrectionem mortuorum quam dicimus futuram, distorquebant in imaginariam significationem. Et nullam futuram prædicabant, quàm eam quæ iam fit, factaque est, cum quis dei ignorantiam habet, mortuus est deo, & in errore sepelitur, à quo redanimatus & reuiuificatus deo resurgit, discussa morte & sepulchri fossa. Vide quàm perniciosum & canceris naturam sapiat: seu quàm contagiosum sit profanas concertationes inquirere. relicta pura & simplici veritate.

14 *Sed firmum fundamentum.* Occupat. Nolite timere: nam fides fundamentum tam firmum est, vt qui Christo firmiter

Acerosis vt cancer.

adhærent, oppugnantur quidem, sed non expugnantur. Habet signaculum Christus in suis, veluti sigillum impressum ex ipsis operibus, rebusque gestis illi cõueniens. Et cognouit ab æterno qui sunt sui. Et ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei. Qui hoc signaculum spiritus in se habet, discedat à malo, & caueat ne cadat.

14. *In magna autem domo.* Occupatio est. Dicit aliquis: Cur deus impios sinit, vt alij seducant, alij seducantur: cur nõ eos sua dignatur gratia? Respondet Paulus persimile, de supellectili & instrumentis in domo diuitis, sicut Roma, 9. cap. de vasis figuli.

15. *Si quis ergo emundauerit se.* Vides quemadmodum vel aureum esse, vel fictile nec naturæ sit, nec materiæ necessitatis, vt asserunt Manichæi, sed gratiæ dei, nostræ voluntatis, & animi. Paulus cum fictilis esset, effectus est aureus. Iudas contra, qui aureus fuerat, est fictilis redditus.

16. *Cum modestia corripientem.* Id est, mansuetudine, non cum iurgiis. Est enim adhuc fortassis aliqua redeundi ad sanitatem spes. Propterea subdit particulam Nequando, quæ incertis & dubiis rebus præponitur. Fortasse te negligente dabit illis deus gratiã, & respicient à diaboli captiunculis: qui quando captiuos habet pro arbitrio ducat, quantum sinit deus. Non enim plus dominij in nos habet diabolus, quàm quod deus illi permittit. Propterea ad ipsius supple dei, non autem diaboli, voluntatem.

CONCILIATIO.

CVM hoc loco Paulus Timotheo præcipiat, Noli verbis contèdere: Quid est quod contrarium videtur Tito dicere, primo cap. vt potens sit exhortari in doctrina sua, & eos qui contradicunt, arguere? Hoc capite Paulus hortatur ac præcipit cõtentionem & verborum phalangem vitandam esse, hæc planè quædam vanitas est. Sed Tito ait, Episcopum debere armatum esse sana doctrina, qua cum omni modestia refellat eos qui veritati aduersantur.

¶ VTD hinc Paulus ait, vasa fictilia à Deo contemni: Cùm 2. Corinth 4. dicat, Habentes thesaurum hunc in vasis fictilibus? Paulus Corinthiis de corporis natura differit. Nam quemadmodum fictile vas præter lutum incoctum nil esse aliud constat: sic corpus hoc nostrum nil aliud est quàm lutum calore animæ obfirmatum. Hic verò Paulus facit de volun-

tate

Particula, ne quando, dubiis præponi solet. Diabolo auctoritas in nos est permissa.

tate animi mentionem, quæ fictilis & lutea à deo contemnitur & reprobatur.

DICTIO.

CANCER, ceris, neutro genere, morbus est, ne quis hoc loco animalculum putet esse.

SERP O significat latèter repo, & quandoque quasi in mōdum serpentis circumeo, & paulatim decurro.

PHILETVS. Latine amabilis: sed hic nomē apostatę est.

DOCILIS. Id est, idoneus & paratus ad docendum.

Pericula nouissimorum dierum.

CAP. III.



OC autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipso amantes,

Qualia futura nouissima tempora.

Cupidi, auari.

Sine pace, nefary federys.

Sine benignitate, negligentes bonorum, vel bonorum inimici.

Proterui, temerary. Virtutem, vim.

Deuita, auersary.

di, elati, superbi, blasphemii, parētibus nõ obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōtinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita, ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desiderijs, semper discētes, & nõquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt Moyfi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed vltra non proficiēt. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut

i. Timo. 4. a i. Pet. 3. a Iudæ. 1. f

Exodi. 7. b

& illorum fuit ¹⁷. Tu autem affecutus es meam doctrinam, institutionem, profitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt ¹⁸ Antiochiæ, Iconij, Lystris, quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui piè ¹⁹ volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes. Tu verò permane in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quod ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ac salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura ²⁰ diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit ²¹ homo Dei ad omne opus bonum instructus.

Persecutiones sequentibus Christi.

2. Pet. 1. d

1 *Hoc autem scito, quia.* Posteaquam de matæologis & suis fecerit magistris prurientibus disseruit, & quàm diligenter ab eis cauendum fuerit, eruditissimè docuit: nunc de moribus & pseu- do prophetis falsisque doctoribus postremi seculi vaticinium adducit, explicans ad viuum notas & colores quibus cognoscere poterunt, simul præscribens fidelibus modum & viam qua istorum technas, insidias, & apparata pericula, facile euadent: nempe si vnicè adhæreant doctrinæ sacræ & apostolicæ, quæ nihil non veræ pietatis in se continet.

2 *Seipos amantes.* Primus color & nota matæologorum, erit homines *φιλάτροι*, id est, sui amantes. Quærentes quæ sua sunt, non quæ sunt Iesu Christi. Hæc est omnium malorum radix, cuius ramos subdit, dicens: Cupidi, priuato affectu du-

Affecutus es, affectatus es, id est, à principio ad finem affuisti: et te sitis es omnium.

Perfectus, integer.

cti, & sua avaritia ita obcæcati, vt neq; sui, neque proximorum misereantur. Elati, id est fastuosi, & insolentes iactantes res magnas cum sint vanissimi. Blasphemi, maledici non solum in veritatis professores, sed etiam in euangelium.

Elati. Blasphemi.

3 *Parentibus inobedientes.* Id est, immorigeri, nõ tam iis à quibus geniti sunt, quàm iis qui loco parentum sunt: vt præceptoribus, pastoribus, & magistratui.

4 *Sine affectione.* Id est, qui nullo affectu sūt in suos, puta filios aut famulos, aut vxorem. Sunt enim deploratissimi, in quibus etiam naturæ adfectus obfoluerunt. Aut sine affectione, id est, carent affectu amicitie in homines

5 *Sine pace.* Id est, nescij fœderis. Fœdus ad alienos refertur. Natura ipsa coniuncti sunt, vt mutud ament, tum parentes, tum domestici: sed fœderibus & amicitie vinculis copulantur bonis, exteris & alienigenis.

Fœdisfragi.

6 *Criminatores.* Calumniatores siue delatores. Qui enim sibi nullus boni conscius est, omnes vt inuidus criminatur.

Criminatores.

7 *Incontinetes.* Lingua scilicet, ventre, & aliis membris, ait Chrysostrmus &c. Hoc est, intemperantes cibo, potu, vestitu, & reliquis ad vitæ vsum pertinentibus.

Incontinetes.

8 *Sine benignitate.* Quasi diceret, etiam bonis non sunt amici: Omnium rerum bonarum sunt hostes & inimici. Immites sunt, vt verius beluas quàm homines dixeris.

9 *Proditores.* Desertores amicitie & sodalitatis, secreta non seruantes. Qui tam amicos quàm beneuolos produnt.

Proditores.

10 *Proterui.* Præcipites iudicio, siue temerarij, proprio sensu nitentes.

Proterui.

11 *Habentes speciem.* Id est, deformationem religionis, ait Cy prianus. Aut quid aliis factio opus sit præscribunt, cum ipsi interim impurissimè viuant.

12 *Et hos deuita.* Id est, istos auersare. Illis temporibus nouissimis non erit ipse Timotheus, obiiçiet aliquis. Sub Timothei persona, ait Basilius, cæteros commonefacit Paulus, vt eiusmodi viros deuitent. Fieri etiam potest, vt nonnulli essent tales tēporibus, Timothei, sicut & sūt frequēter quouis tēpore.

13 *Captiuas ducit mulerculas.* Mulieres enim facilius circumueniuntur. Quo fit, vt si virorum seducitur quispiam, dici merito mulercula queat. Huius rei exemplum inuenias apud Ireneum lib. 1. cap. 9. vbi impurissimam Valentiniiani hæresim exponit.

14 *Semper discere*. Semper discere est laudabile, modo quod discunt, fructum & veritatis notitiam consequantur. Qui autem absque fructu discere semper videntur, abiiciendi sunt.

Et laudabile est.

15 *Quemadmodum autem Iannes*. Horum nomina nusquam a libi reperies in veteri testamento: sed illa Paulus ex spiritu dicit. Hi fuerunt Magi Pharaonis, qui signa in Ægypto fecisse leguntur, Exo di 7. cap.

16 *Sed ultra non proficient*. Qui nouitatibus studēt, nusquam erroris finem inuenient, sed noua semper commenta & corruptum dogma proferent. Ea est enim erroris vis, vt sisti non queat.

Erroris virtus.

17 *Sicut et illorum*. Quemadmodum impostura, impietas & fallacia magorū Ægyptiorum iudice deo cognita (Exo di 8 cap.) & subuersa est: ita istorum Antichristi præambulonum amentia omnibus euidentis erit.

Antiochia duplex.

18 *Mihi facta sunt Antiochia*. Antiochiam Pisidiæ dicit, non de Antiochia Syriæ, vnde Paulus & Barnabas egressi sunt ad prædicandum gentibus. copiosè tractatur de his Pauli affectionibus Actuum 13. & 14.

19 *Omnes qui pie*. Generalis est hæc sententiã. Non hæc de me solo dixerim. Nemo hic excipitur. Crux est probatio fidei, Ergo sicut fidei adest charitas, ita & patientia. Sed sicut afflictiones cedunt piis in bonum: ita persecutoribus & seductoribus, qui obnituntur veritati, cedet in damnationē, quicquid huiusmodi egerint. Quod explicat sequente textu, cum ait, mali proficient in peius: hoc est, semper malorum & obstinatorum augetur damnatio & obcæcatio. Et hoc magis à deo punientur, quòd plures seduxerint.

20 *Omnis scriptura diuinitus inspirata*. Manifestum est, ait Ambrosius, quia omnis scriptura, cuius deus author ostenditur, utilis est. Ad hoc enim data est vt proficiat imperitis, & instauret deformes, atrahens iniquos ad iustitiam: vt homo dei in omni opere bono perfectus sit. hæc ille.

21 *Vt perfectus sit*. Id est, integer: & instructus, id est, consummatus ad omne opus bonum.

Ad

Ad sui imitationem Timotheum excitat Paulus.

CAPVT IIII.



Estificor¹ coram Deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnū eius: præ-

In eos qui ad fabulas conuertuntur.

Per aduentum &c.

apparitione sua ex regno suo.

Opportune, impor. tēpestiue, in. tēpestiue.

Obsecra, increpa, in omni patientia, increpa, exhortare, cū cū lenitate.

Ad sua desideria, iuxta conuersiones suas.

Labora, obdura in afflictionibus.

Imple, vel ad plēnū probatū reddito

Delibor, immolor.

In reliquo, quod supest.

Festina, da operam. Et infra.

Diligēs, vel amplexus.

dica verbum, in sta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros, prurientes auribus², & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila³, in omnibus labora, opus fac euangelistæ⁴, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ⁵ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui⁶. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ⁷, quā reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Festina ad me venire cito. Demas enim me reliquit, diligens hoc seculum⁸, & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maxime autem membra-

nas.

Coloss. 4.

nas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundum opera eius, quem & tu deuita: valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensionē, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur: Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis. Liberauit me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnum suum cœleste, cui gloria in secula seculorū, Amen. Saluta Priscillam & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmū Mileti. Festina ante hylmem venire. Salutant te Eubulus & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum, Amen.

Prædicandū quocunque tempore.
 1 *Testificor coram Deo.* Adiurat Timotheum, vt modis omnibus pergat exequi, quæ sunt sui muneris, id est, vt prædicet verbum, non intercisa, sed cōtinua oratione, opportunē, importunē, id est, quocunque tempore. Sicut enim verbum dei personis aut locis non est alligatum, ita neque temporibus. Semper verbo opus est, vt credamus, & perstemus in tentationibus.

Prurientes auribus.
 2 *Prurientes auribus.* Prurientes hic nominandi casu est accipiendum: qui titillantur, & pruriunt auditu. Vnde quærent qui scalpant aures voluptate orationis, non qui radant veritate. Homines enim huiusmodi deliniti, quæ iuuent semper, & minus contristent, audire percipiunt.

3 *Tu verò vigila.* Vigila, & labori insudato, priusquam corruptionis huiusmodi tempus adueniat, & lupi irrupant, vt oues tibi creditas in tuto constituas.

4 *Opus fac*

4 *Opus fac euangeliste.* Qui euangelium purè prædicat, & persecutionibus non cedit, quin potius aduersariorum clamorem retundit, dicitur opus euangelistæ peragere: huic exhortationem appendit, ministerium tuum imple, id est, da operā in ministerio tuo, vt quæ doces, auditorum animis in diuulsē adhæreant, ne facillē abducantur ab iis qui diuersa conabuntur docere.

5 *Resolutionis meæ.* Resoluendus erat in animam reddendam Deo, & corpus ipsi terræ, è qua sumptum erat. Cyprianus adducens huius loci testimonium in quadam Epistola, ait: Ego iam delibor, & tempus instat assumptionis meæ. Origenis interpres in homiliis in Numeros, indicat duplicem huius loci fuisse scripturam, resolutionis & regressionis. Quidam ait, se non intelligere verbum regressionis. Videtur mihi, qui salui fiunt, regredi in cœlum, è quo cum CHRISTO descenderunt, iuxta dictum Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descēdit de cœlo. Qui fide viuā Christo adhaerent in virtute descendisse cum Christo dicuntur, qui simul cum Christo capite tanquam membra regrediuntur. Delibor, id est immolor & interficior. alludit ad veterum sacrificia. gratissima est Deo victima quæ propter Christi confessionem ab impiis mactatur.

Pauli mors præcognita.

6 *Fidem seruaui.* Fidem suscepti muneris in finem vsque seruauit. Hoc dicit, quia cursum suum cōsummauit, sibi iniunctū à Deo. Quæris, quomodo cursum consummauit? Vt à Ierusalem, inquit, & in circuitu vsque Illyricum impleuerim Euāgelium Christi. instar enim volucris in orbē peruolauit eius prædicatio.

7 *Corona iustitiæ.* Præmium iustificationis, & fructuum eius: hoc est, omnium laborum à iustificatione, tanquam à radice productorum. Est corona & beatitudo illa quam dedit Deus non solum Paulo, & iis qui iam salui sunt: sed & daturus est iis, qui diligunt aduentum eius. Is aduentus Domini bonos lætificat, terret iniquos. Imitemur ergo Paulum in Christo.

8 *Diligens hoc seculum.* Qui maualt domi per delicias viuere, quam mecum pro Christo periclitari.

9 *Penulam, quam reliqui.* Penula, pallij genus est, nō consularis, vt quidam putāt, sed quo tegimur in imbris, pellicium, vt putat Hesychius. Quāquam idem addubitat, num sit scri-

Penula.

niolum. Alij putans esse thecam librorum. O suppellectilem Apoftolicam, penulam quæ defendat ab imbribus, & libros aliquot, cum membranis, quæ seruirent scribendis epistolis.

*Ostendo pro
facio.*

10 *Multa mala mihi ostendit.* Id est, admodum me oppressit, & multis malis me affectit. Annotauit Augustinus, de loquutionibus Gene. 1. in sacris literis ostendere, frequenter usurari pro facere. Putat Ambrosius, hunc Alexandrum fuisse col legam Demæ.

11 *Reddet illi Dominus.* Hæc verba non sunt Pauli imprecantis, sed denunciantis interitum.

12 *In prima mea defensione.* Quam primam dicit? Neroni adstiterat, & i læsus relictus mortem euasit: & ita, vt eo ex tempore prædicandi sibi esset facultas. Sed quum Nero sæuissimus audisset pincernam suam auctore & doctore Paulo factum Christianum: uesania furens, & Paulum coniecit in carcerem, & paulò post ei caput præcidit.

*Pauli mors
vnde.*

Leo, Nero.

13 *Liberatus sum de ore leonis.* Leonis, id est, sæuissimi Neronis.

14 *Trophimum.* Quod hunc in Mileto reliquerit languentem, conuincit quod Apollolis non licuerit quoties liberet facere miracula, sed quum infidelium posceret infirmitas, & diuina iuberet virtus.

15 *Linus.* Hunc Linum ferunt nonnulli post Petrum Romæ secundum (ait Chrysostomus) fuisse episcopum.

CONCILIATIO.

PUGNANT hi loci, Argue, (ait hoc loco Paulus) obsecra, increpa in omni patientia & doctrina: Et ad Titum. 2. Argue cum omni imperio. Nihil pugnantia est. Quid est quod doctrinam suam Paulus tanta arte dispensat, vt ex his duobus alteri imperium, atque alteri patientiam præponat: Nisi quod mansuetioris spiritus Titum, & paulò feruentioris vidit esse Timotheum, illum per æmulationis studium inflammat, hunc per lenitatem patientia temperat.

PRÆCEPTO Domini, quo nos hortatur diligere inimicos nostros, & benefacere his qui oderunt nos, & orare pro his, qui persequuntur nos, minus diligenter & sobriè considerantibus, videtur aduersum quod hic Paulus ait: Reddet illi Dominus secundum opera illius. Sicut in Prophetis inueniuntur multæ imprecationes aduersus inimicos, quæ maledictiones putantur: vt Psal. 68. Fiat mensa eorum in laqueum. Et multa huiusmodi: vt de Christo, qui ciuitatibus maledi-

xit,

xit. Respondeo. quia & Propheta per imprecationem, quod esset futurum cecinit, non optantis voto, sed spiritu præuidentis: ita & Dominus, ita & Apollolus. Quanquam in horum etiam verbis non hoc inuenitur quod optauerint, sed quod prædixerint. Non enim cum ait Dominus, Væ tibi Capharnaum, aliud sentit, nisi aliquid ei malè euenturum merito infidelitatis. Quod futurum Dominus non maleuolentia optabat, sed diuinitate cernebat. Et Apollolus non ait Reddat, sed Reddet, vt multi legunt, aut reddat, pro reddet, positum: quod verbum prænunciantis est, non imprecantis. Sicut & de illa hypocrisi Iudæorum, qua dictum est Act. 23. cui euerfionem imminere cernebat, Paulus dixit. Percutiet te Deus, paries dealbare. Plura de his videre licebit apud August. lib. 1. de sermone Domini in monte, parte 4. suorum operum, fol. 805. a. b.

DICTIO.

TROAS, ciuitas Asiae maritima, eadem Antigoniam dicta. *Troas.*
MEMBRANA, pellis superior, quæ & pergama charta dicta, quod tracta sit de tergoribus animalium. *Membrana.*

AERARIUS faber, qui in ære laborat, ne quis de Quæstione ærarij, aut custode æris accipiat hoc loco, vt quidam interpretati sunt. *Aerarius.*

ERASTVS, sive Erastes dictum pro amatore vel amabili. *Erastus.*

MILETVS penult. longa, ciuitas in Asia, maritima, in qua Paulus Ephesiorum maiores alloquitur. Est & insula eiusdem nominis non ignobilis in mari Ægæo & Ionio sita. *Miletus.*

EVBVLVS penult. producta, nomen à bono consilio dictum, prudens: vnde Eubulia, bonum consilium. *Eubulus.*

F I N I S.

Scripta è Roma ad Timotheum secunda, cum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.

V.

Titum in Creta insula episcopum instruit Paulus, quales eligat presbyteros sine episcopo, per ciuitates constituendos. Vnà etiam cuique etati & hominum conditioni rectè viuendi modum præscribens, à peruersis doctrinis & hæreticis cauendum esse docet.

LOCI INSIGNES HVIVS EPIS.T.

- 1 Vita æterna promissa, sed iam per Christum & prædicationem Euangelij manifestata. Cap. I. II. & III.
- 2 Doctrina sana & peruersa: qualis debet esse doctor: itè oppidatim presbyteri cõstituendi. Cap. I. II. & III.
- 3 Vt Christiani bonis operibus ad vsus necessarios & sobrietatem vitæ ostendant fidem bonam & manifestent ita doctrinam Christi, vt pudeat aduersarius nihil ad manum habens quod nobis iustè obiiciat. Cap. II. & III.
- 4 Hæreticus excommunicandus, & vanæ doctrinæ fugiendæ. Cap. III.
- 5 Præpositis parendum, & morum paræneses. Cap. II. III.

Epist.

33
EPISTOLA B.
PAVLI APOSTOLI,
Ad Titum.

Quales eligendi in episcopos & presbyteros,
CAPVT I.

Secundum,
Id est, ad
prædicandū.



Aulus¹ seruus Dei², Aposto-
lus autem Iesu Christi secun-
dum fidem electorum³ Dei
& agnitionem veritatis, quæ

Secundum
pietate est,
Vel, quæ ad
pietate ad-
ducit.

Secularia,
Æterna,
Præceptū,
Delegatio-
nem, vel in-
iunctionem.

secundum pietatē est in spem vitæ æter-
næ, quā promisit, qui non mentitur, deus
ante tempora⁴ secularia, manifestauit au-
tem temporibus suis⁵ verbū factū in præ-
dicatione, quæ credita est mihi secundū
præceptum saluatoris nostri Dei: Tito
dilecto filio secundum communem fi-
dem⁶ gratia & pax à Deo patre & Chri-
sto Iesu saluatore nostro. Huius rei gra-
tiā reliqui te Cretæ⁷, vt ea, quæ desunt⁸,
corrigas, & constituas per ciuitates⁹,
presbyteros, sicut & ego¹⁰ disposui ti-
ti. Si quis sine crimine¹¹ est, vnus vxor-

Vita æternā
promissa an-
te mundi crea-
tionem.

Presbyteri
sine episcopi,
quales consti-
tuendi.
1. Timor. 3. a

Non in ac-
cusatione
luxuriæ,
Vel, non ob-
noxio; crimi-
natus.

cusatione luxuriæ, aut non subditos. O-
portet enim episcopum sine crimine ef-
se, sicut Dei dispensatorem¹², non su-
perbum¹⁴, non iracundum¹⁵, non vino-
superbum, Præfractū, id est, durū, & sui sensus plus satis tenacē

lentum¹⁶ non percussorem¹⁷, non turpis
 lucri¹⁸ cupidum : sed hospitem, beni-
 gnum¹⁹, prudentem, sobrium, iustum, *Benignum,*
 sanctum, continentem, amplectentem²⁰ *Studiosum,*
 eum, qui secundum doctrinam est, fide- *bonarum re-*
 lem sermonem : ut potens sit exhortari *rum, aut*
 doctrina sana, & eos, qui contradicunt *amantem bo-*
 arguere. Sunt enim multi etiam inobe- *nos.*
 dientes, vaniloqui, & seductores²¹, maxi- *Continen-*
 me qui de circūcisione sunt, quos oportet *tem, Tem-*
 redargui, qui vniuersas domos sub- *perantem.*
 uertunt, docentes quæ non oportet tur- *Amplecten-*
 pis lucri gratiâ. Dixit quidam ex illis²² *tem eū, &c.*
 proprius ipsorum propheta, Cretenses *Tensem*
 semper mendaces, malæ bestię, ventres *eius qui,*
 pigri²³. Testimonium hoc verū est. Quā *et c.*
 ob causam increpa illos durè, ut sani sint *Arguere,*
 in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, *Convincere,*
 & mandatis hominum auerfantium se à *Inobedien-*
 veritate. Omnia munda mundis²⁴ : co- *tes, In-*
 quinis autem & infidelibus, nihil est *tractabiles,*
 mundum, sed inquinatæ sunt eorum & *id est, qui*
 mens & conscientia. Confitetur se nos- *in ordinem*
 se²⁵ Deum: factis autem negant, cum sint *cogi non*
 abominati, & incredibiles, & ad omne *possunt.*
 opus bonum reprobi. *quos oportet redar-*
 Durè, *Seueriter.* Confitentur, *Profitentur.* Incredibiles, *In-*
 creduli.

Epimenides.
Cretenses.

Rom. 14. a

1 *Paulus.* Breuis est hæc Pauli epistola ad Titum, sed densa, mysterij, & vtilitatis plurimum habens. In qua scribit de electione & forma episcoporum, tradens quales ordinari debeant, quid docere & prædicare, quæ Ecclesias dei instituerent, formare, ac regere debent, quæ vitæ integritatē & iustitiæ morum

morū innocētiam ipsi ante omnes alios præstare: quoniâ, ut Petrus ait, sunt forma gregis. Nomen suū adiungit huic doctrinæ ex necessitate quadam, ut ostendat hanc epistolam à se Apostolo Iesu Christi proficisci.

Seruus Dei.

2 *Seruus Dei.* Hæc nō est seruitus illa, de qua Paulus ad Rom. 8. dicit, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterū in timore. Sed est nobilis illa seruitus, de qua Dauid ad Deum loquitur, Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Et virgo Maria Luc. 1. cap. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbū tuū. Voluit Christus nos insigniri hac humilitate, Matth. 20. Qui voluerit inter vos esse maior, sit omnī seruus. Imò & ipse filius hominis Ioan. 13. venit non ut ministraretur sibi, sed ut ministraret. Quod etiam exemplo docuit, cum discipulorum pedes lauit. Hæc seruitus charitatis est, per quam nobis inuicem seruire præcipimur.

3 *Secundum fidem electorum.* Apostolus sum designatus, ut electi prædicatione mea audita credant. Nec solum Apostolatus meus est ad fidem annunciandam & promulgandam, sed etiam ad agnitionem veritatis declarandam, quam cognouit, & quæ mihi per Iesum Christum, & non per hominem, est manifestata. Non dicit, omnem veritatem, sed eam, quæ est secundum pietatem. Est planè veritas, quæ non habet pietatem, ut Grammatica, Dialectica, Geometria, & huiusmodi habent in sua scientia veritatē, sed non est scientia illa pietatis. Est autē scientia pietatis, nosse legē, intelligere Prophetas, Euangelio credere, Apostolos non ignorare: Et hæc respicit vitam æternam. Neque de alio munere præcipuo loquuntur Apostoli & concionatores verbi Dei, quàm de ipsa vita æterna credentibus in Iesum Christum promissa, qui nō mentitur, nec falli, nec fallere potest.

Veritas multiplex.
Scientia & veritas pietatis.

4 *Promisit ante tempora secularia.* Ist est, promisit ab æterno. Hoc intelligit, quod in seipso Deus hoc definiuit ad similitudinem firmæ & immobilis promissionis.

5 *Temporibus suis.* Ist est, debitis & congruentibus. Atque huius tardationis nullam causam quæras, sicut nec multorum huiusmodi, quàm quod est eius beneplacitum. O homo, quis es ut respondeas Deo? Rom. 9. Manifestauit verbum suum, hoc est, decretum suum æternum patefecit suis demum temporibus, hoc est, quibus placuit sese orbi aperire. Patefecit autem prius per prophetas, nunc verò per prædicationem

Euangelij, quæ mihi commissa est, non hominis alicuius auctoritate, sed delegatione saluatoris nostri Dei. Quare caueant hanc contemnuere doctrinam, quæ non mea, sed Dei, à quo Apostolatam recepi.

Fides communis.

6 *Secundum communem fidem.* Quasi dicat, secundum fidem nihil habeo equidem amplius quam tu. Communis quippe: ac per eandem & ego sum genitus in Christo, & tu. Hæc communis fides affectum fraternitatis indicat. Est pater Christus, nos eius filij, fratres inuicem dicimur.

7 *Reliqui te Creta.* Breuem narratiunculam præmittit Paulus, qua in memoriam reuocantur quæ prius egerat cum Titio. Videtur enim Paulus apud Cretenses initia quædam ac fundamenta iecisse religionis, opus non absoluisse totum, vel quod aliquorum odii repelleretur, vel quod necessitate aliarum ecclesiarum aliò, vel quod fortassis in Epirum, aut Thraciam, in qua etiam est quædam Nicopolis, vocaretur. Titum ergo, velut alterum se in Creta reliquerat, ut quod cœperat, ille feliciter absolueret. Pertinent hæc ad episcopos omnes (ex quibus pendet Reipub. Christianæ salus) non minus quam ad Titum, certè ut quæ desunt, vel minus recta sunt, corrigat atque farciant.

8 *Ut ea, quæ desunt, corrigas.* Dictioni Græcæ correspondet verbum super corrigas. Ego quidem prius quædam correxi, quæ ad plenum non sunt correctæ. Tu perge corrigere. Præterea, ait Theophylactus, Tito demandabat Paulus episcoporum institutiones, consecrationesque, & huiusmodi, quæ cæremoniis indigent.

Presbyteri episcopi. Ordinum sacerdotum institutio à Paulo.

9 *Constituas per ciuitates.* Presbyteros, hoc loco episcopos dicit, sicuti & in epistola ad Timotheum prædixerat. Atque singuli singulis ciuitatibus præficiantur presbyteri: sicut & ego disposui tibi, non solum ut constituas episcopos commisi, sed etiam modum constituendi, atque cæremonias ipsas sanctas in ordinandis illis tibi explicui. Quales autem debeant esse episcopi, sequenti textu explicat. Obserua, per ciuitates dicit. Neque enim, ait Chrysoctomus, volebat insulam totam vni viro permittere, sed vnicuique propriam curam & sollicitudinem indici.

10 *Sicut & ego disposui tibi.* Non vult quicquam temerè agi in Ecclesia, sed omnia fieri à Tito quemadmodum prius ordinauerat. Hoc maxime ab omnibus obseruandum est, ut cum insti-

instituius aliquid, non iuxta nostros affectus instituius agamus, sed quæadmodum Dominus ordinauit. Non enim sumus ministri affectuum, sed ipsius Domini. Hæc autè à Domino ornata sunt, quum quæ nouum continet testamentum, tum quæ vniuersalis Ecclesia ex Apostolorum traditione obseruanda commemorat.

11 *Sine crimine.* Hic præscribit formam episcopi. Quem nemo possit accusare, siue criminari, & vocare in ius ob crimen aliquod.

Episcopi patres.

12 *Vnius vxoris vir.* Castigat hoc ipso, ait Chrysoct. etiam impudicos, dum non eos permittit post secundas nuptias ad ecclesiæ regimen, dignitatèmq; pastoris assumi. Vide adnotatum supra. i. Timoth. 3.

13 *Dispensatorem.* Administratorem verbi Dei.

14 *Non superbum.* Non tumentem & placentè sibi quod episcopus sit, sed quasi bonum villicum, id requirentem quod pluribus proficit.

Superbus.

15 *Non iracundum.* Superbiam sequitur iracundia. Iracundus est qui semper irascitur, & ad lenem responsionis auram, quasi à vento folium, commouetur. Reuera nihil fœdus præceptore furioso & iracundo. Qui toruo vultu, trementibus labijs, rugata fronte, effrenatis conuitijs, facie inter pallorem ruboremque variata clamore perstrepsit, & errantes non tam ad bonum attrahit, quam ad malum sua cæuitia præcipitat. Est ergo iracundus non qui irascitur solum, sed qui passione crebro superatur.

16 *Non vinolentum.* Destruit enim vigorem ingenij, vini immoderatus vsus, & ad rem Euangelij planè ineptos facit eius doctores.

17 *Non percussorem.* Eum significat Græca dicitio, qui lingua percutit: quasi dicas, non mordacem, id est qui, ex inuidia feratur in quosuis. Aut, non percussorem, id est, non pugilem, & pancratiasten, & qui facillè manum non extendat ad cædendum: sed sit mansuetus & patiens. Hoc est, ne in reprehendendo & obiurgando sit nimis sæuus & asper. Hoc quod hic precatur Paulus ne sit percussor, refertur ad animæ & linguæ officium.

Percussor.

18 *Non turpis lucri cupidum.* Sentit Paulus omne studium lucri, fœdum esse sacerdoti.

Sacerdotes non sint negociatores.

19 *Bemignum.* Quasi dicas, studiosum bonarum rerum, aut

Bemignum.

amantem bonos, Aut qui humilitate sit & modestia præditus, & nulli inuideat.

20 *Amplectentem eum qui.* Sit sermo verus & fidelis, non opinionibus & argutiolis plenus. Oportet episcopum non simpliciter amplecti doctrinam, sed tenacem doctrinæ sanctæ velut affixum ne ab ea doctrina Evangelij auellatur.

21 *Seductores.* Græcis est dictio composita, quæ perinde sonat ac si dicas, mentium deceptores. Ad hunc modum interpretatur Hieronymus. Pessimum autem & perniciosissimum genus decipiendi, ubi quis mentem, omnium nostrarum actionum fontem, prauis inficit opinionibus. Nam hac via fit, ut non solum non pudeat malefactorum, verum etiâ ex his laudem petamus. Solebât hoc facere qui ex Gentilismo ad Christianismum se conuersos esse mentiebantur, præcipue autem qui ex circumcissione, id est, Iudæi erant.

22 *Quidam ex illis proprius ipsorum propheta.* Vocat prophetam, qui quasi præsenferit futura. Proprium autem vocat, quod Cretenfis fuerit ipse, qui hoc de Cretenfis scripserit: siue quod per ironiam prophetam vocauit, quasi talibus Christianis tales congruerent prophetæ, siue quod is Epimenidis liber unde versiculus hic sumptus creditur, titulum habeat de oraculis. Tamen non desunt qui testimonium hoc ad Callimachum Cyreneum referant, apud quem initium huius carminis inuenitur. Hieronymus indicat prouerbio iactatû apud Græcos. Extat & prouerbium Græcis, Cretenfium testans vanitatem. Verum hac de re qui velit plenius cognoscere, legat Miscellanea Angeli Politiani, aut Chiliaes Erasmi.

23 *Ventres pigri.* Qui propter ventrem omnia agunt, & nihil aliud sunt quam ventres, abdomini & pinguedini dediti: quædamodû & Lucilius veteri deditos, vêtres appellat, dicês, Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.

24 *Omnia munda mundis.* Cæremonias illa Iudaicas (quæ erant de immunditia ciborum, contactu corporum, & huiusmodi, quibus constituebant iustificationem) cõfutat, & illorum mendacia repellens ait. Omnia munda mundis, id est, fidelibus & credentibus, de qua re agitur Matth. 15. 1. Timo. 4. munditia ergo istarum rerum aestimatur ex animo. Formalis (ut dicunt) est hic sermo, de omnibus cibis, vestibus & similibus quæ in lege Moyfi habebantur, loquitur. Omnia, inquit, munda sunt ex Euangelica libertate apud mundos mente & conscientia,

scientia. Huiusmodi cum non ex iniquatione mentis, nec ex infidelitate procedant, non sunt immunda illis. Sed nihil eorum quod iniquationem aut infidelitatem eorum concernit est illis mundum, eò quod ex iniquatione conscientia, aut infidelitate, vnde procedunt, immunda redduntur illis. Propterea aduersatiue subiungit. Sed inquinata est eorum mens & conscientia. Mens inquinatur errore circa credenda seu agenda: Conscientia autem inquinatur applicatione ad opus cõtra regulam rectæ rationis, quæ est conformis veritati Euangelicæ.

25 *Confitentur se nosse.* Occupat & refellit quorundam objectionem dicentium, Cum de Deo & doctrina sancta sanctè loquantur, qua via aut ratione hos damnare possimus? Respondet, Hypocritæ sunt, iactant, & profitentur se Abrahamæ filios & legis peritos. Sed si opera eorum expendieris, agnosceris illa non respondere iis quæ tam sanctè pronunciant.

CONCILIATIO.

Quid hic Paulus ait. Quam promisit non mendax Deus ante tempora secularia? Cum Gen. 1. dicatur & mundum & tempus & creaturas omnes cœpisse? Non hic Paulus voluit. asserere reuolutionem motuum cœlorum, quæ est tẽpus, esse æternam, imò cœpit esse cum mundo, qui creatus est à Deo: Sed vult Paulus ostendere quod ab æterno & ante omne tẽpus & seculum, Deus in seipso decreuit & definiuit dare electis vitam æternam.

Tempus.

Locus hic, omnia munda mundis: pugnantiam habet cum eo quo Act. 15. decretum est ab Apostolis, ut à sanguine & suffocato abstinerent. Hoc decretum non eò factum est, quod sanguis & suffocatum essent immunda: sed quoniam nondum plene Euangelium promulgatum erat ad extinctionem legis Mosaicæ, ad tempus aliquod hoc sic permissum est, ut coniuentes Iudæi Gentilibus, nihil quod Gentiles manducarent, immundum & abominandum ducerent, & facilius coalescerent. Tandem promulgato Euangelio desineret edictum illud.

DICTIO.

CRETA, quæ & Candia dicitur, memorabilis insula mi-
rè quondam corrupta fuit superstitionibus & idololatria. Notissimum est illud Maronis, Creta Louis magni medio ia

Creta.

cet infula ponto, Mons Idæus vbi & gēis cunabula nostræ
Diligenter de hac scripsit Strabo in primis Geog. lib. 10. Pli-
nius item lib. 4. cap. 12.

Pro personæ varietate, aliter atque
aliter docendum. CAP. II.



V autem loquere quæ decent
sanam doctrinā. Senes, vt so-
brii sint, pudici, prudentes, fa-
ni in fide², in dilectione, in pa-
tientia. Anus similiter, in habitu sancto³,

non criminatrices, non multo vino ser-
uientes, bene docentes, vt prudentiam do-
ceat⁴ adoleſcētulas, vt viros suos amēt, fi-
lios suos diligāt, prudētes, castas, sobrias,
domus curā habentes⁵, benignas⁶, subdi-
tas viris suis, vt nō blasphemetur⁷ verbū
Dei. Iuvenes similiter hortare vt sobrii
sint. In omnib⁸ te ipsum præbe exemplū
⁹ bonorum operū, in doctrina, in integri-
tate, in grauitate: verbū sanū irreprehēsi-
bile: vt is, qui ex aduerso est, vereatur, ni-
hil habēs malum dicere de nobis. Seruos
dominis suis subditos esse, in omnibus
placētes⁹, non contradicētes¹⁰, non frau-
dātes¹¹: sed in omnibus fidē bonā osten-
dētes: doctrinā saluatoris nostri Dei or-
nent in omnibus. Apparuit enim gratia
¹² Dei saluatoris nostri omnibus homini-
bus, erudiēs nos vt abnegantes impieta-
tem¹³, & secularia desideria¹⁴, sobriē¹⁵, &
iustē, & piē viuam¹⁶ in hoc seculo: expectā-
suffurantes. Dei saluatoris nostri, vel, Dei salutifera.

Senes.

Anus.

Serui.
Ephes. 6. 4
Coloss. 3. d
1. Pet. 2. c

Christus re-
demptor no-
ster secundum
promissiones
venit.

Pudici, vt
ues, id est, ho-
nostatem præ-
se ferentes.

Prudentes,
moderati si-
ue, modesti.
In habitu
sancto, id est,
eo amictuque
incesso qui de-
ceat matro-
nas deo dica-
tas.

Vt prudenti-
tiā doceat,
vt sobrias
reddant.

Castas, so-
brias, vt so-
bria sint, pu-
ra.

Blaspheme-
tur. malicia
diat.

Cōtradicē-
tes, responsi-
tores.

Fraudātes,

Aduentum tes beatā spem¹⁶ & aduentū glorię magni
vel apparitionem. Dei¹⁷, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui
dedit semetipsum pro nobis, vt nos redi-
meret¹⁸ ab omni iniquitate¹⁹ & mundaret

Acceptabi-
lé, peculiarē. ²⁰ sibi populum acceptabilem²¹, sectatorē
²² bonorum operum. Hæc loquere & ex-
hortare, & argue cū omni imperio²³. Ne-
mo te contemnat²⁴.

1 Tu autem. Ac si diceret, Abeant & valeant isti matæologi
cum suis ineptiis & fabulis. Et quod vehementius veritatem
oppugnare nituntur, tu ardentius prædica sanam doctrinā.
Ad hunc modum interpretatur Chrysoſtomi abbreviator:
Tametsi, inquit, nullam dictis tuis fidem adhibeāt, & repro-
bi sint, tu tamen quod tua interest facito, nihil obticeas, Tūc
doctrinæ est sanitas (ait Hieronymus) cū doctoris doctri-
na pariter & vita consentiunt.

2 Sani in fide. Senibus hoc præcipitur, non solum quia natu-
rā sunt supersticiosi & morosi (habet enim senectus vitia pro-
pria & morbos tum animi tum corporis, quibus iuuentus car-
ret, imò ipsa senectus morbus est) Sed, etiam vt ipsi reliquos
sanitatem fidei doceāt. Sani in dilectione, qui & inimicos di-
ligunt, & pro persequentibus orant, iuxta Domini præceptū.
Sani in paciētia, id est, qui perdurant in omni tentatione vs-
que in finem, nullis cedentes aduersis.

3 In habitu sancto. Eo amictu, eoque incesso & corporis motu,
qui deceat sacras matronas. Ambrosius vertit, in statu religio-
ne digno: referens non solum ad vestitum, sed ad omnē cor-
poris habitum ac gestū. Sic enarrat & Diuus Hieronymus,
4 Vt prudentiam doceant. Ademit illis Paulus. 1. ad Timoth. 2.
& priore ad Corinthios, docendi libertatem publicam, non
priuatam & domesticam circa suas filias & adoleſcentulas.

5 Domus curam habentes. Id est, domus custodes, vt affiduē do-
mi sint, & rem domi curent, quæ præcipua mulierū laus. Vn-
de Phidias statuarius auctore Plutarcho in præceptis coniu-
galibus, pinxit Venerem testudini pede insistentem, quod id
animal nunquā à domo discedat, symbolū probæ matris fa-
miliæ, quæ optimē rem domesticam dispensabit, nil prorsus
vell luxur, superuacancis sumptibus & ornamentis impendens,

Sanitas in fi-
de.
Senectutis.
morbi.
Sanitas in di-
lectione.
Sanitas in
patientia.

Mulieris.
probæ sym-
bolum.

6 *Benignas.* Sint benignæ, vt aliqua maritorum vitia tolerent, si qui ipsas inciuiores & parum humani contigerint. Exemplo sit Abigail vxor Nabal, 1. Regum. 25.

7 *Vt non blasphemetur.* Si docerent publicè mulieres, si viris præessent, & huiusmodi, contemneretur lex Christiana, & prima lex, & Dei sententia, qua Deus voluit mulieres subditas esse viris.

8 *Tempus præbe exemplum.* 1. Petri. 5. forma facti gregis ex animo. Nam nihil prodest aliquem (ait Hierony.) exercitum esse in dicendo, & ad loquendum triuissè linguam, nisi plus exemplo docuerit quàm verbo. Vult ergo Paulus Titum præ se ferre & præstare integritatem animi nullis cupiditatibus corrupti: vt ne hostis quidem habeat quòd vitio obiciat, nisi rubore suffundatur.

9 *In omnibus placentes.* Non solùm satisfaciant ac placeat dominis, sed sibi non displiceant, & suam fortunam, qualiscumque est boni consulant.

10 *Non contradicentes.* Non responsatores, ait Ambrosius. Facile enim genus seruatorum obganniunt, respondentes, & verba domini resumentes cum quodam murmure.

11 *Non fraudantes.* Supple heros suos, aliquid de bonis illorum decerpentes, ac subtrahentes illis.

12 *Apparuit enim gratia.* Prædicata est hominibus, nõ Iudeis solùm, sed omnibus hominibus. Apud Iudæos ante Ascensionem Iesu Christi, gratia Euangelica seruabatur: sed postea omnibus manifestata per Apostolos, quibus dictum est, Ite in mundum vniuersum, prædicare Euangelium. Cùm dicitur, Apparuit gratia, ergo ij, quibus apparuit gratia, antè erant seruitus, tenebræ & peccatum. Apparuit, in quâ, gratia, qua Deum consequimur, & saluamur. Neq; ociosa est, Quia nos erudit, qui adhuc omnium rudes, qui nihil antea audiueramus aut cognoueramus, hæc nos docet, & ruditatem omnem admittit.

13 *Vt abnegantes impietatem.* Quod Hebræi dicunt Rescha, Latini impietatem reddere solent, quæ propriè significat peccatû, quo Deum colere designantur, hoc est, Deo non credit, non fidunt, nõ metuunt. Hi sunt, quibus apparuit, vt impietatem hanc abnegent, his non illuxerat: hac illucescente deprehensæ sunt tenebræ & fugatæ. Abnegamus nos, mortificatis omnibus quæ ad Adam pertinent, vt viuamus noua & spirituali vita secundum Christum, & hoc in præsentis seculo,

non

non respicientes ea, quæ iam nobis pereunt, & mortificantur in hac vita: sed expectantes illa, quæ nunc non videntur, quæ speramus futura in aduentu domini, cum venerit iudicare viuos & mortuos.

14 *Secularia desideria.* Id est, mundana desideria. Quo verbo Paulus complexus est, quicquid homines præter modum & rationem, tam erga seipos quàm proximos committunt.

Secularia desideria.

Alioqui Latinis seculare dicitur, quod centesimo quoq; anno instauratur: vt ludi seculares.

Seculare.

15 *Sobrie.* Explicat quid agendum circa seipsum: nempe vt corpus castiget, & frugaliter habeat.

16 *Beatam spem.* Spem ideo beatam Apostolus vocat, quòd ea adueniente, hoc est, re sperata, nos beatitudinem assequamur. Beatam dicens opponit illam huic miseræ vitæ.

Spes beata.

17 *Magni Dei.* Non quòd alius quispiam Deus sit, qui paruus existat, quia vnus solus Deus est: sed quòd ad illũ, vsque diem, magnitudinem suam, maiestatem & gloriam nõ declarabit, modò in Euangelio per fidem duntaxat cõspicitur. Ea angusta & parua visio est, qua etiam Deus respectu illius magni aduentus, parum & modicè comprehenditur. In illo autem die visendum se magnum, & in maiestate magna clarè & apertè exhibebit, aut magnus Deus, id est, summus, optimus, & maximus Deus est Iesus Christus saluator noster.

Deus cur magnus dicitur.

18 *Vt nos redimeret.* Ergo prius captiui eramus.

19 *Ab omni iniquitate.* Id est, ab omnibus quæ aduersantur legi Dei. Hoc modo complexus est vtranq; & spiritus & corporis transgressionem: hoc est, tam impietatem, quæ peccatum est spiritus, quàm secularia desideria, quibus corpore peccatur.

Peccatû quæ nobis afferunt incommoda.

20 *Et mundaret.* Duplex damnum afferunt peccata: vnũ quo captiui, ita vt ex nobis neq; cognoscamus, neque quicquid boni agamus: imò ne resurgamus quidem. Hinc mox alterũ sequitur, vt nostra impura sint, & seruitutè ipsam seruiamus: ab iis omnibus nos liberat sua gratia Iesus Christus.

21 *Acceptabilem.* Peculiarem & egregiũ. Ipse enim nos suo sanguine acquisiuit, & per fidẽ in eũ, peculiũ eius efficitur.

Christi peculiũ sumus.

22 *Seçtorem.* Dixit prius acceptabilem & peculiare: Oportet enim nos prius esse Christi peculiũ: hoc est iustificatos, vt bonorum operum seçtatores, seu amulatores simus. Sunt enim opera ipsa rami, & fructus iustificationis.

23 Cum omni imperio. Non q̄ iubeat, illum esse imperiosum, sed quòd velit hæc diligenter mandari, atq; iniungi populo.
24 Nemo te contemnat. Id est, sic viue & doce, vt te nemo iure contemnere possit. Simile præscripsit. i. Timorh. 4.

Manfuetudo in increpatione seruanda.

CAPVT III.



Admonere illos¹ principibus & potestatib⁹ subditos esse, di-
cto obedire, ad omne opus bonum paratos esse: neminẽ blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim² aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia³ agentes, odibiles, odientes inuicem. Cũ autem benignitas⁴ & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei: nõ ex operibus iustitiẽ⁵, quã fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit per lauacrũ⁶ regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quẽ effudit in nos⁷ abundẽ per Iesum Christũ saluatorem nostrũ: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secũdum spem⁸ vitæ æternæ. Fidelis sermo⁹ est: & de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo.
Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & cõtentiones, & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticũ¹⁰ hominem post

2. Timor. 1. c.

1. Timor. 1. b.

2. Timo. 2. d.

Hereticus.

Dicto, magistratui.

Neminem blasphemare, nec de quoquam maledicant.

Odibiles, odiosi.

Humanitas erga homines amor.

Fidelis, indubitatus.

Deuita, omittite.

Hæreticum Sectarũ authoritatem, vel, defectorem.

Deuita. nem post vnã & secundã correptionẽ deuita: sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cũ sit proprio iudicio, per se dicio condemnatus¹¹. Cum misero ad te¹² Arteman aut Tychicũ, festina ad me veni re Nicopolim: ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum & Apollo sollicitẽ præmitte¹³ vt nihil illis desit. Discant autem¹⁴ & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi. Salutant te, qui mecum sunt, omnes. Saluta eos, qui nos amãt in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis, Amen.

Opera.

Admonere illos. Vbiq; statuit Paulus, vt se principibus subdãt. Quod quidẽ præceptum propterea putat Hieronymus editum: quia Iudæ Galilæi per illud tempus dogma adhuc vi gebat, & habebat plurimos sectatores, cuius mentio fit Act. 5. surrexit in diebus census Iudas Galilæus, qui proferebat, nullum debere dominũ, nisi solum Deum, vocari, & eos qui ad templum decimas deferrent, Cæsari tributa non reddere. Quæ hæresis intantum creuerat, vt etiã Pharisæorum & multã partem populi conturbaret, ita vt ad Christũ referretur quæstio hæc: Licet Cæsari dare tributum an nõ? Quibus Dominus, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, Marci 12. Lucæ 20. Cui responsioni correspondẽs Paulus ait: Admonere illos, principibus, & potestatibus subditos esse. Sed considera quod subditur: Dicto obedire ad omne opus bonum. Si bonũ est quod præcipit, obedito. Si malum est, & contra Deum, nolito, sed respondeo, quod respondit Petrus, Act. 5. Obedire oportet Deo, magis quã hominibus. Hoc ipsum & de seruis intelligamus apud dominos, & de vxoribus apud viros, & de filiis apud parentes. His addit Paulus neminem blasphemare, de quoquã ne maledicat. Non litigiosos: id est, ne sint rixosi, contentiosi & pugnaces, sed multã humanitate, rum mansuetudine ornat.

Iudæ Galilæi dogma. Obediendum superioribus.

2. Eramus enim aliquando. Hortatur Titũ Paulus suos admo-

neat, ne animos despondeant: nec desperent, licet peccauerint, argumento à paradigmatè sumpto. Scis quales nos aliquando fuerimus, quales nunc sumus. Exhortare similibus implicitis erroribus atque peccatis, vt respiciant, & vitam suæ regenerationi respõdentem viuant. Videant, quòd pro impietibus sapientes, pro incredulis & errantibus credentes & in viam iustitiæ reducti sumus, quòd item pro seruitutibus desiderijs ac voluptatibus carnis, iniustitia spiritus viuamus, & denique quòd pro malitiæ operibus in dilectionis operibus ambulemus, pro inuidis benefici, pro odibilibus amabiles. Antea eramus cæci, at vbi benignitas Dei nobis illuxit per Euangelij prædicationem, salui & puri facti sumus. Id què totum est misericordia Dei, & non nostro opere.

3 *In malitia & inuidia.* Id est, pugnaces & contentiosi, siue contra principes, siue alios.

4 *Cum autem benignitas.* Quum incarnatus est vnigenitus, & similis nobis factus est. Aut humanitas dici potest, amor & affectus erga homines. Hieronymus demonstrat, in hoc capite distinctim exprimi tres personas: Cuius hæc sunt verba: Diligentius (inquit) attendamus, & inueniemus in præsentis capitulo manifestissimam trinitatem. Benignitas quippe & clementia saluatoris nostri Dei, non alterius quàm Dei patris, per lauacrum regenerationis, & renouationem Spiritus sancti, quem effudit super nos abundè, per Iesum Christum saluatorem nostrum, viuificauit nos in vitam æternam.

5 *Non ex operibus iustitiæ.* Sentit hæc Paulus de operibus legis Mosaicæ, de quibus multa scribit Romanis. Quamquam Orthodoxi de operibus præcedentibus fidem, aut gratiam Dei interpretentur.

6 *Per lauacrum.* Id est, per baptismum, quo secundò nos nasci & creari oportet. Obseruent ex hoc loco aduersarij, per sacramenta ecclesiæ gratiam conferri nobis, vt planè agnoscamus, hæc renouationem & regenerationem esse spiritalem.

7 *Quem effudit in nos.* Ita effudit, vt nihil nobis desit habentibus Christum, apud quem, & in quo sunt omnes thesauri sapientiæ Dei. Abundè dat spiritum, dum per spiritum reuelat omnè veritatè: id est, omnia, quæ nostra inter sunt ad salutem. Obserua verbū Effudit: alludit enim ad baptismum: quia quæ humida sunt, effundere solemus. Abundè, id est, opulèter, ait Hieronymus: Augustinus ad Valentinum legit, ditissimè.

8 *Secundum*

8 *Secundum spem.* Nondum hanc sumus consecuti vitam æternam, sed speramus, & in spe habemus.

9 *Fidelis sermo.* Indubitatus sermo pastorum mentes confirmat, ne quid dubitent, de his quæ tradidit hæctenus, nempe de gratia iustificante, de officijs pietatis.

10 *Hæreticum.* Hæretici hi sunt, ait D. Ambrosius, qui per verba legis legem impugnant. Proprium enim sensum verbi astruunt legis, vt prauitatem mentis suæ legis autoritate cõmendent. Genius hæretici est, videlicet impius opinionibus & doctrinis factiosus in Ecclesia Christi, qui suæ sententiæ nimium inhæret, & suis placitis nimium fidit, a deò vt nulli cedat, & à nemine se abstrahi ab impia sententia patiat, quàmquam reuictus de errore & impietate opinionis: atq; vt paucis dicam, sentit pertinaciter contra dogmata Christiana, & Christianum se simulans nititur alios in suas impias opiniones pertrahere. Quales sunt qui aduersus sacrosanctâ Eucharistiam & sacramenta, ecclesiæ ornamenta, & peccatorum medelas, non solum prædicauerunt, sed & impiè scripserunt.

11 *Proprio iudicio condemnatus.* Tam manifestus est error eius, vt nullam sui erroris excusationem habeat: quippe qui fuerit semel & iterum admonitus, & optimè institutus. Aut per se condénatus, qui pertinaciter dissideat ab omnibus. Aut damnatus, etiam si nemo iudex de illo pronunciet.

12 *Cum misero ad te.* Aperit quàm magnum scelus est, ecclesias suis spoliare pastoribus, nisi alios substitueris fideiiores. Quamobrem noluit Paulus Titum relicta Creta ad se venire, priusquam vel Tychicum vel Arteman substituisset: ne Cretenfes nuper Christiani, cura pastoris vigilantissimi destituerentur.

13 *Præmitte vt nihil illis desit.* Id est, da diligentissimam operam vt suppedites cõmeatum & viaticum quod ad perfectionem pertinet. Hospitalitatis & humanitatis est, viaticum cõmeatumque abeunti suppeditare.

14 *Discant autem.* Occupatio est. Dicit fortassis Titus, Non habeo quod istis suppeditem. Respondet Paulus, Discant autem. Ac si dicat, Si beneficia humanitatis præstatur ab Ethnicis vt abeunti comēatum suppeditent, æquum est, vt nostri qui Christum profitentur, discant talibus officijs vti, hoc est, quæ ad necessarios vitæ vsus pertinent, peregrinantibus pro Christiana pietate suppeditare. His ergo, meo iudicio, hoc

X

EPIST. B. PAULI AD TITVM.

contextu, iubet eleemosynas precari & colligere ad necessarios vsus pauperum.

DICTIONES.

- Lamacrvm.* LAVACRVM, penul. produ. balneum est, in quo quis lauari cōmodè potest. Vide Aulum Gel. in Noctibus Atticis.
- Nicopolis.* NICOPOLIS, Thraciæ ciuitas, à victoria qua Augustus Antonium Cleopatramque deuicit, vt indicat Hieronymus, Theophylactus scripsit eam imminere Histro flumini.
- Zelus.* ZENAS, olim legis Mosaicæ professor & peritus, post insignis præco euangelij.
- Artemas.* ARTEMAS, interpretatur integer, incolumis, & venustus.

Finis epistolæ ad Titum, cui beatus Paulus scripsit ex vrbe Nicopoli, quæ in Aëtiaco littore sita est.

Loci ex Epistola sequenti, quibus obseruari potest quàm magni fructus sequuti fuerint ex Onesimi fuga.

- 1 Intendere debemus animam gratiâ profectus & vilitatis, his quæ abiectiora & infima videntur.
- 2 Si seruus fur conuersus est ad fidem, despondere animum non debemus de salute nostra, tametsi peccauerimus, cum simus filij adoptionis.
- 3 Non sunt serui inuitis dominis subtrahendi sub pietatis prætextu.
- 4 Serui, tametsi sint serui, non veniunt contēnendi, si animi dotibus sint ornati: cum filium Onesimum Paulus appelleret, qui esset seruitute obstrictus.

Epist.

EPISTOLA B.

PAULI APOSTOLI,

AD PHILEMONEM.

Commendat Paulus Philemoni, frater suum delem suum ministrum Onesimum.



Aulus¹ vincus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adiutori nostro, & Apphiaæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ, quæ in domo tua est, gratia vobis, & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo, semper memoriâ tui faciens in orationibus meis, audiens charitatē tuam & fidē quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos, vt communicatio fidei tuæ euidenter fiat² in agnitione omnis operis boni in vobis in Christo Iesu. Gaudiū enim magnum³ habui & consolationē in charitate tua, quod viscera sanctorū⁴ requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens, in Christo Iesu imperādi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cū sis talis, vt Paulus senex, nunc autem & vincus Iesu Christi

Adiutori, Collegæ.

Euidens, Efficax.

Charitas, Fides.

Opera.

Requieuerunt, vesocilla^{ta} sunt. Ad rem pertinent, est decens conueniens. Sis, sem

*Onesimus do-
ctus à Paulo
Christum.*

sti. Obsecro te⁶ pro meo filio, quem genui in vinculis⁷ Onesimo: qui tibi aliquādo⁸ inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis: quem remisi tibi. Tu autem⁹ illum, id est, mea viscera suscipe: quem ego volueram tecum detinere, ut pro tibi ministraret in vineulis Euangelij: sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut¹⁰ ex necessitate bonum tuū esset, sed voluntarium. forsitan enim¹¹ ideo discessit ad horam à te, ut æternū illum reciperes: iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maximè mihi, quanto autem magis tibi, & in carne¹² & in Domino¹³? Si ergo habes me socium: suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu¹⁴: ego reddam: ut non dicam tibi quòd & te ipsum mihi debes. Ita frater¹⁵, ego te fruor in domino. Refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia¹⁶ tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id quod dico, facies. Simul & para mihi¹⁷ hospitium. Nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutatur te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas, adiutores mei. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

¹ *Paulus vinculus.* Quamquam consilio diaboli à Nerone Paulus esset vinculus, & peteretur ad mortem, tamen hanc gloriam dat

dat deo¹⁸ ut nihil potentie adscribat vel Diabolo vel mundo. Non enim se scribit vinculum Cæsaris, sed vinculum Iesu Christi, ob cuius Euangelium captus fuerat, sine cuius voluntate vincire non potuisset.

² *Euidens fiat.* Ut communis fides tua, id est, quam ego & tu habemus, fiat euidens, id est, efficax in agnitione omnis boni, quod est in vobis erga Christum Iesum, id est, eò crescat & prouehatur, ut agnoscat omne bonum, quod vobis per Christum contigit. Eandem sententiam puto, quam scribit Paulus ad Ephes. 1. Ut (inquit) Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, &c. intelliges ergo ex hoc & illo loco, quæ per Christum donata sunt nobis.

³ *Gaudium enim magnum.* Quod præcessit coniungendum est, Gratias ago, &c. Quare? Ut communicatio fidei, &c. Rursum, gratias ago, quia gaudium habemus multum, &c. Christiana charitas, iugiter orat pro illuminatione aliorum, & de profectu gaudet.

⁴ *Viscera sanctorum requieuerunt.* Id est, sancti ipsi refocillati sunt. Propterea magnæ consolationi fuisti sanctis egentibus, ipsis necessaria præstando. Hoc idioma apostolicum est, ut semper viscera vocet internum cordis affectum, volens plenam mentis charitatem ostendere.

⁵ *Cum sis talis, ut Paulus senex.* Sentit se, quum id, quod æquū erat, suo iure potuisset imperare Philemoni, nempe Paulus, & senex, postremò vincus Iesu Christi, maluisse tamen uti precibus, memorem charitatis potius quàm authoritatis. Quasi diceret, Vel ipsa mea submissio, qua me & senem & vincum affecto, te moueat, ut tuo quoque iure cedas.

⁶ *Obsecro te pro meo filio.* Non dicit pro seruo meo, ut etiã nõ tam seruū quàm ipsum Paulum videatur recipere Philemon. Quod filio fit, pater sibi factum iudicat.

⁷ *Quem genui in vinculis.* Id est, cum essem catenis deuinctus, effeci ut baptismo ablueretur. Hic nõ dico seruum, sed meum filium. Mitigat his verbis Philemonem fortasse adhuc iniuria laceffitum, de pecunia sua furto accepta ab Onesimo. Chariorem hunc habebat, quòd in angustia & periculo cum genuerit: sicut mulieres plus diligunt filios, quos maiori dolore & periculo enixæ sunt.

⁸ *Qui tibi aliquando.* Antea fuit infidelis tibi, negligēs opere,

fortè & aliquid furatus. Nunc autem fides talia non permit-
tet. Addit verò vt rem augeat, tibi & mihi perutilis: alludens
Onesimus, id est, vtilis. ad nomen serui. Onesimus enim Græcis vtilis dicitur. Quasi
diceret, Hactenus non rectè Onesimus dicitur, in posterum
autem dabit operam, qua verus sit Onesimus, id est, vtilis.

9 *Tu autem*, Paulus Philemonem appellat sua viscera, id est, affectus cordis intimos & vnicè charum filium.

10 *Vt ne velut ex necessitate*. Huius opera mihi necessaria erat: malui tamen hunc remittere ad te, ne te inconsulto, quicquid agere viderer, & quasi coactus, & non vltro videreris mihi hanc gratiam fecisse.

11 *Forstitan enim*. Occupatio est. Dicit fortassis Philemon, Egone fugitiuū reciperè? Respondet Paulus, Secessit, fateor, atqui ad horam & ad breue tempus. Secessit fortassis. Adicit particulam, fortassis, quia temerarium est quasi de certo pronunciare quod dubium est. Secessit rediturus, vt aeternū eum reciperes. Ac si diceret Paulus, Quod fugerit nihil spectes, sed expende quanto ad te cum fructu redeat, & quantæ salutis occasio ea tibi fuga fuerit.

12 *Tibi & in carne*. Id est, in carnalibus ministeriis, amore est dignus, quippe qui sit & ad consolandum idoneus.

13 *Et in Domino*. Id est, in spiritualibus rebus.

14 *Scripti mea manu*. Vt cautior sis & certior, me tibi id debitum aliquando persolutorum, ecce habes & literas mea manu conscriptas. Adscribe hoc in debitum meum. In hoc habes hinc meum chirographum. Qui melius nostri quæta mihi debeas, non hoc tantum debitum, sed temetipsum quoque. Nam Paulus Philemonè vitæ restituerat, hoc est, Christianum fecerat.

15 *Ita frater, ego te fruor in Domino*. Ita, hic affirmantis aduerbiū est. Ambrosius addit sic: ita frater sic ego te fruor in Domino. Est autem vox obtestantis fratrem, aut filium, quem optamus nobis esse voluptati, quasi nihil sit nobis illius fructione dulcius. Per eam igitur adiurat Philemonem.

16 *Confidens in obedientia*. Multis verbis non agam tecū. Nō diffido charitati tuæ. Scio enim te hac in re plus præstaturū quam abs te peto. Imò, quod te mihi impendisti hactenus.

17 *Simul & para mihi hospitium*. Beatus Hieronymus credit, ideo fecisse Apostolum mentionē hospitij, vt citius expectans quod rogatus fuerat Philemon faceret. Addit salutatum

tium

etiam nomina, qui omnes cum Paulo pro Onesimo Philemonem deprecabantur. Tam enim illis Onesimi integritas erat perspecta, vt pro ipso fideiuberent, aperientes quanto desiderio cupiebant Onesimum benignè à Philemone excipi, & in eius gratiam redire.

DICTIO.

PHILEMON penultima producta in recto, in obliquis corripit eandem. Græci tradunt hunc genere Phrygem fuisse, quoniam nationem intrastabilem ac seruilem esse vel Græcis prouerbiis iactatum est, Phryx plagis emendatur. Et, Serò sapiunt Phryges, imò istus sapit. Quem tamen diuus Paulus ob pietatem & officia in factos, inter præcipuos habuit amicos. Hic secundum Hebraicam etymum interpretatur mirè donatus, siue os panis, ab ore non ab ossè, si Hieronymo in hunc locum credimus. Chrysostomus putat Philemonem Colossensem. Diuus Ambrosius hunc putat Philemonem è plebe virum fuisse nulla ecclesiasticæ ordinationis prædium dignitate. Sed apparet Philemonem vel episcopum fuisse Colossensem, vel Euangelij prædicatorem, quod hoc loco Paulus non vt fratri, sed adiutori scribat. Cooperarium dicit in prædicanda Euangelij veritate.

APPHIA vxor & coniunx pudicissima Philemonis, Paulus tanquam soror vnicè dilecta. *Apphia,*

ARCHIPPVS Pauli commilito, quod in iisdem castris Deo seruiat per ministerium Euangelicum. Latine præfectus siue princeps: æquorum dici potest. *Archippus.*

ONESIMVS interpretatur vtilis, seruus fugitiuus Philemonis. Hac epistola Philemoni conciliatus tandem, vt tradunt, palmam martyrij Romæ meruit. *Onesimus.*

ARISTARCHVS Latine optimus princeps.

EPAPHRAS, Colossensis erat. *Aristarchus*

DEMAS, adis focus Pauli, & coadiutor in promulgando Euangelio: Hic à Paulo postea defecit, 2. Timoth. 4. Demas enim me reliquit diligens hoc seculum. *Epaphras.*

FINIS.

E Roma missa est hæc epistola Pauli ad Philemonem, per Onesimum seruum.

X iiii

STATVS EPISTOLAE PAULI
AD HEBRÆOS.

Christus Deus, rex & Pontifex, eoque habenda
illi in omnibus indubitata fides.

DE AVTHORE HVIVS EPISTOLAE.

His opinio quorundam hanc epistolam non esse Pauli, eò quod ornatior est verbis, quàm ceterarum huius Apostoli. Sūt qui Lucæ ipsam tribuūt nonnulli authorem eius faciunt Apollo, quem Lucas in Actis prædicat potentem fuisse in scripturis ad reuincendos Iudæos, Act. 18. Aduersus hos facietis Censura sacrae facultatis theologiæ Parisiensis, cuius verba adscribā. Hæc duæ propositiones, (de epistolæ ad Hebræos authore semper est dubitatum, & ipse, vt ingenuè fatear, adhuc dubito) arroganter & schismaticè asseruntur, cōtra vsum & determinationē Ecclesiæ in multis conciliis, Niceno, Laodicensi, Carthaginiesi tertio, cui adfuit Augustinus, & in concilio septuaginta episcoporum præside Gelasio. Hoc insuper liquet: quia author huius epistolæ dicit illā se misisse per Timotheum fratrem suum, cuius legatione in quibusdam aliis epistolis solebat vti Paulus. Idem etiam demonstrat beatus Petrus, qui in fine secundæ Canonice ad Hebræos destinata, quibus & primam miserat, eisdem dicit scripsisse charissimum fratrem suum Paulum. Magnus item Dionysius quædam ex hac epistola ad Hebræos citat, tãquam à Paulo præceptore suo deprompta. Idem similiter comprobant Clemens primus, Innocentius primus, Ambrosius, Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus, Damascenus, Isidorus, & alij multi catholici doctores. Nec verum est, semper dubitatum esse de authore huius epistolæ ad Hebræos: quum scribat Origenes quòd ante tempora sua antiqui & maiores eam, vt Pauli Apostoli, suscipiebant. Mira autem arrogantia, atque pertinacia est huius scriptoris, quòd vbi tot catholici doctores, Pontifices, concilia, declarant hanc epistolam esse Pauli, & idem vniuersalis ecclesiæ vsus ac cōsensus comprobant, hic scriptor adhuc dubitat tanquam toto orbe prudentior. Hactenus facultas. Cui admodum conformis est Theophylactus: cuius verba

verba & sententiam adponam. Non possum equidẽ, (inquit ille) non admirari multorum hominum impudentiam, qui quum intelligant per epistolam huius exordium fuisse tot hæreses confutatas, haud tamen desistant, asserere epistolam hanc Paulo non conuenire, ceu à cæteris epistolis alienam. Velim tamen hos non esse nescios epistolæ huius & sensuum profunditates, & vim illam inconfutabilem, nullius alterius esse posse nisi Pauli, qui Christum haberet in se loquentem. Quòd si dicendi modus illos offendit: intelligant Paulum Hebraica lingua hanc ipsam dixisse epistolam, vt qui ad Hebræos haberet sermonem, & vnum aliquem è suis contubernalibus in Græcum vertisse: & plerique Lucam hanc transtulisse ferunt, aut Clementem, cuius etiam in ea stylus seruetur. Nec secus hi peccant qui hanc esse Pauli epistolam negant, quàm si à Paulo abesse Christum negarent. Hactenus ille. Taccit in præfatione Paulus nomen suum, nimirum cui præter cæteros, incredibili odio Iudæi succenserant, quòd tam subita & insperata conuersione, ostenderet Christi potentiam inexpugnabilem, ex Saulo factus Paulus, lege antiquata Christum vnicum amplexatus, eundem seruentissimo zelo prædicaret, & ceteroniis legis, modis omnibus aduerfaretur.

LOCI INSIGNES.

- 1 Aliter patribus, aliter nobis Deus est loquutus. Confert prædicatores Paulus & auditores inter se. Patres & nos auditores sumus, Prophetæ & Christus prædicatores. Nobis prædicat filius, Patribus prædicauerunt serui. Cap. I.
- 2 Christus Pontifex noster. Cap. III. IIII. V. VII. & VIII.
- 3 Docet ex scripturis Christum non solum Moyse, sed etiam angelis (per quos ille legem accepit) longè esse superiorem. Licet propter nos ad breue tẽpus in passione modicò quàm angeli minoratus sit, secundum illud, Minuisti eum paulò minus, &c. Ideòque hoc infert, si quæ per angelos & Moysen data sunt non potuerunt negligi sine vltione Dei, multò minus inultum erit si quis contempserit Christi sermonem. Cap. XII. & XIII.
- 4 Sabbatum & requies Christianorum. Cap. IIII.

- 5 Conformandus Pontifex Christo sacerdoti.
Cap. v. & ab eo deficientes nulla alia hostia expiantur
quam Christi. Cap. vi.
- 6 Sacerdotium veteris legis & sacrificia & reliqua sacra,
sacrificio Christi sacerdotis nostri secundum ordinem
Melchisedech, & sacrificio in cruce semel oblato & al-
tari & templo nequaquam conferenda: Quoniam in il-
lis figuræ & vmbra, in his veritas, quorum gratia ces-
sant illa. Arque de hoc Christi Pontificatu ex scriptu-
ris dignissimè cum magna nostrarum conscientiarum
consolatione tractat. Cap. vii. viii. ix. & x.
- 7 Ex scripturarum exemplis egregiè fides commenda-
tur. Cap. xi.
- 8 Ad patientiam & mores Christianos exhortatio.
Cap. xii. & xiii.

DOCEMUR in hac epistola (vt in summa dicam) Chri-
stum nunc vnicum magistrum nostrum audiendū. Hoc probat
primū à dignitate Christi: Deinde à periculo non au-
dientium: postea à præmiis audientium illum. Ad hæc horta-
tur, vt fidem cum summa patientia consecuti, nullis periculis
patiantur se euerti: additis multis exemplis. Postremò ad cha-
ritatem & pacem hortatur: & cum primis ad sanctimoniam
vitæ, sine qua nemo Deū videre potest. Hoc det nobis Deus
per Christū vt credamus nobis dicta, & eadem ad ipsius glo-
riam custodiamus, Amen.

EPISTOLA

EPISTOLA B.

PAVLI APOSTOLI,

AD HEBRÆOS.

Iesu Christi sublimitas.

CAP. I.



Multifariā¹ multisque mo-
dis olim Deus² loquēs pa-
tribus in prophetis: no-
uissimè diebus istis³ locu-
tus est⁴ nobis in filio, quē

*Per propheta-
tas locutus
Deus.*

constituit⁵ hæredem vniuersorum, per
quem fecit & secula⁶: qui cū sit splen-

Hæres.

*Figura, ex-
pressi imago
Portantq;
modereturq;*

portansque omnia verbo⁹ virtutis suæ,
purgationē peccatorum¹⁰ faciens, sedet
ad dexteram¹¹ maiestatis in excelsis: tan-

Sapient. 7. d

*Purgatio pec-
catorum.*

*Melior, vel,
prestantior.
Differētis,
excellētius.
Hæredita-
uit. fortitius
est.*

to melior angelis effectus, quanto diffe-
rētius præ illis nomen hæreditauit¹². Cui
enim dixit¹³ aliquando angelorum, Filius
meus es tu, ego hodie genui te? Et rur-
sum¹⁴, Ego ero¹⁵ illi in patrem, & ipse erit
mihī in filium. Et cū iterum¹⁶ introdu-
cit primogenitum in orbem terræ, dicit,
Et adorēt eum omnes angeli Dei. Et ad
angelos¹⁷ quidem dicit, Qui facit ange-
los suos spiritus, & ministros suos flam-
mam ignis. Ad filium¹⁸ autem, Thronus
tuus Deus in seculū seculi, virga æquita-
tis virga regni tui. Dilexisti iustitiam &

*Christus ma-
ior angelis.
Psal. 2. b
2. Regū. 8. b*

Psal. 96. c

Psal. 103. d

Psal. 44. b

Psal. 101. d

odisti iniquitatē: propterea vnxit te De⁹;

Deus tuus, oleo exultationis, præ partici-
pibus tuis. Et, Tu in principio¹⁹ Domine
terram fundasti, & opera manuum tuarū
sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem perma-
nebis: & omnes vt vestimentum vetera-
scent. Et velut amictum mutabis eos &
mutabūtur: tu autem idem ipse es, & an-
ni tui non deficient. Ad quem autem an-

Præ-partici-
pibus tuis.
vltra confor-
tes tuos.

Mutabis,
circūuolues,
vertes.

Psal. 109. a

2. Corin. 15. d

Angeli, Dei
ministri.

gelorum²⁰ dixit aliquando, Sede à dextris
meis, quoadusque ponam inimicos tuos
scabellū pedum tuorum? Nōne omnes
sunt²¹ administratorij spiritus, in ministe-
rium missi, propter eos qui hæreditatem
capiunt salutis?

Multipharia
& multis
modis, &c.

¹ Multiphariam multisq; modis. Hæc duo verba ita discernēda
putauerim, vt multiphariam ad multitudinem prophetarum
referas. Nam cum multi prophetæ fuerint, & prioribus alij
successerint, & ita nō per vnum, neque vno tempore, omnes
prophetiæ factæ sint, rectè dici potest, Deū patribus loqu-
tum multiphariā, vel sæpius, per prophetas. Illud autem, mul-
tisq; modis significare existimo Deum etiam per vnū pro-
phetam, nedum per multos, alio & alio modo loquūtū. In-
terdum in figura lapidis, Danielis. 2. Vidisti quod de monte
abscissus est lapis, &c. Interdum per scripturam, Danielis, 5.
cap. Apparuerunt digiti . quasi manus scribentis , in pariete.
Esaias, 6. cap. vidit Dominum sedētē super solium excelsum,
Ieremias, 1. cap. vidit ollam succensam & virgam vigilantem,
Diuersis præterea auxiliis patres iuuat, quum eos eduxit ex
Aegypto, quum sicco pede transire fecit sinum Arabicum.
Aut multiphariā, id est, diuersis temporibus. Multis modis,
id est, nunc apertis verbis, nunc figuris, aliisque reuelationi-
bus. In prophetis, id est, per prophetas.

² Deus. Sublimi & iucūdo exordio apud Hebræos dicturus,
certè vt auditorū duos aliās & iniquos Christi negotio ani-
mos demulcet, totius negotij Euangelici summā paucis per-
stringit

stringit, Patribus quidem missos esse prophetas, nobis autem
filium Dei. Quo alio iucundiore exordio auditorum corda
ad præstandas aures excitare potuit, quàm statim in ipso li-
mine, intonando, Deum, qui patribus (iocundum enim est fi-
lis præclara maiorum monimenta audire) loquutus, etiam-
num loqui nobis: idque sublimiori modo, non per ministros
& angelos, sed per filiū suum, temporēq; nouissimo: ne quis
alium præter hunc doctorem expectet.

³ Nouissimè diebus istis. Ac si dicat: Cū nihil esset reliquum
ad emendationem temporis, sed cruciatibus essemus & poe-
nis obnoxij, tunc demum ipsi bonis affluximus, & cceptum
est etiam vim cœlis inferre: dicente Christo Matth. 11. A die-
bus autem Ioannis Baptistæ vsq; nunc cœlum vim patitur, &
violenti rapiunt illud. Quāquam ante Christum aliis & aliis
modis loquutus sit, & multoties per varios prophetas. Nunc
semel in vno filio, prophetarum Domino, & prophetiarum
cōpletore, loquutus est, & vno modo. Idq; quod loqu-
tus est, ad finem vsque seculi prædicandum cōmendauit. Vn-
de ait: Nouissimè istis diebus. Et 1. Corinth. 11. Quotiescun-
que enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mor-
tem Domini annuntiabitis donec veniat. Ergo ad finem vs-
que mundi de morte Domini, & his, quæ ex morte & resur-
rectionis eius vim habent, prædicandum est. Neq; expectan-
da est alia docendi forma vel ratio. In his quæ præmisit
prima pars enthymematis est, & deinde post insertum longum
hyperbaton de dignitate filij Dei, inuenitur secūda pars seu
illatio enthymematis in principio secundi capituli. Ratiocin-
natur tali enthymemate: cū per varia loquutionum gene-
ra, variōsque modos olim loquutus sit Deus, & nunc multo
sublimiore modo per filium loquutus est nobis. Propterea
(ait 2. cap.) abundantius oportet obseruare nos ea, quæ au-
diuimus. Verborum Pauli sensus est: Equidem Deus olim se
orbi aperuit per prophetas: nunc verò hisce proximis die-
bus loquutus est nobis per filium. Huc pertinet simile ex pa-
rabola, quam Christus Matt. 21. dixit: quod pater familiās do-
minus vineæ miserit seruos ad agricolas, qui ex illis alios ce-
ciderunt, alios occiderunt, alios lapidarunt, nouissimè verò
miserit ad illos filium suum dicens: Reuerbūtur filium meū.
Hoc est enim vltimum refugium. Obserua: Dies aduentus &
prædicationis Christi dicuntur nouissimi dies ac vespera.

Dies nouissi-
mi.

Christus pro-
phetarum
Dominus.

1. Ioan. 2. Filioli, nouissimum tempus est. Ad Galat. 4. Vbi venit plenitudo temporis &c. Esa. 2. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini, in vertice montium reuelabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes.

4. *Loquutus est.* Adducit sermonis sublimitatem, argumento à dignitate personæ loquentis sumpto. Multum enim refert, quis sit qui loquatur. Quis autem dignior filio Dei, qui eiusdem est cum Patre authoritatis? Alludit ad morem prophetarum dicentium statim ab exordio, Hęc dicit Dominus. Loquutus est nobis in filio. Quia ipse quatenus homo, organus erat Dei sicut propheta, sed non solum organum ut propheta, sed etiam Deus. Ita Ioan. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Et cap. 8. A me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hęc loquor. Obserua: Loqui Dei, est inuisibiliter absque sono vocis, in mentibus sanctorum voluntatē suam, atque rectum intellectum inspirare, seu futura sicut sanctis Prophetis reuelare. Vnde Dauid Psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus. Et Iob 4. Ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea verba susurrarij. Est aliàs verbum æternum Dei. Est & alia temporalis loquutio, quæ non est Deo tribuenda crasso modo. Nam cum Deus dixit Genes. 1. Fiat lux, & facta est lux: præcepit sua authoritate & voluntate, ut prodeat & incipiat in tempore, quod ab æterno suam rationem & Idæam in ipso habebat, & aliquando incipiendum erat. Ad hunc modum Dauid Psal. 32. interpretatur dicens: Ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Sed de his nunc nõ est sermo. Multa sunt alia locutionum genera, de quibus paulò antè diximus.

5. *Quem constituit.* Occupatio est, qua præoccupat obiectum culas. Rogabit aliquis: Quem, ò Paule, filium hinc prædicas? Nonne Israëlita omnes prophetae filij Dei sunt, Vt Esaia. 1. Filios exaltaui & enutriui, ipsi autem spreuerunt me. Et Psal. 81. Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes. Audiamus Paulum summa magnificentia, eminentiam & præconium in se & Christi, eiusdemque abstrusa mysteria depromentem, immò hac in re ne Ioanni quidem illi trismegisto Euangelista ceden- tem. Non est mihi hoc loco (ait) de filiis adoptionis habendus sermo, sed de naturali, coæterno, coæquali, & supra modum digno, per quem alij in filios adoptantur. Quem constituit heredem vniuersorum, id est, Deus hunc præfinit

etiam

etiam ante rerum initia, vt omnes saluandi, in solo nomine Iesu salui fiant. Ipse ergo est hæres qui naturalis est filius, & nos sumus hæreditas eius, quia electi in ipso & donati ei à patre. Ex quo colligimus ipsum esse naturalem & germanum filium dei. Non enim ab æterno ordinatus esset hæres, si ab æterno non esset filius. Sed quia naturalis filius, debetur ei hæreditas. Rogabit aliquis, quomodo est hæres vniuersorum, & quæ sunt illa omnia? Certè non moritur ille pater, vt succedens filius mortui bona occupet. Sed quemadmodum Pater totam suam naturam ac diuinitatem in filium transfundit, eò quòd filius natura Deus est: ita filius externa omnia, vt pote gloriam, opera, electos, cum Patre communia habet. Igitur omnes qui in libro vitæ scripti, iudem & Christo in hæreditatem donati sunt. Nam Ioannis 5. Opera quæ facit pater, eadem facit & filius. Omnes qui honorificant Patrem, honorificant & filium. Ratione naturæ humanæ, qua homo factus est filius Dei, constitutus est hæres vniuersorum, id est, mundi totius Dominator effectus. Hæredis vtitur nomine, (ait Beatus Ambrosius in hunc locum) vt duo quædam per hoc astruat & ostendat, quòd proprius sit filius, quòd dominationis illi nulla contingat amissio. Regnum hoc illi demandatum est, cui vel inuiti obediunt omnes, sicut scriptum est: Vniuersa seruient tibi. Equipollent hæc duæ orationes, Christus est hæres vniuersorum: & Filio subdita sunt omnia.

6. *Per quem fecit et secula.* Nunc Paulus ad Christi perpetuam dignitatem ostendendam transcendit. Cum filius secula fecerit: ergo & ipse est ante secula. Ipse erat in principio: Sed nihil erat neque est ante principium, cum non sit principium ante principium: Ergo filius est coæternus patri. Obiter dixerim, seculum dici spatium rei temporalis. Secula ergo sunt successiones temporum. Non solum igitur fecit angelos, sed etiam temporalia, quæ hinc vocat secula infra 11. cap. fide intelligimus aptata esse secula. Sicut ergo nos in illo elegit, ita per illum & secula fecit. Plus dixit, per quem fecit & secula, quam si dixisset, per quem fecit coelum & terram. Vult enim nullum seculum esse & nullum instans temporis, quod pater non per illum creauerit. Ambrosius de fide contra Arrianos lib. 3. sic exponit: Disce quòd non solum præterita fecit, sed etiam quæ futura sunt. Sicut scriptum est, per quem & secula facta sunt. Secula enim & præterita & presentia & futura sūt.

Filius Dei æternus.

Seculum.

Quomodo ergo facta sunt, quæ futura sunt, nisi quia operatoria virtus est, scientia comprehendens numerum omnium seculorum? Sicut enim vocat quæ non sunt tanquam sint, sic & fecit quæ futura sunt, tanquam quæ sunt, quia non continet ut non sint, sed necessario sunt futura, quæ esse præcepit. Ergo qui fecit quæ futura sunt, eo genere quo sunt futura cognouit. Obserua, cum dicit, per quem fecit, notatur essentia vnitas & personarum distinctio. Alius enim est qui facit, & alius per quem aliquid fit, & si non sit aliud. Quia vna & eadem est essentia patris & filij & Spiritus sancti, diuersa autem personæ. Alia est enim persona Patris, alia Filij alia Spiritus sancti. Vnde dicebat ille in Euangelio, Ego & pater vnus sumus. Non ait, vnus. Sunt tamen tres personæ vnus Deus.

7 *Qui cum sit splendor gloriæ.* De magnitudine filij Dei differit. Diuersam à patre personam vocat filium in diuinitate. Deus est gloria, filius est splendor huius gloriæ, imò est gloria gloriæ patris, per omnia patri similis, nõ alterius, sed eiusdem substantiæ, vt sequentibus declaratur. Et figura substantiæ. Idcirco Christus est omnipotentia patris, sapientia patris, iustitia patris, &c. A patre quidem genitus, sed tantum naturalis Deus vt pater, atque adeo cum patre vnus Deus. Gloriæ splendorem hunc dicit, vt planè intelligas filium à patre sine passione nasci, & esse nihil imminutum, nec patre ipso inferioriorem & eiusdem substantiæ, hoc est de lumine lumen. Hic locus Hebraicum sapit. Splendor gloriæ, id est, splendor gloriæ, seu splendor qui est gloria. Splendor à lumine. Splendor lumen est. Lumen igitur filius à lumine patre, vt est in simbolo, lumen de lumine. Frequens est hic modus loquendi in sacris, Spiritus sanctificationis & iustificationis, id est, sanctificatio & iustificatio nostra est ipse spiritus.

8 *Et figura substantiæ.* Occupatio est: Ne occasionem forsitan Marcellus & Sabellius nostri afferant, non esse filium in propria apud patrem substantia: ait Paulus, Et figura substantiæ eius est ille, id est, quemadmodum pater ipse per se constat, & nullius ad perfectionem indiget, ita & filius. Quæ hic figuram nominat, ad Philip. 3. formam dicit: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æquale Deo. forma illic, & figura hinc, vnã declarat æqualitatem essentia. Ioan. 10. Ego & pater vnus sumus. Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me est. Hęc forma imago est non accedens, (quia

Filij Dei.
magnitudo.

Gloriæ splendor
dors filius.

Christus Iesus
figura substantiæ
patris.

in deo

in deo nullum est accidens) sed substantiæ patris. Est ergo filius eadem cum patre substantia seu essentia.

9 *Portansque omnia verbo.* Declarat Paulus quàm omnia constant robusto, vi & potentia Christi. Christus Iesus sustentat, & in suo esse conseruat omnia verbo & imperio suo, vel etiam nutu suo efficacissimo & potentissimo. Tropo enim Hebraico verbum potentia vel virtutis idem est quod verbum efficax ac potens. $\phi\epsilon\tau\omega\mu$ expono simpliciter, sustentans omnia, quasi gestans in manibus: vt in Psal, Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate: Auertente autem te faciem turbabuntur. Ex his colligamus. Qui sustentat omnia, super omnia est. Sed Christus sustentat omnia, ergo super omnia est. Qui super omnia est, Deus est. Ergo Christus Deus est. Sentit ergo hic Paulus non solùm mundum hunc conditum per filium, quemadmodum dixerat, per quem fecit & secula, verum conditum regi & administrari, idque non studio, curaque & industria, sicut administrant homines: sed verbo virtutis suæ, id est, nutu suæ potentia. Aut verbo virtutis suæ, id est, sua propria virtute, qui modus loquendi frequens est in sacris, vt prænotauimus. Quid prodesset omnia per ipsum esse condita, nisi omnia per ipsum quoque conseruarentur & gubernarentur?

Psal. 103.

10 *Purgationem peccatorum.* Hic meminit mortis Christi, qua pro peccatis non solùm nostris, sed & totius mundi satisfecit. Hebr. 10. Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. & sequitur, in qua voluntate sanctificatus sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel. Græci addunt huic textui $\delta\iota\ \epsilon\alpha\upsilon\tau\omega\upsilon$, id est, per seipsum. Videturque participium. Græcū hoc in loco præteritū esse temporis potius quàm præsentis, vt dici possit, peccatorum purgatione facta, ne sedendo videatur purgare, ita vt prius non purgauerit, seu non satisfecerit. Prius enim purgauit morte sua, deinde confedit. Exaudiendus ergo hymnus ille tam frequens in ecclesia cantatus, Vera fides geniti purgauit crimina mundi.

Purgatio peccatorum per Christum.

11 *Sedet ad dexteram maiestatis.* Id est, æqualis est filius Deo patri: quia est splendor gloriæ, figura substantiæ gubernans ac moderans omnia verbo virtutis suæ. Neque iustus est ad patris dexteram considerare: Sed (ait) sedet, vt ostendens presentiam, æternitatem ostendat. In æternitate enim, nec præteritum quicquam est, quasi esse desierit: nec futurum quasi

Christum sede re ad dexteram patris quid est. Aeternitatem presentiam omnia.

Y

*Maiestas.**Christus hæreditauit nomen.**Christus angelis est superior.**Hodie eternitatem signat.**Hodie tempus salutis signat*

nondum sit, sed præsens tantum: quia quicquid æternum est, semper est. Ideo rectius existimauerim sedet, quam sedit. Si tamè naturam humanam aspexeris in Christo, dices Christum federe ad dexteram, id est, in potioribus bonis Dei patris, quibus & copiosissimè fruitur. Quum dicit in excelsis, ostendit Christum etiam vt hominem, esse super omnem creaturam & angelicam & humanam, sicut Ephes. 1. cap. scribit, Maiestas est summa potestas. Porro dum sedet, pacem, ac quietam, iudiciariamque eius auctoritatem ostendit.

12 *Nomen hæreditauit.* Ratione assumptæ humanitatis Christus nomè hæreditauit. Quod? Dei filius homo factus, Deus est homo, & homo Deus. Hoc nomè nõ hereditauit angelis, Angelus enim nõ Domini & Dei, sed serui nomen est: hanc nominis excellentiam sequentibus manifestabit. Videtur hoc loco nomè positum pro gloria, maiestate, & magnifico titulo.

13 *Cui enim dixit aliquando angelorum filius meus, &c.* Volens Paulus ostendere Christum angelis superiorem ait, Nulli unquam angelorum dictum est à Deo, filius meus es tu, &c. sed hoc Christo dictum est Psalm. 2. Et cum baptizaretur audita est vox de cælo, Hic est, filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui: ipsum audite. Est igitur Christus angelis maior. Ex nomine quidem: nam quum filium dicimus, illud sane prætendimus quod ex patre sit genitus. Quod si per gratiam esset filij nomen adeptus, angelis hic planè esset inferior. Illud verò, Ego te genui: nil aliud exprimit, nisi à principio, & ex quo pater est, filium esse genitum. hoc aduerbium, Hodie, eternitatem significat: vt dicamus Hodie, semper esse apud Deum, neque præteritum neque futurum. Quod hodie sic exponimus, rarum est in scriptura. Nam in Psalm. 94. legimus, Hodie si vocem eius audieritis, &c. quod hodie, Paulus infra. 3. cap. interpretatur de tempore Christiano. seu tempore salutis, quod vsque ad finem huius seculi cognominatur Hodie. Itè alibi, Hæc dies quam fecit Dominus, &c. quam diem Paulus 2. Corinth. 6. ex Esaiã interpretatur diem salutis & tempus acceptum, in quo exaudiamur à Deo per Christum. Ad illud hodie, quod est tempus reuelatæ salutis post Christi glorificationem totus Psalmus secundus, in quo dicitur, Ego hodie genui te, respicit (sicut apparet) Christi resurrectionem. Atque Paulus ita interpretatur Act. 13. dicens, Deponetes eum de ligno posuerunt eum in momentum: Deus autem suscitauit

tit eum à mortuis: sicut in Psalmo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Tunc confirmatum est Christi regnum & vidit pater filium in suo residere solio, quando iam ad immortalitatem accitus est, accepta potestate in cælo & in terra, sicut ait Matth. ultimo: Data est mihi omnis potestas in cælo, &c. Ad hanc sententiam quid aliud est quod dicitur: Dominus dixit ad me, quàm quod Christus verè Dei filius est verbo & potentia patris resuscitatus, & immortalis (accepto spiritali corpore, quod ceciderat animale) factus? vt hæc non intelligas de Christi diuinitate, sed de Christi secundum hominem glorificatione, & de eius in regnum cõstitutione. Aduerte: omnes reliquos filios suos Deus medio aliquo gignit, vt ait Iacobus, Voluntariè genui nos verbo suo. Angelos cõdidit, non genuit. At hunc filium nõ condidit, sed gignit: neque gignit medio aliquo, sed per semetipsum, dicens, Ego, ego ipse te hodie genui. Quod ad nullum alium dictum leges 1. Paralipo. 22. de Salomone quidem ait, Erui mihi filius. At non filius meus es tu, ego hodie genui te.

14 *Et rursus.* Quidam huc locum bifariam posse intelligi dicunt. Vno modo de Salomone, vt Christi figura. Alio modo de ipso Christo. Sed reuera, si de Salomone intelligi volumus, quomodo cõfutabit ex hoc loco Iudæos Paulus, qui semper ad Salomonem referrent dictum? Propterea hic locus ex 2. Reg. 7. & nõ ex 1. Paralip. 22. ab Apostolo sumptus de vno Christo simpliciter est intelligendus, vt qui peculiaris & proprius filius Dei, qui omnibus reliquis incomparabiliter præstet. Scias igitur huc locum ex 2. Reg. 7. & ex Psalm. 88. qui prophetales libri sunt, & de Christo loquuntur, non de Salomone, desumptum esse. Quanquam hic locus ferè eisdem verbis 2. Reg. 7. & 1. Paralip. 22. legatur, habet tamè eas. 2. Reg. 7. circũstancias, vt de Salomone nequeat intelligi, & necesse est dictum ad Dauidem, semel de Salomone, & semel de Christo primùm scribitur 2. Regum 7. dixisse dominum Dauid: Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius. ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Iam Salomon non est post mortem Dauidis natus, & neque eo mortuo, sed adhuc viuente in regem exaltatus fuit, vt scribitur

tur. 3. Reg. 1. Ergo hic locus Pauli non intelligitur de Salomone, sed de Christo.

15 *Ego ero illi in patrem, &c.* Filiationem temporalem designat, qua natus ex virgine, & homo factus est.

Introductio filij Dei in mundum. Iterum introducit, quid significat.

16 *Et cum iterum introducit.* Introductio filij in hunc mundum est eius gloriosa incarnatio, quam aliquando ipse Matth. 15. vocat exitum. Exiit qui seminat seminare semen suum. Et Ioan.

16. Exiui à patre & veni in mundum. hoc aduerbium iterum mihi parit quãdam difficultatem. Quidam sic interpretantur: Et cum scriptura iterum introducit, id est, iterum manifestat introducendum primogenitum, quasi dicat, iam dictum est quod Christus est filius præ angelis: ergo est præcipue à patre genitus. Est ergo dicendus Primogenitus. ad Rom. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Cum dicit primogenitum, alludit ad morem humanum. Erant enim apud Hebræos primogeniti hæredes & omnium rerum domini. Hieronymus aduersus Heluidium dicit, Primogenitum nõ tam eum esse post quem & alij, quã eum ante quem nullus. Huc pertinet quod magnus Alexãdria Athanasius aduersus Marcellinum dixit: Quam obrem (inquit) vnigenitum dum scriptura refert, secundum diuinitatem indicat, quia in deitate vnigenitus à Deo patre omnino fratres non habet, & dum primogenitum nominat naturam hominis ostendit. Et vide quã ordinatè loquitur Apostolus. Primò enim dicit, ipsum à patre, Ego ero illi in patrem. Secundò dicit ipsum assumptum in vnitatem personæ, cum ait, & ipse erit mihi in filium. Et nunc proponit eum in notitiã hominum cũ vocat incarnationem, introductionè in mundum. Alij interpretantur hoc aduerbium iterum, cum reliqua clausula, primò de incarnatione verbi, quæ dicitur introductio, non loquitur scriptura semel, sed iterum atque iterum. Secundò, quia filius Dei primò erat in mundo per potentiam diuinitatis inuisibiliter: sed iterum introducit in mundum secundum præsentiam humanitatis visibiliter. Alij sic interpretantur. Cum Spiritus sanctus in Psalmo loquitur de secundo ingressu primogeniti in orbem per Euangelium: nam antea semel in carne in mundum uenerat, è quo exactus fuit per suos crucifixo, & mortè: sed per resurrectionem & uerbum suum in orbem reuersus est, et iam regnat, cum serui formã prius gestauerit, neque amplius morietur, aut mundo visibiliter & familiariter exigetur. Sic

cut si quis reconciliãdus est principi, primò exit ad eum mediator, & postea introducit eum. vt 1. Regum 20. de Dauidè ad Jonathan factum legimus. Sic Christus mediator Dei & hominum. Primò exiit ad homines, & postea in sua resurrectione gloriosa introduxit eos, per mortem suam reconciliatos. infrà 2. cap. Qui multos filios in gloriam adduxerat. Solet secunda interpretatio frequens adduci, quæ natiuitatem Iesu Christi insinuat, tametsi tertia interpretatio non veniat aspernanda. Adoramus nobis superiorem, & cui summus honos propter se debetur: hunc Iesum Christum angeli adorant: ergo est supra angelos. Quare necesse est hunc regem, quem angeli adorant: Deum esse, quem Euangelium prædicat & annunciat.

17 *Et ad angelos quidem dicit.* Hoc loco vult Apostolus ostendere angelis in scriptura hoc nomen haudquaquã dari, quod alicui ex eis dictum vnquam esset, Filius meus es tu, Erit mihi filius, Ipsum adorabunt angeli. Sed nuncios ipsos facit, quos in orbem mittit. Sesus itaque est. Quantumlibet angelis suis commiserit Deus, nunquam tamen constituit Deus aliquem ex eis, vt Dominus sit vniuersorum, vt Christum constituit: sed facit duntaxat spiritus, & igneam flammam: id est, igni & vento similes. Etenim velociores vento feruntur, & in more ignis, & sicut fulgura subito illuminant: vt in rubo Moyse. Spiritus sunt angeli: & cum spiritus sunt, non dicuntur angeli: sed cum mittuntur, designantur Angeli, Angelus enim nomen officij est, non naturæ. Queris nomen eius naturæ? Spiritus est. Queris nomen officij? angelus est. Spiritus sunt, vt spiritales ad nos missi nos spiritales reddant. Et igniti dicuntur, quod carnalia nostra absumat. Quare Christus dicebat: Veni mittere gladium, supple, quo diuideret affectum carnalem. Et alibi, Veni mittere ignem, supple, ad affectum illum carnalem absumendum. Attamen per id nullus angelorum constituit dominus orbis, neque vbique, vt Christus prædicatur rex omnium, quod vel Iudæi confiteri coguntur. Præterea hic facit angelos: ergo conditor & creator angelorum est. Angeli enim creaturæ sunt.

Adorare.

Angeli sunt nuncij & ministri.

Angeli sunt ignis & flammæ.

Angelus nõ naturæ sed officij nomẽ.

18 *Ad filium autem, Thronus tuus.* Maiestatem Christi pergit ostendere per aliam anthitesim, Christo iudiciariam potestatem, & quietam autoritatem tribuẽs, angelis verò ministrum. Hic locus ex 44. Psalmo est, qui meo quidẽ iudicio

Thronus soli
Deo com-
petit.

omnium fortissimè concludit, Christum Deum esse. Contra quod nè Iudæi quidem habent quæ dicant. Id videamus. Primum apud quoslibet in confesso est, hunc psalmum de Christo loqui, quanquam Iudæi adhuc venturum expectent. Secundo, negari non potest, primâ citati loci particulâ, Thronus tuus Deus in seculû seculi soli vero Deo competere, qui thronû & regnû habet finis nescium. Nulli creaturæ thronus & regnû huiusmodi cõpetit. Est ergo manifestû, deû esse qui thronum habet & regnum absque fine. Et hoc dictum putato cõtra Paulû Samothæcum & Arrium facere, qui Christû simplicem hominè introducunt, qui Deus est, & sempiterno imperio potitur. Quod sequitur, Virga æquitatis virga regni tui: est aliud quoddam Dominatus insigne. Virga enim hoc est sceptrum, symbolû iustitiæ est, & æquitatis. Nullus enim personarû respectus apud Deû, æquè iudicat diuites ac pauperes. Est autè hæc Christi æquitas diligere iustos, id est, omnes in Deum credentes, & odio habere iniquos, hoc est, incredulos. Sequitur, Deus qui thronû & regnum habet, vngitur vt homo, id est, spiritum sanctum in donis suis recipit participibus suis. Secundû humanitatè habet participes, quorum caput est, quibus & spiritum suum impertit, quem prò omnibus habet opulentissimè. Secundum diuinitatem autem nullos, habet participes, quum vnus solus Deus existat, & non plures seu tres Dij. Licet sit non vnâ persona solû, sed tres personæ in vna essentia & substantia. Concludit ergo hæc autoritas, Christum regnare, & regem vnctum esse, & habere regnum.

19 *Et tu in principio Domine.* Prima facie nõ apparet quid hic locus ad institutum Apostoli faciat. Facile enim interpretari potest de Deo & vna persona: quare inspiciendus est totus Psalmus, qui etiam de regno Dei canit, cuius gubernatorem scriptura Christum facit, vt superior versus, ac multi alij loci scripturæ testantur. Psalmus verò qui numero centesimus primus, vnde hic versus desumptus est, sic habet circa mediû fermè in hunc modum, Tu autem Domine manes in æternum & memoria tua in seculum seculi. Exurgas & miserere Sion. Nam tempus est vt illi propitius sis, & hora huius appetit, & venit. Etenim placent lapides eius seruis tuis, id est, Apostolis, & pulueri eius fauebunt, seu terræ eius miserabuntur: id est, per Euangelium gratos & Deo placitos reddent.

dèc. Quod vtique de Christo est prædictum, cuius serui sunt Apostoli, qui lapides Sion, id est, electos per prædicationem suam in gratiam dei adduxerunt, quales profectò seruos nullus vnquam regum habuit. Et gentes timebunt nomen tuum, & omnes reges terræ gloriam eius. Eò quòd Dominus ædificabit Sion, & apparebit gloria sua. Postremò verò sequitur versiculus ab Apostolo citatus. Et tu deus ab initio terræ fundasti. Vnde concludit hunc regem, cuius serui lapides in gratiam adduxerunt, & qui in vniuerso orbe est prædicatus, vt tam reges quàm gentes ipsum timeant. Deum esse qui terram cõdidit, & idem in seipso perseverat. Iam nullus rex ita apud omnes gètes prædicatus est vt Christus. Ideo sequitur, Christum deum & hominem esse.

20 *Ad quem angelorum.* Ex altera parte antitheseos ostendit angelis nõ cõpetere sessionem, sicut & Christo, cum sint ministri. Christus & c. Christus filius est Dauidis secundum carnem, ad Rom. 1. Et dominus Dauidis non solû secundum diuinitatem, sed etiam secundum regiam dignitatem & sacerdotium quæadmodum dicitur Esaiæ. 9. & repetitur ab angelo Luc. 1. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit & c. Infirmitas erat regnum Dauidis, quod oportebat per filium Christum confirmari. Et præterea maledictum erat, nisi ei benedicentur per hunc filium Dauidis sacerdotem, & verû Melchisedech, qui benedixit Abraham & omni semini eius, id est, omnibus Abraham fidem per vniuersum orbem sequentis, quemadmodum promissum erat, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Pater hunc Iesum glorificauit, qui dixit ad eum, Sede à dextris meis, id est, esto rex vt ego, super omnia, vt in cælo & in terra, Matth. ultimo, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Tubetur verò sedere nõ ad caput, ne videretur esse supra deum. Quia Christi caput, Deus, 1. Corinth. 11. Neque ad sinistram: ne videretur gloria eius minor gloria Dei: sed ad dexteram, id est, in plenitudine maiestatis: & vt dici solet, in potioribus bonis patris: vt æqualitas significetur. Scabellum videtur insinuare plenâ & perfectam subiectionem: sicut dicimus, aliquid alicui planè subiectum, quando etiam potest illud pedibus cõculcare. Hæc dictiones Donec, & Quoad usque, quandoque indicant finem eius cui coniunguntur, vt Sede hic donec veniam. Aliquando sumuntur infinitè, quando non ponitur & non designatur

Christus filius
Dauid
& dominus
eius.

Genes. 15.

Scabellum.

Donec &
quoad usque
particulæ
quid signat.

Angeli ministri hominū.

terminus, vt cūm ais, Hic nō pœnituit donec vixit, quia nē post mortem pœnituit, id est, nunquam pœnituit. Et Gene. 8 Non est reuersus coruus donec siccarentur aquæ, id est, nunquam est reuersus. Interdum pro vt, sicut in Psal. Oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec miseretur nostri, 21. *Nōne omnes sunt administratorij.* Angeli, qui Christum iudicantur adorare, tantum abest vt Christo præferantur vel æquales sint, vt etiā nostri, ministrent nobis, qui sumus in Christo. Ex his audientium animos attollit, ostendens plurimam deo susceptam curam, quando angelos ipsos, qui videtur præcellere, vt ministrent nobis, constituit.

CONCILIATIO.

Hoc Pauli exordium, Multipharia multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis: aduersatur Dauidi Psal. 64, dicenti, Semel loquutus est deus &c. Respondet Augustinus in psal. 51. Hic inter homines (inquit ille) hominibus saepe multis modis per multiformem creaturam loquutus est deus. Apud se semel deus loquutus est, Quia vnum verbum genuit deus.

Quid hic Paulus tam constanter pronunciat, Quem cōstituit hæredem vniuersorum? Cūm de Christo mentionem faciens Dauid Psal. 39, dicat, Ego autem mēdicus sum & pauper. Respondendum, Christum administrationi huius mundi cessasse liberē: non tamen innatum sibi ius abdicatum esse. Quod autem à Dauide pronūciatur, grandis est Tapinosis, siue vehemens de Iesu Christo expressā humiliatio.

DICTIO.

HEBRÆI dicti sunt Iudæi ab Heber, qui fuit abnepos Sem, filij Noë: Prius Heberæi nominati, ac deinde vna detracta litera Hebræi, auctore Augustino lib. 16. de Ciuitate dei. Non defunt qui asserunt dictos non ab Heber patre Phaleg, atauo Abræ, sed à voce sui idiomatis, quæ ad nos veniens sonat transeuntes. Hoc enim nomine cognominabatur Abræ, eò quod à Mesopotamia transito sumine in terram Chanaā transisset. vnde & gens eius hoc minimè hereditauit.

Figura.

FIGURA Græcis est character: quam dicere possis formam expressam ex alio, siue notā rei cuiusdam impressam velut in cera.

Filij

Filij Dei spontanea humilitas.

CAP. II.

Perefluamus, perfluamus.



Initium accepisset, prius cepit.

Ropterea abūdātius¹ oportet obseruare nos ea quæ audiimus: ne fortè perefluamus². Si enim, qui per angelos³ dictus est, sermo, factus est firmus, & omnis preuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem⁴: quomodo nos effugiemus⁵, si tantam neglexerimus salutem? Quæ cūm initium⁶ accepisset enarrari per Dominum: ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo⁷ signis, & portentis, & variis virtutibus, & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatē⁸. Non enim angelis⁹ subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquitur. Testatus est autem¹⁰ in quodam loco quis, dicens: Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti enim¹¹ paulo minus ab angelis: gloria & honore¹² coronasti eum, & constituisti eum¹³ super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem nec dum videmus omnia subiecta ei. Eum autem¹⁴ qui modico quàm angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum: vt gratia Dei pro omnibus gust-

Christus audiendus, ne periamur.

Miracula confirmatio doctrina.

Christo omnia subiecta. Psal. 8. c

1. Corin. 15. d

Philip. 2. b

Mortuus Christus pro omnibus.

ret¹⁵ mortem. Decebat enim eum¹⁶, propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum, per passionem consummari. Qui enim sanctificatur, & qui sanctificatur, ex vno omnes. Propter quam causam¹⁷ non confunditur fratres eos vocare dicens, Nunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterum, Ego ero fidens¹⁸ in eum. Et iterum, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Quia ergo pueri¹⁹ communicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem: vt per mortem destrueret²⁰ eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolus: & liberaret eos²¹ qui timore mortis, per totam vitam obnoxij erant seruituti. Nusquam enim angelos²² apprehendit: sed semen Abraham apprehendit. Vnde debuit²³ per omnia fratribus similari: vt misericors fieret²⁴ & fidelis potifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim²⁵ in quo passus est ipse & tentatus: potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.

Frates Christi.
Psal. 21. c.
Esaie. 8. d.

Osee 13. d
1. Cor. 15. g
Diabolus.

Pontifex Christus.
Tentatus Christus.

Christus angelis & moyse præstantior.

Authorem principem.
Consummari, vel perfectum reddi.
Confunditur, erubescit

Communi cauerunt carni & sanguini, commercium habent cum carne & sanguine.

Apprehendit, assumi.
Similari, simili fieri.
Ad deum, in his que ad deum pertinent.

¹ Propterea abundantius. Principio capitis priorē enthemematis diximus partem. Cui hæc si iungatur clausula, habebis enthemema tale: Est ipso Moyse, imò & ipsis angelis Christus præstantior. Sunt igitur à nobis religiosus obseruanda que à filio dei audiuimus. Argumentum est à maiori dignitate: quasi in hūc modum ratio cinetur. Quoties deus per præstantiorem nuncium loquitur, diligentius audiendū est: Nūc per filium & sibi æqualem, & angelis præstantiorem loquitur

tus est, ergo illius oportet vehementius auscultare dictis.
² Ne forte peressuamus. Hortatur & excitat animos ad excipiendam summo studio Iesu Christi doctrinam, argumento à periculo & damno sumpto. Ac si diceret, Si te non mouet dignitas nuncij, saltem tibi persuadeat ingēs tuum damnum. Nam si vel paulò negligentior fueris, periculum est ne peressuas, hoc est totò pereas. Profus enim perit quod sic peressuuit. Alludit ad folia quæ ab arboribus delabuntur & defluunt, conculcanturque ac pereunt. Aut videretur Paulus metaphoram à fluida sumpsisse papyro, quæ literarum characteres obscurius recipit, vel receptos protinus diffūdīt, transmittitque: vt & animo minus attento accidit, cui nisi firmus sit, & solidus, ea excidunt quæ negligentius audierat.
³ Si enim qui per angelos. Eorum quæ præmisit causam indicās hæc veluti suæ argumētationis maiorem propositionem adducit. Sermo per angelos dictus decem mandata designat. Vel iussa omnia dicit, quæ in veteri testamento continentur, per angelos administrata: cuiusmodi sunt de Iudicibus illa, & de Samone iniuncta. Sic argumentatur Paulus, Si lex quæ per angelos data est, sicut & Stephanus ait Act. 7. cap. nō potuit contemni sine vltione Dei, multò minus vltionem Dei euadet, qui cōtēpserit verbū nobis missum per filium, cui ne angeli quidē conferri possunt. Id quod & Moyse verbis dei de Christo prædixit, Deutero. 8. Qui verba eius, quæ loquitur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam. Ad quod respexisse videtur dominus, Ioā. 5. Est qui accusat vos, Moyse, in quo speratis. Facit & hoc aduersus eos qui auctoritati ecclesie detrahunt. Paulus ait, legem omnem Mosaicam à Iudæis receptam, & illius præuaricationem punitam. Cū igitur non minor sit ecclesie potestas & auctoritas, quàm Moyse & illorum septuaginta duorum (qui leges cōstituentes minores causas iudicabāt) à Moyse institutorum: sequitur: omnem præuaricationem legis ecclesiasticæ non euasuram pœnas & vltionem. Obiciet aliquis, locū hūc de decalogo solum esse intelligēdum. Respondeo, hoc verè dici posse de priorē copulatiuæ parte: Quia per angelū datus est decalogus: Sed posterior copulatiuæ pars dicit omnē præuaricationem & inobedientiam, ita vt legem omnem illam veterè comprehendat. Obserua in hoc Pauli textu miram in vtraque lege collationem. Illic quidem per angelos, hīc autem

Peressuere

Sermo per angelos dictus

*Merces pro
ultione.*

per dominum. Et illic quidem sermo, hic autem salus. Illa simpliciter voce per aërem à Moysè prolata, sed hæc pronuntiata sequentibus, signis & virtutibus factis, & rebus attestantibus.

4 *Iustam mercedis retributionem.* Cruciatum & debitas poenas mercedem appellat: rapetis in bonis & prosperis, mercedis nomen sit usurpatum. Nil tamen vocabulorum hanc differentiam Paulus magnificat. Non perstringit nominatum poenas & multas eorum qui Moysi non obedierat. Nam satis constabat, omnibusque Hebræis notus erat ille maiorum miserabilis in deserto interitus: de quo & ipse Apostolus satis prolixè disputabit in sequentibus, maxime in cap. 3.

5 *Quomodo nos effugiemus.* Vbi sermo dei, ibi salus in esse constat. In veteri lege umbræ & figuræ: in euangelio autè omnia aperta sunt, & veritas manifestata. Ideo magna est admodum salus: quia si contempserimus, grauiorè consequemur ultionem.

6 *Quæ cum initium accepisset.* Quæ supple salus, id est, quod euangelium salutiferum dominus prior hanc salutem & dei virtutem prædicauit, quam audientes discipuli annuntiauerunt, & miraculis in nos Iudæos & auditores confirmarunt. At ne existimes hæc ab Apostolis & discipulis conficta esse, addit, contestate deo, hoc est, cum illis testificatur deus, non verbo solum, sed signis & portentis & variis virtutibus, hoc est, effusa & abundanti donorum copia, de qua fit mentio 1. Corinth. 12. Et hæc quidem signa vera sunt & firma, non inania, ficta, & solum apparentia, cuiusmodi erant Magorum in Aegypto, Exodi 7. cap. Vide Aug. lib. 5. quæstionum super Deutero. quæst. 29. Nulla prorsus venia digni videntur, qui ex hoc loco colligunt Paulum non fuisse authorem huius epistolæ, quod dixerit Paulus, In nos confirmatus est ab iis qui audierant. At non videt isti particulam, ab iis cui stolidissime innituntur, non esse consequentiæ ex alio notam, sed ordinis potius: ut sit sensus: Initio quidem euangelij negotium ab ipso domino prædicatum est: Deinde ab iis qui cum eo conuersati sunt Apostolis. Postremò autem & post istos, euangelij functio ad me quoque delata est. Hic ordo idem seruat, 1. Corinth. 16. vbi legimus primum quidem apparuisse dominum Petro, & post hoc vndecim Apostolis, deinde visus est plurquam quingentis fratribus, deinde Iacobo, postremò mihi, ait Paulus. Particula, in nos, non tam ad Pauli, quam totius

totius ecclesiæ referri potest personam. Quare Paulus celestis scholæ discipulus rectè meritoque dixit, in nos confirmatus fuit, sentiens euangelium, & ad se, & ad ecclesiæ indubitata fide perlegatum. Vide infra, secundam Conciliationem.

7 *Contestante deo signis.* Occupat & aduersario ora precludit, ne obiciant sicut & Christo Ioã. 6. Quod tu facis signum, ut videamus & credamus tibi? Quæcunquod olim Deus (ait) legem non sine prodigiis dedit, ita ne quid à quoquam desiderari posset, ipse deus euangelium & prædicationem de salute nundo adlata, multis ornauit signis, firmiorèque reddidit prodigiis, virtutibus & donis spiritus sancti variis orbi cœlitus distributis. Hæc manifestant copiosiorum donorum gratiarumve affluentiam per aduentum Christi & eius ad patrem ascensum, quàm veteris testamenti patribus. Huic sententiæ applaudit Beatus Ioannes cap. 6. Nondum spiritus erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Videtur hoc loco Paulus per signum intellexisse (ni fallor) experientiam, quemadmodum eius quoque usus est apud dialecticos & rethores: qui pallorem, trepidationem, vestes sanguine confusas, signa cædis appellitant. Ita usurparunt & Angeli apud Lucam eam dicunt, Et hoc vobis signum, inuenietis infantem. Portentum prodigium est, quod Nonius Marcellus vocat deorum iram & minas. Sed prodigium dictum volunt Latini quasi porro agendum, vel prædicidium, quod aliquid futurum præagiret. Hoc loco, siue prodigia, siue portenta dixeris, accipit Paulus pro miraculo, & re quæ fit præter expectationem, & rerum penè naturam. Quale illud est quod mortui resurgunt, Cæci visum recipiunt, Claudi saluant & Leprosi mundantur, non herbis aut aliquo adiuti medicamine, sed solo euangelij verbo curati. Subdit Apostolus, variis virtutibus. Virtutem hic dicit non quæ opponitur vitio, sed imbecillitati, ut dicatur potentia, fortitudo, maiestas, autoritas, & dicendi libertas. Quum variis dicit, effusam donorum exprimit copiam. Cæterum miracula & spiritus sancti dona, quæ pro vtilitate ecclesiæ dispensata fuerunt, coniuncta sunt, hic vocat distributiones sancti spiritus. Ad hæc etiam ut ostendat miracula opera spiritus sancti constare: Magorum verò res gestas, non spiritu sancto constare, sed variis dæmonum illusionibus.

8 *Secundum suam voluntatem.* Ut omnia in gloriam Dei refe-

ramus, & non gloriemur, quia eiicimus dæmonia, & alia miracula facimus, addidit. Secundum suam voluntatem. Hæc magnifica agere, non est pro nostro, sed ipsius spiritus sancti arbitrio. Qui pro suo nutu partitur & distribuit sua dona & virtutes. Nouit enim quid cuique conferat. vera miracula Dei non pertinent ad astruendam vanitatem, sed ad gloriam Christi ac Patris promulgandam. Voluntas enim Dei est, vt Christus glorificetur, & per Christum Pater, nõsque inde salutem accipiamus. Falsa miracula nequaquam veram euangelij gloriam promouent.

Orbis firmus.

9 *Non enim angelis.* Deus manifestat Christum longè excellentiorem angelis: cum huic, & non angelis, orbem terræ subiecerit Deus pater. Quem orbem eò futurum dixit, quia Dei filius perpetuò fuerit. Mundus verò quia conditus est, & aliquando nil fuerat, quasi vt fieret videtur futurus, quia prius non extitisset. Aut per orbem terræ significare vult regnum Christi, quod prædicabatur futurum longè dignius omnibus mundi regnis. Sicut Esaias quando vocat patrem futuri seculi. Et cum regnum sit spirituale: qui Christo adhærent spirituales sunt. Imò & creaturæ nobis in salutem inferunt omnes, etiam oues, boues, pisces, & huiusmodi. Quod verò nõdum vides omnia subiecta Christo, causa est, quia hæc à carne nõ videntur, quæ pertinent ad regnum Christi spirituale, quod fide, spe, & charitate consequemur. Expecta, videbis quando pater ponet inimicos Christi omnes sub pedes eius. Obserua enallagen, seu immutationem tēporis inesse huic loquutioni, de quo loquimur. Id enim posuit pro eo quod est, de quo sequenti testimonio loquemur.

10 *Testatus est autem in quodam loco quis dicens:* Hic locus David est, tamen si autorem non explicet Paulus. Quòd autè tacuit, id industria factum puto. Sciebat Iudæos psalmorum peritissimos. Facit ad huius loci explanationem alius Davidis locus, Psal. 143. Domine, quid est homo, quia innotuisti ei; aut filius hominis, quia reputas eum? Licet in exemplariibus Hebraicis loco coniunctionis vel, sit copulatiua coniunctio in Psal. Quid est homo quòd memor es eius, & filius hominis &c. Quia tamen Paulus disiunctiuam seruauit, non videtur mihi quicquam mutandū. Cum ait homo, aut filius hominis Tautologia est, figura quæ Latinè dici potest eiusdem eloquium: cuiusmodi est primo Æneidos, Si fata virum seruent;

Tautologia.

uēt, si uescitur aura Ætherea, nec adhuc crudelibus occubat ymbribus. Ad huius uersus intelligētiam obseruandum est: Hebræa lingua duobus nominibus appellat hominē, in quātum natura constat, quæ sunt Adam & Enos. Tertium, quod Is dicitur, & sæpius pro homine transfertur, rectius uir duntaxat transferetur, cum ab eo dicatur Issa uxor seu mulier, quasi diceret, uirago vel uiracea. Quia Gen. 2. dicitur, De Is, id est, uir suo sumpta est. Vnde & Is ferè mariti, aut magistratus nomen est, & omnino magis ab officio quàm naturā, sic dicitur. Enos & Adam sic differūt authore Eusebio in præparationis Euāgelicæ 4. & diuo Hieronymo in quæstionib⁹ Hebraicis. Quòd Enos propriè hominem significet secūdum animam, Adam secundum corpus. Adama enim Hebraicè, terram Latinè significat, de qua secundum corpus formatus est, ut sit Adam dictus ab originis & materiæ suæ uocabulo, uelut terrenus seu terrestris. Ad quod respexisse uidetur Paulus 1. Corinth. 15. dicens: Primus homo de terra terrenus, secūdus homo de cælo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. hoc expressit trāslator Psal. 48. cum ait: Quique terrigenæ & filij hominum, simul in unum diues & pauper. Vbi dicitur in Hebræo, Tam filij Adā, quàm filij Is. Enos autem etymologia sua Eusebio significat obliuiscētem. Et sic distinguit hunc uersum, sicut & in Hebræo habetur, Quid est Enos, quoniam memor es eius? Et filius Adam, quoniam uisitas eū? Quid est Enos? quasi dicat: Quid est homo iuxta suā animā, qua intelligit & cognoscit, nisi quædam obliuiscētia beneficiorum Dei per peccatum? Et huiusmodi in spiritu & ueritate Dei, & sui est oblitus. Obserua igitur hoc loco pulchram antithesim, seu cōtrapolitionem, qua memoriam Dei, & nostram obliuionem pulcherrimè cōponit. Aut filius hominis, id est, tu homo, tamen si sis filius Adā, id est, terrenus, & tā abiectus, misericordia Dei efficeris cœlestis per uisitationem illam, qua filius Dei fit homo. Et hinc aliam antithesim uidetur includere, utputa terrenum hominem & cœlo cœlestem. Quod expressit Psal. 111. Quis sicut Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra? Grādis est tapinosus (id est humiliatio, seu rei magnæ humilis expositio) in uerbis illis Filius hominis, sicut in uerbis Pilari de Christo dicentis, Ecce homo. Vult enim uilissimo, humillimo & abiectissimo nomine eum appellare.

Homo iuxta naturā dicitur Adam & Enos. Issa mulier, dicta.

Enos quid significat. Adama.

Antithesis.

Tapinosus.

Quod nemo hominum in altero curat multum: Et tamē ita Deus curat, vt visitet, & ad eum veniat, quem vniuersi ne respiciant quidem. Vnde propheta Esa. 62. sublimes hominum oculos in personarum respectu occupatos arguens, dicit: Si videris nudum, operi eum, & carnē tuam ne despexeris. Ecce, tuam carnem appellat, nudum, famelicum, sitientem, egenum, & quo quisque est nouissimus. Hanc humiliationem Christo conuenientem exprimit Paulus ad Philip. 2. Qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æquale Deo: sed exinaniuit se, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. hinc versus præfatus legendus est admiratiuē.

Christus minutus paulo minus ab angelis. Angelus ab Hebraeis malachim dicitur Elohim.

11 *Minuisti eum paulo minus.* Admonet quidā, hoc loco apud Hebræos habere, minuisti cum paulo minus à Deo: atque ita prorsus indicauit Hieronymus in Psal. 8. pro angelis, quilibet vocatur malachim, habere Elohim. Et satis constat Elohim in scriptura non tantū Deo, sed & principibus & iudicibus aliquando (quod vicarij Dei sint) accommodari. Legatur hic locus secundum receptam opinionē, ab angelis. Ideo sensus erit, Domine Deus dereliquisti eū paruulo tempore: sed cū gloria magna suscepisti eū, quo ostendisti, quam non fueris eius oblitus, nec eum despexeris: vt Psal. 20. Quoniam nō spreuit, neque despexit deprecationē pauperis. ideo omnino pronomen Eum, referre debet non filium Dei secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem, in qua tristis & dolens factus, dum nostros ferret languores, videbatur in oblivione esse, & desertus coram Deo. huic verbo Minuisti, correspondens Hebraicum verbum nobis sonat, ac si eum, qui magnus est, quispiam imminuat, quo modo potentia, dignitas, opulētia alicuius minuitur. Ex quo apparet hoc loco significari, Christum derelictum à Deo, vt qui cessaret eū tue-
ris: sicut in cruce clamauit, Eli Eli lamazabathani. Nā hoc paululum intelligit, horā illam scilicet de qua dixit Luc. 22. Sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum Itaq; cū ad hāc vsque horam esset potēs in opere & sermone, subito & paruulo tempore, nempe triduo, minutus est & desertus à Deo in hac potentia subiectus infirmitati & morti.

Antithesis.
12 *Gloria ex honore.* Pulchrè reddit contraria contrariis: Minuto, gloriam & honorem & coronā. Gloria ea est non modo pompa nominis, seu (vt dicūt) fama cum laude celebra-

ta, vt

ta, volentes gloriam à laude seu fama discerni celebritate, quasi gloria sit clara à claritate dicta. Verū est & ipsa augusta maiestas rerum pulcherrimarum & maximarum quas possidemus, & ex quibus tum ista fama celebratur, tum nos ipsi gloriamur & superbimus. Vnde Christus ait Mat. 6. Dico vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestitus fuit sicut vnus ex istis. Quid hic gloriam, nisi pompam & maiestatem, abundantiam quæ rerum appellat, quibus Salomon erat celebratus apud omnes gentes? Honor accipitur passim in sacris nunc pro decore, nunc pro pulchritudine, nunc pro magnificentia, nunc pro splendore, nunc pro dignitate. Coronasti, metaphorice dicitur à corona, quæ vndique perfecta est, & totū cingit: pro eo quod est, circundedisti eum 1. Reg. 23. In modum coronæ cingebant Dauid & viros eius. Item Psal. 5. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos Domine. Igitur Christus in passione minutus, nūc habet omnium imperium in sua resurrectione multa laude & fama celebratum: & vndique ex omni creatura cingitur, vt nō sit creatura quæ hunc ignoret. Euangelium enim prædicatum est omni creaturæ in gloriam eius. Rursum in nomine eius omne genu flexitur, cælestium, terrestrium & inferorum. Ista enim corona gloriæ & honoris, id est, vniuersæ creaturæ nulli vnquam alteri concessa est, neque concedetur. Ex parte enim illi glorificantur & honorantur: & omnis talis honor & gloria est ab eo, qui minutus ab angelis in triduo suæ passionis, postea in die tertia resurgens gloria & honore coronatus est. Hæc corona, id est, regnum eius, nondum absoluta est vsque ad nouissimum electum, vt scribitur 1. Corinth. 15. Tunc sanis erit, cū tradiderit regnum Deo & patri. Dicitur etiam in eo textu, Nunc autem nondum videmus ei omnia subiecta. Oportet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos suos, scabellum pedum suorum.

Gloria.

*Honor.
Coronare.*

*Marci ultimo.
Philipp. 3.
Corona vniuersæ creaturæ sibi Christo.*

Constitutus Christus vt homo.

Z

hæc verba, constituisi & subiecisti, quorum vno Dominus & gloria, altero subditi & honor monstrantur. Constitutus est Christus in dignitate super omnia. Ad Ephes. 4. Constituens eum ad dexteram suam super omnem principatum & potestatem. Matth. vltimo, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hæc, vt dixi, intelligenda sunt secundum humanitatē, qua minor est patre. Qui licet nondū esset homo, cum propheta Dauid hæc pronunciaret, tamen scias prophetam vsum esse præterito pro futuro, propter maiore certitudinem. Iam enim factum est in æterna prædestinatione. Propterea dictum est, Subiecisti: non quod omnia adhuc subiecta sint; sed futurum est vt subiiciantur. Nondum enim omnes Christum agnoscunt: quem in generali iudicio agnoscuntur sunt, & eidem parituri, boni in amore, mali in tremore, vt docet Augustinus lib. 8. quæstionum, quæst. 69.

14. *Eum autem.* Docet crucem Christi non obscurasse gloriam eius: id que facit per occupationem, qua quorūdam inhumorum obiectionem diluit. Timidulus aliquis fortasse obicit: Hoc me offendit, quod audio Christum mortis ignominiam perpeffum, quem tamen angelis sublimiorem ostendere conaris. Respondet Paulus, eum autem qui, &c. ac si dicat, Tantum absit cruce Christi offendaris, vt etiā summū hinc beneficium Dei in te agnoscas, qui morte, hoc est, hostia filij, te ab æterna morte liberare dignatus est. Fateor Iesum Christū mortuum, & mortis cruciatū pertulisse: hoc volens fecit: impossibile tamen fuit ipsum à morte detineri. Vnde (ait Paulus) videmus Iesum propter passionē mortis gloria & honore coronatū: id est, mox ab ipsa morte per resurrectionē declaratum esse filiū Dei. Adeoq; & ipsam mortem Christi nō fuisse multam sui peccati, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: sed gratiæ Dei argumentum, vt agnoscas beneficium Dei in te per hæc mortem. Quare aperitissimum est, gloriam Christi nihil obscuratam esse cruce & interitu. vt etiam si hac parte paulō minoratus est, maior tamen sit passi gloria, quàm si passus non fuisset.

Christus gustauit mortē pro omnibus.

15. *Pro omnibus gustaret mortem.* Beneficio Dei patris Christus gustauit mortē, seu mortuus est pro omnibus, tanquam dux noster ostenderet non metuendam mortem iis, qui in Christo piē viuunt & fidant. Pro omnibus quidem mortuus est, & si multi non sunt salui, fecit tamen quod suum erat Christus,

flus. Obserua: Quia breuissima fuit hæc mors, potius gustus mortis quàm ipsa mors nūcupatur. Alludit Apostolus ad morem gustantium, & vina pitissantium, qui vel solis primis labris, non autem longo hauflu vina attingunt. Breui admodū temporis interuallo in morte Christus permansit, qui mox per gloriam patris resurrexit. Vt medicus appositos cibos fastidientem ægotum conspicatus, mox ipse prægustat, vt languentem faciat fidētiorem, alliciatq; cibum vt capiat: sic & Dominus cum nos spectaret mortem reformidare, hæc prior ipse libauit, etsi minus id facere cogeretur.

16. *Decebat enim eum.* Nolim tibi persuadeas o Iudæe Christi gloriam obscuratam esse quod carnem in ducit, pauloq; minus fuerit cruciatu & morte illa breuissima. Reuera nō est quod offendaris. Nam decebat hoc Christum, qui ab æterno à Deo præuisus est ad hoc, vt per eūdem propter quē & per quem omnia condita sunt, seu qui sit omnium vita & essentia: omnia etiam reparentur, resingantur, instaurantur, & viuificentur, siue quæ in cælis sunt, siue in terris. Si enim mihi concedis sapientia Dei conditum mundum, quomodo negabis per eandem Dei sapientiam eos, qui perierunt, fuisse reparandos? At quia sacrificium vel sanctificatio sanguine & passionibus constabat: certè nulla alia via reparatio nostri constare potuit, quàm sola morte Christi: atque id Deus ab æterno præiuderat. Quare cum sanguis taurorū & cinis non potuerit labefactata repurgare: decuit Christum hostia sui corporis summum sacrificium pro nostri reparatione facere. Oportebat enim (dicebat ipse Luc. 22.) Christum resurgere, & ita intrare in gloriam suam: vt multis filiis in gloriam adductis, se principem eorum, quorum salus erat, per passiones sanctificaret, & nos suæ diuinitatis participes efficeret. Quandoquidem & qui sanctificat Christus, & qui sanctificatur, nos sumus omnes filij ex vno patre Deo. Sed Christus natura filius, nos verò adoptione. Aut ex vno patre Adā siue homine sumus oēs, tam ille qui sanctificat, id est, purgat, abluit, lustrat & emundat nos, quā nos immundi, qui sanctificamur. Vnde verè ille pati & affligi potuit, quod verus nobiscum ex homine homo fuit. Hac causa ne de Christi humana carne dubitarem, Lucas Christi genealogiam ad Adā vsque generationem deducit. Christus auctor est salutis per mortem suam, qua cōsummauit, id est, perfectè fecit quæ de ipso erat

per Prophetas dicta & figurata. Et hæc est consummatio quæ Paulus infrâ 10. cap. dicit, Vna enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. Consummare sumitur hic, pro perfectè gloriosum reddere, dum scilicet ex summa ignominia passionis ad summam resurrectionis & ascensionis gloriæ peruenit. Hæc fortissima sunt propugnacula aduersus Valentini nos, hæreticos, qui Christi corpus è cælo lapsum, nihil quæ ex purissima virgine Maria sumpsisse, impiè audent blasphemare.

*Nobiles non
unt inferio-
res agno-
sere.*

17 *Propter quam causam.* Cùm omnes ex vno simus, non confunditur nos fratres appellare. Sunt qui èd superbiere solent, vt cùm gradum nobilitatis cõsequuti sunt, suos nolint agnoscere. Ab his maximè est alienus Christus, qui tamen ex natura, & ex se nobilissimus sit, nos tamen maximè ignobiles, fratres vocas, filios Dei facit, atque lubenter nunciat nobis patrem, & quæ à patre habet, Ioan. 17. pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi. Obserua, cùm dicit fratribus meis. Frater Christi vocari, omnino vox est magnæ consolationis, & certissimæ spei, olim nos cohæredes fore Christi. Confert cum his dictum Christi, Ioannis 20. Vade ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Omnes credentes in eum fratres vocat. Antea non ita propriè credentes sibi fratres nominavit, atque postea factum, vbi eadem cùm illis natura participavit. Addet etiam nõ parum solatij si consideraueris dignitatem dicentis, Annunciabo. Est enim dux vitæ, princeps saluandorum, primogenitus ex mortuis, caput ecclesiæ, & in omnibus primas tenens, &c. In medio ecclesiæ nobis fratribus celebre nomen Dei reddidit, tanquam ecclesiæ princeps, dum spiritum suum tam opulentè in nos effudit, cuius gratiâ Euangelium totum repleuit orbem.

18 *Ego ero fidens in eum.* Quasi diceret Christus, Ego patiar & moriar confidens in patre meo, qui gloria & honore perficiet me. Admonet nos, vt soli Deo præcipuè fidamus quod quidem & ipse qui filius est, & nullius ope indigeat, patri tamen se fidere fateatur. Videtur ad hunc modum dicere, Si Christus non fuisset homo, sed solum Deus, nõ dixisset, Ego ero fidens in eum. Quis enim sanæ mētis diceret, Deus Deo fidit? Sed Christus Deo fidit: ergo secundum hominem fideri oportet. itaque necesse est fateri Christum esse hominem

nem cuius gratiâ nos appellat fratres.

19 *Quia ergo pueri.* Fraternitatem ostendens docet quemadmodum pueri (quos suos vocat) veram carnem & sanguinem, id est, animam habuerunt, ita & Christus non phantasticam, sed veram carnem & animam, hoc est, veram humanitatem induit, & assumpsit, vt per mortem, quam non nisi homo factus, pati poterat, destrueret diabolus. Quid igitur qui afflicti estis, timetis mortem? quæ iam condemnata est, & conculcata? Ex voce pueri colligit Paulus eum participem factum nostræ naturæ. Non enim dicitur pueri alicuius, siue nati, nisi qui naturæ cum ipso consortium habent. Ad hunc modum iudicabis de voce, frater, qui nõ est nisi frater. Ita Christus vnus ex nobis, hoc est, similis nobis, absque peccato tamen, factus est caro de carne nostra, os de ossibus nostris, id quod est magnum sacramentum. Ephes. 5. Caro Christi in nobis est, & nos in ipso. Quod si carnem Christi verè in nobis habemus, habebimus & spiritum Dei inhabitantem in nobis. Iam si spiritus eius, qui excitauit Christum à mortuis, habitat in nobis, is qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra propter ipsius spiritum habitantem in nobis. Rom. 8.

Mors condemnata.

20 *Vt per mortem destrueret.* Causæ superioris expositio est, cur hominè assumpsit. Christus Deus & homo morte sua, qua se Deo & patri obtulit, veram mortem extinxit, & suffocauit, expians peccatum illud primi parentis, ex quo mors exorta, & imperium diaboli sumptum erat. Ioannis 12. Nunc iudicium est mundi: Nunc princeps mundi huius euicetur foras. Ad Colossenses 2. Expolians potestates & principatus, tra duxit confidenter palam, triumphans illos in semetipso. Præterea, ex debito iustitiæ, victor victum sibi subiicit 2. Petri 2. A quo quis superatus est huius & superatus est. Sed Christus vicit diabolus. Apoc. 5. Vicit leo de tribu iuda. Ideo iure factum est diabolus Christo subiectum, & victum, id est, potestate nocendi exutum. hoc autem nõ factum fuisset, nisi filius Dei incarnatus fuisset: vt morte sua satisfaceret pro peccato nostro. Ergo decuit filium Dei assumpsisse humanitatem, vt à Deo præuisum & præordinatum erat. de fructu assumptionis humanitatis copiosè tractatur Roma. 5. 6. 8. Item Ioan. 6. 8. 11. & 17.

*Mors Christi
sibi extincta.*

21 *Et liberaret eos.* Liberavit timore illo perpetuo affectos

Christus, extinguens mortem, quæ est ex peccato, ad Rom. 5. per vnum hominem peccatum, & per peccatum mors. Perpetuū erat peccatū, si Christus nō venisset. Perpetuus igitur fuisset timor mortis, nisi Christus vita nostra mortē nostram extinxisset 1. Corinth. 15. Stimulus mortis peccatū est, virtus verō peccati, Lex. Vide peccatū inducere mortē & mortis timorē, Ecclesiast. 41. O mors quā amara est memoria tua, Sed audi Christum victorem ex Osee. cap. 3. & 1. Corinth. 15. Absorpta est mors in victoria. Qui erant ante Christi victoriam aduersus Diabolum & mortem, videntur fuisse magna mortis formidine correpti. Exemplo erit ipse Abraham Genes. 12. & 20. qui se periculo mortis eximeret, exposuit aliqua ex parte periculo iniuriarum Saram. Nam mortis tum nondū soluta erat tyrannis, neq; aculeus eius hebetatus. Hoc idem expēdi potest ex promissionibus & minis Iudeis in lege factis. Nos autē, qui Christum in carnē venisse credimus & morte deuicta resurrexisse, cōfedereq; iam in cœlestibus, spem nostrā ita fulciamus, vt dicamus cum Apostolo: Quod neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; vlla creatura alia possit nos separare à dilectiōe Dei, quæ est in Christo Iesu. Imō cupimus dissolui & esse cum Christo. Rom. 8. Philipp. 1. Summa eorum, quæ huc adduxit Paulus est: Oportebat incarnari Christum, vt haberet quod pro nobis offerret, & holocausto proprij corporis, mortales vitæ restitueret.

Christus non angelicā assumpsit naturam.

22 *Nusquam enim angelus.* Non hoc honore est dignatus naturam angelicam, quam non assumpsit: sed semen Abraham, id est, naturam humanam, quam hic dicit apprehendisse, vt pote longē fugientem, & propter peccatum abeuntem, imō & reluctantem. Hoc dictum ex metaphora insequentiu eos qui reuertuntur, & omnia facientium, vt fugietes occupent. Voluit ergo filius Dei fieri homo, vt spem nobis faciat placati patris erga perditū mortaliū genus, quod tā ardentē dilexit, vt etiam angelos huic postposuerit. Huc pertinet quod scribit Tertullianus in lib. de carne Christi. Christus (inquit) salus hominis fuit, causa scilicet ad restituēdum quod perierat, homo perierat, hominem restitui oportuerat. Vt angelū gestaret Christus nihil tale de causa est. Nā etsi angelis perditio reputatur in ignem preparatū diabolo & angelis eius, nunquam tamen illis restitutio promissa est. Nullum mandatum de salute angelorū suscepit Christus à patre. Quod pat-

ter

ter neque repromisit, neque mandauit, Christus a ministris non potuit. hæc ille.

23 *Vnde debuit.* Qui est splendor gloriæ, & character substantiæ, qui secula fecit, homo factus est, omnes nostras infirmitates peccatum non importātes assumpsit, vt propitiatur peccatis populi.

24 *Vt misericors fieret.* Fidelis, id est, verax & potens, vt pontificis munus impleat. Est veri pontificis officium, eos prauis eximere facinoribus quorum est pontifex constitutus. At, vt misericors, & c. id est, nullam aliam ob causam carnis assumpsit, nisi vt per eam nostri misereretur, & humi iacentes attolleret, qui repropitiaret, hoc est, qui Deo acceptus suo intercessu à Deo nostris erratis veniam impetraret, quibus ipsi antea oppugnabamur.

25 *In eo enim in quo passus est.* Explicat simul & cōfirmat quod dixit, Christum, misericordem & Pontificem nostrum. Naturā ipsā comparatum est, vt pronior ad miserandum misericoriorq; magis sit ac *συμπαιθής*, qui miseras & pericula, eaque omnis generis, expertus est: quā qui nunquam indoluit, & cui omnia pro votis, scilicet successerūt. Huius generis homines qui nihil aduersi sunt experti, duriores sunt, & nullo affectu misericordiæ ducuntur erga eos, quos calamitatibus & malis premi conspiciunt. At talis non est Christus, qui per omnia tentari voluit, & periculum infirmitatum nostrarum subire, quo tentatis nobis & malis vndeunde miserē iactatis subsidio esse possit, tam pronus est vt nos vehementissimē amet, & maximo misericordiæ affectu tangatur. Hæc enus dixerunt Paulus de vera Christi humanitate.

CONCILIATIO.

1 *Quia* hic Paulus legis Euangelicæ transgressores feueriore pœna puniendos, dicit: cum Christus Matth. 11. mitissimam legem dicat, Iugum, inquit, meū suaue est, & onus meū leue? Respondeo, Mitior est lex Euangelica, qua quoties quis peccauerit, toties eidem, modo pœnituerit, remittitur peccatum. Transgressori autem legis Mosaicæ non remittebatur pœna, vt infra dicitur, Irritam quis faciens legem Moyse, sine vlla miseratione sub duobus aut tribus testibus moritur. Aut si maui, Seuerior est vetus, quod præceptorum multitudine grauaetur.

VIDE TVR Paulus ex hoc loco quo exprimit confirmat-

Z iij

Episcopi munus.

Christus nos repropitiatur patri.

Christus mortis victor.

Prima.

Lex vetus noua seuerior.

Secunda.

tam in se salutem illam ab iis qui audierunt, sibi aduersari ad Galat. 1. cap. dicenti, Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem. Aut dicendum erit cū Thoma de Vio Cardinali Cae- rano, & alis plerisque, hanc epistolā non esse Pauli. Nihil pugnantiae offendet in his Pauli locis. Quia cum Paulus Gala- tis scriberet, & permagnam aliquid inerat & necessarium, quod eum urgebat, non hominum se fateri discipulum: illi nanque obiiciebatur, quemadmodum non Dominum audi- uisset, eoque & eius praedicatione periclitabatur, ne fides praedi- candi sibi à discipulis demeretur: hic verò ad Hebraeos nulla huiusmodi cogebatur necessitate. Nā neque Hebraeis Euan- gelium praedicabat, neque illi obtrectabant, quod hominum esset, non Christi discipulus. Vel quia diuino testimonio, id est, signis & portentis à Deo, non ab hominibus, arguit haec se accepisse. Aut dicito Paulū primò à Christo audiuisse hanc salutem, deinde in se confirmatam per Ananiā, vt Actorū 9. scribitur. Vide suprā in scholio huius textus.

Tertia.

PAULVS assueverat legem datam per angelos, aduersatur Exodi cap. 19. Vocauit dominus Moysen de monte. Et Exodi 33. Loquebatur Dominus Moyse facie ad faciem. Do- minus Moyse loquutus est, qui illi per angelum tanquam per subiectam creaturam loquebatur, authore Augustino lib. 3. de Trinitate, cap. 11. Quum verba iudicis (ait) praeco pronun- ciat, non scribitur in gestis, ille dixit, sed ille iudex. Sic etiam loquente propheta sancto, etsi dicamus: Propheta dixit nul- lum alium quam Dominum dixisse intelligi volumus.

DICTIO.

Filius homi- nis.

FILIVS hominis Hebraeis dicitur quiuis è plebe & abie- ctus homo: atque ita se Christus frequenter vocat humilitatis gratiā. Sic Ezechiel filius hominis frequens appellatur, id est, abiectus & vilis, ne magnitudine reuelationum extollatur, & vt suae, id est, humanae conditionis memor non insol- lescat ob reuelationes.

Caro & san- guis.

NOMINE carnis & sanguinis aliquando ipsam naturam carnis & sanguinis, ait beatus Thomas, intelligimus, Gene. 2. hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Interdū vitia carnis & sanguinis, Matth. 16. Caro & sanguis non reue- lauit tibi. Aliquando dicitur ipsa carnis corruptio primae Corinth. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, neque

neque corruptio incorruptionē. Christus naturā ipsam carnis sine peccato assumpsit, & communicauit carni & sanguini, sicut & pueri eius, vt hoc cap. dicitur: id est, factus est homo verus, mortalis & passibilis, sicut & pueri eius.

Christus longè præcellit Moysen.

CAP. III.



Vnde fratres sancti, vocationis coelestis participes, considera te Apostolum & Pontificem confessionis nostrae Iesum, qui

Apostolus & pontifex nos- ter Christus Nume. 12. b. Moyses.

Præfeci- t. co- stituit.

Amplioris enim gloriae, ampliori enim gloriae.

Domo, qui fabricauit illam, is qui construxit domum, quam ipsa domus.

Sua, ipsius. Fiduciam & gloriam, audaciam & gloriationem

Secundum diem, in die

fidelis est ei qui præfeciit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriae iste præ Moyse dignus est habitus, quanto amplio- rem honorem habet domo, qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus vero tanquam filius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriae spei vsque ad finem, firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundū diem tentationis in deserto, vbi tētauerunt me patres vestri, probauerūt & viderunt opera mea. Quadraginta annis, propter quod infensus fui generationi huic, & dixi, Semper errant corde. Ipsi autē non cognouerunt vias meas: quibus iurauit in ira mea,

Domus Dei.

Psal. 94. c.

Exhortatio ad fidem ne pereamus, exemplo Iudeorum.

Si introibunt in requiem meam. Vide-
te fratres¹¹, nequando sit in aliquo vestrū
cor malū incredulitatis discedēdi à Deo
viuo, sed adhortamini¹² vosmetipfos per
singulos dies, donec Hodie¹³ cognomi-
tur, vt non obduretur quis¹⁴ ex vobis fal-
lacia peccati. Participes enim¹⁵ Christi ef-
fe&ti sumus: si tamen initium¹⁶ substantiæ
eius vsque ad finē, firmum retineamus,
dū dicitur, Hodie¹⁷ si vocem eius audieri-
tis, nolite obdurare corda vestra, quem-
admodū in illa exacerbatione. Quidam
enim audiētes, exacerbauerunt: sed non
vniuersi qui profecti sūt ab Aegypto per
Moysem. Quibus autē infensus est¹⁸ qua-
draginta annis. Nonne illis qui peccaue-
rūt, quorū cadauera prostrata sunt in de-
serto? Quibus autem iurauit non introi-
re in requiē ipsius, nisi illis qui incredulū
fuerunt? Et videmus quia¹⁹ non potuerūt
introi-re propter incredulitatem.

Nume. 14. f

1 Vnde fratres sancti. Quò maiorem sibi auditorum gratiam,
& fauorem conciliet ad exhortationem, vt Christum agno-
scāt & Euangelium magno honore excipiant, fratres vocat,
quòd patrem habent Deum sibi communem. Et quos alibi,
fideles & credentes appellat, nunc sanctos dicit, quòd (vt in
Corinthiis ait) sanguine Christi & sancto Dei spiritu sunt
sanctificati.

2 Vocationis celestis. Ac si dicat, Ad cælum sumus acciti, ni-
hil hīc requiramus. Illic nanq̄e & præmia sunt futura & re-
tributio. Ac si diceret, Vos qui fratres Christi estis sancti, id
est, sanctificati & purgati illius sanguine, cœlestis vocationis
participes, id est, vocati ad cœlestem societatem, perpendite,
quæso, quanta hæc vestra sit dignitas quam in Christo acce-
pistis:

pistis: in hunc si mentis oculum infixeritis, nihil periculi erit
quo pereffluatis, aut verbo crucis offendamini.

3 Apostolum. Quia ad oues Israël Christus trāsmissus est ad
confirmandas promissiones patrum, & vt gentes pro miseri-
cordia glorificent Deum. Et nostræ confessionis: id est, fidei
pontifex est. Christo enim hinc ad cælum traucimur, qui pō
titifex & sacerdos noster interpellans pro nobis, maioribus
præfectus in ecclesia quàm Moses populo Israëlítico. Ma-
ior, inquit, qui De⁹ & homo est, creator & conditor domus
illius excellentis, hoc est ecclesiæ, Ephesi. 2. Moses autem ser-
uus & creatura, non Deus. Huius Christi domus nos sumus,
si constanter ac liberè Christum nihil trepidātes prædicem⁹, fti.
& vsque in finem in hac professione perseueremus.

Christus apo-
stolus ad oues
Israel.Christus pon-
tifex Moysē
maior.Nos sumus
domus Chrī

4 Qui fidelis est. Hebræos hortatur ad Christi dignitatē con-
siderandam, argumento ab exemplo & collatione sumpto,
qua collatione eò progredietur, quò probabit Christū Mo-
se maiorem esse. Commédatis vestrum Moſen ait, fidelitate,
diligentia & sedulitate, qua œconomiam suam & domum
administruit, cuius imperium si quis cōtempſisset, iure opti-
mo pœnas luere dignas debuit. At Christi administratio &
prædicatio in Ecclesia sua commendatissima nobis esse de-
bet: vt pote quæ non minorem in agendo ardorem & dili-
gentiam fidelitatēque habuerit quàm Moſis. Atque ille fi-
delis fuit, qui se constituit vniuersorum hæredem, quique se
audiendum vt dilectum filium cœlitis iussit. Hunc ergo qui
contemnet, quomodo vltionem Dei mortēque præsentis-
simam effugiet? Certè si de Moſis fidelitate non dubitatis,
multò minus de fide Christi dubitare potestis, vt qui infini-
tis partibus hunc excedit. Et ne fallere quidem potest, tantū
abest vt velit. Nihil ille vobis contulit, quod in Christo non
plenius accipiatis, si fide viua hunc suscipere libeat. Locus de
fidelitate Moſis, vnde hæc sūpsit Apostolus, extat Nume. 12.
Ex eodem texuntur & consequentia.

5 Amplioris enim gloriæ. Gloriam, cristas & supercilium Iu-
dæorum deprimit: quo eripiat illis quam falsè in Moſen ha-
bebant confidentiam. Iactabant enim se Moſi discipulos ef-
fe, & Christū ignorare, Ioan. 8. Dixerūt ergo ei (scilicet cœ-
co nato) Tu discipulus illius sis: nos autem, Moſi discipuli su-
mus. Nos scimus quia Moſi locut⁹ est Deus: hunc autem ne-
scimus vnde sit. Horum præcludit ora Paulus, per antitheses,

quibus conferuntur Christus & Moses. At multis nominibus docet Moysen Christo inferiorem. Nihil est quod vos à Mose euocet, sed illi tanquam viro Dei per omnia creditis. Multò minus à Christo (licet crucifixo) recedere debetis. Si enim Mose crederetis, & Christo de quo vester Moses scripsit, crederetis. Moses gloriam habet, sed qualem creatura: Christus verò vt creator. Moses in populo versatus est, sed tanquam portio seu pars domus, hoc est populi: Christus verò vt architectus & constructor domus & familiæ Dei. Ergo & gloria & dignitate Mose prælatus est. Cùm dicit amplioris gloriæ, alludit ad id quod scribitur Exod. 34. de vultu Moyse resplendescente, de quo etiã 2. Corinth. 3. Quòd si ministratio mortis quæ literis deformata est in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israël in faciem Moyse, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? &c. Vide locum illum. Gloriosus erat Moyses: Nā ore ad os Deo locutus est, & splendebat vultus eius. At longè gloriosior Christus, qui in monte Thabor aliquo modo splendorem proprium discipulis reuelauit, Matth. 17. Et audita est vox patris: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Splendor vultus Moyse, nihil aliud fuit quàm vmbra veritatis, quæ veritas in Christo est: vnde & longè amplior in eo splendor & gloria quàm in Mose apparet. Quare huc adorate, & Moysen huic præferre, cauete.

6 *Et Moyses quidem fidelis.* Alia antithesi ostendit Moysen Christo superiorem, argumento à comparatis sumpto. Natura comparatum est vt filius familiæ magis adductus sit bono domus & familiæ seruando, quàm seruus. Ergo si fidelitatem Moyse serui probaueritis: magis à vobis commendanda erit Christi filij naturalis & veri hæredis fidelitas in seruanda sua & propria hæreditate. Poterat Moyses vt seruus è domo eiici, sed Christus non item. Manet enim filius in domo in æternum. Ioan. 8.

7 *In testimonium eorum quæ dicenda erant.* Explicat amplificatione quadam superiora. Quæcūque per Moysen facta sunt, vmbra erant futurorum, hoc est, veritatis, quæ subsequuta est in Christo Iesu. Ioan. 1. Lex per Moysen data est, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Sed vmbra ad veritatem nihil est. Est ergo Christus Mose excellentior.

3 *Quæ*

8 *Quæ domus sumus nos.* Ne superiorum allegoriam transeramus aliò quàm spectarit Paulus, seipsum explicat. Nos (inquit) sumus domus IESV Christi si fide viua credamus, & ad finem vsque perseverauerimus in ea. Vsitatissimū est in scripturis fideles dici templum Dei, domum Dei, habitaculum Spiritus sancti, 1. Corinth. 3. & 6. 2. Corinth. 6. & alibi. Ex his colligimus Ecclesiam (quæ domus Dei est) esse sanctorū, hoc est, fidelium collectionem & cœtum, quæ solida fide & petra firmissima nititur: quæ verbo veritatis augefcit. & aduersarios propulsat. Vt non frustra dixerit Paulus, 1. Timo. 3. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me ad te venire citò: si autè tardauero vt scias, quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, colūna & firmamentū veritatis. Hæc nō habet rugā, irreprehensibilis est, Ephes. 5. Nam huius domus & Ecclesiæ caput, pastor, sponfus, vita, vis & salus est Christus IESVS. In hac Moyses, Prophetæ & Apostoli sunt ministri. Huius domus suppellex, & ornatus, sunt Sacramenta, verbum Dei, prædicatio, vitæ regula, lumen, lex, & studiorum factorū institutio. Ouium Christi ouile vnicum est, cuius ostium solus Christus: qui dicit Ioan. 10. Si quis introierit, seruabitur: & ingredietur & egredietur & pasqua inueniet. Ergo extra hanc domum siue ecclesiā, nulla salus, nulla veritas, nulla fides, nulla religio vera. hætenus demonstrauit Paulus Moysen Christo inferiorem esse, vt à cognitione Christi se alienos Hebræi nulla excusatione assererent.

9 *Quapropter.* Redit ad id quod principio secundi capituli proposuit Christum scilicet audiendum, & Euangelium non contemnendum, argumento veluti à viuo exemplo sumpto, & ad suum institutum tam disertè accommodato, vt te singula non audire, sed corā contueri putes. Cauete ò Hebræi cōfermere Christum, & Euāgelium respuere. Nam si patres vestros tanta seueritate Deus puniuerit, quòd Mose non obediunt: certè multò acerbiores luetis pœnas, si eum asperrari perrexeritis, qui etiam Moysi est Dominus. Præterea Spē miris modis explicat. Quemadmodum tibi sint pro laboribus certiora præmia expectanda & quietudo, idque prophetæ dictis cōfirmatur, Quemadmodum in requiem ingressuri sint credentes. Qui verò contrà minus crediderint, quales fuere illi prisci Iudæi, nequaquam sint hanc requiem adituri. Hanc prophetiam hoc capite & sequenti explicaturus, tres requies

Tres requies

esse dicit: Vnā sabbati, qua Deus requieuit ab operibus suis; Secundam in Palestina, in quam ingressi Iudæi requieturi erant ex miseria multa & laboribus. Tertiā quæ reuera est requies, hoc est, regnum cœlorum, ad quam qui perueniunt requiescunt ab omni labore.

Reticentia.

10 *Quibus iuravi in ira mea, si introibunt.* Reticentia est figura, quæ à Cicerone dicitur obticentia, à Celso & nonnullis interruptio: & est plunum dictionum subauditio, iratis maximè apta, vt apud Terentium: Quem ego si sensero. Quem ego supple, acerrimè puniam, si sensero fallacem. Et Vergilius, Quos ego; sed motos præstat cõponere fluctus. Quos ego, supple, puniam. Hanc reticentiam in sacris literis frequenter obseruatam legimus: vt Psal. 88. Si Dauid mentiar, semè eius in æternum manet: quasi dicat, videatur si Dauidi mentiar. Vel non committam, vt Dauidi vnquam mētus videar. Ita & hoc loco ex Psal. 94. Quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. ac si diceret, Iuravi eos non ingressuros in requiem meam. Aduerte hanc particulam Si, abiuratis esse, & quasi abrupti iuramenti; & perinde valet, quasi dicat nō. Vel quasi diceret, hoc vel hoc eueniat mihi, si ingressuri sunt in requiem meam. Aliquoties addimus: Emoriar si fecero, Dispeream ni optimum erat. Indicat Chrysostomus hic hyperbaton esse, in hoc quod dicitur, Hodie si vocem eius, &c. Totum enim sermonem, qui in medio est, pendere vsque ad initium proximi capitis. Timeamus ergo, asserit.

Si, particula.

11 *Videte fratres.* Summam prædictionem veluti compendio completitur, hac exhortatione, vt quisq; apud se probè curet ne incredulus sit Dei negotio: hoc est, vt ante omnia caueamus ab incredulitate tanquam præsentissimo exitio nostro. Videte fratres, circumspecti estote: Nam summū hic periculum incumbit negligentioribus. Malum incredulitatis, id est, cor incredulum, vel ipsa cordis incredulitas non sit in aliquo: quæ planè reddit hominem impiū. Nam vbi cor (arbor ipsa, vel radix) malū fuerit, qui boni fructus ex eo producentur? Nulli. Quare vos adhortor circumspecti sitis ne hæc pestis, & præsentissimum hoc venenū vos subitò opprimat. Discededi à Deo. Ne quis deficiat & deficiat à Deo au thore vitæ. Vide & agnosce incredulitatis ramū, auelli & deficere à Deo viuere. Colligamus ex his: Quum incredulitas Apostasia hanc à Deo indicat, in quo tamè viuimus, moue-

mus

mur & sumus: dicendum est, omnes infideles mortuos, & vera priuatos esse vita. Nam extra Deum, vt non est salus, ita nec vita. Obserua interim beneficentiā Dei in nos. Non permittitur quis in diffidentiam cadere, nisi prius à Deo deficiat.

12 *Sed adhortamini.* Rogabit aliquis. Quid igitur fiet? Responderet Paulus. Sed exhortamini vos inuicē quotidie, & date omnem operam, vt sit in vobis vera fides, & ne à Deo deficiatis. Posteaquam aliqui edocti sunt, non indigent vt doceantur, sed vt moneantur & adhortatione incitetur ad exequenda ea quæ fuerunt, tam salubriter edocti.

13 *Donec hodie.* Quandiu viuistis, & pœnitentiæ datur locus, nolite peccati deliciis decipi, ne frequenti peccato obduremini. Tanto enim tempore nobis est hodie, siue dies hodiernus, quanto tempore Deus nobis loquitur, ad pœnitentiam inuitat, & corda nostra pulsant. Audite igitur, & aperite illi, quò vltionem illius effugiatis.

14 *Vt non obduretur quis.* Quemadmodū orbata luminibus corpora & duriora, nequaquam se medentis manibus attendenda subiecerint, ait Chrysostomus: Sic & animæ iā in malis obduratæ, Dei verbis minus parebunt. Fallaciam peccati, vel demonum suggestiones appellat, videlicet quòd nullam quis expectet futurā bonorum malorumve retributionē: qua fallacia decepti erāt Sadducæi resurrectionē negātes, Matt. 22. & Marc. 12. Vel fallaciam desperationem dicit, quod obdurati homines reliquum vitæ viuunt desperatè.

15 *Participes enim effecti.* Vt neque corpus à capite, neq; membrum à corpore est seiungendum: sic neque nos, qui per viuā fidem sumus vnum cum Christo, ab illo seiungi nō debemus. Ipse enim caput est, nos corpus, cohæredes & cõcorporales, vnum corpus sumus ex carne eius & ossibus eius: Non ergo à capite nostro Iesu Christo seiungamur.

16 *Si tamen inirium substantiæ.* Initium substantiæ dicit fidem. Per hanc enim subiimus illam diuinam & spiritalem substantiam, per quam & regenerationē accepimus. Fides enim initium est substantiæ spiritualis, per quam spiritualiter subsistimus & viuimus vt infra à cap. 11. ample declaratur.

17 *Dum dicitur, hodie.* Timeamus supple, dum intelligimus dictum nobis: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: ne similiter pereatis cum his, qui Deum irritauerunt.

Peccati fallacia.

Initium substantiæ.

In sensus.

18 *In sensus.* In sensus Latinis dicitur, qui aduersus tendit in quempiam, Porro Græcis προσῆχθεις est tædium molestiæq; capere ex re quapiam. Denique Hebræis est akut, quod tædij molestiæque significatione sonat. Vnde diuus Hieronymus transtulit, Quadräginta annis displicuit mihi generatio illa: hoc est, pertuli eam semper rebellantem, idq; nõ sine tædio meo. Nã Deus in literis diuinis sæpenumero hominũ more loquitur. Deus illis maximè est in sensus, qui desperationis, & murmurationis peccato peccauerũt, propter quod non sunt ingressi terram promissionis, sed in solitudine mortui sunt. Et conciderunt vel peste, vel gladio absumpti, & nonnunquam terra absorpti, aliquãdo fulmine attackti & extincti, tandem verò, quod omnium erat miserrimum, ipsa etiam requie frustrati.

19 *Et videmus quia.* Particula *ugeti*, videtur esse vel inferentis, pro ergo, vel repetitis nota, pro sic: ad hunc sensum. Ergo videmus incredulitatem ipsorum præclusisse viam ne ingrederentur requiem. Aut, Sic, inquam, videmus illos propter incredulitatem non ingressos requiem.

CONCILIATIO.

Primã.

PAULVS hic asseuerans, Quorum cadauera prostrata sunt in deserto, videtur aduersari Ezechielĩ 20. cap. dicenti, Eieci ergo eos de terra Ægypti, & eduxi in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi illis, quæ faciat homo & viuat in eis. Et sequitur paucis admodum interiectis, Post idõla enim cor eorum gradiebatur, & pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos, nec consumpsis eos in deserto. Respondeo: Ezechielem enarrare Dominum in desertum esse eorum, quum eosdem damnationi eterne nõ ad iudicauit. At ne peccatum illorum exteris inultum videretur, puniuit illos Dominus temporali pœna, quã pœnã Paulus hic exprimit. Solet enim Dominus aliquando post remissam culpam & peccatum, infligere pœnam temporalem: vt satis aperto argumento est, id quod 2. Regum 12. de Davide legitur, ad quem propheta Nathan ait: Dominus transiit peccatum tuum. Non morieris. Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Vide post remissam culpam, vltimum peccatum pœna temporali in filij morte.

Secundã.

QUARE Paulus hic incredulos tantum periisse commemorat:

morat: quum Iosue 5. asseratur, Omnes viri qui egressi fuerat ab Ægypto generis masculini, mortui sunt in deserto per quadräginta annos itineris latissimæ solitudinis.

TERTIVS iste Pauli ad historiam, quæ Numeri 14. habetur, referendus est, vbi omnes ab anno vigesimo obtrectationis in Deum arguuntur: propterea ex insperato mortui sunt. Posteriores autem seu minores, qui obtrectationi non confesserant, tandiu ingressum distulere, quoad parentum cadauera in cineres resoluta essent. Hæc temporaneã pœnã filij passi sunt ob peccatum parentum. Frequens est in sacris exemplum, filios ob parentum culpã pœnã temporali affectos: vt in aquis diluuij multi innocentes perierunt, Genes. 7. & in Sodomis Gene. 19.

DICTIO.

VOCATIO quædam generalis. Matth. 22. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Altera est specialis, quæ à Paulo dicitur electio secundum propositum Dei. ad Roma. 9. Vt electio secundum Dei propositum maneret. Et hæc tantum est prædestinatorum seu sanctorum: authore Paulo, Roma. 8. Quos autem prædestinauit, illos & vocauit. De hac duplici vocatione scripsit August. lib. 1. cap. 2. ad Simplicianum. Et lib. vnico expositionum quarũdam propositionum epistolæ ad Roma. 5. Item Ambro. lib. de vocatione Gentium.

Vocatio.

Requiem domini ingredi nemo negligat.

CAPVT. IIII.



Imeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatũ est quẽadmodũ & illis: sed nõ profuit illis sermo auditus nõ admittus fidei ex iis quæ audierũt. Ingre diemur enim in requiem qui credimus: quẽadmodũ dixit, Sicut iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam: & quidẽ operibus ab institutione mudi perfectis.

Fides in verbum Dei.

Existimetur. videatur. Deesse. fuisse frustra tus. Auditus. auditionis. Ex iis quæ, iis qui.

Psal. 94. d.

Sabbatū
re quies Dei.
Gene. 2. a

Infidelitas.

Supra. 3. b

Iosue veram
requiem non
præstitit Iu-
dæis.

Sermo Dei.

Ecle. 15. d.
Psal. 33. c

Exhortatur
vt accedam⁹
ad pontificē
Christum.

Dixit enim in quodam loco de die septima sic, Et requieuit Deus die septima ab omnibus operib⁹ suis. Et in isto rursus: Si introibūt in requiem meā. Quoniam ergo superest, introire quosdam in illam; & ij quibus prioribus annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quandam, hodie, in Dauid dicendo, post tantum temporis, sicut supra dictū est, Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset: nunquam de alia loqueretur posthac die. Itaq; relinquatur sabbatismus⁹ populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum⁹ quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo⁹ Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti: & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem⁹ magnum, qui penetrat cœlos, Iesum filium Dei: teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus pontificē qui nō possit cōpati infirmitatibus

In idipsum,
vel quis eodem concedat
incredulitatis
exemplo.

Inuisibilis,
oculta.

Pro similitudinibus nostris: tentatū autem per omniam pro similitudine absq; peccato. Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gratiæ eius: vt misericordiā consequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno.
2. Corinti 3

1 Existimetur aliquis ex nobis deesse. Id est, non assequutus fuisse. Aut ne existimetur aliquis tardius venisse & abfuisse quando introeundum erat in requiem Christi, id est, regnum cœlorum. Alludit ad eos qui cōmites, per torporem animi, vel inertiam corporis incepto itinere assequi non possunt. Aut alludit ad virgines fatuas, quæ cū negligentes fuissent & emprum irent oleum; quæ paratæ erant intrauerunt cum sponsō ad nuptias; clausaq; est ianua: at redeuntibus fatuis dicitur; Amen dico vobis, non noui vos: Matth. 25.

2 Etenim nobis nunciatum est. Occupatio est. Dicit aliquis, Quid mea interest, & quid ad me attinet, vel pollicitus ille ingressus in requiem, vel maiorum illa incredulitas? Respondet Paulus: Promissiones maiorum, spiritualiter nostræ sunt; & ad nos pertinent. Beneficium illud de requie, non minus nobis quàm illis nunciatum est.

3 Sermo auditus. Id est, sermo auditionis non coniunctus est apte. Vt anima copulatur corpori temperatura: ita fides velut vita est ipsi auditui. Non ergo profuerit audiuisse euangelium, nisi fideli cordi imprimatur quod auditum est. Estote factores verbi (ait Iacobus) & non auditores tantum.

4 Ingrediemur enim in requiem. Contendit Paulus manifestare de qua requie loquitur dominus, cū dixit per prophetam, In requiem meam: ostendens tres requies ex scriptura: quarum prima ad solum Deum pertinet, qua requieuit non lassitudine, sed operum completionem; quæ de nouo creare desierat non gubernare. Secunda ad Iudæos de terra promissionis, cū dicit, Hodie si vocem, &c. quo aduerbio Hodie, indicat diem & tempus salutis Christianæ, in quo si credentes non obdurauerimus, quemadmodum qui Caleb & Iosue nō adhererunt, sed operantes iuxta fidem auditorum & promissorum viuimus, relictum nobis sabbatismum, id est, veram requiem introibimus, & consequemur, in qua ab omnibus molestiis liberati, viuemus: sicut Deus septimo die cessauit ab

Tres requies

omni opere externo, ut dictum est. Quidam claudit parenthesis hoc, quæ admodum dixit, Sicut iuravi in ira mea, si introibit in requiem meam: ut sit sensus, Ingrediemur in requiem nos qui credimus, & sanè in eam requiem qua requieuit deus die septimò ab omni opere, ut prænotauimus. Et in hac inquam requiem, id est, hanc quietem æternam, typo terræ Chanaan adumbratam, vocauit eos qui duce Mose ex Ægypto sunt egressi, sed illis aspernatis non sunt ingressi. Incipit hic anagogen facere à requie promissâ populo Israëlítico in terra Chanaan, ad requiem promissam nobis in cælis.

5 *Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.* Superiorum cõclusionem affert. Ex his quæ disputauimus, concludimus quòd vera illa quies siue sabbatismus, cuius meminit Propheta Dauid, Hodie si vocem, &c. neque est per Iosue præstita, neque est solum patribus promissâ, sed populo Dei, id est, omni in Christum credenti, siue Iudæo, siue Græco. Omnis enim qui fide viuam Christum amplexatus fuerit, & in finem perseuerauerit, introibit in requiem illam, & verum sabbatismum.

6 *Ut ne in idipsum.* In idipsum, hoc est, in idem exèplum: hoc est, ne quis cadat, ut illi ceciderunt in deserto, eodem exemplo incredulitatis & inobedientiæ. Et sicut illi ceciderunt ob incredulitatem, ut dicit psalmographus, ita & isti perirèt similiter peccantes.

Sermo Dei
uiuus.

7 *Viuus est enim sermo.* Sermo Dei, scilicet, quem loquitur contra incredulos, qui sunt contra quos iurauit, ut non introirent in requiem eius, &c. viuus est, non mortua est litera, nunquam intermoritur, sed semper manet immutabilis, & efficax, id est, efficiens est quod iurat. Et quod pollicitus est, præstat. Non ergo contemendus est, sed timendus. Intelligi potest hic locus vel de verbo ingenito, ut sentit Chrysoströmus, Sapientiæ 18. Omnipotens sermo tuus domine exiliens à regalibus sedibus venit. Vel de verbo, quod internè homini inspirat. Est penetrabilior omni gladio ancipiti, seu vtriusque scindente, cui nulla creatura resistere potest. Sèntentia Dei, cõminationes Dei, dicuntur gladius Dei. Huc pertinet quod scribitur Esaïæ 49. vnde videtur desumpta hæc gladij allusio: Dominus ab vtero vocauit me, de vètre matris meæ recordatus est nominis mei, & posuit os meum quasi gladium acutum.

8 *Vsq̄ue ad diuisionem animæ.* Id est, sermo Dei viuus Christus omnia nouit, etiã internas cordis cogitationes. Vnde in eandem

eandem sententiam subdit Paulus, Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Cùm dicit, Compagum quoque &c. non intelligas ista carnaliter de corpore exponenda esse, quasi hic gladius, sit visibilis gladius: sed allegoria quadam adumbrare voluit vim verbi Dei, intima penetrare animi penetralia: Et filium Dei, omnia hominis intus, & in cute cognoscere. Quare increduli non putent suam infidelitatem Deum latere, ut non vlciscatur. Huc pertinet quod scribitur Esaïæ 29. Væ qui profundi estis corde: ut à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera: & dicunt: Quis videt nos? & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogiteret: & dicat corpus factori suo, Non secisti me. Et figmentum dicat factori suo, Non intelligis. Ad quem, dictum est pro, de quo nobis est sermo. Aut quòd transitum faciat Paulus ad sequentia, ut dicat se nunc copiosioribus de verbo Dei, id est, filio Dei disputaturum.

9 *Habentes ergo pontificem.* Ab exordio tertij capitis adhortatus est, consideraremus Christum Apostolum & pontificem confessionis nostræ. Nunc qualis sit ille pontifex paucis perstringens, animos auditorum conciliat & præparat ad ea quæ de ipso pontifice & mediatore longa disputatione dicturus est. Dicens, Pontificem, intelligit & mediatorem: cum idem sit, quantum ad rem attinet mediator & pontifex. Mediatoris genium & officium explicat Chrysoströmus Homilia 7. in epist. Pauli ad Timoth. priorem. Enimvero mediator (inquit) vtrisque eis debet societate coniungi, quorum mediator est. Id quippe mediatoris est proprium, vtrorumque participè fieri, quorũ fuerit mediator. Quemadmodum enim loci cuiuslibet medium vtranque partem contingit necesse est: ita & naturarum ambarum mediũ oportuit vtraque naturas contingere, atque connectere. Quemadmodum igitur homo factus est, ita Deus erat. Homo quippe purus, mediator nõquam penitus fieret. Oportebat enim huiusmodi mediatorem cum Deo colloqui. Hæc ille. Ad eundem modum sonant verba quæ Augustinus de mediatore scriptis libro de ciuitate Dei 9. capite 15. Habemus ergo mediatorem & pontificem Iesum Christum Deum & hominem, qui penetrauit cælos, vbi ad dexteram patris sedet, interpellans pro nobis. His allusit ad introitum pontificis Leuitici, in

sancta sanctorum semel in anno non sine sanguine intrantis; Teneamus ergo confessionem nostram firmiter, neque fidem nostram amittamus, qui beneficio Dei nacti sumus tantum pontificem. Quem non putaveris superciliosum, difficile, severum, rigidum, & inexorabilem; sed fidelem & misericordem. Vtpote qui tentatus est per omnia, id est, malis & afflictionibus omnibus, quibus affligi solemus, est exercitatus; hoc vno excepto quod peccatum neque fecit, neque facere potuit. Dixit pro similitudine, iuxta idiotissimum Hebraicum pro eo quod est, Prorsus eo modo quo nos tentamur, excepto peccato. Voluntarie ergo voluit Christus nostris afflictionibus exerceri, ut eius tentatio in afflictionibus esset nobis argumento, quam compatiatur nostris infirmitatibus, quam promptus sit ad miserandum. Ne metuamus. Longe nane que alius pontifex nobis contigit, quam ut illi contemptui esse possimus. Item quomodo abhorreret à peccatoribus, qui veni in hunc mundum peccatores salvaturus?

Propitiatorij significatio.

10 *Adeamus ergo.* Hoc verbo explicat nobis quid illud propitiatorium vetus significarit. Animo confidentes; nihil in se de hæsitantes, sed in promissionibus eius liberè confidentes adeamus, ut misericordiam consequamur.

11 *Ad thronum gratiæ eius.* Non est quod totus formides cum audis thronum, quasi iudiciariam & terribilè significare vellet sententiam. Nam addit, gratiæ, nimirum ad propitiatorium alludens, quod vnus Christus est, sicut & thronus gratiæ. Christus vult omnes homines saluos fieri. Cognoscamus ergo Iesum Christum esse verum à Deo ordinatum sacerdotem, interpellatorem & redemptorem nostrum: ad quem nihil hæsitantes si viua fide accefferimus, aderit auxilio opportuno: dabit quod nobis vsui erit.

Auxiliū oportunitatem.

12 *In auxilio opportuno.* Quandiu hic viuentes Christum viua fide adibimus, misericordiam inueniemus & gratiam. Sed post hanc vitam neque gratiæ, neque clementiæ erit locus, sed iustitiæ thronus.

CONCILIATIO.

Primæ.

Q U I D hic Paulus ex Genesi dicit, Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis: cum Ioannis 5. dicatur, Pater meus operatur vsque modò? Si vsque modò, quomodo die septima quieuit ab omnibus operibus? Ad hæc Augustinus lib. 4. de Genesi ad literam, cap. 12. Potest (inquit) intelligi

intelligi Deum requieuisse à condendis generibus creaturæ: quia vltra iam non addidit aliquis genera noua: deinceps autem & vsque nunc & vltra operatur eorundem generum administrationem, quæ nunc instituta sunt. Creatoris nanque potentia & omnipotentis virtus causa est omnis creaturæ: quæ virtus, ab eis, quæ creata sunt, regendis, si aliquando cessaret, simul & illarum species, omnisque natura concideret.

P A V L V S hoc loco docens omnia nuda & aperta Deo, aduersari videtur dicto Genesi. 18. Descendam & videbo vtrū clamorē, qui venit ad me, opere cōpleuerint, an nō est ita, vt sciam. In Genesi locus ille nō negat omnia aperta esse Deo, sed indicat ne præcipites simus in iudicādo, & ne mala hominū antè presumamus credere quàm probare. Et per Angelos descendit ad cognoscēda mala, & tanto crimine inuolutos inueniens, quasi per patientiam eos ad pœnitentiam expectat.

DICTIO.

R E Q V I E V I T Deus. Sicut Deus, ait Augustinus libro alio legato in cōciliatione huius capitis, rectè facere dicitur quicquid ipso in nobis operāte fecerim: ita Deus rectè dicitur requiescere, cum ei munere quiescimus, vt videamus ita dicere requiescere Deū, cum nos requiescere facit. Sicut aliquando dicitur cognoscere Deus, cum efficit vt cognoscamus. Genesi. 22. Nūc cognoui quonia timeas Deū, vbi quid aliud dicitur, nisi quod fecit vt cognosceretur ipse Deus? Neque enim Deus temporaliter cognoscit, quod antea nō nouerat. Hæc Augustinus. Requieuit Deus, nō lassitudine, sed operū cōpletionem sexto die, quod de nouo creare desierat, nō gubernare.

Gladus Dei.

G L A D I V S Dei est verbum Dei, quo solo resistitur Satiæ, vt extingatur vis eius, Luc. 12. Est & verbum æterni iudicij, de quo hoc capite fit mētio, quo dicit. Ite maledicti in ignem æternum. Gladij enim vocabulum scindendi & interficiēdi opus cōsignificat, præsertim cum ad id acui & vibrari dicatur. Psal. 7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit.

M E D V L L A dicta est quod in ossibus media sit.

Medulla.

D I S C R E T O R, diuisor est, vt ita dicā. Græcis est hoc loco *κρίτης*, id est iudex, siue qui iudicare possit.

Discretor.

C O M P A T I M V R cum afficimur mouemurque sensu alij ni mali.

Cōpatimur.

C O M P A G O & compages penul. produ. huius compagis, est iunctura.

EPIST. B. PAULI
Pontifex conformari debet Christo
sacerdoti. CAP. V.

Pontificis of-
ficium.



Mnis nanque pontifex¹ ex ho-
minibus assumptus, pro ho-
minib⁹ cōstituitur in iis quæ
sunt ad Deum: vt offerat do-
na² & sacrificia pro peccatis, qui condole-
re possit³ iis qui ignorant⁴ & errant: quo-
nam & ipse⁵ circumdatus est infirmitate:
& propterea debet, quem admodum pro
populo, ita etiam & pro semetipso⁶ offer-
re pro peccatis. Nec quisquam⁷ sumit sibi
honorem: sed qui vocatur à Deo, quem-
admodum & Aaron. Sic & Christus non
semetipsum clarificauit, vt pontifex fie-
ret: sed qui loquutus est ad eum, Filius
meus es tu, ego hodie genui te. Quemad-
modum & in alio loco dicit, Tu es sacer-
dos in æternum, secundū ordinem Mel-
chisedech. Qui in diebus carnis sue⁹, pre-
ces, supplicatio nésque ad eum qui possit
illum saluum facere à morte, cum clamo-
re valido¹⁰ & lachrymis offerens, exaudi-
tus est¹¹ pro sua reuerentia. Et quidē cum
esset filius¹² Dei, didicit ex iis quæ passus
est, obedientiam: & cōsummat¹³, factus
est omnibus obtēperātibus sibi, causa sa-
lutis æternæ, appellatus à Deo pontifex
iuxta ordinē Melchisedech¹⁴. De quo no-
bis¹⁵ grandis sermo & ininterpretabilis
ad dicendum: quoniam imbecilles facti
estis

1. Para. 23. b
Christus con-
stitutus pon-
tifex à patre
Psal. 2. b
Psal. 109. b

Christus orās
exauditur.
Salus Chri-
stus obedien-
tibus.

Condolere
possit iis,
Vel modera-
te ferre va-
leat eos.
Propterea,
Propter hęc,
Sumit, Vel,
vsurpat.

Clarificauit
Glorificauit.

Pro sua re-
uerentia, Id
est, vel quōd
Deum in ho-
nore habebat

Quidem
cum. Quan-
quam.

Cōsumma-
tus, Perfectus
redditur.

Ininterpre-
tabilis. In-
terpretatu
difficilis. Im-
becilles, Se-
nes auribus

estis

estis¹⁰ ad audiendū. Etenim cum debere-
tis¹⁷ magistri esse propter tēpus: rursum
indigetis vt vos doceamini quæ sint ele-
mēta exordij sermonū Dei, & facti estis
quib⁹ lacte opus sit, nō solido cibo. Om-
nis enim¹⁸ qui lactis est particeps, expers
est sermonis iustitię¹⁹, paruulus enim est.
Perfectorū autē est solidus cibus: eorum
qui pro ipsa cōsuetudine exercitatos ha-
bēt sensus²⁰ ad discretionē boni ac mali.

Expers est,
Inexpertus,
rudis.
Paruulus,
Infans.
Pro ipsa cō-
suetudine,
Propter af-
fuetudinem.

Elementa.
Lac.

Solidus.
cibus.

1 Omnis nanque pontifex. Dixit paulō antē Christum nostrū
esse pontificem & mediatorem. Huius assertionis probatio-
nem adducit, argumento à comparatis & similibus sumpto,
ostendens hoc capite Christum esse sacerdotem, demum se-
ptimo capite probaturus Christum vnicum esse summū ma-
ximūque pōtificem & sacerdotem æternum, per quē Le-
uiticū antiquatum est sacerdotium. Quæ ergo hęc dicuntur,
intelligenda sunt de Christo pontifice nostro, similitudinis
conferendæ gratiā cum cæteris pontificibus & sacerdotibus.
Ex hominibus assumptus: id est, cognatus & frater noster est.
Quo fit Angelus sacerdos esse non possit, qui neque ex ho-
minibus assumptus, neque nostrarum afflictionum particeps
sit. Sacerdos pro hominibus constitutus, mediator est inter
Deum & hominem. Inter Deum vitæ sanctimonia: inter ho-
minem, carnis infirmitate, propter quam reliquos fratres nō
despiciat. Constituitur in iis quæ sunt ad Deum: id est, inter-
cessionem facit pro hominibus.

2 Vt offerat dona. Explicat quid illud sit, Pro hominibus ad
Deum constitui, peccatis scilicet Deum propitium reddere.
Quod vtique & Christo est (etsi non penitus) commune cū
aliis: quippe qui patrē nobis concilian di gratiā, seipsū ob-
tulerit. Alij verō alia quædā offerūt dona & sacrificia. Dona,
id est, res oblatas à populo, vt in donariis, aut, vt dicit solet
in offertoriis. Hęc offerūtur Deo per sacrificiū sacerdotem,
qui sacrificiū offerēs, hoc est preces, aut viuā hostiā in missa,
quæ verum & perpetuum est sacrificiū, recordari debet piarū
mentium & voluntatum, voluntaria dona illa offerentium.

Sacrificiū in
missa memi-
nerit, &c.

*Sacrifici par
tes & officii*

3 *Qui condolere possit.* Quasi dicat, moderatè ferre, hoc est nõ grauius succèlere, sed ignoscere. His verbis ostenditur præcellètia Christi à reliquis sacerdotibus ob id quòd hic solus liber est ab omni peccato, tamen alicnis peccatis indoluerit, Hac moderata mente Christum esse præditum agnoscimus, qui ouem errantem, neque laniat, neque vnquam nimia concitus ira lacerat, sed in caulam reducit.

4 *Is qui ignorat.* Id est nesciuit que scire debèt, & errat, id est sciètes peccat. Ex errore & ignorantia procedit omne malũ.

5 *Quoniam & ipse circumdatus.* Sacerdos & sacrificus homo purus circumdatus est infirmitate: & lenocinio carnis, sicut laicus, etsi spiritus in vno carnis & concupiscentiarum plus reprimat quàm in alio, idque sit Dei dono, ob id & pro seipso & pro aliis offert hostiam, Christus non item. Hoc est. Est quidem circumdatus infirmitate carnis; hoc est, habuit carnem infirmam & mortalem, sed absque omni peccato. Quare nõ pro se, sed nostris peccatis hostiam obtulit seipsum viuum & verum sacrificium. Et exauditus est pro sua reuerentia.

6 *Pro semetipso.* Propterea sacrificus in missa ait, Nobis quoque peccatoribus &c.

7 *Nec quisquam sumit sibi.* Aperit à quo sacerdos sit Christus institutus. Idque facit per occupationem, qua tacite obiectio ni respondet. Insurgit fortassis dicens, Quid tot nominibus Christum sacerdotem iactas & celebras, vt in illum mediatorem & sacerdotem fiduciam ponamus, cum neque sit ex tribu Leui, neque de progenie Aaron? Certè si sacerdotem illũ facis, legitimum oportet ostendas, alioqui frustra suscipiendum persuaseris. Sumere enim sibi temerè honorem sacerdotij, tam abest, vt Deo placeat, vt etiam præsentissimam vltionem illius exigat. Exemplo sunt Chore, Dathan & Abiron, cum suis affectis, quos terra viuos absorpsit, Numeri 16. Oza, qui arcam tenuit calcitratibus bobus, percussus & occisus est, 2. Reg. 6. Ozias percussus lepra, 2. Paralipom. 26. Horum volens Paulus ora præcludere, respondet quomodo in sacerdotem assumptus sit Christus, non quidem ab hominibus, hoc est, non electione humana, si supple velit piè & religiose agere assumit, id est, ambit, & afflatu cupiditateque honoris affectat. Aut nemo sese dignitati ingerit: siue nemo sibi priuata auctoritate vèdicat. Honorè, id est, episcopatũ & sacerdotij dignitatè (appetat

(appetat tamen, si sese idoneum agnouerit, prodesse multis iuxta charitatis præscriptum.) Sed qui vocatur à Deo immediatè, aut à Deo per proborum electionem, aut aliquo indicio, si ita placitum, visumque fuerit spiritui sancto infligator, vt cum cecidit fors super Mathiam. Aut quemadmodum Aaron vocatus est. Numeri. 17. Signo enim florentis virgæ manifestatus est sacerdos à Deo esse electus, & incèdio eorũ qui eius pontificatũ inuidere voluerũt. Ex tribu Leui, & genere Aaron olim creati sunt sacerdotes: id quod ad Herodis vsq; & Hircani tẽpora durasse legimus. Si quis desiderauerit quo pacto sacerdotium apud Hebræos cessauit, & pessimum quisq; ad eã dignitatè per Herodẽ euectus est, consulat Iosephũ lib. 20. Antiquitatũ. Cæterũ agnoscant Hebræi cõmutationem sacerdotij, tum fuisse indicium & signum in foribus esse, verum Messiam pontificem Iesum Christum saluatorem nostrum. Colligamus ex his mentem & sensum Pauli. Tametsi nascebantur Leuitæ, hoc est, sacerdotij generis homines, tamè ad pontificium seu sacerdotiũ nõ accedebãt, nisi electi.

8 *Sic & Christus.* Alteram collationis partem adducit, cuius sensum ex particula, Sic, similitudinis nota intelliges: Ad hũc modum videtur Paulus argumentari ex vocatione: Omnes veri sacerdotes neque ambiunt, neque sese ingerunt sacerdotio & honori: Sed vocantur à Deo. Et Christus non sese ingessit sacerdotio, sed vocatus est à Deo dicente: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Ergo Christus est verus sacerdos & pōtifex. Prius testimonium, superius i. cap. expositum est: posterius declarabitur in sequentibus.

9 *Qui in diebus carnis suæ.* Probat Christum verum sacerdotè argumẽto ab officio petito. In diebus carnis suæ, id est, quãdiu hic vixit, orauit pro nobis, dum semper desyderauit & stituit nostram salutem: maximè verò in sacrificio crucis, vt taceam de reliquis. Ergo verus est sacerdos.

10 *Cum clamore valido.* Clamor validus non exaltationẽ vocis, sed ingens desyderium significat.

11 *Exauditus est.* Chrysolomus reuerentiam seu venerationẽ interpretatur, ad humanitatem referens: quòd Christus homo ratione cõniti sibi verbi dignus erat, quem veneretur pater, adeò quòd non tam ex gratia patris exauditus est, quàm ob suam dignitatẽ: quippe qui dignus esset, qui pro

*Clamor
Christi.*

sui reuerentia & dignitate exaudiretur.

12 *Cum esset filius Dei.* Cùm esset filius, non seruus, tamen affictus est tanquam noxius seruus. Didicit obedientiam, & mortem, vt inobedientiã, & mortem sua obedientia & morte interimeret, iuxta id, Factus est obediens vsque ad mortẽ, mortem autem crucis.

13 *Et consummatus factus est omnibus etc.* Fructum explicat clamoris & orationis Iesu Christi, vt agnoscamus Christum nõ solùm esse sacerdotem, sed quàm nobis sit sacerdos, vt fructus sacerdotij eius in nobis sentiamus. Et consummatus factus est, id est, factus est consummatio & perfectio. Quibus obedientibus, id est, omnibus credentibus in ipsum. Tam absolutum & amplum fuit eius sacerdotium, vt nihil in eo desideres. Tam opulentum est, vt omnibus abundet, & sit satis: omnes absoluit & redimit, modò credat, dicente Baptista: Qui credit in filium, habet vitam eternam: Qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Ad eò consummatus & perfectus fuit illius sacrificium, vt sit causa salutis eternæ. Et nõ est in quoquam alio sita nostra salus. Ipse enim factus est nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio.

14 *Iuxta ordinem Melchisedech.* Quia de genere Leuitico nõ erat Christus. Et quemadmodum ille Melchisedec non fuit olei liquore ab homine delibutus, sic nec Christus quidem, sed à Deo cõsubstantiali ipsi, spiritu ipsius effusus est. Quia, vt ad Colossenses 2. dicitur. In ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare. Atque vt ille rex fuit, ita & ille potitus est regno.

15 *De quo nobis grandis sermo.* Dixerat appellatum, id est, ordinatum Christum à Deo pontificem secundum ordinẽ Melchisedec: id est, mediatorem, intercessorem, placatorem, peccatorum q̄ expiatorum. Hoc negotium de Christi sacerdotio paululum suspendit, ad aliud digrediens more oratorum. Quemadmodum enim obscuriore loco oborto, auditoribus somnolentiam & torporem acriore aliqua exhortatione excutit: ita Paulus hoc loco dignitatẽ eterni sacerdotij Christi probaturus, agit. In primis enim tarditatẽ illorum arguit: Conueniebat admodum vt Iudæos tarditatis & ignorantie taxaret, nam ob ceremoniarum acruum (quibus premebantur) semper humi reptabant, & oculos ad cœlestia nõ erigebant

bant: Deinde benevolentiam captat & attentos illos reddit. Dicit difficilem sermonem explicatu, non tam ad rei difficultatem oculos intendens, quàm ad eorum, quibus loquebatur, tarditatem. Hoc loco dat operam, vt auditorum segnitiam excutiat, & languidas flaccescentesque aures arrigere faciat. 16 *Vt enim cum deberetis magistri esse.* Causam languoris & temporis eorum adducens, hos è somno excitat, vt apertis oculis lucem videant, omni in primis ceremoniarum lippositate, a quæ cum silentio currunt) purgata, & arrectis auribus mysteria de Christo attentissimè audiant. Nõ solùm verò illorũ segnitiam increpat, sed & eandẽ temporis accessu exaggerat: huc omnino spectas vt proficiant, & in Euãgelio promoucant, ne in eorum album referantur, qui semper discen-tes, nunquam ad verã pietatis & veritatis cognitionem perueniunt. Videtur ad hunc modum Paulus dicere: Si quis tempus, quo inter Christianos versamini tanquam sacrorum auditores, à quibus vel modico labore quæ ad pietatem & fidẽ in Christum attinent, discere potuistis, spectet, iam alios docere debeatis: Tam illiberalis est, vt tot annorum discipuli, nihil aliud didiceritis quàm aliorum esse discipuli, adeoque pueri elementarij. Aut si maus ironice, hæc pronunciari: Velle sine semper puerilia doceri, & prima rudimenta? quin potius ad altiora capienda mentes erigite. Hoc tempus, hæc ætas aliam vitam, alios mores postulat, alium exigit profectum. Relictis nucibus, & iis, quæ puerorum sunt, adolescite in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. 17 *Facti estis, quibus lacte opus sit.* Pergit Hebræos à torpore euocare. Id quæ facit peruenuita allegoria, qua alludit ad alphabetarios & abecedarios, siue elemetarios pueros, quibus traduntur rudimenta & primordia, qualia sunt apud Dialecticos & Grammaticos Porphyrij Isagogæ, & donati rudimenta. Elementa exordij sermonum Dei, vocat primordia illa, quibus imbuuntur primò Christiani. Oportet baptizari & fias Christianus, discas orationem Dominicam, salutationem Angelicam & symbolum Apostolorum, adeas ædem sacram, illic flectas genua, iunctis & erectis manibus eucharistiam, hoc est, Iesum Christum in sacrosancta missa, ex animo adores. Hæc sunt primordia summam Christianismi habentia. Paulatim dum prouehetur ad altiora, docebis illũ fidem, spem, charitatem, aduentũ Christi, sacerdotiũ Christi, iustifi-

Censura Senatus theologicæ Parisiæ.

cationem, & alia, quibus in virum perfectum in mensurâ etatis plenitudinis Christi prouehetur, vt non amplius sit puer, qui fluctat, & circûferatur quouis vento doctrinæ, Ephæ. 4. 18 *Omnis enim qui lactus est particeps.* Hic locus planè arguit eos, qui adclamat ab omnibus laicis arcanos & sacros libros legendos esse, & in vulgarem & vernaculam linguam transferendos. Huiusmodi obtrektoribus sacer Theologiæ Parisiensis senatus, respondet hac censura, Testantur sacra eloquia simplices esse tâquam paruulos, quibus, auctore Paulo ad Hebræos 5. capite, lacte opus sit. Non enim solidam adhuc escam ferre ac digerere possunt. Perfectorum siquidem solidus est cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habêt sensus ad discretionem boni & mali. Quapropter nõ est medium aptum huiusmodi simplicibus, quòd indiscriminatim quosuis sacros libros legât in linguam vernaculam translatos: sed conuenientissimum eis medium Ecclesia constituit, auditionem scilicet verbi Dei, & frequentationem prædicationum eius. Neque eis obiter interdicit vsu quorûdam sacrorum librorum, qui cum explicacione conuenienti, ædificacioni morum sint accommodati. Si sic tamen tales libri ab ipsis legantur piè ac sobriè citra supercilium & arrogantiam, vt non inde contemnant prædicationes, nec à crebra verbi Dei auditione retrahantur.

Iustitiæ expers.

19 *Expers est sermonis iustitiæ.* Id est, iustificacionis. Nec bene doceri potest, iustificacionem à Christo petendâ: cum Christi diuinitatem ignorat, & Christum, neque fateatur, neque agnoscat Deum esse. Aut expers iustitiæ, seu supernæ philosophiæ, non suscipit summam vitam & integram.

29 *Exercitatos habent sensus.* Obserua: quia oportet exercitari auditum nostrum frequenti auditione diuinarum scripturarum, vt nulla nouitate expauescamus.

CONCILIATIO.

Prima.

V I D E T V R hæc autoritas, Filius meus es tu, ego hodie genui te, rei propositæ non conuenire. Habet sanè Paulus hoc loco Christum cõstitutum in pontificem esse à Deo promissum, ostèdere. Hoc verò testimonium planè affertur, & docet, à Deo esse hunc primogenitum. Respondeo genituram hanc multum ad rei confirmationem valere, quòd à Deo sit in pontificem constitutus. Proinde & illud aduerte, quòd cum in Psal. 109. iam dixerit Deus, Ex vtero ante Luciferum

ciferum genui te. Et paulò post illud adiecerit, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. hoc loco Paulum quæ psalmis his vtriusque de natiuitate sunt dicta cõiunxisse, perinde ac si dicat, Nequaquam velim de alio quouis dictum id suspiceris, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, nisi de eo & solo, qui sit ante Luciferum genitus, Solus Christus est, de quo dicitur: Ego hodie genui te &, Ante Luciferum, id est, ab æterno filius Dei genitus. Sed quo pacto hic, in æternum dicit: Quia vel in præsentis & corpore ipso, quod ille nostri gratiâ immolauit, pro nobis etiam intercedit apud Deum ipsum & patrem, id est, quæ ille pro nobis perpeffus est, profert, vt patrem exoret, eundemque hoc modo alloquitur (ait Theophylactus,) Vnigenitus tuus hæc tolerauit, miserere itaque horum pro quibus ipse pati sustinuit. Vel in æternum dicit, quia quotidie offertur per Dei ministros oblatio Christum Dominum & pontificem habens.

Q V I D hic Paulus, ait de Christo, Qui in diebus carnis sue exauditus est pro sua reuerentia: cum Dauid Psal. 21. in persona Christi dicat, Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me. Clamabo per diem, & non exaudies? Respondeo: Exauditus fuit: quia sua oratione & oblatione reconciliatum fuit genus humanum. Quod autem ex Dauid adducitur, Dico, Deus Deus meus respice in me, id est, condole mihi, qui semper respexi in te, cū omni reuerentia faciens, quæ tibi sunt placita, Quare me dereliquisti? id est, cur ita te habes circa me, quasi viderer omnino à te separatus & relictus inter istos impios Iudæos sanguinis mei sitibundos? Et hoc clamabat Esaias 53. Nos reputauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo, & humiliatum. Clamabo per diem: quia in die pasceus clamauit, Deus Deus meus, &c. Seu Eli Eli, &c. Et nõ exaudies, supple minuendo corporis mei dolorem animique tristitiam. Aduerte: Oratio est petitio decentiû à Deo. Aiunt Augustinus & Damascenus, Licet ea petere quæ licet desiderare. Christus autem nunquam petiuit à Deo indecens, aut illicitum. Quare quicquid Christus absolutè petiuit seu orauit, id est, quicquid ex deliberata voluntate petiuit, obtinuit. Ioan. 11. Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia me semper audis. Sed quæ hic petiuit apud Dauidem, vbi dicitur: Et nõ exaudies, non absolutè petiuit. Petiuit etenim ap-

Secunda.

Oratio.

Christus semper exauditus.

posita cōditione, Pater si possibile est. *Quæris: Quare Christus voluit has à se fieri petitiōnes, quas non exaudiēdas sciebat? Respondeo, primò vt ostenderet verè se incarnatum atque passibile. Secundò, vt nos doceret ne fatigemur, aut desperemus dum statim non exaudimur: sed eius exemplo omnia committamus beneplacito Dei, certiores quoniam ipsi cura est de nobis. Matth. 6. Nolite solliciti esse, &c. Maximè igitur ex auditus est pro sua reuerentia in his quæ petiuit absolute: quanuis non fuerit ex auditus quantum ad naturalem suæ humanitatis appetitum secundum se cōsideratum: quoniam naturaliter abhorruit mortem. Reuera absolute voluit mori pro salute nostra. Quod re ipsa docuit, quādo sese obuium liber & volens dedit inimicis, post illam trinam orationem in horto factam, quum Iudæis dixit, *Quem quæritis?**

Tertia.

Quid hic Paulus memorat Christum didicisse obedientiam patri exhibendam, dum crucem tulit: qui vsque ad mortem fuit patri obediēs, vt decet verum & bonum filium, imò antequam pateretur crucem, semper morè gessit in omnibus patri. Lucæ 2. *Quid* est quòd me quærebatis? nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Respondet Chrysostomus: Agnosce hoc dictū de incarnatione. *Quod* enim Dei filius ab æterno cognouerat, Vbi verbum caro factum est, & naturam assumpsit humanam, notitia experimentalis agnouit seu expertus est patri obedire vsq; ad mortem. Nec antea hanc experientiam, siue hoc cognitionis genus agnouerat: quippe qui neque infirmitates nostras, neque crucem perpeffus erat.

DICTIO.

Pontifex.

PONTIFEX sacer magistratus (vt inquit Scæuola) à posse & facere dictus. Vel, vt ait Varro, à ponte, quia Sublicius à pontificibus factus est primū, & restitutus sæpe.

Aaron.

AARON summus pontifex & sacerdos, frater Moyfi, vel rectius, Aaron potest interpretari mons siue montanus.

Melchisedec.

MELCHISEDEC Latine rex iustitię dicitur. Baptista Matuanus inflexit dicens, Melchisedecis erat, &c.

Elementa.

Lac.

ELEMENTA sunt primæ literarum notæ. **LAC** tropo sacræ scripturæ, vt docet Ambrosius libro de Institutione virginis, humiliorem doctrinam & de minimis differentē significat. Eò vocatur lac, quia nutriat crescerque faciat paruulos vsque in mensuram Christi.

Iustus

Iustus semel confirmatus, non facile cadit.

CAP. VI.

Intermittētes inchoationis, omisso, qui i Christo rudes inchoat, sermone.



Vapropter¹ intermittētes inchoationis Christi sermonē, ad perfectionem feramur, nō

rursus iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad Deū, baptismatū, doctrinæ, impositionis quoq; manū, ac resurrectionis mortuorū, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, siquidē permiserit Deus. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati², gustauerunt etiam donum cœlestis, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutēque seculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari³ ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui⁴ habentes. Terra enim⁵ sæpe venientem super se bibēs imbrem, & germinās herbam opportunam illis à quibus colitur⁶: accipit benedictionem à Deo. Proferens autem spinas ac tribulos: reprobata est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Confidimus autem⁷ de vobis dilectissimi meliora & viciniora salutis: rametsi ita loquimur. Non enim iniustus⁸ Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministrastis. Cupimus autem⁹ vnumquenque ve-

2. Petri 2. d.

Deficientes à fide nulla alia hostia expiantur quā Christi.

Rursum, ab integro. Ostentui, ludibrio.

Terra bene dicta et maledicta.

Cōsummatio in combustionem, exitus huc tēdit vt exuratur. Dilectiōis, laboris ex charitate suscepti.

strum eandem ostentare sollicitudinem,
 ad expletionem spei vsque in finem: ut non
 segnes efficiamini, verum imitatores eorum
 qui fide & patientia hereditabunt
 promissiones. Abrahamæ nanque promit-
 tens¹⁰ Deus quoniam neminem habuit
 per quem iuraret maiore, iuravit per se-
 metipsum, dicens, Nisi benedicēs¹¹ bene-
 dicam te: & multiplicās multiplicabo te.
 Et sic longanimitē¹² ferens, adeptus est
 re-promissionē. Homines enim per maio-
 rem se iurāt: & omnis cōtrouersia eorū
 finis ad confirmationem, est iuramentū.
 In quo abundantius volens deus ostēdere
 pollicitationis hereditibus immobilitatē
 consilij sui: interposuit iurandum. Ut
 per duas res¹³ immobiles quibus impossi-
 bile est mentiri Deum: fortissimūq; sola-
 tium habeamus qui confugimus ad tenē-
 dam propositam spem¹⁴, quam sicut an-
 choram habemus animæ tutam ac firmā,
 & incedentem vsque¹⁵ ad interiora vela-
 minis. Vbi præcursor¹⁶ pro nobis introiit
 Iesus, secundum ordinem Melchisedec¹⁷
 Pontifex factus in æternum.

*Iuramento p-
 misit deus sa-
 larem, ut si-
 mus certi.
 Gene. 22.e*

Iuramentū.

Spes.

*Elencus fi-
 dei.*

1 Quapropter intermittentes. Paulus ait se omittere sermo-
 nem illum, quo primum instituuntur rudes in Christo, nem-
 pe eum, qui est de poenitentia: hoc est, primum admonen-
 tur ut relinquunt vitam pristinam & veterem illum homi-
 nem, renascituri in Christo per baptismum. Non parum re-
 fert agnoscere qualis sis, qualia etiam tua studia, ne philauria
 (à qua omne malum pendet) ducaris. Hoc beneficij confert
 poenitentia, quam in primis hoc loco Paulus. Sic Ioannes

Baptista,

Baptista, Sic ipse Dominus Iesus, Sic Apostoli Christi om-
 nes prædicarunt, & ab hac prædicatione suam orsi sunt. Vn-
 de in Prouerbiū abiit ab omnibus celebratissimum, Nosce
 teipsum, quod (vt in Charmenide testatur Plato) pro fori-
 bus templi Delphici, ab Amphycionibus inscriptum, veluti
 dignum Deo viseretur. Et huc fortassis merito quis retulerit
 legem per quam (vt Paulus ait) exiit cognitio peccati, dein-
 de de fide in Christum condiscunt quid sit credendū, dein-
 de his traditis succedit baptismus, cuius mysteria tum demum
 aperiantur. Post hæc docentur de sacramentis fidei nostræ,
 & parantur ad accipiendum spiritum sanctum: alij per impo-
 sitionem manuum in confirmatione, alij in sacris ordinibus
 recipiendis & huiusmodi, subinde de resurrectione mortuo-
 rum & iudicio æterno. Aduerte, ex operibus mortuis poenitē-
 tiam, dicit, Satanæ operum repudiationem. Nam si præte-
 ritorum quempiam nihil poeniteat, quo pacto præsentia ag-
 gredietur? & in Christo noua fiet creatura? Reuera non fiet.
 Inchoatio & fundamentum, ait Chrysoft. est fides, sine qua
 nihil boni apprehenditur. Sed hic immanendum nõ est, non
 minus quam puero in prioribus elementis, sed ad perfectio-
 nem contendendum, ad quam feramur de perfectioribus vos
 instituentes, scilicet de afflictionibus patienter ferendis, de
 Christi æterno sacerdotio & eius diuinitate verba facientes,
 Et hoc faciemus, siquidem permisit Deus: Hoc est, si diui-
 na gratia adiuuemur, sine qua nihil boni possumus. Hic enim
 textus referendus est ad id quod præcessit: Ad perfectionem
 feramur. Baptismatum dixit in plurali numero iuxta morem
 Hebræorum quibus multi baptismi erant: nobis vnus est, si-
 cut & vnus Deus, & vna fides. Fieri tamen potest, vt plurali-
 ter dixerit baptismatum, eo quod tertio intingi solebant pue-
 ri, ac si diceret, Nõ loquor de puerilibus Baptismis & rebus,
 vel quali solent ab iis qui baptizarentur primò accipi. Per-
 fectiora & ardua magis vos doceo. Mortem Christi, & re-
 surrectionem Christi in se habet baptismus: in quo ardua &
 diuina latent mysteria.

2 *Illuminati sunt.* Id est, baptizati sunt. Nam veteres sacramē
 tum baptismi sacramentum illuminationum vocant. Id quod
 præfigurare volebant facibus, quas præferebant, hunc mo-
 dum haecenus religiose obseruarunt Christiani. Item gu-
 slus cælestis dictus est baptismus, quod alij expresserunt,

Bb ij

porredione salis, alij mellis. Rursus dictus est participium spiritus sancti, id quod sacro Chrismate significare voluerunt. Obserua hoc loco, quàm multis nominibus circumscriptione siue paraphrasticè nobis baptizatos designare voluerit: Qui illuminati sunt, Qui gustauerunt donum cœlestis, Qui participes facti sunt spiritus sancti, Qui gustauerunt bonum Dei verbum.

3 *Rursus renouari.* Hic locus à quibusdã intelligitur de peccato ad mortem, seu de blasphemia in spiritum sanctum, quam non remittendam dixit Christus neque in hoc seculo neque in futuro. Marci. 3. Quæris, quod est illud peccatum seu blasphemia? Est quando aperta Dei veritas videtur, ita vt victus sis apud te metipsum in tuo corde & conscientia, quod res ita habet, & aliter esse nequit, & tamẽ impiè audes dicere & contrã contendere hoc non esse verum, non esse à Deo, esse peruersum, esse à Diabolo. Qua horrenda blasphemia non vereris gladium Domini contra te stantem, quasi etiã tibi impunè liceat pugnare voluntariè contra Deum. Hæc ex Marci 3. cap. vides, vbi manifestum opus Dei contra conscientia tribuebant ipsi Beelzebub. Vnde postquam Euangelista scripsit verba Christi. Qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum: addidit, Quoniam dicebant, spiritum immundum habet. Quod si Christus hæc dixit de alijs qui impij erant, & suscipere veritatem nolbant, sed manifestam, ita vt negari non posset, impugnabãt: Quid accusamus hunc nostrum authorem quod condemnat illos qui non externis verbis, aut externis miraculis solũ, sed inuis in corde illuminati gustauerunt donum cœlestis, accepto spiritu sancto, gustauerunt quæ bonum Dei verbum ac virtutes & efficaciam regni Dei: & tamẽ ab his omnibus retro labuntur, & blasphemant gratiam tanto spiritus testimonio agnitam? Id quod infra cap. 10. vocat voluntariè peccare. Certè impossibile est, id est, valde difficile est, hos renouari ad poenitentiam: quia penè à Deo deserũtur. A Cyrillo & alijs sacris doctoribus non est abeundum, Qui aiunt hunc locum intelligi de baptismo. Nam de ea poenitentia baptismatis intelligi satis indicat verbum ἀποκαταστάσις, id est, renouationis, quando per baptismũ verè ab omni prorsus culpa & poena liberi sunt. Et hoc maxime indicat sequens textus, Rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei. Baptismus enim est

Blasphemia.

Baptismus non repetendus.

est nobis vice crucis Christi, Roma. 6.

4 *Et ostentui.* Ostentui habere est infamare, traducere, vt in Matth. siue ludibrio habere. Qui ergo vult rebaptizari, ostentui habet Christum, hoc est, secundò Christum crucifigere querit (ait Ambrosius in hunc locum) qui crucifixus est, & mortuus, & victor mortis resurrexit, atque cũ triumpho gloriae cœlos ascendit. Sicut enim semel Christus mortuus est carne in cruce, sic nos semel morimur in baptismo, non carne, sed peccato. Atque sicut ille iterum mori non poterit, ita nec nos baptizari possumus, nisi fortassis lachrymis poenitentiae, non lauacri regeneratione. Hactenus verba Ambrosij. Qui secundò vult baptizari, credit Christum pro se non fuisse crucifixum. Quare quãtum ad se attinet, querit vt deuo crucifigatur, vt mors Christi secunda sibi applicetur per baptismum.

5 *Terra enim.* Cohortatur Hebræos Paulus ad piam sedulitatem, argumento à similitudine petito: intelligens per terram auditores, per imbrem fecundans Dei verbum, per fructus, opera iustitiæ, per tribulos autem perfidiam & iniquitatem. Videtur hic esse Pauli sensus: Nisi studiosi auditores fueritis, habueritisque vberiore Christum cognitionem, non solũ pueris similes estis, quibus lacte opus est & rudimētis, sed & terræ sterili & maledictæ, quæ diu culta, tamen vsque infrugifera permanet, tribulos pro frugibus producit, & nullam ad cultorem transmittit vtilitatem. Ergo opera iustitiæ operemini, vt benedictionem à Deo cõsequamini, ne per vestram segnitiam, metatis maledictionem.

6 *Illis à quibus collitur.* Græcis est, per quos & colitur. Vt intelligas fructum reddendum non quibuslibet, sed iis quorum opera culta est terra: id enim efficit coniunctio addita. Similia his penè legimus Matth. 13. Luc. 13. Ioan. 15. vnde defumpta hæc videntur.

7 *Confidimus autem.* Mitigat cõminationẽ & reprehensionẽ, ne ex prædictis intepretentur sese damnari, sed intelligant se commoneri, ne securi abiiciant Christum. Hæc præmollitio non absimilis est ei quam Petrus Act. 3. apud Iudæos dixit: Et nunc scio fratres quod per ignorantiam fecistis.

8 *Non enim iniustus Deus.* Præmollitioni addit spem, quam induit de salute ipsorum, argumento à commendatione operum & profectu ipsorum, petito. Hortatur vt pergant in

Christiana religione. Perseuerantia enim certitudinem de salute secum vehit. Hoc: vt persuadeat commendat illos, quod laus plurimum virtutis habeat in persuadendo. Naturam enim comparatum est: vt nemo tam demisso animo sit, cui laudibus non erigatur & asurgat animus. Commendat illorum opera, maximè charitatem, qua pauperibus inseruierunt, & egenis suppeditauerunt de suis facultatibus. Certè agnosco (inquit) fructus non contemnendos terræ vestræ, quos non fecistis coram hominibus, vt mundo placeretis, sed in nomine Domini. Id est, ipsi Deo impartiti estis vestros fructus, qui in Euangelio dicit. Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis.

9 *Cupimus autem.* Argumēto à pietate & amore (quem erga illos habet) item ab exemplo maiorum, cohortatur illos ad perseuerantiam & animi constantiam. Quasi diceret, Quod paulò antè duriusculè sum vobis loquutus, non eò spectant tendūtq; verba mea, vt in animos vestros inducatis, me in ea esse sententia, qua mihi persuadeam, vos esse spinas igni deditas: Sed huc tendunt mea verba, vt perseueretis in religione Christiana, quam didicistis, & operibus bonis in nomine domini confirmastis, excutiētes omnē incōstantiam & fegniticm ab animis vestris. Depulso enim animi languore, alacriores eritis ad ardua & sublimiora ista mysteria audiēda. Ergo auitam fidem habete, maiores imitemini, & vnusquisque vestrum idem studium præstet ad certificationem spei vsque in finem; quod studiofissimè præstiterunt sancti patres maiores vestri, qui fide viua & longanimitate constantes, consequuti sunt promissiones sibi factas. Promissiones hinc vocat res promissas, per enallagem.

10 *Abrahæ nanque promittens.* Singulari exēplo de Abrahamo, qui præ aliis excellenti fide & longanimitate clarus, promissionum compos factus est, partim hortatur Hebræos ad constantiam, & in religione Christiana perseuerantiā; partim, vt vnde digressus erat, redeat ad scopum totius epistolæ; maximè ob dictum Dauidis: Iurauit Dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedec. Videtur esse Pauli sensus: Quia Christus, iure iurando constitutus est sacerdos tutissimè illi confiditur: esto per patientiam mora aliqua ferēda sit, donec ingrediamur. Neque enim meliores sumus Abraham. Ergo cum illè credide-

rit

rit Deo iuranti, & de promissionibus nō dubitauerit: multò magis nos credamus, & longanimes nos præstemus, tantum habentes sacerdotem & pontificem.

11 *Nisi benedicens.* Nisi, hoc loco confirmantis & iurantis. Nihil enim aliud est iurandum, quàm vehemēs confirmatio. Magnum iuramentum est quod fit per reticentiā, in quo subaudiendum est, Non sim qui sum: id est, non sim deus, nisi, &c. Quid per Benedicere intelligat, ipse per expositionem aperit quom dicit, Et multiplicans multiplicabo te.

12 *Vt per duas res.* Hæ duæ res apud Deum immobiles & immutabiles sunt, promissio & iuramentum. Est Deus verax, seipsum negare non potest qui veritas est. Deus per semetipsum iurat, non autem homo qui sui potestatem non habet.

13 *Et sic longanimiter.* Benedixit Deus Abrahæ, cui promissit semen, in quo benedicerentur omnes gentes. Non in Ismaele, sed in Isaac vocatum est illi semen. Post natū Isaac, Abraham vixit. 75, annis, misitque filios in Orientem, ancillam cum Ismaele eiecit, seruans sibi Isaac filium promissionis. Atque ad hunc modum promissionem sensim impleri vidit, non tamè perfectè in carnalibus filiis: sed in Christo benedicto adimplendam cognouit.

14 *Proposuit am spem.* Spem accipit Paulus hoc loco pro re sperata. Obiectum spei est deus ipse: Veritas eius Iesus Christus, quem venustissima allusione vocauit anchoram animæ & tutam & firmam. Nam sub eius præsidio tuti degim⁹, & solido innixi fundamēto firmiter aduersus omnia mala stamus. Sicut adueniente tempestate, missa anchora certi de quiete & statione nauis sunt nauæ: ita nos spe & consolatione, quam habemus in hac ærumnosa vita, & plena vndique periculis, anchoram in cœlum immittimus, certi, ne portas quidem inferorum nobis præualere posse. Pij etsi in terra sunt, non tamen in ea habitant, quorum cōuersatio in cœlis est: vbi quia thesaurum suum sciunt, habent & cor suum. Nauis vbi appulit, in portu & extra periculum est, licet adhuc sit in mari: ita & nos si credimus in Christum, certi sumus de salute: transiimus enim de morte ad vitam.

15 *Incedentem vsque.* Hoc est, introeuntem & nos ducentem in regnum Dei æternum. Vel quæ anchora non hæret in luto, sed in cœlo fixa est, vbi est Christus ad dexteram Dei patris. Alludit ad ingressum pontificis intra velum.

Bb iiii

Nisi partem la confirmantis est.

Iurandum quid est.

Immobilitas apud Deum.

Homo quare per se non iurat.

16 *Vbi præcurfor*. Christus primogenitus ex mortuis & primitiæ resurgētium, est spes nostra tutissima, vt possimus tuto illi fidere, & omnia nostra fideliter committere, prior intrauit in sancta sanctorum ad dexteram patris, vt verus noster pōtīfex, præcessit ille nostri gratiā. Iam præcurfor, alicuius sit præcurfor opus est: ergo subsequemur & nos. Nam vbi caput, illic non deerunt membra. Prior ergo ingressus est, vt nō dubitemus nos ingressuros, si illi fiducia ad hæserimus: qui abunde facit satis ad salutem omnium, aduocatus & pōtīfex, pro nobis sedens ad dei patris dexteram.

Sacerdotij Christi excellentia.

17 *Secundum ordinem etc.* Hoc sacerdotium non est temporale, vt Aaron, sed æternum. Est enim hic noster pōtīfex maior eo qui in veteri lege fuit, non moribus tantum, sed etiam loco & tempore, & testamēto & persona. Rogabis fortasse, Quis fuit hic Melchisedec, secundum cuius ordinem est noster pontifex Christus? Huius excellentiam explicabit sequens caput.

CONCILIATIO.

Prims.

HI LOCUS, impossibile est eos qui semel sūt illuminati & rursus renouari ad pœnitentiā: pugnare videtur cum eo qui scribitur Prouerb. 24. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Nihil pugnantiæ reperitur in his. Nam hīc pœnitentiā vocat baptismā, quod maximè exprimit sequens textus, qui si non adderetur, & huius epistolæ non esset tanta authoritas, cēseretur hic locus hæreseos planè suspectus. Sed ait, impossibile est eos qui prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiā, rursus crucifigētes sibi metipsis filium Dei. Quoniam addit recrucifigentes, explanat quæ est illa pœnitentiā, nempe baptismus. Nam baptizamus in morte Christi, & consepelīmur illi per baptismum, ad Roma. 6. Et emergimur è baptismo in nouitatem vitæ conresurgentes Christo. Porro sicut semel Christus mortuus est & resurrexit, nō amplius moriturus: ita semel debet mihi crucifigi, & cum illo semel debeo consepeliri, vt per baptismum tantum semel renouer, resurgens cum illo ad nouam vitam. Alius autem locus ex prouerbis explicat hominis pronitatem ad peccandum. Cui data & concessa est pœnitentiā, seu à priore mala vita respiciētia per gratiam Iesu Christi, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Aduerte. Est baptismi proprium homines innouare: sicut Propheta ait Psal. 102. Renouabitur

Pœnitentiæ & baptismi.

vt

vt aquilæ, iuuentus tua. Pœnitentiæ autem officium est, à veritate eruere.

SPECIEM pugnantiæ videntur habere hi loci, Longanimiter ferens, adeptus est repromissio nem: & infra. 11. cap. Hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem. Respondeo, Non iisdem de rebus hīc & illic differit Paulus. Hīc quidem mentionem facit de his quæ in vita hac promittuntur, quæ post diuturnum tempus adeptus est Abraham: illic vero de cœlestibus, quæ neque Abraham neque cæteri, quorum mentionem facit illud 11. cap. consequuti sunt, quoad Christus resurgens conscendit ad dexteram Dei patris.

Secunda.

QUID hīc Paulus ait, homines per maiorem sui iurare: cum ipse per suam conscientiam (quæ non erat maior Paulo) ad Roma. 9. Veritatem dico vobis, testimonium perhibente conscientia mea, iurauerit? Iurant homines quandoque per creaturam, propter diuinæ veritatis vestigium in ea refulgēs: hoc modo tota res præcipuè deo defertur. Facit ad hoc quod scribitur Matthæi 23. Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno dei, & in eo qui sedet super eū.

Tertia.

Iurant homines.

NON satis cohæere videtur hīc Paulus, immobilitatem tum iuramenti tum consilij diuini producens, cum Hieremia 18. cap. Repente loquar (ait ille) aduersum gentem & aduersum regnum: vt eradicem & destruaam & disperdam illud. Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiā super malo, quod cogitavi vt facerem ei. Iuramentum diuinum absolutum & catholicum immobilitatem & necessitatem indicat: non autem comminatorium & conditionatum, vt ita dicam. Quod de dei pœnitentiā obiicitur, propriè deo non conuenit pœnitentiā, sicut nec ira. 1. Reg. 15. Porro triumphator in Israël non parceret, & pœnitentiā non flectetur. Neque enim homo est vt agat pœnitentiā. Sed quia aliquando scriptura modo hoc loquendi, deum pœnitet, vtur: audiendus est Augustinus, libro vno, de essentia diuinitatis, parte 4. a. dicens, Pœnitere deus dicitur, non quòd more hominum pro transactis operibus suis pœniteat. Qui enim omnia nouit antequàm fiant, pro præteritis factis suis pœnitere non

Quarta.

Iuramentum diuinum.

Pœnitentia Dei.

potest. Sed pœnitentia Dei est, statuta mutare, & quod prius aliter inchoatum fuerat in aliud mutare, id est, aut de bono exigentibus culpis in malum, sicut de Saule legitur 1. Regum 15. pœnituisse Dominum, quod constituit eum regem. Et sicut videmus nunc in populo Iudæorum factum, qui cum esset populus Dei, ob impietatem suam facti sunt synagogæ Satanæ. De malo verò in bonum, sicut accidit in populo Gentium, qui antè non populus Dei, nunc autem per gratiam Christi populus Dei effectus est. Hanc mutationem de bono ad malum, siue de malo ad bonum, quæ occulto, iustoque iudicio Dei, seu per seueritatem iustitiæ, seu per misericordiam eius fiat, pœnitentiam Dei dicimus. hæc Augustinus.

DICTIO.

Ostentare.

OSTENTARE pro ostendere siue monstrare, exhibere, præstare. Nam ostentare vix alibi reperies in bonam partem acceptum.

Inchoatio.

INCHOTIO primordium dici potest, utpote de cathemenis iniciandis & instituendis, qui adhuc rudes sunt in Christo.

Melchisedec figura Christi sacerdotis. CAP. VII.

Christus est sacerdos noster secundum ordinem Melchisedec. Gene. 14. d



MELCHISEDEC enim Salè, sacerdos dei summi, qui obuiauit Abrahamæ regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abrahamâ. Primùm quidem qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autem & rex Salem, quod

Sine patre sine matre &c. Ignoti patris, ignota matris, ignoti generis.

Abraham.

est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuū. Inueniunt autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abrahamâ patriarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotiū accipien-

Meliore, maiore.

Cōtestatur quia viuit, is de quo testatum est quòd viuat. Dicitur sit, loquat.

Sub ipso. vel per hoc.

In quo enī, nō is de quo

accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis: quāquam & ipsi exierint de lumbis Abrahamæ. Cuius autem generatio nō annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hūc qui habebat re-promissiones, benedixit. Sine vlla autem contradictione, quod minus est à meliore benedicatur. Et hic quidem, decimas morientes homines accipiunt; ibi autem contestatur quia viuit. Et (vt ita dictum sit) per Abraham, & Leui, qui decimas accipit decimatus est. Adhuc enim in lūbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedec. Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedec alium surgere sacerdotem, & nō secundum Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur: de alia tribu est, de qua nullus altario præstō fuit. Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestū est: si secundum multitudinem Melchisedec exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim, Quoniam tres sacerdos in

Leuiticū sacerdotiū abrogatum. Christus sacerdos.

Psal. 109. b

æternum secundum ordinem Melchisedec. Reprobatio²⁰ quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem. nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Et quantum est non sine iureiurando (alij quidem, sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum, Iuravit Dominus²² & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum) in tantum melioris testamenti²³ sponsor²⁴ factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: hic autem eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotiũ. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, per viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat²⁵ vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens²⁶, impollutus²⁷, segregatus à peccatoribus²⁸, & excelsior cœlis factus²⁹: qui non habet necessitatem³⁰ quotidie (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim, homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem³¹ iusiurandi qui post legem est, filium in æternum perfectum.

Infirmatē imbecillitatē.
Et quātum est non sine & c. atq; hoc potiorē, quā nō absque iureiurādo res acta sit.
Melioris, uel potioris.

Orās pro nobis Christus corā patre.
In perpetuum, ad ple-

Sacerdotes illi summi sacerdotes.
Christus semel oblatus est pro nobis.

r Hic

i Hic enim Melchisedec. Quia Paulus dixerat Christum sacerdotem esse cognominatum secundum ordinem Melchisedec, Aperiendum est, quis ille Melchisedec, & quis ordo Melchisedecicus. Id quod præstat Paulus, hoc & sequenti capite, docens solum Christum verum & æternum sacerdotem, eundemque Leuitis maiorem & meliorem esse, vt pote per quem abolita sit lex, ipsamque cessauerit Leuiticum sacerdotium. Sūma & caput totius dispensationis Paulinæ est. Solus Christus verus æternus est sacerdos, vnicè venerandus & adorandus. Hactenus narrauit historiam, quæ Genesis cap. 14. scribitur. Post digressionem, ergo tam longam reuertitur ad sacerdotium Melchisedec: secundum cuius ordinem Christus in Psalmo iuramento Dei promittitur, futurus pōtifex & sacerdos in æternum. Præfert verò hoc loco Paulus miris argumentis Melchisedec sacerdotio legis, siue Leuitico, quod erat secundum ordinem Aaron. Et rectè figuram quam indicat Spiritus sanctus in Psalmo adaptat Christo, secundum nomen, officium, dignitatem & vitam. Hunc Melchisedec, alij angelum, alij spiritum sanctum fuisse asserabant. Origenes angelum fuisse existimat, & eius discipulus Didymus. Hæc improbantur ab Hieronymo parte tertia epistolarum, epistola ad Euagrium. Augustinus parte 4. suorum operum, lib. quæst. veteris & noui testamenti, quæst. 109. multis rationibus contendit, hunc non fuisse hominē, sed deũ sic apparuisse Abrahamæ. Probabilius est, aut quod opinantur Hebræi, hunc fuisse Sem filium Noë, aut alterũ quemuis hominem. Quòd verò is Sem filius Noë fuerit, argumento sunt quæ apud Hebræos extant. In eorum enim monumētis ita scribitur, Iacob seruit Abrahæ patri nostro quindecim annos, & Sem filio Noë, qui vocatus Melchisedec, seruiuit annis quinquaginta. Rex erat Melchisedec, qui Abrahamæ ad bellum proficiscenti xenia & epulas dedit. Et eidē ipse sacerdos benedixit, vt victor aduersus spoliatores fieret. Nō est quòd quis miretur ipsum regem & sacerdotem fuisse. Nam apud gentes & maiores nostros reges fuerūt sacerdotes & pontifices ob singularē probitatem, integritatem, & pietatem, qua præcellere debēt qui rerum gubernaculis præfēcti sunt. Sic apud Vergiliũ legimus: Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos, Iura magistratũq; legunt sanctũ que senatum. At Melchisedec non idōli, sed veri & magni Dei sacerdos erat.

Melchisedec, & eius sacerdotiũ.

Christus rex
iustitiæ.

2 *Primum quidem.* Docet quemadmodum Melchisedec Christi præfert figuram ex historia.

3 *Rex iustitiæ.* Christus non solum iustus dicitur, sed & rex iustitiæ, & ad eius regnum spectat iustitia. Est enim per quem iustificatur omnes verè & piè credentes. Vnde ab illa sua pace hoc nomen sortitus est, & verus est magnus sacerdos. Leuitici autem non habent, tam magnificum nomen, sed tantum quod sacerdotes sint Aaron, quorum erat offerre oues, boues, & his similia. At Christus iustitiam & pacem obtulit. A nomine ergo verus est Melchisedec vnica totius orbis iustitia, quæ retro per typum figurauit Chananaicus Rex Melchisedec. Nemo ergo alius rex iustitiæ erit, præter vnum Christum, qui sua iustitia omnibus adhærentibus sibi abudè ad placandum deum patrem & sanctificationem acquirendam sufficit.

Rex Salem.

4 *Rex Salem.* Id est, rex pacis. Quia pax conscientiarum sequitur statim iustificationem. Vide quæ sint in regno Christi, nempe gratia & pax. Obserua quod sacerdotem descripturus, etiam regem facit. Verum sic etiã ordinauerat olim Deus, antequam reges fierent in Israël, vt regnum cum sacerdotio esset iunctum, & tametsi iudices erant, tamen sacerdotio etiam ipsi iudices obtemperabāt. Hinc est quod irascitur Deus, dum postulat regem sub Samuèle. Vtraque vnctio illa externa & regis & sacerdotis in Christo completa est. Optime ergo delineatur Christus per Melchisedec. Est namq; vnica pax nostra, qui patrem iratum nobis ob imaginem sui in nobis deturpatam, reconciliauit. Ephes. 2. cap. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum &c. Colo. 1. cap. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Huc pertinet quod scribitur Psalm. 75. In pace factus est locus eius, & in Sion habitatio eius.

5 *Sine patre, sine matre.* Hæc ita dicuntur: quia in scriptura talia non leguntur, vt figura plenius representaret diuinitatem & æternitatem sacerdotij. Item quia nõ legis mortuum, nec legitur eius sacerdotij institutum nec abrogatum: & tamen erat sacerdos Dei altissimi & rex Salem. De industria ergo subicit scriptura genus Melchisedec: non quod homo verus non fuerit, sed vt typum Christi referret. Hæc indicat locum ab autoritate etiam per negationem, in scriptura sæpe validissi-

validissimum esse. Sed ita scriptura morem loquendi habet, cuius autoritas & nobis sufficiat.

6 *Assimilatus autem filio Dei.* Ac si diceret: Non quod parentes & progenitores non habuerit ipse Melchisedec: imò reuera habuit. Sed diuino consilio factum est, vt Melchisedec progenies à Mose non sit recensita, propter typum eius quæ gerebat. Propterea dicit hic Paulus, assimilatum. De qua rescripserunt propheta: Generationem eius, quis enarrabit? Et iterum: Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Ideoque si diuinitatem in Christo spectes, matre caret. Nam ex patre genitus ante secula. Si humanitatem Christi spectes, sine patre est. Non enim ex virili semine conceptus & editus est, sed cooperante sancto Dei spiritu, ex intemerata virgine Maria, Huius ergo disputationis scopus est, vt intelligamus, quis sit ordo Melchisedec. Nempe is quo vnus & solus est sacerdos.

7 *Manet sacerdos in perpetuum.* Tacet scriptura ipsius Melchisedec interitum. Hunc nobis proponit quasi semper viuat, perpetuoque videatur fungi sacerdotio. In quo adumbrat nobis sacerdotem Christum perpetuum, qui & intercedit pro nobis, cuius etiam dignitas patri sacratissima est. Ille in prophetis promissus est sacerdos perpetuus, post quæ credentes alium sacerdotem non expectant: quod hic perpetuus sit, & successorem non habeat vllum, quasi ille mortuus sit & nõ viuat. Facessant ergo hinc Iudæi, & alium Messiam sacerdotem & pontificem non expectent, qui se hostiam pro totius mundi peccatis offerat. Viuit & manet hæc hostia in perpetuum, suos habet ministros in sua ecclesia, hic magnus sacerdos, iuxta suum præscriptum ordine sacro constitutos. Sed de his alibi plura.

8 *Intuemini autem.* Docet Christi sacerdotium Leuitico præstantius multis argumentis. Abraham dedit decimas ipsi Melchisedec, viro etiam alterius generis quam Leuitici, ex omnibus præcipuis spoliis: ergo Abraham agnouit ipsum Melchisedec se superiorem, etiã iure diuino eum sacerdotem Dei agnouit: Quia & post solis sacerdotibus dabatur decimæ secundum legem nomine Dei, & ante legem decimæ leguntur dæ, sed Deo, sicut dixit Iacob Genesis 28. Item Melchisedec benedixit Abraham, vt sacerdos Dei, sicut habet historia in Genesis: ergo & ipse Melchisedec, suo officio agnouit se su-

Decima de-
bita.

periores ipso Abrahamo. Ex his sequitur: Si Abraham princeps generis, & cui Deus promiserat benedictionem, quo patre gloriantur omnes Iudæi, est inferior Melchisedeco, reuera totum genus Abrahamæ, secundum carnem usque ad Christum est inferior Melchisedeco: ergo ne Leui quidem excipitur: ne sit inferior, cui tamen sacerdotium debetur secundum legem, secundum quam accipit Leui decimas à fratribus. Præterea Leui, qui adhuc egressurus erat è lumbis Abrahamæ, & in carne Abrahamæ, iam erat quado Abraham dedit decimas, & benedicebatur ab ipso Melchisedeco, decimatus est & benedictus ab ipso Melchisedeco in Abraham, qui tamen secundum legem ius habebat accipiendi decimas, & benedicti populum. Vide ex his dignitatem ipsius Melchisedeco præferri ipsi Abrahamæ, & Sacerdotium Leuiticum longè inferioris sacerdotio Christi. Facit ad hæc, quia sacerdotium Leuiticum erat in mortalibus hominibus, significabatur quantum doque moriturum & abolendum. Melchisedeco non legitur mortuus, nec sacerdotium eius est abrogatum. Ante Melchisedeco, non erat huiusmodi sacerdotium, nec post Melchisedeco aliud pro eo subrogatum est, sed solus fuit sacerdos, & manet in æternum: in quo videmus Christum solum magnū & summum sacerdotē & æternū. Obserua ex hoc loco, ferè perpetuum hunc morem Apostoli esse, ut quoties illustra adducit testimonia, aliis insuper cõfirmet: ne quid temerè dixisse videatur, quemadmodum & hic palàm fit. proposita enim historiam de Melchisedeco & Abraham non satis habet ad litteram inspexisse, nisi etiam quid mysterij subsit explicet. Vnde ait: intuemini, quasi dicat, Estote attenti: Videtis enim hic aliquid sublime latere, quod obiter percurrendum non est, aut pertransennam videndum. Ista non propter Melchisedeco scripta sunt, sed propter Christum, cuius typum gerebat ille.

Abraham dedit decimas ipsi Melchisedeco.

Victus sacrificii debitus.

9 *Decimas dedit de præcipuis.* De præcipuis, supple spoliis, siue exuuiis ab hoste detractis. Aut ex melioribus & honoratioribus spoliis Abraham ipsi Melchisedeco detulit. Non dici id potest Abrahamæ dona hæc & exuuias ipsi Melchisedeco impartitum, quia secum vnà hic militasset, & ob id præmia hinc dependisset militiæ, sed domi se continenti munera & decimas detulit Abraham: ut aperta sit eorum insania, qui sacrificiis nostris victum negant, nisi aut rus colant, aut secularia negotia exercent. Nemini absurdum videatur, quod Abraham longè

longè clarissimus patriarcha, ut docent literæ, dederit ipsi Melchisedeco decimas ex omnibus. nimirum ille ex reuelatione spiritus, Christum summum sacerdotem, in hoc veneratus est, quem & in corde suo vidit. Nam scriptum est Ioan. 8. cap. Abraham exultauit, ut videret diem meum: vidit, & gaudius est. Huc pertinet non dissimile quod apud Iosephum lib. antiquitatum II. cap. ultimo legimus de Alexandro, Qui quum vicisset Darium, virtutem que Persicam soluisset, iamque Hierosolymas cum exercitu properabat: occurrit ei summus pontifex in hyacinthina & aurea stola, cum reliquis sacerdotibus & ciuibus. Phænices vero, & qui cum Alexandro erant, putabant regem nihil non hostile sibi in illos permitturum, adeoque summum sacerdotem contumelias affecturum: sed longè aliter euenit. Nam ille conspecta occurfantium turba, summum sacerdotē solus accessit, veneratus est, & numen adorauit. Hoc vbi vidissent primores, obstupuerunt, indignumque tanto rege facinus iudicauerunt: nempe quod homini mortali tantum honoris deferret: tandem Parmenio causam facti sciscitanti, respondit rex, Non huc adorauit, sed Deum, cuius ille principatu sacerdotij fungitur. Nam per somnium in huiusmodi eum habitu cõspexi, qui & victoriæ mihi spem fecit &c. Vide fusius tractatam historiam apud Iosephum loco prænotato, Lex Numeri 18. & Deut. 14. triplices decimas cõstituit. Primæ dabantur de omnibus primitiis per annos singulos. Secundæ singulis trienniis pro Leuitis, peregrinis, pupillis & viduis fouendis. Tertiæ erant decimæ decimarum, aut decimæ secundæ, que portio sancta erat. Vide ordinē Dei in suo populo, qui primū voluit prouisum ministris suis, ut à quibus omnis populi salus penderet, deinde & pauperibus. Dignius enim est pabulum animæ, corporali. In primis ergo cura habenda est de ministris Euangelij. Ceterum præceptum de decimis partim morale est, partim cæremionale. hoc cessit: illud remansit.

10 *Non annumeratur in eis.* Id est, Melchisedeco de Leuitarum genere non erat: & tamē ab Abraham patre tum Leuitarum tum aliarum tribuum optimo iure decimas accepit.

11 *Et hic quidē, decimas.* Hic, id est, in sacerdotio Leuitico, homines morientes, id est, sacerdotes moribundi & mortales accipiunt decimas. Ideo ritus ille Leuitici sacerdotij mortalis fuit, per Christum extinguendus. Melchisedeco verò, si-

ue secundum Christum sacerdotalis hæc institutio & uiuit & permanet æternum.

12 *Vt ita dictum sit.* Id est, vt sic dicam.

13 *Et Leui qui.* Id est, non solum ipse Abraham dedit decimas ipsi Melchisedec, sed etiam ipse Leui, cuius fuit ius accipiendi decimas, in Abraham obtulit ipsi Melchisedec. Reputauit enim se cum sua posteritate tanquam laicum ad hunc sacerdotem Dei altissimi. Per metonymiam Leui ponitur pro omnibus Leuitis.

14 *Adhuc enim in lumbis patris.* Id est, genitale semē Leuitarū erat in Abraham lumbis, & ipsi futuri erant semen illius.

*Sacerdotium
Leuiticum
mortale,
Christi uero
immortale.*

15 *Si ergo consummatio.* Imperfectum fuisse sacerdotium Leuiticum declarat Paulus, cui necesse fuit æternum substitui in filio Dei sacerdotium. Quod secundum legem non potest esse sacerdotium huiusmodi. Nam ex Iuda est Christus, non ex Leui. Et ex Iuda non erat sacerdos quisquam secundum legem. Propterea æternus sacerdos scribebatur futurus, quales sacerdotes non potuit lex instituere. Ex his sequitur, Si abrogatum est sacerdotium carnale, ergo abrogata est & lex carnalis per illud sacerdotium accepta. Si carnale & temporarium sacerdotium mutatum est in spirituale & æternum; ergo & carnalis & temporaria lex mutata est in spiritualem & æternam. Legem illam & sacerdotium instituit quidem Deus, sed non cum iureiurando. Christi uero sacerdotium instituit cum iureiurando æternum & immutabile. Videtur ad hunc modum argumetari. Si consummatio, id est, perfectio & salus erat per sacerdotium Leuiticum tanquam ordinatum immutabile, iam non opus erit alium sacerdotem per prophetas polliceri quā Aaronicum: sed alius per prophetas promissus est quā Aaronicus: ergo Aaronicum sacerdotium cum sua lege mutabile est & abolendum tanquam imperfectum.

16 *Sub ipso Legem accepit.* Sub ipso, subaudi, sacerdotio Leuitico: ne quis ad hominem referat.

17 *Translato enim sacerdotio.* A sacerdotali Aaron tribu in regiam illam Iuda traductum est id sacerdotium. Sed attende mysterium. Hoc enim cum regale fuisset, mox est & sacerdotale effectū. Quemadmodum Christus quum rex perpetuo esset, sacerdos tamen euasit quum carnem assumpsit, & sese in sacrificium obtulit.

18 *In quo enim hæc dicuntur.* Ostendit quemadmodum secundum tribum translatus est sacerdotiū. In quo scilicet Christo, id est, de quo Christo hæc dicuntur, & ad eum referuntur. Is de quo dicitur, Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedec, de alia tribu est, nempe Iuda, de qua nullus altario præfuit. Ex quo apparet, Cū Christus de tribu Leui non fuerit, & sacerdos fuit, vt testatur Psal. Tu es sacerdos, &c. omnibus uel cæcis ipsis est manifestum translatus esse sacerdotium Leuiticum.

19 *Qui non secundum.* Ex Melchisedec, non aliorum sacerdotum ordine est Christus effectus sacerdos. Illi nanque à lege sacerdotium accipiebant, quæ carnis haberet mada. Iubet enim lex huiusmodi, Carnem præcide, & carnem abluo, & à carne abstine, & carnis bona assequeris. Melchisedec nullis eiusmodi, sed diuina uirtute nititur: idcirco illum & uita in æternum potiri affirmat, & sacerdotio insolubili. Viuere autem hunc ita accipies, tanquam de sacerdotio eius dictum. Hoc loco antithesi uitur, nempe carnali lege spiritalem obicit, & mortali uitam insolubilem. Breue aliquid & momentaneum per carnalem expressit, & ideo uitæ addidit insolubilitatem, Christum arguens uirtute propria uitam perpetuam assequutum.

20 *Reprobatio.* Id est, commutatio quædam & repudiatio præcedentis mandati, id est, anticipantis testamenti, quia infirmum esse & inutile deprehensum est, fit per sacerdotem Iesum Christum.

21 *Nihil enim ad perfectum.* Cæremoniæ legis, ipsum sacerdotium & sacrificium Leuiticum, peccata non tollunt: itaque infirma & inutilia sunt. Rogabis: Cur igitur instituta sunt illa? Vt introducerent ad spem meliorem. Id est, vt Christi essent figura, per quem ad Deum accedimus. Nam quum is sit uia, ueritas & uita, nemo uenit ad patrem nisi per Christum. Erant enim cæremoniæ exhortatrices, vt nil elementis fideremus, sed omnia futuro Messie committeremus. Vide infra, 1. & 2. Conciliationem.

22 *Iurauit dominum.* Iurauit, id est, immobiliter desinuit. Dei enim iuramentum (quod est uehementis quædam assertio) cum absolutum est, immobilitatem & immutabilitatem rei, de qua fit promissio aut assertio in iuramento, ostendit. Et non poterit eum: ad differentiam sacerdotij legalis, cuius Deum

*Iuramentum
Dei*

pœnituit, hoc est, ad modum pœnitentis se habuit, quia illud Dominus destituit. Non pœnitebit eum, id est, nūquā Deus sacerdotium illud secūdum ordinem Melchisedec destituet, sed manet in æternum.

23 *Melioris testamenti.* Testamentum posuit pro ordinatione. Hoc nouum certius est: Quia non pœnitebit dominum instituisse hanc ordinationem. Priorem autem mutauit per aduentum sui filij.

Sponsor.

24 *Sponsor.* Id est, fidei iussor, mediator, & intercessor. Multo ergo nunc certior est salus quæ Christi, quam quæ Leuitarum nitetur sacerdotio, est certior ordinationo quæ fit per iusurandum.

25 *Talis enim decebat.* Delineat ornatus & cōditiones summi sacerdotis. Est sanctus, id est, purus etiam à natiuitate, utpote qui de spiritu sancto conceptus, & ex intemerata virgine natus. At reliqui omnes nascuntur filij iræ. His monentur sacrifici, ne impuris manibus & polluta mente sacris assistāt, nisi velint sibi gehennæ incendium accersere.

Innocens.

26 *Innocens.* Qui malignitate caret, & nemini vel lingua, vel manu vel alijs studiis nocet. Mira fuit huius summi Pontificis innocentia, qui cū maledictis incesseretur, non recessit maledicta: 1. Petri 2. imò pro inimicis & crucifixoribus orauit.

27 *Impollutus.* Christus in quauis re sua fuit mundissimus. Nulla, inquam, vitiorum aut immunditiei labe aspersus, sed omni ex parte purus.

28 *Segregatus à peccatoribus.* Nam etsi hominem assumpserit, peccatum tamen nec assumpsit, nec fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Sacerdotibus legis præceptum fuit ne coharent peccatoribus, neque cum profanis miscerentur. Facile enim ex consuetudine malorū aliquid vitij imbibimus, cū omnes à natura ad prauitatem propendemus. Sed de Christo aliquid est, nihil periculi erat in eo, qui neque peccatum fecit, neque ad peccatum procliuis erat. Propterea Christus peccatores adiit, ut medicus ægrotos: non ut occideret, sed ut sanaret.

29 *Et excelsior cælis factus.* Secundū diuinam naturā excelsior fieri non potuit qui iam erat: sed iuxta humanam naturā factus est excelsior cælis, id est, sanctis ipsis, qui à scriptura dicuntur cæli. Nam in omnibus ipse primas tenet, & Sanctus sanctorum

sanctorum iure appellatur. Aut excelsior cælis factus, id est, in cælum super omnia exaltatus, ut ibi velut in vero Dei templo pro nobis semper appareat in conspectu Dei aduocatus & pontifex noster. De huius celsitudine plura videbis in 1. huius epistolæ Ephes. 1. & 2. Coloss. 1. & 2. cap.

30 *Qui non habet necessitatem.* Quia nihil peccati in Christo fuit, nō erat necessarium pro propriis peccatis vel oraret, vel hostiam offerret, quemadmodum sacerdotes Leuitici ex lege Leuitici 9. tenebantur. Idque quotidie. Christus nō quotidie, sed semel tantum pro peccatis nostris. Obtulit autem non pecudes, aut sanguinem beluinum, sed sui proprii & purissimi corporis holocaustum. Ex quo apparet, inutilem fuisse legem Leuiticam, quæ merito per Christū in cruce abolita est. Vno opere & oblatione vna perfecit Christus, quod infinitæ myriades Leuitarum nunquam attigissent, tantum abest perfecissent.

31 *Infirmatatem.* Id est, fragilitatem, aut ad peccatum pronitatem, hanc interdum peccatum, aliquando mortem dicunt. Dicit aliquis, Quid est quod lex infirma dicitur? Neminem ergo iuuat lex illa? Iuuat quidem disponens ad fidem: sed ut perfectionem iustificationis, & tandem beatitatis, quæ est finis hominis, afferret, neminem iuuat: quia neminem perfectū effecit. Atque, quia solis & nudis literis imperantibus nitetur, utputa, hoc facito, illud caueto, nec vllas ad exequenda madata vires suppedibat, quales in præsentia nobis per spiritum suggeruntur. Dices, habent heretici ex hoc loco qui legem detractent, dicentes, Ecce Paulus legem improbat. Respondeo, Paulus hic nequitie non arguit legē, sed inutilem dicit, & eō infirmā quia nequeat perfectionē afferre. Si enim lex illa nunquam abrogata & trāsata fuisset, nunquam cæli patuissent viris, quamlibet in lege illa commendatis.

Infirmat.

32 *Sermo autem iusuradi.* Post legem scriptam à Moysē, dictum est voce prophetica à Dauide, Tu es sacerdos in æternum. Est ergo ordinatus Christus sacerdos perpetuus, immutabilis, per quem cessauit imbecille sacerdotium.

CONCILIATIO.

IN Speciem pugnare videtur hic locus dicens legem tum infirmam tum inutilem, cum eo quem Paulus pronunciat ad Philipenses 3. Secundum iustitiam, quæ in lege est, sine reprehensione cōuerfatus sum. Si in lege iustitia, quomodo in-

Prima.

Iustitia in lege. Iustitia in lege dicitur, qua quis, quæ legis sunt opera utilis, & hac acceptus hominibus, legis pœnam deuitat. Hanc Paulus dicit in lege esse. Christi autem iustitia est, qua homo fide per dilectionem operante iustificatur, & Deo gratus red dicitur. Hanc iustitiam neque in lege reperit, neque à lege est consequutus Paulus, sed ex fide in Christum.

Secunda. Hic locus, Reprobatio quidem sit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem: videtur pugnare cum eo ad Roma. 3. Legem ergo destruiamus per fidem? Absit. sed legem statuimus. Hic destruit, illic stabilis legē. Paulus hic asserit legem inutilem esse, nō quod illam arguat nequitie, sed quia neque iustificare, neque ad perfectum adducere potest. Illic autem ad Roma. 3. legem statuit & confirmat per fidem. Nam quod erat legi propositum, ut hominē iustificaret, id nequit illa sine fide perficere. Si quidem ut primum quis credit in Christum, iustificatur: nō igitur legem destruit fides, sed stabilis & statuit. Præterea ex eo, quod Pauli doctrina & exhortatione virtus fidei commendatur & declaratur ad iustificandum, non propterea destruit legē Moy si, alioqui oportuisset legem Moy si nunquam à fidelibus receptam fuisse, sed declaratur, quod tamen nec in lege, nec in operibus legis esset vis peccatorum remissiva, erat tamen fides legis commēdata, quod Christus fides nostra promissiones illius implet. Non enim venit solvere legem, sed adimplere. Cū Roma. 10. ipse sit finis & perfectio legis.

Tertia. Quod hic Paulus pronuntiat, Sacerdotium Leviticum temporale fuisse: quā Exodi ultimo & Numeri 25. sempiternum dicatur? Hoc modo, erit ipsi Phinees & femini eius pactum sacerdotij sempiternum. Et applicabis Aaron & filios eius, &c. ut ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiet. Augustinus libro quæstionum super Exod. quæst. 124. Et libro 17. de Ciuit. Dei, cap. 6. ait Sacerdotium Leviticum seu Aaronicum dici potest sempiternum, vel propter tempus non determinatū quousque obseruaretur, hoc est, quod illi certum tempus non foret præscriptum: Vel quia res significabat æternas, hoc est, Christi sacerdotium, qui est, sacerdos in æternum secundum ordinationem Melchisedec.

DICTIO.

Melchisedec. MELCHISEDEC interpretatur rex iustitiæ. Nam Melch

Iech Hebræis rex dicitur, Zedek, iustitia, Melchisalem verò regem pacis exprimit.

GENEALOGIA Latine dicitur sermo de generatione Genealogia. seu origine.

PATRIARCHA patrum princeps dicitur. Patriarcha.

LEVI interpretatur adhæsiō. Hinc Leuites vel Leuita pe- Leui. mult. producta.

DECIMATVS in lumbis Abraham dicitur, cuius cura- Decimatus tio vulneris ex propagatione parentum primorum contra- in lumbis. est, per decimationem Abraham ipsi Melchisedec sacrificio est figurata. Si quid est quod de hac decimatione desideraueris legere, consule doctores scholasticos in 3. sententiarum distinctione 3.

Vetus testamentum per nouum antiquandum erat.

CAP. VIII.

Capitulum autem, &c. Summa autē eorum quæ dicimus, hæc est.



Capitulum autē super ea quæ dicuntur. Talē habemus pontificem, qui confedit in dextera sedis magnitudinis in coelis: sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo.

Omnis enim Pontifex, ad offerendū munera & hostias constituitur. Vnde necessē est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terrā, nec esset sacerdos: cū essent qui offerret secundum legē munera, qui exēplari & vmbrae deservit celestiu, sicut respōsum est Moy si, cū cōsumaret tabernaculū: Vide, inquit, omnia facito secundū exēplar quod tibi ostēsum est in monte. Nūc autē melius sortitus est ministerium: quanto melioris testamēti mediator est, quod in

Cc iij

Iera. 31. e

melioribus re promissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa^o vacasset: nõ utique secundi locus inquireretur. Vituperans enim¹¹ eos dicit: Ecce dies veniet, dicit Dominus: & cõsummabo super domum Israël & super domum Iuda testamentum nouum¹²: non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educe rem illos de terra Aegypti. quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo: & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israël post dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non docebit¹³ vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum dicens: Cognosce Dominum: quoniam omnes scient me à minore vsque ad maiorem eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam^{Propitius 7} non memorabor. Dicendo autem nouum: ^{ero, placatus} ^{ero super.} veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit: prope interitum est.

Capitulum. 1 *Capitulum.* Id est summa. Sentit enim se compendioso dicturum quod à 1. cap. hucusque de sacerdotio Christi aduersus Aaronicum fuit differuit, & id, quod præcipuum est, explicaturus. 2 *Magnitudo.* Id est, maiestatis. Thronum enim paternum dicit, qui maximus est. Qui cõsedit in dextera sedis & c. Id est, qui verè est filius Dei, & æqualibus cum patre potitur bonis. 3 *Sanctorum minister.* Nõ simpliciter ministrum, sed plerumque ministrum

ministrum sanctorum, & qui fungatur officio sacerdotij pro aliis. Porro genitius Sanctorum, potest vel ad homines referri, vel ad ipsa sancta, id est, sanctas res: vt dicatur administrare sancta pro nobis veluti sacerdos.

4 *Et tabernaculi veri.* Familiare est scripturæ, sanctos vocare tabernaculum, templum, ciuitatem, domum, ecclesiam, eò quod Deus in ipsis inhabitet, & gloriã suam in eis explicet. Addit, Veri, & quod fixit Deus & non homo, ad differentiam tabernaculi Mosaici, in quo Deus qualẽcunque præsentiam exhibuit. ideo Veri dixit, quia illud Mosaicum non verum, sed typicum erat.

5 *Quod fixit Deus.* Peruenusta est allegoria, qua alludit ad tabernacula quæ solent figi paxillis, Omnes electi antè mundi constitutionem & ab æterno prædestinati sunt ad vitam, & sanguine Christi in libro vitæ inscripti sunt. Ista est fixio seu firmatio ecclesiæ & tabernaculi sanctorum, cui portæ inferorum non præualebunt, nedum flumina cum ventis. Habet enim firmissimum fundamentum Iesum Christum. Hinc intelligi potest quod Basilus dicit, Cælum empyreum, nec mobile esse nec circulare: id est, immobile & stabile esse.

6 *Ad offerendum munera.* Inter donum & hostiam (ait Theophylactus) id interest, quod hostia quidem in cruore offertur & carnibus, dona verò ex fructibus consistunt & cæteris eiusmodi quæ incruenta sint. Alioqui in sacris indifferenter posita reperiuntur. Verus Pontifex Christus Deo patri humanitatem assumptam semel in ara crucis immolatam pro nobis iugiter offert & præsentat. Ergo est sacerdos & Pontifex. Nã veri sacerdotis officio fungitur.

7 *Si ergo esset super terram.* Id est, si terrenus sacerdos & in externis rebus ageret, iam ne sacerdos quidem esset, quia non esset ex Leui. Aut si adhuc in terris ageret, nec adhuc mortuus nec in cælum assumptus esset, nec verè quidẽ esset sacerdos, nisi seipsum offerendo, & oblata vera hostia peccatorum expiatrix, hoc est, suo corpore in ara oblato, vt postea resurgens in cælum assumptus, & vera sancta ingressus, tanquam verus Pontifex illic pro nobis sacra faceret, hoc est pro nobis apud Deum interpellaret. Nam peracto in cruce sacrificio nihil superest nisi vt pro nobis ipse interpellat.

8 *Vide inquit, omnia facito.* Rogabis, Quòdnam fuit illud exemplar ostensum Moyse? Dico, Ecclesia Dei est, & electi in li-

Tabernaculi Dei fixio

Donum ergo hostia differunt.

bro vitæ inscripti. Hoc exemplar primùm vidit in monte, vè per suum tabernaculum significarètur ea, quæ futura postea essent in ecclesia. Imaginarium hoc exemplar fuit, quod vidit in spiritu nempe Christū venturum tabernaculum & ecclesiam erecturū, in quam infunderet de suo spiritu, & in ea habitaret Pontifex & sacerdos.

*Sacerdotiorū
veteris et
noui differē-
tia.*

9 *Nunc autem melius.* Christi sacerdotium longè dignius est, veteri. Vetus promittebat terrena dicens, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, & huiusmodi. Nouū, cuius mediator est Christus, æterna promittit ac cœlestia. Vetus, quod habuerunt sacerdotes, non potuit seruari ab hominibus, tantum abfuit vt iustificaret. Nouū, quod habet Christus, dat spiritum iustificantem, qui manet nobiscum æternū. Illud in tabulis faxeis erat scriptum, & litera erat: hoc in cordibus scribitur, & spiritus est & vita, id quod hoc loco docet Paulus ex Ieremia.

10 *Si illud prius culpa vacasset:* Id est, siisset irreprehensibile, siue de quo queri non possis, aut in quo nihil posset desiderari. Aut, si maius sic explicare. Si vetus illud culpa vacaret, id est, si alios irreprehensibiles redderet: nequaquā fuisset aliud loco eius inductum. Nam quemadmodum vsurpare id omnes solemus, dum aliquam quæ prope diem sit collapsura, vitio non vacare, sic & vetus dixerim testamētum minus esse non incusandum. Non quia hoc aliquid debeat in se prauitatis, sed quia nequeat iustificare, neque meliores efficere: vt quod paruulis sit & infantibus traditum.

11 *Vituperans enim eos.* Non ait vituperans illud vetus testamentum, sed eos, id est Iudæos, qui per legis præcepta euadere ad perfectionem nequierint. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: vt præcedente cap. dictum est.

12 *Testamentum nouum.* Nouum dicit, propter nouitatem spiritus, ait August. lib. 2. de baptismo paruulorum. quæ nouum hominem sanat à vitio vetustatis. Leges Dei à Deo scriptæ in cordibus sunt (ait Augustinus) præsentia Spiritus sancti, qui est digitus Dei, quo præsentem diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ plenitudo legis est, & finis præcepti. Testamentum vocat pactum & fœdus, hoc est gratuitam peccatorum remissionem, quæ toti generi humano contingit merito Christi, & non lege & vetere testamento.

13 *Et non docebit vnusquisque.* Videtur mihi hæc clausula explicare

care effectum noui testamenti post hanc vitam. Aut referri potest ad Apostolorum senatum, qui à spiritu edoctus est, in quo alius alium non docuit. Promiserat enim illis Christus in Ioanne, Paracletus autem cū venerit, ille docebit vos omnia, suggeret vobis omnia.

CONCILIATIO.

PAVLVS antiquatum declarans vetus testamentum aduersatur dicto Christi Matth. 15. Non veni soluere legem, sed adimplere. Reuera statuens nouum testamentum stabiluit vetus. Nempe quod promittit vetus, impleuit nouū. Propterea antiquatum dicitur, quia impletum est, & amplius in vsum recipiendæ non sunt pollicitationes de Christo venturo. Non venit Christus soluere legem sed adimplere: id est, non venit transgredi legem, sed stabilire & perficere.

NON sibi consentire videtur Paulus dicens ex propheta, & non docebit vnusquisque proximum suum. Et 1. Corinth. 14. Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, instructionem, exhortationem, &c. Et Ephes. 4. Alios dedit pastores ac doctores ad consumptionem sanctorum. Respondeo, Si cui difficultas de fide obuenerit, consulendi sunt periti & docti si præsentem sunt, imò quærendi ne propriæ videamur inniti prudentiæ. Ad illuminandos enim & docendos ignorantes designati sunt, tum doctores, tum prophetæ & huiusmodi, quorum mentionem Paulus facit Ephes. & Corinth. Qui si absint, commodèque reperiri non possint, hoc scito, tunc non docebit vnusquisque proximum suum, &c. sed huic fidem veram habenti, aderit Dominus à quo docebitur, qui suis, nunquam deesse solet. Quod maxime expressum est 1. Ioan. 2. Et non necesse habetis vt aliquis vos doceat, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus.

DICTIO.

SANCTORVM minister, Græcis λειτουργός, quod non simpliciter sonat ministrum, sed plerumque ministrum sacrorum & qui fungatur officio sacerdotis pro aliis. Vnde quod nos vulgò vocamus officium, Græci vocant λειτουργία.

ANTIQUARE est euacuare, abolere. Legitur apud Liuium de plebeio senatu, antiquabant, id est, confirmabant.

Tabernaculum

Prima.

Secunda.

*Minister san-
ctorum.*

*Liturgia.
Antiquare*



Tabernacula duo.
Exodi 26. a
& 36. a
Sanctum sanctorum.

Quid significavit duo tabernacula.

Sacrificia veteris legis.

Abuit quidem¹ & prius, iustificationes², culturæ³, & sanctū⁴ seculare⁴ Tabernaculū enim⁵ factū est primū, in quo erāt candelabra⁶ & mensa⁸, & propositio panum⁹, quæ dicitur sancta. Post velamentum¹⁰ autem secundum tabernaculū, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum¹¹: & arcam testamenti¹² circumtectam ex omni parte auro, in qua vna aurea habens manna, & virga Aaron quæ frōduerat, & tabulæ testamenti, super que cam erant Cherubim¹³ gloriæ obumbrantia propitiatorium. De quibus nō est modo dicendum per singula. His verō ita cōpositis, in priori quidem¹⁴ tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes. In secundo autem semel in anno solus pontifex: non sine sanguine quē offerret pro sua & populi¹⁵ ignorantia: hoc significante¹⁶ Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum, quæ parabola est¹⁷ temporis instantis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam¹⁸ perfectum facere seruientem, solummodo in cibis¹⁹, & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitiis carnis

Culturæ, & sanctū, Cultus, ac sanctū mundanum. Candelabra, Candelabrū.

Sancta, Sanctum.

Officia cōsummantes, Ritus peragētes. Propalatā; Vel manifestatam. Parabola est tēporis instantis: iuxta quā, Erat similitudo p tempore tum presentē quo Baptismatibus, ablutio- nibus.

Christus sanguine suo redemit semel.

Sanguine christi purgati peccatis. Leui. 16. e
1. Petr. 1. d
2. Ioan. 1. d
Apocal. 1. b

1. Petr. 3. g
Roma. 5. b

Testamentū. Galat. 3. b

Vetus testamentū sanguine dedicatiū.

Exod. 24. c

nis²⁰ vsque ad tēpus²¹ correctionis impositis. Christus autē²² assistens pōtifex futurorū bonorum, per amplius²³ & perfectius tabernaculū non manufactum, id est, nō huius creationis²⁴, neque per sanguinem hircorū aut vitulorū, sed per propriū²⁵ sanguinē introiuit semel in sancta, æterna redemptione²⁶ inuēta. Si enim sanguis²⁷ hircorū & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emūdationem carnis, quantō magis sanguis Christi, qui per Spiritū sanctum semetipsum obtulit immaculatū deo, emūdabit cōscientiam nostram ab operibus mortuis²⁸ ad seruiendum Deo viuēti? Et ideo noui testamenti²⁹ mediator est: vt morte intercedēte, in redemptionē earum præuaricationū, quæ erant sub priori testamēto, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentū³⁰ est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dū viuit qui testatus est. Vnde nec primū³¹ quidem sine sanguine dedicatiū est. Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo: accipiēs sanguinē vitulorum, & hircorum, cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoq; librū & omnē populū aspersit dicēs: Hic sanguis testamēti quod mādauit ad vos Deus. Etiā tabernaculum, & omnia vasa ministerij, sanguine similiter

Per ampli- Per maus. Creationis Factura.

Mediator. Vel conciliator.

Confirmatum. Vel reatum.

asperfit, & omnia penè in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione uon fit remissio. Necessè est ergo exemplaria quidem cœlestium, his mûdari ipsa autè cœlestia¹², melioribus hostiis quàm istis. Nô enim in manu facta¹³ sancta Iesum introiuit, exemplaria verorû: sed in ipsum cœlum, vt appareat nûc vul tui Dei pro nobis. Neq; vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pôtifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno (alioquin oportebat eû frequenter pati ab origine mundi.) Nûc autem semel¹⁴ in consummationè seculorû, ad destitutionè peccati, per hostiâ suam apparuit. Et quèadmodum¹⁵ statutum est hominibus semel mori, post hoc autem¹⁶ iudicium: sic & Christus semel oblatu s est ad multorum exhaurienda peccata. secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus se, in salutem.

Christi in
cœlis coram
patre orans
pro nobis.

Moriendum
semel.
Christus pro
nobis mor-
tuus.

Roma. 5.
1. Petri. 3. c

1 *Habuit quidem.* Superioribus hæc à Paulo connectuntur singulari orationis ornamento, ne quod de Senecæ scriptis dicebat Calligula, sit arena sine calce. Transít à nouo testamento ad veteris testamti explicationem, vt melius ad veri testamenti cognitionem peruenire valeamus. Obiter quèdam perstringens, eadem statim relinquit, vt ad dignius tractandum accedat. Nempe quomodo Christus pro nobis sacrificauit. hoc vt liberius coram Iudæis eruditis faciat, amplissimè narrat historiâ, & ea quæ apud Iudæos receptissima erant, vt allegoria persuadeat quàm receptissimû sit nouum testamentum.

2 *Iustifications.* Statum tabernaculi veteris declarat. Iustifications vocat, quæ declarabant iustificationem in speciem, etiam

Meliorib;⁹
Potioribus.

In consum-
mationem,
Instante con-
summatione.
Destitutio-
nem, Prosti-
gationem.
Exhaurien-
da, Tollida.

etiam si eam non præstarent, huiusmodi erant, sacrificia, purificationes, vota, Psalmi, Ieiunia, & his similia.

3 *Cultura.* Ritus Iudaici, apparatus sacrorum, adorationes externæ, geniculaciones, & huiusmodi externa, erant quædam munditiæ, quæ remissionem peccatorum ex se non faciebant.

4 *Sanctum seculare.* Seulare dicitur (si Chrysofomo & eius Abbreuiatori creditur) quia ab omnibus adiri permittebatur, & vulgarior esset hic in tabernaculo locus & notior, vbi & Iudæi & Nazaræi & Profelyti & Græci confisterent. At quoniam & Gentibus, id est, seculi hominibus patebat accessus, seculare hoc dicit, id est, sanctum mundanum, in quod & mundani seculares (vt ita dixerim) reciperebant. In hoc erat æneum altare holocaustorum, vbi victimas immolabant sub dio.

5 *Tabernaculum enim.* Primum dicens intelligit priorem tabernaculi partem, ne parum attentis duo tabernacula fecisse videatur. Vnicum enim fuit, sed per velum seu cortinam in duas partes diuisum, serè ad eum modum, quo apud nos templa diuiduntur in chorum & ecclesiam, siue populi stationè. Hic finge chorum esse sanctum sanctorum, & ecclesiam esse Sanctum aut sancta. Sanctû, dicebatur locus, in quo res agebatur sancta. Sed multò sanctior est intercessio & victima Christi. Vnde Sanctû sanctorum is locus dici cœpit, in quo peragebatur figura sacrosancti sacrificij Christi. Nam Christus est ille, vt Daniel ait, Sanctus sanctorû, id est, omnium sacratissimus. Vnû ergo erat tabernaculû, vnam referens ecclesiam in duas interim partes, hoc est, in duplicem populum & ritum, diuisum. Veteris ecclesiæ faciè refert pars illa, quæ sanctum dicitur. Nouæ autem imaginem habebat interior pars, quæ Sancta sanctorum vocatur.

6 *In quo erant.* Pergit vtriusque partis ornamenta explicare: in quo, id est, in qua parte priore, quæ vocatur sanctum aut sancta. Obiter dixerim, Sancta, hoc loco pluralis esse numeri, neutri generis, vt respondeat ad hoc quod mox sequitur, Sancta sanctorum.

7 *Candelabra.* Ex od. 25. Facies candelabrû ductile de auro mûdissimo, & hastile eius & calamos &c. Calamos siue lucernas septè habebat. Hoc indicat perfectissimâ & absolutissimâ veritatis Euangelicæ doctrinâ, quæ ad eò lucet, vt omnes er-

Seculare san-
ctum.
Gentes.
Mundanum
sanctum.
Altare æneû
Iustificatio-
nes cultura.

rorum tenebras discutiatur. Quàm sit perfecta indicat septenarius lucernarum, siue calamorum numerus, qui perfectionis est numerus, vt author est Augustinus. Macrobius ité in Somnio Scipionis.

8 *Mensa.* Exo. 25. Facies & mensam de lignis sethim habentem duos cubitos &c. & inaurabis eam auro purissimo, &c. Hæc adumbrabat prædicatores verbi, à quibus cibus vitæ sumendus.

9 *Propositio panum.* Mensæ apponebatur panes, quos alij panes propositionis, alij panes facierum dixerunt: nimirum quod in conspectu Dei facie hominum prostant. De his aliud commentum, si iuuat legere poteris apud Cælium, lect. antiq. lib. 5. cap. 35. Panes illi adumbrabant nobis verbum Dei. Nō in solo pane viuimus, sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. De his panibus lege Leui. 24. Quod solis sacerdotibus & nō laicis licebat his vti panibus, præfigurabat puras mentes futuras participes cœlestis panis corporis Christi: vt quod soli presbyteri, sacramenti eucharistiæ essent ministri.

10 *Post velamentum autem.* Huius orationis contextus videtur obscurus. Qui sic ordinandus est: Post velamentum, id est, post velum seu cortinam erat secundum tabernaculum, id est, secunda pars tabernaculi. Aut si placet referre, secundum, ad velamentum, dices Paulum respexisse ad illud velum, quod primum erat in introitu tabernaculi, vt scribitur Exo. 25. cap. in fine, à quo hoc secundum dicebatur. Hæc secunda pars tabernaculi vocatur Sancta sanctorum, siue sanctum sanctorum. Cuius ornamenta palam adduxit.

11 *Aurcum habens thuribulum.* Species ornamentorum, quæ erant intra velum nominatim explicat. Quidam admonet Thuribulum dici & aram, in qua suffitus fiat. Vas est: In quo thus adoletur, non ara. Adumbrabat Thuribulum orationes & desideria sanctorum Psal. 141. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Huc pertinet, quod scribitur Apocal. 8. Et alius Angelus erat habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt adoleret de orationibus sanctorum.

12 *Et arcam testamenti.* Exo di 25. De arcæ structura tractatur, vocata est arca testamenti, quod testamenti tabulas contineret: quanquam ipsæ tabulæ dicantur testamentum. Primæ tabulæ vetus testamentum adumbrantes fractæ sunt, sic & abolicum

litum est vestus testamentum. Secundæ tabulæ posteriorem legem spirituales, Euangelicæ, immutabilem, & sempiternam præfigurabant. Quæ in arcam seruandæ repositæ sunt. Ita & lex gratiæ in piorum & fidelium corda, imò in vniuersam Dei ecclesiam thesaurorum Christi seruatricem, posita est. Arca deaurata ex auro purissimo, significat Ecclesiam puram, aut virginem intemeratam, in quam posita est lex sempiterna gratiæ, siue in qua quieuit Iesus Christus, lex spiritualis, iustificatio & sanctificatio nostra. In qua supple arca erat vna aurea, in qua repositum est Manna, quod Deus Exodi 16. iusserat asseruari, in illa arca erat & virga Aaron, quæ floruerat; Numeri 17. cap. hac virga adumbratur docendi officium, & insuperabilis virtus & potentia verbi Dei.

13 *Erant cherubim gloria obumbrantia.* Iosephus refert cherubim fuisse animalia volatilia habentia figuram, à nullo homine conspectam, quæ Moyses dixit se in sede Dei conspexisse figurata. Si dictionis etymon spectaueris, Cherubim significat scientiæ multitudinem, Si verò respexeris ad scripturæ rationem, frequens eorum fit mentio in sacris: quum præsentia Dei & eius fauor præsentissimus significatur. Quo fit, vt dicamus Cherubim gloriæ, ministros Dei, & diuinæ præsentia nuncios ac iudices esse. Propitiatorium Christus est; vt Roma. 3. declarauimus. Cherubim obumbrant & cooperiunt propitiatorium, his significatur quod diuina maiestas assumptam Christi humanitatem conseruat. Quid propitiatorium, vide infra in Dictione.

14 *In priori quidem.* In priori supple parte tabernaculi, siue in sancto, licuit sacrificiis singulis diebus sacrificare, & sacra sua perficere: Numeri 28. in secundo autem non item. Nam in secundam tabernaculi partem, siue in sanctum sanctorum, nō nisi semel in anno solus ingrediebatur summus sacerdos, non sine sanguine: id est, offerebat pecuinum sanguinem pro se & sui populi ignorantibus.

15 *Pro sua & populi ignorantia.* Id est, pro delictis ex infirmitate & fragilitate commissis, non autem ex certo proposito perpetratis, ad quæ illa sacrificia non erant ordinata. Aut, vt quibusdam placet, id est, pro immunditiis quibusdam carnalibus, pro quibus illa sacra erant instituta. At præstantior est noster pontifex, cuius sacrificio & gratia peccatum quale quale sit expiatur, qui non pro se, sed pro nobis hostiam vi-

Peccati pro infirmitate purgatio.

uam, seu seipsum deo patri obtulit,
 16 *Hoc significante spiritu sancto.* Spiritus sanctus ostēdit & indicat. Quā diu tabernaculum stabat, sancti erāt sub seruitute legis, tametsi cor ipsorum libertatem spiritus possideret. Quæ libertas stante adhuc tabernaculo occulta erat, & non pro palata siue manifestata. Ex quo manifestum est quā vanum & inutile fuerit Leuiticum sacrificium, in priore tabernaculo factū. Nam si aditus ad sanctum sanctorum, hoc est, ad ipsum cælum, etiam tum nō aperiebatur, cū illi strenuē admodum immolarent: certē consequens est, aditum ad cælos non parari Leuiticis sacrificiis. Ergo & victimæ illæ ad iustificationem & peccatorum remissionem erant inutiles. Sūt enim quædam iustitia solum externa.

17 *Quæ parabola est temporis.* Quæ similitudo seu comparatio, vel qui typus tabernaculi legalis, vsque ad præsens tempus gratiæ durauit.

18 *Iuxta conscientiam.* Id est, secū dum hominem interiore.

19 *In cibis & potibus.* Id est, in mandatis, quæ quid edas, quo abstineas decernūt. Et variis baptisimatibus, id est, ablutionibus. Nā si quis mortuū attrectasset, vel esset morbo infectus, vel fluxū feminis pateretur: baptismo, id est, aqua abluebatur iuxta ritū Leui. 15. cap. expressum: de cibis, potu & baptisimatibus siue ablutionibus, lege Leui. 11. & Numc. 19. cap.

20 *Et iustitias carnis.* Iustificationibus. Carnis autem iustificationes generaliter dicit omnia sacrificia, omnesque ritus ac cæremonias, quæ ab immunditiis tantūm corporis mundabant, non autem animæ maculas abstergebant.

21 *Vsq̄ue ad tempus correctionis.* Id est, vsque ad Christi primū aduentum, qui vniuersa legalia erat emendaturus, inducturusque cultum verum ac spiritalem. Christus itaque legis correctio & perfectio est.

22 *Christus autem.* Perueniusta antithesi (qua Christū sic confert summo pōtifici vt longē præcellere videamus) explicat, quid per sanctum sanctorū, præfiguratū sit. Christus afflētus, id est, accedens pontifex futurorum bonorum, id est, bonorum, quæ per eius aduentum sumus cōsequuti, hoc est, benedictionem, nam expectarūt omnes sancti patres. Quia Christus sacerdos & pontifex est, oportebat ipsum ingredi tabernaculum. Sed quod ingressus est, est longē præstantius. Nam Mosaicus sacerdos terrenum & manibus humanis factum ingrediebatur:

ingrediebatur: hic vero cœleste & à deo stabilitū est ingressus. Ille cum sanguine peccino & alieno ingrediebatur: hic autem per proprium sanguinem.

23 *Per amplius & perfectius.* Carnē hoc loco tabernaculū dicit, quæ ampliōr quidē eo habetur, quo deus verbū hāc ipsam assumpsit, quod omne etiā Spiritus sancti sit opus. Facit ad hoc quod alibi Paulus dicit, In Christo sunt oēs thesauri sapientiæ & sciētiae Dei. Perfectius dicit, quia perfectiora perficiat. Quidā aiunt hoc tabernaculū esse ecclesiā lōgē ampliorē & perfectiorē ecclesia Iudæorū. Et hoc tabernaculū fixit Deus & non homo. Plus mihi aridet, hæc posterior interpretatio, ne perpetuō in allegoriis sit variandum. Ecclesia dicitur cœlestis Hierusalē, quia regenerata est ex Spiritu sancto. Benē itaque maius & perfectius tabernaculū hoc, nō manufactū, neque huius structuræ dixit Apostolus. In hoc tabernaculo ministravit nobis Christus meliora bona quæ nunc præsentia sunt: futura autem dicebantur, cū adhuc staret tabernaculū Mosaicū, vt prænotauimus. Rōgabis, Quomodo & qua via Christus seruiuit nobis? Respondeo, Introiuit per primū tabernaculū, id est, per ecclesiam quæ adhuc viuit, & penetrauit cælos: hoc est, intrauit sancta sanctorū, vbi sedet ad dexteram patris, sacerdos & pontifex noster.

24 *Non huius creationis.* Id est, non harū creaturarum in modum creatam carnem, sed spirituales esse & diuinā, nempe operatione Spiritus sancti, non humanitus dispositam in vetero virginis Mariæ, & ex ipsius purissimo sanguine cōpactam. Tum etiam quia per substantiā vnita sit Deo verbo. Vocatur corpus Christi tabernaculū, quia illud vnigenitus dei filius inhabitat. Insuper & velamen appellat, vt pote quod in se diuinitatem occultet, veletque. Ex his ipsis nominibus, vel cælum tabernaculum nūcupat, quōd in ipso resideat pōtifex Christus. Id ipsum & velum dicit, quia sanctis sit mœnium instar obseptum. Sed si de ecclesia dixeris, certē non est humanis operis cōstructa: sed Dei operatione, vt prænotauimus.

25 *Sed per proprium.* Sacerdotes qui in veteri lege primū tabernaculū assiduē intrabāt, Christi sacrificios quādiu in hoc mundo sacros peragunt ritus, significabāt. At summus pontifex, qui solus quotannis semel secū dum tabernaculum intrabat, id est, sanctū sanctorum, Pontificis cœlestis typum præferebat. Quōd autem non sine sanguine hoc iudicium ei dē,

Tabernaculum Christi veterē perfectius.

Corpus Christi si dicitur tabernaculum.

Christi ingressus ut sanctus.

quod & summus cœlestis sacerdos, qui est Christus dominus non in sanctū sanctorū ingressurus erat, nisi prius fuso proprio sanguine, cum quo & ipse introiuit in regnum cœlestē & abditum tabernaculū, & hoc semel. Quod enim mortuus est, mortuus est semel. Roma. 6. Hunc introeuntē in tabernaculum cœlestē & verū sanctum sanctorū, atque accedentem ad dexteram dei patris, cœlestes chorū iuxta oraculum Esaiæ 63. admirantes dicebant, Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradens in multitudine fortitudinis suæ? Quibus ipse ingrediens dicebat, Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandū. Et illi rursus, Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantiū in torculari? Quibus ipse, Calcavit torcular solus, & de gentibus non est vir mecum. Obserua ex his quomodo Christus intrauit in sancta, sed non sine sanguine. Quæcunque hic Christo tribuntur sunt longè præstantissima, quia sunt veritas, cuius vmbra sunt Leuitica. Ergo audiendus Christus.

26 *Æterna redemptione inuenta.* Aperit fructum sanguinis Christi seu passionis eius, ostēdens quid suo sanguine effecerit: Nempe redemptionē, eamq; semper durātem. *ἀντὶ τῶν ἁμαρτιῶν*, non solum propitiationem seu redemptionē significat, sed & precium redemptionis à seruitute & pœna. Nos extremā seruitutem & mortem merebamur, Christus precium sanguinis sui pro nobis redimendis dedit. Atque ita in æternam libertatem nos perduxit. Redemit autem sic electos, vt nō modò culpam, sed & pœnam æternam auferat.

27 *Si enim sanguis hircorum.* Occupatio est. Respondabit fortassis incredulus. Quī fieri potuit per alienū, hoc est, Christi sanguinem purificamur: cū oporteat nos, qui peccauimus, satisfacere pro nostris delictis? Respondet Paulus argumento à minoribus & comparatis ducto: Si incredibile factum est credibile, nempe quod sanguine pecuino purgata sint peccata vestra externa: quantò verisimilius est illud quod admodum credibile est, innocentis Christi morte & sacro eius cruore deleri peccata verè credentium, cū is verè fuerit Deus, & immaculatum sese pro nobis Deo obtulerit? Aut ad hunc modum argumentatur: Si diuina ordinatione hi qui in lege, vel fluxu, vel cadauerum contactu polluti erant, sanguine taurorum, & hircorum, vel aqua super cinerem iuuentæ superfusa

superfusa mundari potuerunt: quantò magis ordinatione Dei, sanguis Christi in hoc ab æterno ordinatus, emundare corda vestra & animam ipsam ab omnibus peccatis poterit? Res tota pendet à Dei ordinatione, cui nihil resistendum est. Sanguis ille per Moysen super populū aspersus ex se non mundabat, sed deturpabat potius: verum quia Deus ita ordinauerat, habiti fuerunt isti pro mundis, neque à templo amplius tanquam immundi arcebantur.

28 *Ab operibus mortuis.* Id est, peccatis. Alludit ad legem in qua qui morticinum contigerat, immundus erat, & arcebatur à tēplo, nisi prius purgatione facta. Sic qui morticinum peccati per consensum atreſtat, immundus est, arceaturque à vero templo cœlesti. Sed ab illis nos immūditis Christus per suum sanguinem emundauit.

29 *Et ideo noui testamenti.* Occupatio est, qua præuenit, ne fortassis obiicerent Hebræi quod Christo Ioannis 12. obiecerunt: Nos scimus ex lege quia Christus manet in æternum: Et quomodo tu dicis, Quia oportet exaltari filium hominis? hoc vt faciat breuissima vitur digressione, & ex ratione testamenti probat mediatores noui testamēti oportuisse mori, & quia sanguinē fudit & oblatuſ est, noui testamēti mediator est: vt morte intercedente, id est, cū moreretur, & se ipsum offerret, intercessit, vt peccata quæ erant sub priori testamento, hoc est, quæ adhuc supererant, Leuiticisquæ sacrificiis expiari non poterant, remissionem accipiant, id est, expientur: nō solum eorum qui sub veteri testamento fuerūt, sed etiam eorum qui vocati sunt æternæ hæreditatis, id est, etiam expiata sunt peccata eorum omnium quouis tempore existentium, qui vocati sunt æternæ hæreditatis, id est, qui electi sunt, & credunt se per Christum futuros æternæ hæreditatis participes. Per testamentum nihil aliud quàm scœdus illud Dei nobiscum sancitum, & sanguine Christi stabilitum significare vult, sumpta similitudine à communi hominum more, qui solennibus cæremoniis in sancientis scœderibus vsi sunt, quæ nonnunquam sanguine vel fuso vel hausto confirmabant. Christus sua morte & sanguine suum scœdus stabilire voluit: quò nobis per omnia spem maiorem remissionis peccatorum faceret.

30 *Vbi enim testamentum est.* Tres fructus ex Christi sacrificio nobis hæctenus recensuit. Nempe æternam redemptionem,

deinde conscientiarum purificationem, postea novi testamēti & æternæ salutis reparationem. At ne quis in summis his beneficiis dubitet, docet quomodo hæc maximè sancta & inuolabilia sint, argumento à communi hominum more veluti ex pronunciatis, petito. Vt testamentum firmum, ratum & firmum sit, necesse est testatorem mori. Ante mortem enim reuocabit vt lubebit. Sed Iustitia & peccatorum remissio testamentum est: ergo vt firmum sit, necesse est testatorem mori. Hæc probatio est à communi hominum more. Testator Deus est. At is immortalis est, interim testator est: ergo mortale fieri oportuit. Ideoque filij persona Deus hominem assumpsit, vt in carne moreretur, esset quæ hostia pro peccatis, & à morte testatoris remissio peccatorum daretur omnibus verè & ex animo credentibus. Mediator noui testamenti dicitur à Paulo. Christus, quod vtriusque naturæ eum oportebat esse participem. Ex his colligimus Christum Deum voluisse mori, vt nos certos de scedere illo, in semine tuo benedicentur omnes gentes, vt indissolubili, redderet. Vt quotquot in ipsum crederent, remissionem peccatorum & æternam salutem inuenirent.

31 *Vnde nec primum quidem.* Ab eo quod inter homines receptissimum erat, probauit, oportere Messiam mori & offerri, ad testamenti indissolubilitatem ostendendam. Idem nunc auctoritate Exod. 24. confirmat. Obscura sunt verba aliqua ex parte, sed pleniora erunt, si penitus introspiciamus. Vnde nec primum testamentum dedicatum est, id est, confirmatum est sine sanguine. Nam lecto mandato legis, &c. Hanc Moysi historiam & figuram adaptat mysterio Christi, ostendens vnicum Christi sacrificium verum & perpetuum esse sacrificium. Necesse est figuratum respondere suo typo & figuræ. Sed Mosaica sacrificia, quæ dicuntur vmbra & figuræ exemplarij cælestij, id est, nostrarum rerum, qui cælestes esse debemus, habebant suam purificationem in sanguine. Ergo ipsa exemplaria cælestia, siue res nostræ, quæ post Christum incarnatarum subsecutæ sunt, hostia meliore Mosaicis sacrificijs opus habent. Cùm ergo in typo purificatio omnis in sanguine facta fuerit, non potuit iste ritus aliundè quàm à cælesti petitus esse exemplari. Quare oportuit vt in ipsa etiam veritate, sanguinis effusione mudentur omnia: inter hæc tamen, lata est differentia. Quod enim præstantiora sunt typi-

cis

cis vera, hoc oportebat puriore & nobiliore sanguine vera mundari. Pudeat ergo plus beneficij accepisse nos quàm veteres, & gratitudine ab illis vinci. Si qui solum vmbra tenuerunt, tanta reuerentia Dei & sanctimonia vitæ vixerunt: quantum magis nos decebit vt cælestem vocationem exprimere per omnia studeamus? Obserua hoc loco, Exemplaria vocat rem ipsam, non typum vel vmbra. Nam 8. cap. audiuius Mosaica sacra à cælesti exemplari & visione esse deformata. Aspice & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Exemplar illud cælestis est veritas, Moses autem typum & figuram deformauit.

32 *Ipsa autem cælestia.* Cælestia appellat homines cælestes, hoc est, electos in cælum recipiendos. Hæc enim sunt vera cælestia figurata in illis sacris vetustæ legis. Hæc inquam melioribus hostijs mundata sunt: quia à Christo, qui pluraliter dicitur Hostiæ, omnes hostiæ & sacramenta euangelicæ legis vim & virtutem habent ab illa hostia viua, qua Christus moriens se patri pro nobis obtulit.

Christus dicitur hostia.

33 *Non enim in manu facta.* Hactenus breuissima digressione, vt præmonuimus, vsus, nunc Christi ingressum in sancta subliorem esse introitu Mosaico docet. Sancta manu facta intelligit tabernaculum Moyse, aut sancta templi Salomonis, quæ vt exemplaria verorum Christus non est ingressus, sed in ipsum cælum: vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, hoc est, vt illic ad dexteram Patris sedeat aduocatus & pontifex noster. Hoc modo loquedi, vt appareat vultui Dei, est vsus, non quod filius Dei aliquando non fuerit patri præsentissimus. Semper enim præsentissimus est, sed vt consulatur infirmitati nostræ, qui difficulter admodum cælestia capimus.

34 *Nunc autem semel.* Ita semel passus est vt nunquam postea. Roma. 6. Christus resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. In consummatione seculorum, non in principio mundi, sed in perfectione seculorum à diuina prouidentia definitorum. Aut in fine temporum ac nouissima ætate. Ad destitutionem, id est, deletionem & extinctionem peccati, quale quale fuerit: per hostiam suam, id est, sui, & non brutorum immolationem.

Consummatio seculorum

Quale quale est peccatum à Christo expiatum.

35 *Et quemadmodum statuitur.* Quæ admodum semel & non bis mori mur, ita & Christo semel mortuo non rursus moritur. Semel oblatum est. A quo oblatum est? à seipso, non ab alio quovis hominum

Christi oblatio.

Qui & si pontifex sit, hostia tamen ipsemet est & oblatio.
 36 Post hoc autem iudicium. Cum omnes de viuis excesserint, tunc
 sequetur iudicium generale, in quo secundò apparebit sine
 peccato, id est, sine vlla pro peccato hostia. Quia tanquam
 iudex vindicaturus, non expiaturus, peccata veniet. Aut sine
 peccato, quia primò venit ad nos cum peccatis nostris quæ
 portauit. Secundò veniet absque peccato in gloria omnibus
 qui diligunt aduentum eius. Aut sine peccato, id est, sine simi-
 litudine carnis peccati apparebit. Apparebit enim sine carne
 corruptibili & mortali ad differentiam primi aduentus, in
 quo apparuit in similitudine carnis peccati.

CONCILIATIO.

LOCVS hic, In qua vna aurea, habes manna, &c. Aduer-
 satur dicto 3. Reg. 8. In arca autem non erat aliud nisi duæ ta-
 bulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moyses in Oreb, quando
 pepigit Dominus fœdus cum filiis Israël, cum egredierentur
 de terra Aegypti. Præterea Exodi 16. de phiala manæ, & Nu-
 meri 17. de virga, quæ fronderat, mandatur vt feruentur co-
 ram testimonio Domini, id est, coram Domino. Hic autem
 tria illa ait seruata fuisse in arca. Respondeo. A spiritu san-
 cto edoctus Paulus hæc protulit. Audet enim dicere 1. ad Co-
 rinth. vltimo: An experimentum queritis eius, qui loquitur in
 me, Christus? Aut dicit Paulum à Gamaliele edoctum, tan-
 quam vngues & nomen cognouisse historiam Hebraicam, &
 natu maiorum traditione, accepisse rem ita se habere, atque
 ita recensuisse quomodo à maioribus fide dignissimis audi-
 uerat. Nec tamen in ipsis primordiis constructionis Arca
 tria illa adseruabantur in arca, sed longo post tempore, cum
 esset necesse vt Ieremiæ temporibus Arca occultaretur. In ea
 & vnam dicunt fuisse & virgam recondita. Multa breuita-
 tis causa Esdras, legem igne absumptâ Iudæis restituens, sub-
 ticit: quæ Paulus spiritu sancto motus restituenda cognouit.

EXPRIMENS Paulus Christum hac vltima ætate mortuum,
 videtur dissentire Iohanni Apocal. 13. Agnus qui occisus est ab
 origine mundi, Iohannes dicit Christum ab origine mundi præ-
 figuratum occidi: quæ figura à principio mundi in Abele oc-
 ciso & immolato fuit.

PAVLVS dicens, Non sine sanguine quem offerret pro
 sua & populi ignorantia, exprimit sacrum illud expiasse pec-
 catum: tamen sequenti cap. ait: Impossibile est sanguine tau-
 rorum

rorum aut hircorum peccata auferri. Homo in veteri lege
 gemitu & dolore cordis ex fide consequbatur veniam. Et
 quod sacrificium faceret, id erat in testimonium peccati. At
 non idem in nostro vero & viuo sacrificio Iesu Christi, in quo
 iustificationem consequimur.

PVGNARE videtur hic locus: In secundo autem, semel in
 anno solus Pontifex intrabat: huic loco qui scribitur Exodi
 30. Et adolebit incensum super eo Aaron, suauis fragans ma-
 ne, quando componit lucernas, incendet illud, & quâdo col-
 locat eas ad vesperum vret thymiama cõpositionis alterius.
 Ex quo manifestum est pontificem non solum semel in anno
 intrasse sanctum sanctorum. Respondet Theophylactus, Cum
 sanguine semel Aaron, bis verò cum incenso sancta sanctorum
 ingrediebatur. Aut, non dicit Paulus simpliciter quòd semel
 introbat, sed semel cum sanguine. Quoniam & freques erat
 ingressus ipsi Aarõ sine sanguine, id est, immolatione victime.

PAVLVS pronuncians hoc cap. Statutum est omnibus ho-
 minibus semel mori: aduersatur sibi 1. ad Theosal. 4. dicenti,
 Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus, simul rapiemur
 cum illis obuiam Christo in aëra: & sic semper cum Domino
 erimus. Respondeo, Eorum qui residui erunt, in quorum no-
 mine & persona loquitur Paulus, tam momentanea videbitur
 & erit mors, vt mortem illam subeites, quasi soporẽ se pas-
 sos existimẽt, ac propterea sese tanquã viuos obuiam Domino
 dabunt, non percipientes tam subitam & breuem mortem.

DICTIO.

PROPI TIATORIVM Theophylactus fuisse putat o-
 perculum Arca. Oecumenius autem asserit, velut auream men-
 sam quadrangularem Arca superpositam, quæ propitiato-
 rium dicebatur, quòd inde respõsa daret Deus. Atque ex de-
 ductiõne Exodi id manifestum est, non quòd propitiatoriu
 ipsam Arcam contingeret, sed eminentius, perpendiculariter
 tamen, super Arcam collocaretur.

THVRIBVLVM, vas in quo thus adoletur.

VRNA, vas aquarium ad hauriendam aquam.

OPERA mortua sunt ea, quibus tum ventri, tum idolis
 & huiusmodi seruitur. Non solum sunt mortua, quia sunt à
 vita perpetua aliena, sed quia cum hæc exercetur abominan-
 da redduntur. Et fallacia quidem, quia nos vbi illexerint, ca-
 piant, & videantur suauia, cum minus sint.

Propitiato-
 rium.

Thuribulu.

Opera mor-
 tua.

Testamentū TESTAMENTVM est voluntatis nostræ legitima delibatio eorum, quæ post vitam fieri instituimus. Hebræis sonat Berith, id est, pactum siue fœdus.

Coccinea. COCCINEA siue potius coccina lana à cocco adhibetur tingendæ purpuræ.

PER amplius, duæ sunt dictiones, id est, per id quod amplius siue maius est,

Propalare. PROPALARE, est manifestare, in longum crescere. hinc propatulum, latè patens & apertum.

Tabernaculum. TABERNACVLVM scriptura vocat in similitudinè eorum qui in tabernaculis habitant, terrenam hanc habitationem, auctore Basilio magno, in Psal. 14. Item tabernaculum testimonij sic vocatum est, quòd illuc conueniret cœtus Israël ad adorandum & sacrificandum. Dicitur & protectio, vt in illo Psalmo, Dominus protexit me in abscondito tabernaculi sui. Vocatur ciuitas munita Psal. 30. Proteges eos in tabernaculo tuo, à cōtradictione linguarū. Dicitur ecclesia illa triumphas Psal. 14: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?

Non hostia legalis, sed mors Christi, aufert peccatum.

CAP. X.

Lex non san-
ctificat.

Leuit. 16. c



VMbram enim habens lex, futurorum bonorū, non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indefinenter, nunquā potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri, idè quòd nullam haberent vltra conscientiam peccati, cultores semel, vel, qui sacrificassent, ac semel purgati essent. moratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est, sanguine tauro- rum & hircorū auferri peccata. Ideo ingrediens mundū dicit: Hostiā & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi.

Holo-

Holocaustomata & pro peccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faciam Deum voluntatem tuam. Superius dicēs, Quia hostias, & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, tūc dixi: Ecce venio vt faciā Deum voluntatem tuam: aufert primum, vt sequens statuatur. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & eandem sæpe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata: hic autem vnā pro peccatis offerens hostiam, in sempiternū sedet in dextera Dei: de cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatio-
Psal. 39. b
Psal. 11.

ne, consummauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos & spiritus sanctus. Postquam enim dixit: Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum inscribā eas: & peccatorū, & iniquitatum eorū iam non recordabor amplius. Vbi autē hoū remissio non est oblatio pro peccato. Habētes itaque fratres fiduciā in introitu sanctorū, in sanguine Christi: quam initiauit nobis Quam initiauit nobis, ea via quam dedicauit nobis recentem.

Consummauit, perfectos effecit.

Testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum inscribā eas: & peccatorū, & iniquitatum eorū iam non recordabor amplius. Vbi autē hoū remissio non est oblatio pro peccato. Habētes itaque fratres fiduciā in introitu sanctorū, in sanguine Christi: quam initiauit nobis Quam initiauit nobis, ea via quam dedicauit nobis recentem.

Fiduciā in introitu sanctorū, in sanguine Christi: quam initiauit nobis Quam initiauit nobis, ea via quam dedicauit nobis recentem.

Psal. 109. a
1. Cor. 15. d

Ierem. 1. f
Supra. 8. e

Accedendū ad Christum in fide.

Charitas. Opera.

Supra. 6. a

Deuter. 17. b
Matth. 18. b
Ioan. 8. c
2. Cor. 13. a

Deuter. 32. e
Roma. 12. d

Afflictiones quas sustinuerunt Iudaei propter Christum.

viam nouam & viuentem per velamen,
 id est, carnem suam, & sacerdotem magnum¹⁷ super domum Dei¹⁶, accedamus¹⁷ cum vero corde¹⁸ in plenitudine fidei¹⁹, aspersi corda²⁰ à consciētia mala: & abluti corpus aqua munda: teneamus spei nostræ²¹ cōfessionem indeclinabilē, fidelis enim est²² qui repromisit, & cōsideremus inuicem²³ in prouocationem charitatis & bonorū operū: non deferentes collectionem nostrā²⁴, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tanto magis quanto videritis appropinquātem diem. Voluntariē enim²⁵ peccātibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens²⁶ legem Moyfi: sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur. quātō magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit²⁷, & sanguinem testamenti²⁸ pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, Mihi vindictam: & ego retribuam. Et iterum, Iudicabit Dominus²⁹ populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Rememoramini autem pristinos dies: in quibus illuminati, magnum certamen sustinistis passionum. & in altero quidē³⁰ oppro-

Plenitudi-
ne, certitudi-
ne.

A conscientia, vel, à depulsa consciētia.

Indeclinabile, non vacillantem. Consolātes adhortantes inuicem.

Æmulatio vehementia,

Mihi vindictam: id est, meum est vindicari.

Et in altero parto.

In altero, partum. Vincis cōpassi, afflictionum quæ ex vinculis meis contigerunt, particeps fuistis.

Viuit, victurus est. Subtrahio, qui subducamus nos.

Fidei, ad fidem pertinemus. Vmbra enim habens lex. Hactenus docuit fructus ex Christi sacrificio, quos nunc ostendit non posse præstare Leuiticum sacerdotium: vt aperiens quā vanum sit & inutile Aaronicum illud sacrificium, auocet & euellat Hebræorū corda tam altis cæremoniariū & sacrificiorum legis fixa radicibus, & piis penitus inserat Christum peccatoribus. Sensus est: Lex habet vmbra, id est, adumbrationem quandam bonorum, quæ ante Christi aduentum futura erant, nunc verò præsentia. Non ipsam imaginem rerum, id est, nō ipsam substantiam & veritatem, puta remissionem peccatorum, conscientiæ pacationem, & fœderis initi cum Deo certitudinem. Aut imaginem ipsarum rerum, nimirum immolationis veri agni & remissionis peccatorum.

2 Non ipsam imaginem. Ipsam posuit pro verâ & expressam, quæ rem totam vt est, repræsentet. Vnde & Christum imaginem Dei vocat. At vmbra nihil repræsentat præter extrema quædam corporis lineamenta.

3 Per singulos annos. Intelligitur hic locus de sacrificio expiationis, quod decima die mensis septimi à summo Pōtifice offerreba-

opprobriis & tribulationibus spectaculū facti: in altero autē socij³¹ taliter cōuersantium effecti. Nā & vincis cōpassi estis³²: & rapinā bonorum vestrorū, cum gaudio suscepistis, cognoscētes vos habere meliorē & manētem substantiā. Nolite itaque amittere cōfidentiā vestram: quæ magnam habet remunerationē. Patientia enim³³ vobis necessaria est: vt voluntatem dei faciētes, reportetis promissionē. Adhuc enim modicū³⁴ aliquantulum quæ, qui venturus est veniet, & nō tardabit. Iustus autē meus ex fide viuit. quod si subtraxerit se: nō placebit animæ meæ. Nos autē nō sumus subtractionis filij in perditionis filij, qui in acquisitionem animæ³⁵.

Patientiā.

Abac. 2. e
Roma. 1. b
Galat. 3. o

Vmbra.

Expiationis sacrificium.

ferebatur. Nec enim (ait Chrysoſto.) in lege, vera erat peccatorum remiſſio, ſed corporales quædam mundationes illius vmbre & figuræ: neq; verum ſacrificium quod omnia ſemel exhaurit peccata, ſed illius tantum vmbra, & carnales quædam victima. Quid ergo nos? Nonne per ſingulos dies offerimus? Reſpondet Beatus Ambroſius in hunc locum. Offerimus quidem: ſed ad recordationem facientes mortis eius, & vna eſt hæc hoſtia, non multæ. Quomodo vna eſt, & non multæ? Quia ſemel oblata eſt in Sancta ſanctorum. Hoc autem ſacrificium exemplar illius eſt, ad quem ſemper offerimus, nec nunc quidam aliud agnum, cras aliud, aliud hodie, ſed ſemper idipſum. Proinde vnum eſt hoc ſacrificium. Alioquin hac ratione quoniam multis in locis offertur, multi Chriſti ſunt, nequaquam: Sed vnus ubiq; eſt Chriſtus, & hic plenus exiſtens, & illic plenum vnum corpus. Sicut enim qui ubique offert, vnum corpus eſt, & non multa corpora: ita etiam & vnum ſacrificium. Pontifex enim noſter ille eſt, qui hoſtiam mundatam nos obtulit. Ipſam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem coſummi non poteſt. hoc autem quod nos facimus, in commemorationem fit, ei quod factum eſt. Hoc enim (inquit) facite in mei commemorationem. Non aliud ſacrificium ſicut Pontifex, ſed ipſum ſemper offerimus. Magis autem recordationem ſacrificij operamur. Hactenus verba Ambroſij.

Hoſtia legis infirma ad expiationem peccati.

Simile.

4 *Nunquam poteſt accedentes.* Perſpicuum eſt hoſtias veteris teſtamenti ad perfectionem volentibus afferendam, fuiſſe infirmiores. Quod poſt primam oblationem, & ſecunda deinceps & alia, item atque alia ſequabatur. Nam & inter medelas ea dicitur & valida eſſe & efficaci or, quæ ſemel vel impoſita vel hauſta, ſanat & curat. Quod verò ſæpius & variè immutatim imponitur, vim medendi nullam habere arguitur, nec prodeſt languenti. Ex his dicendum eſt credentes in Chriſtum perfectos fieri. Hanc perfectionem lege nemo aſſequitur.

5 *Sed in ipſis commemoratio.* Nil aliud, inquit, efficiunt hoſtiæ, niſi quod peccata commemorant & arguunt. Non enim commiſſorum præſtant remiſſionem, ſed planè oſtendunt oblationem aſſidua non eſſe populi peccata ſoluta: Nam ſi ſoluta iam fuiſſent, quid ultra immolandum fuiſſet? Sed per ſingulos annos hoſtiæ repetebantur, ad inſinuandum in genere humano continuum morbum. Nec ſecus quam quum vna ſemper languenti apponitur medicatio, argumento eſt hunc ipſum

ſum morbo eodem aſſiduo laborare.

6 *Ideo ingredientes mundum.* Legis ceremoniarum abolitionem probat, Ieſus Chriſtus filius Dei ingrediens mundum, id eſt, factus homo, inquit per os Dauid, Hoſtiam & oblationem noluisti, o pater non ſunt tibi gratæ & placitæ legis oblationes. Quas quia noluisti: aptaſti mihi corpus, id eſt, deſtinasti corpus hoc meum conſummatam perfectamque hoſtiam. Aut, hoſtiam & oblationem noluisti, ſed corpus, id eſt, veritatem, & illud cuius illa ſacrificia tantum vmbra erant, aptaſti mihi. Figuram amplius noluisti, veniente tempore, in quo corpus, id eſt, res ipſa & veritas propalanda erat. Ad hunc modum loquens opponit corpus ipſi vmbre.

7 *Tunc dixi, ecce venio.* Ecce adſum. Vox eſt ſeipſum deditis, atque offerentis ad plenum obſequium Deo.

8 *In capite libri ſcriptum eſt de me.* Librum dicit vetus teſtamentum. In capite, id eſt, in ſumma libri, ſcilicet in lege ipſa. Perinde ac ſi dicat, in omni ſcriptura de meo aduentu facta eſt mentio, & quemadmodum ipſe eſſem offerendus pro mundo. Aut librum, psalmos dicit, in quorum capite, id eſt, in primo Psalmo fit mentio de Meſſia impleturo voluntatem patris. hic habetur, vt faciam Deus voluntatem tuam. Illic autem: Sed in lege Domini voluntas eius. Patris voluntas huiusmodi eſt, vt filius immoletur pro mundo, & homines iuſtificentur, non in ſacrificiis legis, ſed in morte Ieſu Chriſti. In capite libri ſcriptum eſt de me, legendum eſt per parentheſim.

9 *Auferit primum vt ſequens.* Auferit primum, id eſt, ſacrificia & immolationes. Statuit & confirmat ſecundum quod eſt patris voluntas, id eſt, Chriſti corporis per mortem & crucem immolatio. Eiciuntur itaque priora illa, vt confirmetur, que ſit per Chriſti mortem oblatio, quam voluit quidem & acceptam habuit Deus pater.

10 *Per oblationem corporis Chriſti Ieſu ſemel.* Semel dicit, non bis. Chriſtus enim reſurgens ex mortuis, iam non moritur, Roma. 6. Ob id non iteratur in ſacramento altaris (in quo eſt verum Ieſu Chriſti corpus) ſacrificium mortis & mors ipſa, ſed memoria mortis & effuſionis ſanguinis Chriſti iteratur. Ait enim præceptor & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, hoc facite in meam commemorationem. Non dixit: Hoc dicitis, ſed, Hoc facite. Nempe mandat fieri quod ipſe fecit, ſcilicet accipere panem, gratias agere, conſecrare, ſumere, ac

Ingreſſus filij Dei in mundum.

Caput libri.

Dei patris voluntas.

Chriſtus ſemel moriens oblatus.

Sacramentum altaris.

Chriſti corpus in ſacramento & ſacrificio miſſæ.

dare & distribuere. In meam cōmemorationem. Passio enim mea, qua pro vobis corpus meū datur, seu eius efficacia trāsbibit ad minores vestros: propterea in huius meæ mortis cōmemorationem & in memoriam tanti beneficij quod vobis confero, facite hoc sacrificium, id est, consecrate panem, & corpus hoc meum sumite. Hac hostia sola, qua sanguinē fudit semel, & eandem patri obtulit moriens, consummauit & perfecit eos, qui iustificantur, in sempiternum valitura. Ideo & iteratione illius mortis non est opus, quum illa pro omnibus sit latis. Aliud est iterare passionem Christi, & aliud iterare cōmemorationem & applicationem passionis Christi. hoc vnū velim obserues, Sacramenta noui testamēti esse signa quædam, & applicationes passionis Christi ad suscipientes.

*Memoria
passionis
mortis Christi
in missa.*

*Sacramenta
nouæ legis
vni à morte
Christi ha-
bent.*

11 *Donec ponantur inimici eius.* Sedet in dextera expectās donec ponantur inimici & Iudæi, & infideles reprobi nascituri sub pedibus eius. His verbis Hebræos Ierosolymis & alibi afflictos consolatur, ac si dicat, Nolite animos despondere. Futurum enim est, vt quotquot vobis aduersantur superbiētes, non modò subiiciantur, sed, quod grauius est, & pedibus cōculcentur. Aut, hæc est dilatio & expectatio quoad plenitudinē gētium intrauerit, & completus erit electorum numerus. Tunc omnes inimici eius, id est, dæmones & increduli subiiciantur illi, quando iam in illis seducere electos, si fieri potest, cessabunt, & illi non aduersabuntur.

12 *Sanctificatos.* Id est, eos qui sanctificantur. Vide infra. 1. conciliationem.

13 *Contestatur autem.* Quid nā ille Spiritus sanctus testificatur? Quia vel vnica oblatione à peccatorum iugo & morte nos exemit, & ita, vt secunda oblatio non sit necessaria.

14 *Vbi autem horum remissio.* Fieri non potest, peccati remissionem factam esse, & superesse sacrificium, per quod, peccatum remittendum est. Si remissio peccati est, oportet vt sit plenaria remissio, iuxta vaticinium, quo dictum est: Peccatorum nō amplius recordabor. Ergo si plenaria est remissio, necesse est vt & plenū fuerit sacrificium Christi, atq; in perpetuum valiturum, quo peccata abolentur, & scædus stabiliatur. Quod non præstat Leuiticum sacrificium, sed inefficax est ad peccatorum remissionem.

15 *Sacerdotem magnum.* Id est, Christum.

16 *Super*

16 *Super domū Dei.* Id est, fideles, qui sunt templum & domus Dei: vt 2. cap. suprā notatū est, vel domū Dei, id est, cœlū. illud nanque sancta appellat, & in eo suo perfungi munere potestificem Christum dicit, pro nobisq; intercedere.

17 *Accedamus.* Ad quæ ad cœlū, vbi noster potestifex residet.

18 *Cum vero corde.* Hoc est, quod careat dolo, & sic sine hæsitatione, & de futuris in dubium, ne in desperationem cadat.

19 *In plenitudine fidei.* Certitudinem fiduciæ dicit in omnibus, quæ pro salute nostra explicita sunt.

20 *Aspersi corda.* Cū de fide disseruisset, ostendit nunc nō fidem solū, sed vitā etiā virtute excultā requiri. Atqui Iudæi corpore & carne aspergebatur, nos corde & animo, à cōsciētia mala purgati, ita vt nil nobis simus nequitie cōscij.

21 *Teneamus spei nostræ.* Cōfessionē spei nostræ, hoc est, verā illā religionē de Christo qui est spes nostra, baptisum fidei, & expiatio. Petri 3. Teneamus hanc cōfessionē indeclinabile: id est, firmā, immobilē, & non vacillantē huc atq; illuc; hoc est, in ea vsq; ad finē perseueremus. Nec est quod de promissis eius dubitemus si perseuerauerimus. Fidelis enim est.

22 *Fidelis enim est.* Id est, veridicus est Christus, & certiora sunt eius promissa. Ait nanque Ioan. 12. Vbi sum ego, illic & meus erit minister: non solū promisit, sed & repromisit; quæ si dicat, si equenter repetiuit promissiones.

23 *Consideremus inuicem.* Quod perfectius est charitatem adiecit. Ait itaque: Diligenter aduertamus vt virtute præditos per noscamus, vt hos imitemur, nō tanquam liuore capti, sed laudabili quadam æmulatione & ipsi illorum operibus prouocati, faciamus. Mutuā exerceamus charitatem. Si quis ex fratribus lassescat, alius exhortetur: si quis erret, alius in viam reducat: si quis lapsus sit, alius erigat: si quis infirmetur, alius sanet: & quicquid quoquo modo charitas exigere potest, exequi studeamus.

24 *Collectionem nostram.* Collectionem vocat aggregationē & cœtum fidelium. Hortatur vt congregationi fidelium studiose adsint, conuentus pios non fugiāt, neque fratres fastidiant. In his enim defectus charitatis & schisma elucet. Hæc scribit vt pertinaciam Hebræorum auferat. Erant reuera patriis addicti cæremoniis Hebræi, qui Ecclesiam vnā cum Euangelica veritate malebant deserere, quàm quicquā à cōcepta opinione cedere. Hæc exhortationē vt cordibus illorū

Domus Dei.

*Plenitudē
fidei.*

efficacius imprimat, appropinquatis diei, id est, extremi iudicij meminit. Quo autem magis hic dies appropinquat, hoc promptius amplecti Christum, & piis operibus incumbere debetis. Nam eo die rationem omnium factorum dare oportebit. Die appropinquantem dicit, non solum extremum illud iudicium, sed etiam horam mortis cuiusvis hominis.

Peccatum finalis impenitentiae non expiatur.

Baptismus non repetendus.

25 *Voluntarie enim peccantibus.* Referendum est hoc istud ad id quod praecessit: Teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem. Nepe post agnitam Christi veritatem, si voluntarie peccauimus, id est, de industria peccatorum poenitere nolumus. Aut si vsque ad finem in peccatis permanemus & immorimur, vel si ex certa malitia agnitam veritatem impugnamus. Quod videtur esse peccatum ad mortem, de quo beatus Ioannes in Canonica, iam non relinquitur hostia pro illorum ablutione, rursus crucifixio Christi. Vel non relinquitur mors Christi per baptismum rursus applicanda. Hoc autem dixit Paulus, quia dixerat sufficientem esse Christi hostiam, hominum expiandis peccatis: ne inde fiduciam peccandi sumeret, sperantes rursus pro suis peccatis oblatum iri Christum. Aut rursus per baptismum sese ad novam vitam immutandos. Hic locus nisi de baptismo intelligatur, palam a dimere videtur spem Christianis relapsis in peccatum. Propterea videntur mihi qui imitandi sint Chrysostomus & Theophylactus locum hunc de baptismo non repetendo, interpretantes. Quidam autem Paulum hoc loco loquutum fuisse hyperbolicè, quod magis deterreat eos à peccato. Quomodo frequenter patres filios deterrere acclamant, hereditate se priuatos si huiusmodi facinus commiserint: & tamen id non faciunt patres, si filios ad respicientiam paratos intellexerint. Est hyperbole figura, quae fit cum dictio excedens fidem ponitur augendi vel minuendi gratia. Vide adnotata in 6. cap. supra.

Conculcare filium Dei. Sanguis testamenti.

26 *Irritam quis faciens.* Contemptorum Christi & doctrinae Evangelicae multam explicat, argumento à minoribus comparatis petito. Si Moysen ministrum contempsisse impunè ne mini licuit, multò minus ipsam Christum Dominum.

27 *Conculcauerit.* Id est contempserit. Nam quemadmodum nullam habemus eorum quae pedibus suppressimus rationem, sic & Christum nihil facimus: quum ad peccandum prouehimur.

28 *Et sanguinem testamenti.* Id est, tanquam iniquitatem hunc sanguinem Christi ducat & aspernetur. Testamenti dicit, quia per filium Dei confirmatum est testamentum, qui nobis concessit

haere.

hereditatem. Haec dicitur de mysterij ipsius perceptione. Cum enim immaculati corporis illius & sanguinis participes fieri volumus, si nostram carnem seu nos ipsos qui hoc Iesu Christi sanctissimum corpus & sanguinem in sacramento recipimus, sic ceno impuritatis & luxus & Veneris sordibus inquinamus, nonne Dei filium conculcamus? Huc pertinet quod scribitur 1. Corinth. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ista à Paulo ex vehementia pronunciantur.

Sacramentum altaris summa veneratione recipiendum.

29 *Iudicabit Dominus.* Ac si diceret: Non solum Gætes & Ethnici Deum nescientes iudicabuntur, sed & populus ipse; nimirum an vera fide vel ficta egerit. Non enim est personarum acceptor Deus. Horrendum est incidere in manus Dei viuētis. Quia prolata sententia nulla est redemptio. Nihil profunt damnatis preces & munera, quae tamen plurimum roboris habent apud quosdam humanos Iudices corruptissimos. Deus incorruptibilis & aequissimus est iudex, peccatoribus & obstinatis horribilis, mitissimus piis & pacem desiderantibus,

30 *In altero quidem opprobriis.* Est sane magni & excelsi animi ferre conuicta, sicuti & propheta ipse hortatur Psal. 41. Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? Et Psal. 54. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Et Psal. 38. Oprobrium insipienti dedisti me. Quod si in propatulo & in omnium conspectu inferatur iniuria, eò maior & virilis requiritur ad tolerantiam animus. Quod sane hoc significat Paulus, cum spectaculum (inquit) estis effecti. Contemplare itaque quam essent hi magno & praestanti ingenio, ad quos Paulus scribit, qui ob Christum & gloriam simul & opes contempserunt. Contumelias deinde affecti, quum spectaculo & derisui essent, nec secus quam qui in theatro exhibantur & illuduntur, vel à tenuioribus & abiectis illatas iniurias tolerabant. Illuminatos hic intelligit sicut supra cap. 6. baptizatos & spiritum Dei consequutos,

31 *In altero autem socij.* Commendat illos ab ardore charitatis. Qui tantus in illis fuit, ut quicquid alteri accidebat, quisque suum hoc putaret. Socios taliter conuersantium dicit, hoc est, socios afflictionum. Dum enim affligerentur, conspiciuntur se mutuo consolari, & animare ad quilibet dura pro nomine Christi patienter ferenda.

32 Nam et vinculis compassi. Videtur dicere Paulus, & vinculis meis compassi estis. Nimirum Hierosolymis captus, quæ essent viscera misericordiarum in se, quantaq; esset fides eorum in Christum, agnouit.

33 Patientia enim vobis necessaria est. Non solum intelligit patientiam qua toleramus mala, sed etiam patientem expectationem, quum spe præmij duramus in malis, & nos ipsos rebus melioribus seruamus.

34 Adhuc enim modicum. In Græcis est geminata distinctio, significans adhuc enim pusillum aut perquam exiguum tempus. Nam Græci sermonis ὀλίγον conduplicatio, epistolam habet breuitatis temporis. Idque iuxta proprietatem Hebræi sermonis, qui congeminatione verbi eiusdem vehementiam explicant. Quod genus est illud Hieremias 24. Quid tu vides Hieremia? Et dixi: Ficus, ficus bonas, bonas valde, & malas malas valde, quæ comedi non possunt, eod quod sint malæ. Rursum apud eundem cap. 7. Nolite confidere in verbis mædaci dicentes, Templum Domini, templum Domini est. Itidem Esaias 10. Adhuc enim paululum modicumque & consummabitur indignatio mea. Ita & hoc loco adhuc modicum aquatulum, vehementiam exprimit, ad insinuandum non longo, sed paruo admodum tempore tolleratiã illorum opprobriorum duraturam: quia qui remuneraturus est non tardabit post tribulationes consolari mæstos, & pro nomine Iesu sic afflictos. Locus hic desumptus est ex Abacuc propheta 2. cap. cui cordi fuerit de hoc loco Abac. 2. copiosius edoceri, legat Hieronymum in Abacuc.

35 In acquisitionem animæ. Id est, vt acquiramus animas.

CONCILIATIO.

Prima.

Hic locus, Vna oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos, pugnare videtur cum eo qui est ad Colof. 1. Adimpleo ea quæ defunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Respondeo, Christus Iesus vnica corporis sui oblatione sanctificauit omnes in se credentes in perpetuum. Nobis natus & datus. Esa. 9. vt quotquot reciperent eum acciperent potestate filios Dei fieri. Ioan. 1. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Ioan. 3. Sunt & alia testimonia, quæ vnicum Christum saluatore & iustificatore nostrum ostendunt, & docent. Ipse enim solus lectus

Quia in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia.

lectus patri, in quo sibi complacuit. Nulla mors grata patri pro satisfactione generis humani, nisi filij sui geniti, in quo solo dilecto, dilectos nos sibi reddidit, Ephe. 1. Non igitur passionibus & tolerantis martyrum & sanctorum omnium redempti sumus, sed precioso sanguine agni immaculati, hoc est, Iesu Christi, qui verus est agnus. Quod autem Paulus ait sese adimplere quæ defunt passionum Christi: hoc intelligo de membris Christi. Paulus enim ait, Quia in ipso Christus patiebatur, vt adimpleam, inquit, quæ defunt passionum seu pressurarum Christi in carne mea. Sed cui defunt? Imò vbi defunt? in carne mea. Numquid aliquid pressurarum deerat in illo homine filio Dei nato de virgine Maria? Passus est enim, quicquid pati deberet, ex sua voluntate, non ex peccati necessitate. Et reuera omnia passus est. In cruce enim positus accepit acetum vltimum, & ait, Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum. Quid est consummatum est? Iam de mensura passionum nihil mihi deest. Omnia, quæ de me prædicta sunt, completa sunt. Ergo impletæ erant omnes passionibus, sed in capite Christo agnouerat Paulus Christianos affligendos & trucidandos pro nomine Iesu. Deinde Christianorum afflictiones, afflictiones esse Christi tanquam in membris suis, iuxta illud Zachariae 2. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei, & Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. Mat. 25. Quamdo etiam sibi persecutori dixerat vox Dei Saule Saule, quid me persequeris? cum tamen ecclesiam persequeretur. Restabant igitur passionibus aliquæ nondum toleratæ & passæ à capite Christo, qui tamē eas passurus est in membris suis, id est, in sanctis. Omnes enim qui pie viuere volent in Christo persequutionem patientur, 2. ad Timo. 3. Et Christus dicebat: Si me persequuti sunt, & vos persequentur. In his ergo membris cum esset Apostolus, dixit, Vt adimpleam quæ defunt passionum Christi in carne mea. Pressurarum, inquam, non mearum, sed Christi in carne, non iam Christi, sed mea. Patitur (inquit) Christus adhuc pressuram, non in carne sua, in qua ascendit in celum, sed adhuc in carne mea, quæ adhuc laborat in terra. Christus, inquit, pressuram patitur in carne mea. Viuo enim iam non ego, uiuit verò in me Christus. Nisi enim Christus in membris suis, hoc est, fidelibus suis, pressuram ipse pateretur, Saulus in terra Christum in celo sedentem non persequeretur. Aut si manus dicere, ait Paulus se nunc ad implere quod deerat passio-

Paulum adimplere quæ defunt passionum Christi quomodo intelligendum.

Consummatio per Christum.

Afflictiones priorum sunt Christi.

ni Christi, id est, pati quod nondum passum erat, & cursum suum consummare, supplere quod deerat, quod sibi impositum fuerat, ad quod ipse ordinatus fuisset, affligi pro ecclesia, quæ est corpus Christi, 2. Tim. 2. Omnia suffero propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria æterna. In carne mea (inquit) ego suppleo quod deerat, ad quod me vocavit Dominus, qui crucem ecclesie sue imposuit, cuius & ego particeps factus, cõsummo vocationem meam. Nõ autem dicit, ego suppleo redemptionem generis humani: tãtum inquit se passionem adimplere, id est, pati pro fratribus, ut confirmetur in Euãgelio. Aliàs enim errorẽ suggereret. Quum inquit 1. Corinth. 1. Nũquid Paulus pro vobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati fuistis? quasi dicat, nõ. Aut cum Paulus 2. Corinth. 5. dicat, Pro Christo ergo legatione fungimur tanquã Deo exhortante per nos. In hunc sensum capi potest hæc autoritas ad Hebræos, adimpleo quæ defunt passionum Christi. Quia Christus afflictus & patiens crucem, ob oculos vestros nõ offertur, ne animo excidatis. Ego pro eo (sicut & ceteri Apostoli) legatione fungens tolero afflictionem & crucem eius tanquã visus supplere, quod præsens corpore afflicto ageret. Et quod his vestris oculis nõ videtis & intuemini in illo, qui est ad dexteram Dei patris, ad quam ascendit per passionem & mortem suam. Videte pressuras & passiones in me eius vices gerente: in quo, tanquam in membro sui corporis, quod est ecclesia, patitur pro vobis, ne deficiatis à tam sancto instituto vestro. Nec secus se habet hic apostolus, quã faceret miles quispiam præfecti loco relictus, longius & peregre proficiscentis: qui instantibus inimicis, vicem absentis gerens, creditam sibi phalangem pugnando acris & tuendo, & principis locum seruet, & vulnera quæ vel principi inflicta fuissent, ipse ultro excipiat. Verbum Græcum correspondens huic verbo suppleo aut adimpleo, seu redimpleo compositum est, ex ἀντι, quod significat vicem, cum quis alterius loco facit aliquid, (quod satis quadrat posteriori interpretationi) & ἀνὰ quod apud Latinos aliquoties valet re, quasi adimpleo vice Christi. Ambrosius videtur voluisse sensum explicare Pauli, cum ait, Suppleo reliquias pressurarum. Ut accipiamus passionem Christi non fuisse diminutam ad salutem hominum, sed unam esse passionem Christi & martyrum, hoc est, capitis & membrorum: ut satis ex præcedentibus notum est.

Simile.

QVID

QVID hic Apostolus dicit, horrendum est incidere in manus Dei uiuentis, cum Dauid dicat 2. Reg. 28. Melius est incidere in manus Domini, eò quod multæ sint miserationes eius, quàm in manus hominum, ut qui nesciant misereri. Respondet. Apostolus respicit futuram vitam, in qua prolata ipsa sententia peccatorum nulla est venia: Dauid verò præsentem vitam, in qua cuique penitenti ex animo in promptu est venia. Esto interim Dominus puniat: hoc tamen potius remedium est peccatorum, quàm poena propter admissa cõsenda.

Secunda cõsuetudo,

DICTIO.

INITIARE est innouare, siue dedicare.
INDECLINABILIS non vacillans, neque huc neque illic nutans, hoc est firmus & immotus.
COLLECTIO hoc loco pro aggregatione, quasi postea accesserint aut accessuri sint.

Initiare.
Indeclinabilis.
Collectio.

HOLocausta hostiæ erant quæ totæ adolebantur & offerebantur ferè ad merendum Dei fauorẽ, & beneuolentiã in rebus seriis & periculosis. De his lege Leuit. 1. & 6. cap.

Holocausta.

UMBRA Hebræi pro fouendo, protegendo, defendendo perpetuò vtuntur. Vel pro confugio familiariter capiunt, sub quo quis protegatur: ut Esa. 51. & in Dauid, Sub umbra alarum tuarum protege me. Porro sicut umbra sequitur ex sua natura corpus, illòque plerumque apparet esse maior, cum prorsus nihil sit: ita pericula huius vitæ conduplicant metum. Hinc factum, ut umbram pro figura rei accipiamus: ut Psal. 22. Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, &c.

Vmbra.

Fidei magnifica proponuntur exempla. CAP. XI.

Speradarum, que sperantur.



ST autem fides, sperandarum substantiarum, argumentum non apparatum. In hac enim testimonium consecutus sunt senes. Aptata, per fide, intelligimur aptata esse secula verbo Dei: ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Fide plurimam, de plurimam hostiam Abel, quam Cain, obtulit Deo: per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente mu-

Fides.

Genes. 1. a

Genes. 4. a

Matth. 23. d

Ee iij

neribus ei⁹ Deo, & per illam defunctus⁸
 adhuc loquitur. Fide, Henoch trāslatus⁷
Gene. 5. e est ne videret mortem, & non inuenieba-
Eccle. 44. c tur: quia transtulit illū Deus. Ante trans-
 lationem enim testimonium habuit pla-
 cuisse Deo. Sine fide autem impossibile
 est placere Deo. Credere enim oportet
 accedentem ad Deum⁸ quia est, & inqui-
 rētibus se remunerator sit. Fide, Noë re-
 spōso accepto⁹ de his quæ adhuc nō vide-
 bātur: metuēs¹⁰, aptauit Arcā in salutem
 domus suæ, per quā damnauit mundū¹¹
 & iustitiæ, quæ per fidē est, hæres est in-
Gene. 12. d stitutus. Fide¹², qui vocatur Abrahā obe-
 diuit in locum exire quē accepturus erat
 in hæreditatem: & exiit, nesciēs quō iret.
 Fide, demoratus est in terra repromissio-
 nis tanquā in aliena¹³, in casulis habitādo
 cum Isaac & Iacob cohæredibus reprom-
 missionis eiusdem. Expectabat enim fun-
Ciuitas Dei.
Gene. 18. d damenta habentem ciuitatē: cuius artifex
 & conditor, Deus. Fide, & ipsa Sara steri-
 lis virtutem in cōceptione seminis accep-
 pit, etiam præter tempus ætatis: quoniam
 fidelem credidit esse eum qui repromisse-
Gene. 17. e rat. Propter quod & ab vno orti sunt (&
 hoc emortuo) tanquam sydera cœli in
 multitudinem, & sicut arena quæ est ad
 oram maris innumerabilis. Iuxta fidem
 defuncti sunt omnes isti, nō acceptis re-
 promissionibus: sed à lōge eas aspiciētes
 & salutātes, & cōfidentes¹⁴ quia peregrini

Respōso ac-
 cepto, oracu-
 lo admonitus
 Institutus,
 factus.

Virtutē in
 conceptione
 seminis,
 vim ad conci-
 piendū ac re-
 ticendum se-
 men.
 Et hoc e-
 mortuo,
 eo que iā an-
 nis effecto.

ni

ni & hospites sunt super terrā. Qui enim
 hæc dicunt, significant se patriam inqui-
 rere. Et si quidem ipsius meminissent de
 qua exierunt: habebāt vtique tempus re-
 uertendi. nūc autem meliorem appetunt,
 id est, cœlestem. Ideo non confunditur
 Deus vocari Deus eorum. parauit enim
 illis ciuitatē. Fide, obtulit Abrahā Isaac
 cū tentaretur: & vnigenitum offerebat
 in quo susceperat repromissioēs. ad quē
 dictum est, In Isaac vocabitur tibi semē.
 arbitrans quia & à mortuis suscitare po-
 tens est Deus. vnde eum & in parabola¹⁵
 accepit. Fide, & de futuris benedixit I-
 saac, Iacob, & Esau. Fide, Iacob moriens,
 singulos filiorum Ioseph benedixit: & a-
 dorauit fastigiū virgæ¹⁶ eius. Fide, Ioseph
 moriens, de profectioe filiorum Israël
 memoratus est, & de ossibus suis manda-
 uit. Fide, Moyses natus, occultatus est mē-
 sibus tribus à parentibus suis: eò quod vi-

Arbitrans,
 cum illud se-
 cum perpen-
 disse.
 Parabolam
 accepit, simi-
 litudinē ad-
 duxit.
 Profectio-
 ne, exitu.

Tēporalis,
 peccati ha-
 bere iucū-
 ditatem, tē-
 porariam ha-
 bere peccati
 fruitionem.
 Animosita-
 tē, ferociā.
 Tanquam
 aspiciēbat enim in remunerationem. Fi-
 de, reliquit Aegyptū, non veritus animo-
 sitatem regis²¹, inuisibilem enim²² tanquā
 vidēs sustinuit. Fide, celebrauit pascha &

Gene. 22. a
 Eccle. 44. d

Gene. 21. b
 Roma. 9. b

Gene. 27. e
 Gene. 48. e
 & 49. a

Gene. 50. d

Exodi 2. a

Exodi. 12. b

sanguinis effusione: ne qui vastab at pri-
Exodi. 14. 4 mitiua²³, tangeret eos. Fide, transierunt ma-
 re rubrum tanquam per aridam terram:
Iosue 6. c quod experti Aegyptij, deuorati sunt. Fi-
Iosue. 22. a de, muri Iericho corruerunt, circuitu die-
 rum septem²⁴. Fide, Raab meretrix non
 periit cum incredulis, excipiens explora-
 tores cum pace. Et quid adhuc dicam? De-
 ficiet enim me tempus enarrantem de Ge-
 deon²⁵, Barach, Samson, Iephte, Dauid, Sa-
 muel, & prophetis: qui per fidem vicerunt
 regna, operati sunt iustitiam²⁶, adepti sunt
 repromissiones, obturauerunt orationem,
 extinxerunt impetum ignis, effugerunt
 aciem gladij, conualuerunt²⁷ de infirmitate
 te, fortes facti sunt in bello, castra verte-
 runt exteriorum²⁸, acceperunt mulieres de
 resurrectione mortuos suos²⁹. Alij autem
 distenti³⁰ sunt, non suscipientes redem-
 ptionem, vt meliorem inuenirent resurre-
 ctionem. Alij vero ludibria & verbera ex-
 perti, in super & vincula & carceres: lapi-
 dati sunt³¹, secti sunt, tentati sunt, in occi-
 sione gladij mortui sunt: circuierunt in
 melotis³², in pelibus caprinis, egentes³³,
 angustiati, afflicti: quibus dignus non erat
 mundus. In solitudinibus errantes: in montibus
 & speluncis, & in cauernis terrae. Et
 hi omnes testimonio fidei probati, non
 acceperunt repromissionem³⁴. Deo pro
 nobis melius³⁵ aliquid providente, vt non
 sine nobis³⁶ consummarentur.

Primitiua,
 primogenita

Conualue-
 runt de in-
 fir. potentes
 redditi sunt
 ex imbecilli-
 tate.

Castra ver-
 terunt, incur-
 siones in su-
 gam verte-
 runt.

Melotis,
 ouilis pellibus.

i Fides

1 Fides est. Dixit superiore capite iustum ex fide viuere. Nunc
 describit fidem, cuius nos esse filios, paulo ante dixit. Nos ve-
 ro non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in
 acquisitionem animae.
 2 Sperandarum rerum. Sperandarum participium futuri tem-
 poris pro presenti, id est, earum rerum quae sperantur. Est re-
 uera fides certa possessio earum rerum quae non videntur, &
 quas speramus.
 3 Argumentum. Id est, demonstratio & manifestatio quaedam
 incertarum rerum, nec apparentium, hoc est, in conspectum
 non venientium. Sed fides facit, vt res eiusmodi mente spe-
 ctemus tanquam praesentes. εἰργος enim argumentum est,
 non quidem tale quale finiuit Fabius: Argumentum esse rem,
 quae alterius probationi adhibeatur: Sed argumentum, cer-
 tum indicium est, & cognitio certa, & adeo certa, vt de co-
 gniti natura nihil profus dubitemus: quippe ipsa veritate sic
 conuicti, vt nihil superfit quod impediatur εἰργος enim est co-
 uincere, & causam aliquam sic protrahere, vt reo nihil super-
 sit quo se tueatur. Ad hunc sensum vsus est hoc verbo Chri-
 stus de spiritu sancto loquens, quod Latinus vertit, Arguet
 mundum, hoc est, protrahet in lucem & conuincet. Et de se-
 metipso dicit Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato?
 Id est in causam protrahet & conuincet?
 4 Verbo Dei. Ad sensum literae si respexeris, significat verbum
 Dei expressum à Moyse, Dixit dominus, fiat lux. Dixit Deus,
 fiat firmamentum &c. Hoc enim verbo aptauit sex dies. Quod
 autem subdit, Vt ex inuisibilibus visibilia fierent, significat
 primo quidem die ex non apparentibus creatis, caelo & ter-
 ra cooperta aquis, facta apparentia creando lucem. Pariter in
 singulis diebus non apparentia facta sunt apparentia. Certè
 ratio humana non docet quomodo Deus crearet mundum
 ex nihilo.
 5 Fide plurimam hostiam. Id est, Abel honoratiorem quam fra-
 ter Cain hostiam obtulit. Abel fructum ouium: Cain vero
 parum fructus terrae obtulit, aut macram ouem. De quibus
 hoc disticho ludi solet, Pingue dabo sacrum (ait Abel) non
 macrum sacrificabo: Sacrificabo macrum (ait Cain) non da-
 bo pingue sacrum. Ferunt ignem è caelo demissum subito
 absumpsisse hostiam Abel. Vnde Hebraei fatentur eo indicio
 intellexisse Cain suum sacrificium non fuisse acceptum, quod

Argumentum.

Sacrificium A-
 bel & Cain

ccelitus non esset combustum sicut sacrificium Abel, & Abel sibi præfectum & prælatum esse.

9 *Et per illum defunctus.* Efficaciam & victoriã viuz fidei ob oculos Apostolus posuit. Celebris enim memoria illius iusti Abelis nobis hodie loquitur, atque ad fidem, patientiamque cum primis nos cohortari non cessat. Hac fide viua parauit sibi immortalitatem, mortuus quidem corpore est, sed adhuc loquitur, hoc est, viuuit secundum animam beatus. Quomodo & omnes martyres dei, qui veritatis nomine cæsi sunt, apud Deum viuunt. Huc pertinent verba Christi dicentis: Amen amẽ dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit in eum qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet, sed transiet à morte in vitam.

7 *Fide Enoch translatus.* Docuit fidem viuum peperisse Abeli vitam cum Deo secundum animam & memoriam immortalẽ. nunc alio exemplo demonstrat fide viua gloriosam corporum resurrectionem futuram. Totus enim Enoch anima & corpore translatus est, totus itaque seruatus est. Lege historiam Gene. 5. Eccle. 4. 4. Si rogaueris vnde factum est quod translatus fuerit? nempe eò quod placuerit deo: Sed nunquã illi placuisset, si fide viua Enoch destitutus fuisset. Ergo hæc translatio fructus est viuz fidei.

Fidei gradus 8 *Accedentem ad Deum.* Est quidem fidei gradus, credere esse deũ, sed non satis est, nisi credas & tibi esse deũ, id est, saluatorẽ. Cõtrã, impius dicit in corde suo, Nõ est Deus. Huius generis fuerunt Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenensis, Eumerus Tegeates, qui deos prorsus nullos esse censuerunt. Fuerunt enim sine fide quæ docet & demonstrat deum. Cũ subdit Paulus, Et inquirentibus se, &c. significat eos qui opti mis vitæ actionib⁹ deo se gratos exhibere cõtẽdũt. Argumẽta tur Paulus hoc modo. Accedẽtẽ ad deũ oportet credere. Accessit Enoch ad deũ: ergo credidit, & remuneratorẽ habuit.

Inquirere Deum.

9 *Responso accepto.* Obserua, quemadmodum & deus responsa det, & spiritus ipse, secundum illud quod est de Simeone conscriptum: Et responsum accepit à spiritu, &c. Quo fit vt Deus sit spiritus.

10 *Metuens.* Id est, cauens, siue veritus.

11 *Per quam damnauit mundum.* Id est, Coarguit homines dignos supplicio, qui exemplo Noẽ non sibi consulerent, nihil de diluuiio credentes, de his lege 1. Pet. 3. cap.

12 *Fide*

12 *Fide qui vocatur Abraham.* Id est, vocatus Abraham per fidem, & per fidem obediuit. Siquidem fide promeruit, vt illi nomen augetur. Non enim illi prius auctum est, quã de eo dictum est: Credidit Abraham, & reputatum est illi ad iustitiam. Theophylactus interpretatur, vt vocatus non faciat ad nominis appellatiõẽ, sed ad iussum Dei. Bis enim vocatus est à Deo. Cũ iuberetur relinquere natalem terrã. Rursum cũ vocaretur in montem immolaturus filium. Et iuxta hunc sensum ordinãdus est sermo, Abraham cũ vocaretur à Deo, per fidem obediuit.

Abraham vocatus.

13 *Tanquam in aliena.* Dicit alienam, quia illam precio accipisset, vbi Saram humaret vxorem, Gene. 23.

Abraham aliena terra.

14 *Confiteutes quia peregrini.* Hoc confitetur Dauid Psal. 38. Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.

15 *Vnde enim & parabolam.* Id est, reduxit illum saluum, sed in parabolam, id est, in similitudinem & typum Christi resurgẽtis. Paulus his indicat Isaac typum gessisse Christi, qui oblatu pro peccatis nostris tertia die reuixit.

16 *Et adorauit fastigium virgæ.* Hoc signo indicat Paulus fidem Iacob ad regnũ Christi penetrasse. Reuera lógus prospiciebat Iacob senio confecti fides: cũ ex osculã summam virgã filij Ioseph, veneraretur Christũ omnibus imperaturũ, cuius ille delatus ac proditus à fratribus imaginem gesserat.

17 *Regis edictum.* Iosephus Antiq. libr. 2. cap. 9. vbi etiam de elegantissima infantuli gratia Moyũ multa scribit, refert edictum hoc ideo datũ, quia rex intellexerat à propheta quoniam, illo tempore oriturum, per quem Israëlita exaltandi, Ægyptij verò affligendi essent, & inde sumpsisse originẽ tyrannicum illius furorem. Quem Christi temporibus crudeliter Herodes rex imitatus est, Matth. 2. cap. Legito illic Iosephum, qui non parum lucis huic negotio affert.

18 *Magis eligens.* Scriptura habet cum egressum fuisse, vt videret populi sui ærumnas. Qua re ingenuẽ fatebatur se Hebræum esse. Et quamuis in aula regis & mediis deliciis ageret: tamen fratres sui generis non potuit dedignari. Reuera peccato non potest carere, nolle simul affligi cum fratribus, & malis illorum compati: vt Amos 6. cap.

19 *Quã temporalis peccati.* Id est, quã temporariam habere peccati fruitionem, quæ breuissima est, nec diu durat, impios

cōcomitari solita. Hoc loco irridet stultitiam mundi, qui turpia honestis & temporaria aeternis præferre solet.

20 *Impropriū Christi.* Vocat Paulus impropriū Christi, vitam ærumnis plenam, conuiciisque pessimorum hominum obiectam. Hęc opprobria passus est Christus, specimen exhibens suis cultoribus. Si vos mundus odit (dicebat ille) scitote quia me priorem vobis odio habuit. Item: In mundo presuram habebitis. Paulus ad Timoth. ait: Omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patientur.

21 *Animositatem regis.* Id est, iracundiam siue ferocitatem Pharaonis.

22 *Inuisibilem enim.* Deum quem non videbat, perinde ac si vidisset, remuneratorem expectauit.

23 *Primitiua.* Id est primogenita.

24 *Circuitu dierum septem.* Non quòd obsidione septem dierum muri fuerint cincti, sed posteaquam singulis diebus Leuitæ portantes arcam circumfissent ciuitatem, septimo die ad clangorem tubarum muri corruerunt. Clarissima omnium ciuitatum eo tempore Hiericho erat, amplissimisque muris & turribus ornata. Sed his non nimis anxij fuerunt Iudæi, quomodo ciuitatem caperent. Fides animositatem & certitudinem de victoria addebat.

25 *De Gedeon, Barach, Samson.* Quærit aliquis: Cur hos inducit, qui peccatores fuerunt? Respondeo: Cur meretricè prius nominauit? Non igitur nunc vita horum differenda est, sed vtrum fide claruerint necne, cogitandum est.

26 *Operati sunt iustitiam.* Operari iustitiã in scripturis interdum capitur pro vindicare ab aduersariis: id quod regum, iudicum & potentum cum primis est. Interdum pro iustè & piè viuere, iuxta Dei spiritum & donum eius. Iosue & Dauid præter cæteros regna expugnauerunt, Iosue 12. 2. Reg. 8. 1. Paralipo. 20. Samson, Dauid & Daniel occluserunt ora leonum, Iudicum 14. 1. Regum. 17. Daniel. 6. Sed Aaron & tres illi apud Danielem pueri extinxerunt vim ignis. Numc. 16. Daniel. 3. Et Helias quidem vnà cum aliis nonnullis prophetis effugit aciem gladij, hoc est acutum gladium, ne capite plecteretur sub Iesabel, 3. Regum. 19. Sic & Dauid qui impetitus hasta à Saule ictum declinauit per fidem à deo custoditus. Ezechias autem & Dauid de infirmitate maxima conualuerunt, Isa. 38. & Psal. 6. Item Sangar, Samson & fortes Dauid, Machabei,

item

Itè pro patriis legibus, & Dei gloria in prælio robusti effecti sunt. Iudi. 3. 15. 1. Paralip. 11. & lib. Mach. Ionathas, Asa & Iosaphat castra verterunt exterorum, hoc est, impressiones hostium auerterunt à ciuibus, 1. Reg. 14. 2. Paralip. 14. & 20. cap.

27 *Conualuerunt de infirmitate.* Id est, potètes redditi sunt, ex imbecillitate Chrysofomus interpretatur de reuersis ab exilio Babylonico, in quo cum fuissent deiecti, ac mortuis assimilés, postea restituti sunt pristino vigori.

28 *Castra verterunt exterorum.* Id est, incurfiones, siue impressiones in fugam verterunt, & inclinarunt. Dicitur enim inclinata acies, cum parat fugam, & cedit in bello. Vertere enim est ad fugam impellere.

29 *Mortuos suos.* Ob creditam resurrectionem possibilem, filios suos mortuos, quædam mulieres suscitatos receperunt, vt ab Helia Sareptana vidua, 3. Reg. 17. Et ab Helisæo Sunamitis, 4. Reg. 4.

30 *Alij autem disenti.* Metaphora, à corio in tympano distento, sumpta. Hi sustibus contusi perierunt. Cæditur enim crebris ictibus tympanum. Ieremias in morem tympani distentus est: sed spe melioris vitæ non suscepit redemptionem, id est, contempsit præsentem vitam, vt æternam inueniret.

31 *Lapidati sunt.* Ieremias propheta in Ægypto, à suis lapidatus fuit. Similiter lapidati sunt Zacharias filius Ioia dæ, & Naboth summa innocentia vir. Ad hæc statim post Christum passum Stephanus lapidatus est. Act. 7. Alij secti sunt, id est, sectati, vt Isaias serra lignea sectus est ab impio Manasse, eò quod dixerat se dominum exercituum vidisse.

32 *In melotis.* Melota est pellis ouilla, sicut leonta pellis leonina. quanquam melota, non tam pellem ouillam significat, quam exuium, hoc est, pellem corpori detractam vnà cum lana, qua etiam sancti & prisci illi viri, vt carnem tegerent, utebantur.

33 *Egentes.* Destituti rebus necessariis: vt Helias & Helisæus, quos alerent mulierculæ, & corui Heliam.

34 *Non acceperunt repromissionem.* Perfectionem scilicet, quæ est animæ & corporis beatificatio.

35 *Deo pro nobis melius.* Id est, quod Deus melius quiddam de nobis prospexerat. Illorum enim beatitudo ad Christi ascensionem & glorificationem differebatur: nostra autem non differtur: cum iam cæli aperti sint, qui maioribus clausi erant,

Conualere.

Acies inclinata.
Vertere.

Melota.

Repromissio.

donec veniret qui mittendus erat. Ideo aliquid nobis melius est prospectum, quam patribus.

36 *Non sine nobis.* Erit enim consummata glorificatio omnibus electis, simul resurgentibus. Patris enim corpora non ante nostra resurgēt, sed generalis omnium erit resurrectio.

CONCILIATIO.

Prima.

PAVLVS proferens Abelem offerentem hostiam, ostendit ipsum sacerdotem, cum ante legem sacerdotium primogenitura esset. Natus est enim Abel post Cain, vt ex Genesi manifestum est. Ob mores corruptissimos Cain, sacerdotiū, seu sacerdotij dignitas à Cain, ad Abel defecit. Quemadmodum ob scelera filiorum Heli translatum est sacerdotium in aliam stirpem. 1. Reg. 2. Aut, si maus, dicito, vtrunque hac dignitate ornatum fuisse Domino Deo concedente.

Secunda.

QUOMODO Deo vocante & iubente Abraham, vt hic dicitur, exiuit in terram quam accepturus erat in hæreditatē: cum dicatur Genes. 11. Tulit itaque Thare Abraham filium suum, & Lot filium Aram filij sui, & eduxit eos de Hur Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan, veneruntque vsque ad Aram, & habitauerunt ibi? Respondet Augustinus lib. 16. de Ciuitate Dei capite. 15. Deum loquutū fuisse cum Abraham, eum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran: sed eū in Charran peruenisse, cum patre seruato apud se præcepto diuino, & tandem exiisse LXXV. sui ipsius anno: patris autem CLXX.

DICTIO.

Argumentū. Substantia.

ARGUMENTVM hoc loco elenchus est, id est, iudicium. SUBSTANTIA, hypostasis, id est certitudo, & id cui aliquid innititur ac fulcitur.

Adorare.

ADORARE si pro honorare, & non pro actu latræ accipitur, vt 1. Reg. 9. & 3. Reg. 1. accipitur, nihil difficultatis pariet hic locus. Et adorauit fastigium virgæ illius. Græcis est præpositio Ad, addita. Et adorauit ad fastigium. Hoc modo videmur adorare seu honorare, ad quod prono corpore nos inclinamus.

Patientem

Patientem Christum imitari debemus. CAP. XII.

Circumstās, Tenaciter inherens.



Deoq; & nos tantā habētes impositā nubem testiū² deponētes omne pōdus³ & circumstans nos peccatū, per patientiā⁴ curramus ad propositū nobis certamen⁵, respicientes in authorē⁶ fidei, & consummatorē Iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē, cōfusione contēpta, atq; in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim eū qui talē sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionē:⁷

vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondū enim⁸ vsque ad sanguinē restitistis, aduersus peccatū repugnantes: & oblitī estis⁹ consolationis, quæ vobis tanquā filiis loquitur dicēs, Fili mi, noli negligere disciplinā domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus¹⁰ castigat: flagellat autē omnem filium quem recipit. In disciplina perseverate. Tanquam filius, vobis offert se deus. Quis enim filius, quem nō corrumpit pater? Quod si extra disciplinam estis¹¹, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis. Deinde patres quidē carnis nostræ, eruditores habuimus & reuerbamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum vo-

Hortatur ad ferendas afflictiones propter Christiā Rom. 6. a. Coloss. 2. b. Ephes. 4. c. 1. Pet. 2. c. 4. 4.

Prou. 3. b. Apo. 3. d. Filij dei qui.

Cōsolationis, vel exhortationis. Disciplinā, Correctionē Fatigeris, Deficit. In disciplina perseverate. Tanquam filius, vobis offert se deus. Quis enim filius, quem nō corrumpit pater? Quod si extra disciplinam estis¹¹, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis. Deinde patres quidē carnis nostræ, eruditores habuimus & reuerbamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum vo-

luntatem suam erudiebant nos : hic autē ad id quod vtile est in recipiendo sancti-
ficationē eius. ¹² Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gau-
dij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet
iustitiæ. Propter quod remissas manus ¹³

*Pax.
Rom. 12. d
Sanctitas.*

*Genes. 25. d
Genes. 25. f
Accedendū
ad Christū.*

*Exo. 19. b
20. c*

Exodi 19. c

*Civitas Dei
Hierusalem.*

& soluta genua erigite : & gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicatis quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam ¹⁴: sine qua nemo videbit Deum, cōtemplantes ¹⁵ ne quis desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediāt, & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator aut prophanus, vt Esau ¹⁶: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem: reprobatus est ¹⁷. non enim inuenit poenitentiae locum ¹⁸: quanquam lachrymis inquisisset eam. Non enim accessistis ¹⁹ ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem ²⁰ & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum ²¹ (quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbū. Nō enim portabant ²² quod dicebatur. Et si bestia tetigerit montē, lapidabitur. Et ita testribile erat quod videbatur. Moyses dixit ²³,

*In recipien-
do, &c. In
hoc vt imper-
tiant nobis
sanctimoniā
suam.*

*Cōtemplā-
tes, Curam
agentes.
Desit Gra-
tiæ, Desiciat
à Gratiā.*

*Tractabile,
Constatū.
Accessibile
Accesum.
Excusauē-
runt se, De-
precati sunt.*

Exterritus sum & tremebundus) Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei

Dei viuētis, Hierusalem celestē, & milliorum millium Angelorum frequentia. Et ecclesiam primitiuorū ²⁴ qui cōscripti sunt in cœlis, & iudicē omnium Deum, & spiritus iustorū perfectorū, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionē melius loquentē quā Abel: Videte ne recusetis ²⁵ loquentē. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terrā loquebatur: multo magis nos qui de cœlis loquentē ²⁶ nobis, auertimus, cuius vox mouit terrā tūc: nūc autem re-promittit dicens: Adhuc semel ²⁷, & ego

*Ecclesiā pri-
mitiuorū,
primogeni-
torum.
Mediato-
rem, Vel con-
ciatorem.*

*Mouebo,
Concutio.*

*Mobilium,
eorum que
mouentur.*

*Tanquā fa-
ctorum,
Vt pote quæ
facta sunt.
Immobile,
Quod concu-
si non possit.*

Mouebo non solū terrā, sed & cœlum: Quod autem adhuc semel dixit: declarat mobiliū ²⁸ translationē tanquam factorū, vt maneant ea que ²⁹ sunt immobilia. Itaque regnū immobile suscipientes habemus gratiam ³⁰: per quā seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia. Etenim Deus noster, ignis consumens est. ³¹

Aggæi 2. b

Deuter. 4. d

¹ Ideoque et nos. Hortatur nunc ad patientiam, à qua in fine 10 capitis ad commendandam maiorum fidem digressus erat, argumento ab exemplis, similibus, præmis & poenis petito: quæ nūc colligens transitum facit ad conclusionem argumenti huius epistolæ. Quia maiores sese Deo fide, & trucis tolerantia approbauerunt, idē, suo exemplo testati sunt, quanto studio amplexanda sit salus: Quomodo excusationi erit locus apud nos, si illorū exemplis ad pietatis officia non moueamur, & nos multitudini illorū socios non coniuuauerimus? Si enim illorū vestigia non sequamur?
² Tantam nubem testium. Cū patres sint nobis exēplo quāquam Deus soleat afflicto adesse, hos vocat nubem testium. Quia horū doctrina & exēplo, gratiæ celestis imbrē suū irrigati.

ff ij

Nubes hic non obscuritatē, sed multitudinē testiū significat.
 3 *Deponentes omne pondus.* Expediit athletas ad currendum paratos non solum sarcinam, sed & vestes ac huiusmodi, quæ cursum impediunt, deponere. Deponamus omne pondus terrenarum affectionum, & peccatum nos circumdans, id est, tenaciter inhærens, ut humi nos semper reptare faciat, ne ad cœlestia suspiciamus.

4 *Per patientiam curramus.* Non dicit, rem pugnis agite, vel inuicem colluctemini: sed quod leuius est, currendi imponit officium. Vult nos in eo perseverare, alios per cōtinentiam, alios per eleemosynam, alios per diuersas virtutes, hunc cursum tenere hortatur.

5 *Ad propositū nobis certamē.* Hanc vitā, quæ militia est super terram, per patientiā curramus, id est, patienter transigamus.

6 *Aspicientes in aurorem.* Nunc exemplo Christi tanquā precipuo eodem eos vocare conatur, si forsitan non sit, quæ maioriū exempla moueant. Nequādo in via hac deficiamus, habemus, inquit, fidei & spei authorē. Perinde quasi dicas, inceptorē & finitorē, ut idem Christus sit initij simul ac finis. Nō aliter aspiciamus, ac solēt qui opificij alicuius volunt fieri peritiores, opificem ipsum vel operantem attentius intuentur. Quod profectō & Iesus dicebat, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et nō est discipulus supra magistrum.

7 *Contradictionem.* Si cōseruorum tormenta quis secum animo reputet, in suis maximē quæ sustinet consolatur: quantō magis si Domini repetat contradictionem, id est, irrationes, opprobria, & faciem cæsam, & quæ illi bene mouenti obieciabantur, & in conspectu Pilati populum aduersum hunc clamitantem, & crucem demum, quam subiit volens?

8 *Nondū enim vsque ad sanguinem.* Dixerat Paulus suprā capite 10. illos ingens certamen afflictionum sustinuisse, probris & pressuris affectos esse, spectaculo fuisse omnibus, direptionem facultatum cum gaudio accepisse. Hæc diceret magna esse. Sed si ad finem & ad rationem cohortationi conuenientem spectes, iudicabis ista quantumuis ingentia minutula ab Apostolo censi. Extenuat enim afflictiones illas & incommoda præterita, ut ad maiora animet. Ac si diceret, Si vos pro nomine Christi variis modis afflictos patientes exhibuistis, hoc reuera magnum est & arduum: sed expectandū etiā erat capitis supplicium. Tantum abest ut in minutulis quidē illis

illis non omnem præstetis patientiam, cum ne sanguini quidem, id est, propriæ vitæ parcendum sit propter Christum, qui non contentus fuit probra, ignominiam, & id genus alia pro nobis deuorare, sicut nec sanguinem pro nobis fundere, sed & mortem, eamque crucis pro nobis subire voluit.

9 *Et obliu estis.* Argumento ab autoritate sumpto, hortatur ad patienter toleranda mala. Mundus nescit hanc eruditionem. Multa ferre tanquam à Domino immissa, signum est excellentis dilectionis. Corripi à Deo, est diligi. Sed abeat mundus in malam crucem. Consolationis hic dicitur, pro exhortationis.

10 *Quem enim diligit Deus.* Dicit aliquis, Nōnne & prædones & perditii homines affliguntur? Erunt ergo & hi Domini Dei filij? Nequaquam. Non enim omnis qui flagellatur, inquit, est filius: Sed filius omnis qui & variis modis cœtatur, vel flagris afficitur. Latrones verò non tanquam filij afficiuntur, sed quia perniciosi sunt cruciantur. Quare Paulus priori loco Castigat, posuit, deinde subiunxit, Flagellat? Respondeo, ut in disciplinam intelligas filiis hæc adhiberi, non in odij & malignitatis vindictam. Aut ut qui castigatione, quæ non dura est, meliores non fiunt, duriore flagello ad puritatem vitæ reducantur. Flagris cœdi apud Romanos seruire erat.

11 *Quod si extra disciplinam.* Disciplina hoc loco pro castigatione & paulo seuiore animaduersione sumi debet. Cum proprio sit sanctorum afflictiones pati: si illarum expertes estis, non estis germani filij, sed illegitimi & spurij. Ab inutili & damno argumentatur.

12 *In sanctificationem eius.* Quasi dicat: Deus nos multò facilius punit & castigat, quàm parentes carnis. Nullis enim afflictionibus est obnoxius, neque suum commodum nos castigando quærit, sed solum ut nobis proffit, spectat. Rogabis, Quod est hoc commodum? Ut impertiat nobis sanctificationem suam, id est, quem admodum ipse sanctus est, ita & nos per eum castigati sancti reddamur.

13 *Propter quod remissas.* Ne pusillanimes & remisso animo in cursu suo perficiendo sint, hortatur ad sumendum animum, alludens ad certandi rationem. Nā sit nonnunquā ut currētibz labascant, nutentq; genua, & luctantibus manus & brachia lassescāt. Nolite ergo meticulosi esse & pauidi vos, quos videmus mœrentes trepidare, manibus pendulis incedere,

*Flagris cœdi
seruire erat.
Disciplina.*

genibus dissolutis vacillare. Sed imperterriti imitemini strenuos cursores, & fortes pugiles: qui collectis & resumptis viribus, recto item firmatoque cursu, vel colluctatore premunt, vel recta ad metam properant, certè vt vincant.

Sanctimonia 14. *Sanctimoniam*. Id est, puritatem & cœlibatum, ait Theophylactus, siue quis vxore caruerit & virginitatem tutetur, siue hanc habeat, & cõtinentiã seruet. Sanctimonia vult nobis adesse, qua intelligimus continentiã corporis, vt abstinentes ob omnibus quæ animã aggrauare possunt, apti simus ad diuinum cultum, vitamque hic Deo dignam viuamus.

15. *Contemplantes ne quis desit gratie*. Contemplantes, id est, cõsiderantes, & curã agentes. Translatũ ab exercitũ longũ faciente iter. Nam hic aliquot delegari solet curã prospiciendi ne desit cõmeatus. Gratiã autem Dei, fidè dicit, & optimũ viuendi modũ & bona futura. Hæc enim omnia per Christi gratiam cõparantur. Aut ne quis desit gratiæ, id est, ne quis sit deficiens, aut destitutus à gratia Dei: hoc est, qui non possit assequi, velut in via sunt qui deficiant. Aut sic, Contemplantes, &c. Cauete ne quid per vos reliquum fiat, vel aliquid ad iter necessariũ relinquatur, vel quispiã proficiscentiũ restet. Non enim id solum rogo & deprecor, vt ipsi quò tẽditis turrò perueniatis, sed vt comites etiam obseruetis, perdiscatis, que vtrum vobiscum iter faciant omnes, necne. Quod plane solet imbecillioribus euenire, qui præcedentium vestigia persequi nequeunt. Contemplamini itaque, inquit, & oculis collustrate, & si quem cernitis post terga relictum, nequaquam hunc negligatis.

Prophanus. 16. *Aut prophanus, vt Esau*. Prophanũ dicit, vt Esau, quasi vètri deditum, & huius seculi rebus additum, & inquinatẽ quæ spiritus sunt & conculcantem. Inuenias hodie tam volupe viuẽtes, certè Esau ipso prophaniores, qui dicant se malle vini sextarium quàm Evangelicam homiliam. Sed illi aliquando dignas luent pœnas.

17. *Reprobatus est*. Tunc enim Esau fuit reiectus, cum istiusmodi loquutus est pater, Si dominum tuum illum constitui, tibi quid faciam fili? Nonnulli verò à Deo fuisse reprobatũ hunc dicunt, quia Dei instinctu deceptus sit Isaac, vt prius impartiretur benedictionem ipsi Jacob, & sic Esau, reprobatus apparuerit.

18. *Non enim inuenit pœnitentiã locum*. Dicit aliquis, Tollit ergo

ergo è medio pœnitentiã Paulus? Nequaquam. Curigitur, inquit, pœnitentiã locum non inuenit, quamuis lachrymans buequisisset? Primùm intelligas velim, pœnitentiã hoc loco benedictionem significare. Deinde benedictionem hanc petiisse fatetur. Apostolus, sed modum petendi debitum non erauit Esau. Neque enim rectè tanti odij in fratrem pœnituit. Quod enim esse poterit pœnitentiã argumentum, cum Esau ipse iactet: Appropinquet luctus dies patris mei, & interficiam fratrem meum? Ob id itaque pœnitentiã non inuenit, quia non vt oportuit depoposcit. Nam etsi lachrymas fuderat, non tamen erant pœnitentiã lachrymæ, sed liuoris & odij, & animi exacerbati, qui min⁹ æquo animo toleraret præferri sibi fratrem: quemadmodum nec mœror quidẽ, quẽ Cain ille vultu prætulerat, pœnitentis fuerat, sed inuidenti. Aut sic. Non inuenit pœnitentiã locum. Hoc si ad literã spectes, verum est. Nam etiam lachrymatus, à patre non impetrauit benedictionẽ primogeniti, quamuis impetrauerit minorem benedictionem. Simile accidere solet pœnitentibus post amissam virginitatem, aut deperditum aliquod simile donũ. Nunquã enim inueniunt locum pœnitentiã apud Deum: quo ad priorẽ dignitatẽ, vtputa virginitatem, aut huiusmodi: sicut nec Esau quo ad primogenituram. Remanet tamen semper locus pœnitentiã post lapsum, quo ad remissionem culpæ, petẽti in fide ab eo, qui vult omnes homines saluos fieri. 19. *Non enim accessistis*. Ad insinuandam legis infirmitatem paucis perstringit quid tempore legis datæ sit factum. Finge tibi duos montes stare, alterum Sinai, alterum Sion: Priore representari legem, Posteriore Christum & Euangelium. Priorem montẽ, in quo data est lex Moyfi copiosè depingit, dicens, montem tractabilem, hoc est, contactum, per antiphrasim loquitur. Nemo enim audebat montem illum contingere. Montem contactum, aut tractabilem dicit, ad eum modũ qui est in Psal. 17. 103. & 143. Tãge mões & fumigabũt. Quãdo enim mões diuino nutu & tremẽda Dei potẽtia contrmiscũt, dicuntur à Deo tangi. Hinc mons contactus, hic est. 20. *Ignem ex turbinem*. Ignis eò offerebatur, vt legum latoribus indictas præferret pœnas, & terrorem statim incuteret. Nebula verò & caligo, testamentum vetus illud præfigurabat, oportũ adhuc permanere, necdum fuisse tũc tẽporis reuelatum. Procella excitabat Hebræos, qui tardiores essent, vt

Dei dictis, & rebus mirandis intenderent animos. Tubæ vero, adesse regem & Deum significabant, quod ipsum erit, & in secundo Christi aduentu futurum.

21 *Et vocem verborum.* Exodi 20. Cunctus autem populus videbat voces. Hæ voces erant voces præceptorum.

22 *Non enim portabant quod dicebatur.* Hoc est, quod à Deo prodebat, quia esset horrifonum, nequibant auribus sustinere. Causam ergo hi obtulere, ut Deus appareret in carne, ut percipi posset ab iis & intelligi. Propterea quum factus est homo, ait, Discite à me quia mitis sum.

23 *Moyfes dixit.* Non legimus ubi Moyfes in Bibliis dixerit hæc. Fortassis ex alio quopiam tacito libro Paulus hæc hausit. Aut non infrequens est: dicitur, dixit, pro dicere poruit. Expaufactus sum & tremebundus ex terrifica ista Domini apparitione, & omnium trepidatione. Aut tam terribilis erat in monte hæc apparitio, ut vel ipsi duces terreri potuissent. Vide infra, conciliationem.

Primitiui fideles.

24 *Ecclesiam primitiuorum.* Primitiuos fideles appellat & electos Dei. Sunt omnes tum electi, tum reprobi, creatione filij Dei. Præ illis tamen electi sunt primogeniti, quorum nomina scripta sunt in cælis.

25 *Videte ne recusetis.* Comparat ea quæ facta sunt in confirmatione veteris legis, satis horrenda: cum gratia, quæ fit nobis in confirmatione regni cælorum inuisibilis. Si terrena, quæ tunc videbantur, quamuis Dei erant, & è cælis erant, contemni impunè non potuerunt: quantum magis hæc, quæ non videntur huius mundi, non possunt impunè contemni? Tunc videmini loquentem Iesum recusare, quum eius promissis nullam fidem præstabit, & omnem spem amiseritis.

26 *De cælis loquentem.* Postquam Christus fuit assumptus seu ascendit in cælum, legem nobis per spiritum dedit.

Terra succusio frequens.

27 *Adhuc semel, & ego mouebo.* Ter terram apud sacras literas legimus fuisse succussam. Primum, quum in monte Sina lex ferebatur. Secundò, quum carnè Christum assumpsit. Cómota est, inquit, Matth. 2. omnis Ierofolyma. Hoc est quod dicitur iam semel mouisse terram. Tertiò, quando Christus erat in cruce. Terra, ait Euangelista, tremuit, & monumenta aperta sunt. Quum autè semel dicit, adhuc & aliam terræ quassationè significat. hoc est, quum seculum hoc euertetur, cum immutata omnia à corruptiōe ad immortalitatè trāsferētur.

28 *Declarat*

28 *Declarat mobilem.* Vocat facta quæ manibus iacta erant, ut tabernaculum & huiusmodi Leuitica, quæ per Christi perpetuum sacerdotium immobile transierunt, & sublata sunt.

29 *Vt maneat ea quæ.* Id est bona futura. Quæ enim sanctis futura sunt, neque corruptionem admittent, neque motum, cum non sint translationem subitura.

30 *Habemus gratiam.* Id est, patienter aduersa feramus, & nullus nos subeat dolor, si in rebus externis iacturam patimur. Sed gratias illi agamus, qui bona hæc nobis contulit, & maiora est nobis propediem collaturus.

31 *Ignis consumens.* Hos consolatur perinde ac si diceret, Talem sumus Dominum assequuti, qui possit aduersarios nostros, ut ignis absumere, argumentatur à periculo.

CONCILIATIO.

Hic locus, Moyfes dixit, Exterritus sum & tremebundus: nullo in loco veteris testamenti legitur. Imò videtur aduersari ei loco Exod. 20. Nolite timere, ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis.

TAMETS I non legitur in Exodo hic locus tam explicitus, quam à Paulo est productus: ita tamen res habuit, quam illius textus Pauli verba significant. Hoc verbum, dixit, positum putauerim pro expressit, siue gestu, siue alio quouis signo. Nempe in rubi ardentis apparitione, faciem velans exprimebat quam exterritus, & tremebundus esset. Exo. 3. Abscondit Moyfes faciem suam, non enim audebat aspicere contra Deum. Ad hunc modum pronunciauit beatus Stephanus Act. 7. tremefactus autem Moyfes non audebat confydera-re, &c.

DICTIO.

DISCIPLINA pro castigatione hoc cap. ponitur. In *Disciplina.* hanc significantiam apud probos authores reperitur, præcipuè apud Suetonium, pro Seueriore institutione & gubernatione, cuiusmodi solet adhiberi primis annis. Diuus Augustinus interpretatur disciplinam, cum quis molestiis eruditur.

ADULTERII, spurij, illegitimi & nothi.

CONFUSIONEM suo more Paulus hæc vocat probum *Adulteri.* atque ignominiam. *Confusio.*

Hortatur ad pietatem. CAP. XIII.

Charitas.
Roma. 12. c
1. Petri 4. c
Hospitalitas



Charitas fraternitatis¹ maneat
in vobis. Et hospitalitate² no-
lite obliuisci. Per hanc enim

Coniugium
Fornicatio.

Anaritia.
Iofne. 1. c
Pfal. 117. a

Præpositi.

Fides.
Opera.
Doctrina.

Altare no-
strum.
Nume. 19. a

Latuerunt quidam angelis ho-
spitio recepris. Mementote victorū³, tā
quā simul victi: & laborantium, tanquā
& ipsi in corpore morantes. Honorabile
connubiū⁴ in omnibus, & thorus immā-
culatus: fornicatores enim & adulteros iu-
dicabit Deus. Sint mores sine auaritia⁵:
cōtenti præsentibus. Ipse enim dixit, Nō
te deferam neque derelinquam. Ita vt cō-
fidēter dicamus, Dominus mihi adiutor:
non timebo quid faciat mihi homo. Me-
mentote præpositorum⁶ vestrōrū, qui vo-
bis loquuti sunt verbū Dei: quorum in-
tuentes exitum conuersationis, imitemini
fidem. Iesus Christus heri⁷ & hodie: ipse &
in secula. Doctrinis variis⁸ & peregrinis
nolite abduci. Optimū est enim, gratia sta-
bilire cor non escis, quæ non profuerunt
ambulantibus in eis. Habemus altare⁹, de
quo edere non habent potestatem qui ta-
bernaculo deseruiunt. Quorum enim a-
nimalium infertur sanguis pro peccato in
sancta per Pōtificem: horum corpora cre-
mantur extra castra. Propter quod & Ie-
sus, vt sanctificaret per suum sanguinem
populū, extra portam passus est. Excamus
igitur¹⁰ ad eum extra castra improprium
eius portantes. Non enim habemus hic
manē-

Latuerunt.
&c. quidam
inscientes ex-
ceperunt an-
gelos hospiti-
rio.
Laboran-
tium, Assi-
storum.

Abduci, cō-
sufferri.

manentem ciuitatem: sed futuram inqui-
rimus. Per ipsum¹⁰ ergo offeramus hostiā
laudis semper Deo, id est, fructum labio-
rum confitentium nomini eius. Beneficē-
tiæ autem & communicationis nolite o-
bliuisci: talibus enim hostiis promeretur
De⁹. Obedite præpositis¹¹ vestris, & sub-
iacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi ra-
tionem pro animab⁹ vestrīs reddituri: vt
cum gaudio¹² hoc faciant, & non gemen-
tes, hoc enim non expedit vobis. Orate
pro nobis: confidimus enim quod bonā
conscientiam habemus¹³, in omnibus be-
ne volentes conuersari. Amplius autē de-
precor vos¹⁴ hoc facere, quō celerius resti-
tuar vobis. Deus autem pacis qui eduxit
de mortuis pastorem magnum ouium in
sanguine testamenti æterni Dominū no-
strum Iesum Christum: aptet vos in om-
ni bono, vt faciatis eius voluntatem, fa-
ciens in vobis quod placeat coram se per
Iesum Christū: cui est gloria in secula se-
culorum. amen. Rogo autem vos fratres,
vt sufferatis verbum solatij. Etenim per
paucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem
nostrum Timotheū dimissum: cum quo
(si celerius venerit) videbo vos. Salutate
omnes præpositos vestros: & omnes san-
ctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia
cum omnibus¹⁵ vobis. Amen.

Hostia lau-
dis fructus la-
biorum.

Præpositi.

Orate.

Pastor, Chri-
stus.

Opera no-
stra grata
per Christū

Promere-
tur Deus.
concliatur.
Deus, vel
placet Deo.
Subiacete
eis. concedi-
te, deserte eis
Non expe-
dit, inutile.

Aptet vos,
absolutos vos
reddat.
In vobis
quod pla-
ceat, vt id
quod agitis
acceptum sit.
Solatij, ex-
hortationis.
Cognosci-
te, scitis.
De Italia
fratres, Itali

Hæc epistola beati Pauli Apostoli missa est ab
Italia per Timotheum.

1 *Charitas fraternitatis.* Singularem amplificationem prosequitur explicare pacem & sanctimoniam, quas paulo ante commendauerat, varias morum paræneses, velut superioribus adfixas appêdices aducês. In primis admonet illos charitatis Christianæ & hospitalitatis, ex êplo maiorum, ne inter tâtas afflictiones mutua charitas periclitetur. Per synecdochen, hospitalitate, intelligit omnia misericordiæ opera, quorum meminit Christus, Matth. 25. Abrahâ tres viros, Genes. 18. fatigatos ex itinere in meridie videbat, adorauit, & in tabernaculum suum vocauit. Lot circa vesperam duos vidit, Genes. 19. nihil minus putans eos esse quàm Angelos. Hac virtute placuerunt Deo. Certè placebitis & vos, si hospitalitate illis responderitis, non recipientes Angelos, sed Christum ipsum dicentem. Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis.

2 *Memores victoriû.* Hoc præstitit Paulus dicês, 2. Corinth. 11. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scâdalizatur, & ego nõ vror? Addit, & laborantiû, hoc est, afflictorû ob malâ valetudinê, famem, sitim, vel aliam qualemcunque necessitatem. Tanquam & ipsi in corpore morantes, hoc est, memento fratrum afflictorû, tanquam iisdê afflictionibus obnoxij.

3 *Honorabile connubiû.* Cùm dicit, in omnibus, subaudi modis aut in omnibus ætatibus, aut in omni tẽpore, Denique apud omnes, seu ab omnib⁹ pbatur. Quâdoquidê & apud Ethnicos honos habit⁹ est matrimonij ob fauorê publici cõmodi

4 *Sint mores sine avaritia.* Hortatur ne avaritiæ dediti simus, sed simus contenti rebus præsentibus, cura & omni sollicitudine futurorum reiecta. Dices fortasse, Res domi vsque adeo tenuis est, vt vix familiæ faciat satis: qui fieri poterit, peregrinis & indigentibus subueniam? Aut vnde accipiam quo me meamque familiam sustentem? Scripturæ testimoniis hanc obiectiuinculam diluit. Dominus Iosue ista dicenti quòd videret se populo Dei præficiendum, dixit, Non te deserâ neque derelinquam. At quia Dominus neminem, qui se illi cõcredit, vult deserere, rectè inducit Paulus, vt & promissum sit omnibus fidelibus, ita vt confidenter fidelis dicat: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

5 *Menêtote præpositoriû.* Perseuerate tâquam veri discipuli in fide & doctrina, quâ ab Apostolis & eorû successoribus didicistis, & illorû in fide constantiâ & sanctimoniam imitemini.

6 *Iesus Christus heri.* Quidam erant pseudopostoli, qui alium Christum

Iosue. 1.

Christum docerent, & alium assererent Messiam venturum, sicut & hodie falsò Iudæi putât. Sed hoc loco Paulus docet Iesum Christum eundem heri, id est præteritis seculis, & hodie, id est, in præsentibus & in futura secula & infinita, nec alterum quẽpiam præter hunc asserit esse venturum. Propterea abiiciendi sunt errores huiusmodi, ne peregrinis doctrinis abducamur. Aut accipiamus ad hunc sensum: Dicit aliquis, Verum est, Deum Apostolis & apostolicis viris tanquàm antesignauis fauisse: me autem non pari fauore & gratia prosequetur. Respondet: Iesus, qui heri fuit, id est, illorum tempore iam præterito, idem & hodie est, & perdurabit in secula. Eadem eius est benignitas, manus illius non sunt abbreviatæ, qui Heliam & populum Israëliticum per annos 40. in deserto manna & aquis è petra & pavit & potauit, idem poterit & vos alere.

7 *Doctrinis variis.* Variè videntur doctrinæ, cùm ab aliis item atq; aliis afferuntur. Peregrinè verò, id est, à rectitudine dogmatis alienæ. Potest nanq; varia esse doctrina nec peregrina dici, cõq; nec improbada. Quum verò variæ fuerint, hoc est, aliter atq; aliter illæ ingestæ & peregrinæ à veritate scilicet ipsa dimotæ, tunc sanè erit magno opere ab ipsis cauendû. Variæ erant cùm de cibis mundis, & immundis post baptismum susceptum docerent. Propterea dicit: Bonum est stabilire cor, id est, mentem atq; animû, gratia Euâgelica, nõ escis, hoc est Iudaica discretione escarû post euangelium acceptû, quasi adhuc lex vim quandam haberet. Est certè necessària, fides charitati cõiuncta, non escarû Iudaica obseruatio Roma. 14. non est enim regnû dei, esca & potus, sed iustitia & pax gaudiû in spiritu sancto & 1. Cor. 8. Esca autem nos non cõmendat Deo.

8 *Habemus altare, de quo edere.* Post damnatâ Iudaicorum ciborum discretionem, manifestat excellentiorê nobis cibum esse, à quo, qui legè obseruant, arcêtur. Habemus altare, id est, hostiam in ara crucis oblatam, id est, Iesu Christi corpus, de quo edere nõ possunt, qui tabernaculo deseruiût. i. qui Moysen seruât. Hæc probat à similitudine sacrificij legalis, quod in se sto propitiationis fiebat, vbi vitulo & hirco, apud castra immolatis, sanguinè illorû pontifex solus in sancta sanctorû oraturus deferebat. Cadauera verò extra castra cõburebâtur. Hæc in figura erât ad fidem nostrâ facientia. Christus verus pontifex cû sanguine suo cœlos ascēdit, id est, vera sancta sanctorû intrauit patrê oraturus. Et quemadmodum immolatorum

Doctrinæ variæ.

animaliū corpora extra castra cremēda ferebantur: ita corpus Christi extra Hierusalē in monte Caluarie ardore passionis est combustū, hoc est, mortuū pro nobis. Hęc est vera hostia, per quā sanctificantur credentes in IESU CHRISTO: & de qua spiritaliter & sacramentaliter vesci possunt quicumque; in eum credunt. non autem qui adhuc Moyse seruiunt, non credentes Iesum Christum verum Messiam.

9 *Exeamus igitur ad eum extra castra.* Exeamus veterē hunc hominem & veterem hęc legem, à conuersatione illa mundana recedamus: eadem illa, id est, impropria quę ille sustinuit, tolerantēs: vt sicut ipse pro nobis passus est, ita pro eō affligi nō dubitemus. Non enim hęc est nostra ciuitas, sed futuram inquirimus, in qua iam per spem versamur.

10 *Per ipsum ergo offeramus.* Alludit ad ea quę leguntur frequenter in Psalmis 49. 115. & aliis, item 33. Benedicam Dominum in omni tēpore, semper laus eius in ore meo: ac si dicat, Nullū tēpore elabatur, siue aduersum sit, siue lætum, in quō Dominum non laudauerimus, idque fiat per Christum, per quem solum ad Patrem habemus accessum. Ex hoc cōtextu Pauli colligimus tria sacrificia, ad quę nos hortatur. Primū corporis, quod mortificandum est, & in obsequium spiritus redigendum. Secundum animi, quod fructus laborum, siue laudis hęc dicitur. Tertium beneficentię in proximos. Talius hostiis Deus promeretur, id est, placatur, siue cōciliatur; & huiusmodi hostię illi sunt acceptissimę.

11 *Obedite prepositis.* Hactenus de his quę faciunt ad salutem vestram abudē vos monui. Huic epistolę imponamus finem oportet. Quod si quid præterea perdiscere necessariū fuerit, habetis pastores, qui pascunt, & docebūt vos verbo Dei. Ab illis requirite. His obedite: Qui si videātur vobis morosi, Et his subiaccete: modō nihil aduersum Christi doctrinam doceant. Non desunt, qui etiam huic locum de magistratibus Reipub. interpretantur. Sed quod subiungit, docet de pastoribus Ecclesię intelligendum: ipsi enim vigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

12 *Vt cum gaudio hoc faciant.* Cauete immorgeri esse vestris pastoribus, ne frāgantur eorum animi, & contristentur: cum viderint discipulorum negligētiam & segnitie: labores item suos perisse. Sed estote præfectis vestris obsequētes, excipite ex animo illorū doctrinam, vt fructum ceterisum producat. Hoc

tis. Hoc fructu vestro, his vestris laboribus piis foeliciter elocatis exhilarati, munus docendi postea obibunt, & longē alacrius vobis inseruient. Est reuera gaudiū doctōrum, incrementum discipulorum, & contrā.

13 *Bonam conscientiam habemus.* Id est, puram habeo conscientiam, nullius mali sum conscius, quōd intelligam me vobis consuluisse. In omnibus bene volo cōuersari: do operam ne quępiam offendam, ne dissentionum causas seram.

14 *Deprecor vos hoc facere.* Id est, pro me orate vt ocyus vobis restituar.

15 *Gratia cum omnibus.* Gratiam cū peccatorū dicit remissionem, tum animi puritatem, tum ipsam spiritus sancti participationem, hanc gratiam tandiu conseruabimus, quādiu bonis operibus incubemus.

CONCILIATIO.

BENEFICENTIAM & cōmunionem Paulo commendati in hunc modū. Beneficentię & cōmunionis nolite obliuisci maxime aduersantur, quod probē gessit Ioseph Genesis quadagesimo septimo, qui Ægyptios fame pereuntes cum possessionibus in seruitutē redegit. Si quę est liberalitas & beneficentię, exercenda est maxime tempore famis. Et tamē Genesis quadagesimo primo dicitur, Crescebat autem fames in omni terra, apparuit Ioseph horrea, & vēdidit Ægyptiis. Respondet Ambrosius libro secundo Officiorum cap. de eimosexto: Maluit Ioseph frumenta vēdere, quā dare esurientibus. Quia si paucis donasset, pluribus defuisset: eā liberalitatem probans, quę abundaret omnibus. Patefecit horrea, vt omnes subsidiū emerēt, ne gratis accipientes, agriculturā relinquerent. Solet enim qui alieno vitur, suū negligere. Matteo itaq; cōsilio vltus est Ioseph, cui tandē dictū est, Salus omninū nostrū tu es, Genesis quadagesimo septimo. Præterea dici potest Ægyptios paupertati nondū tunc addictos fuisse, quibus tū pecunię, tū possessiones erant amplissimę. Huiusmodi enim venditione subuenitur. Licet liberalius & cōmendabilius foret si dono ageretur, cum his qui fame laborant.

F I N I S.

Omnia iudicia ecclesie submissa sunt.

Excudebat Audoēno Petit, & Ioanni Roigny, Benedictus Preuost, typographus in vico Fremontello, iuxta Claufum Brunellum, sub insigni stellę aureę. 1548.

INDEX.

Plenitudo diuinitatis in Chri- sto.	279	Presbyterorum accusatio nō temerè audienda.	322
Plenitudo fidei.	401	Primitiui fideles.	42
Pœna incredulæ.	300	Primogenitus in sacris quid. 55.277.	
Pœna indignè sumentium Eu- charistiam.	126	Primogenitus Christus.	275
Pœnitentia & baptismus.	380	Princeps potestatis æris.	37
Pœnitentia pro benedictio- ne.	412	Princeps in scripturis qui.	96
Pœnitentia dei quid.	381	Princeps seculi.	95.96
Politica sine legibus nō posse consistere.	291	Prisca mulier.	89
Pontificis officium.	388	Pro, particula, quid enūciat.	3
Postulatiōes, in scripturis qd. 312		Probare seipsum.	126
Potentia gloriæ diuinæ.	255	Probatis acquiescendum.	140
Potestas & Magistratus à deo sunt.	79.80	Proditores.	334. Profanus.
Potestas Pauli ad ædificatio- nem, non ad destructionem Ecclesiæ.	180	Profanus.	411
Potestates.	234	Professio Christiana est à spi- ritu sancto.	128
Præcepti diuini vis.	14	Promissio in scripturis quid. 206	
Præceptores oderūt mali.	298	Promissio benedictionis nō innititur legi.	ibidē.
Præceptorum & discipulorū mutua beneuolentia.	227	Promissiones dei à Paulo ma- nifestatæ.	172
Euangelij præconibus victū deberi.	114.225.291	Pronominis demonstratiui of- ficium.	124
Prædestinatio ex gratia.	232	Propheta noui testamēti.	132
Prædicandum quocunque tē- pore.	335	Propheta & pater differūt.	128
Præiudicium quid.	322	Pro nomine eius quid.	3
Præmium propositum currē- tibus.	115	Propheta, pro testimonio. 310	
Præpositorū conuersatio in- tuenda, & fides imitanda.	413	Propitiatorij significatio. ibi.	
In præputio esse quid.	23	Propositum diuinum.	232
Præbyteri, episcopi.	322.319	Propter ventrem prædican- tes.	85
Præbyteri quales esse debent 318		Proscriptus.	202
		Prouetus qd in scripturis.	118
		Prurientes auribus.	355
		Proximo placendum.	4
		Pseudapostoli quales.	183
		Pseudapostolorum mos.	291

INDEX.

Pueri malicia vt simus.	138	Resurrectio nostra, id est, iu-	
Purè euangeliū prædicat Pau-		stificatio.	2
lus.	290	Resurrectio fiet virtute Dei.	269
Purgatio peccatorū p Chri-		Resurrectio Christi, cur tam	
stum.	350, 353	frequenter à Paulo repeta-	
Purgatorium.	98	tur.	290
Pythagoræ impostura.	308	Resurrectionis mortuorū or-	
		do.	143
Q uæstiunculæ labefactât		Reuelari de cœlo.	6
conscientias.	311	Reuelatio pluris est quâ visio.	186
Quæstuarij verbi dei.	193	Reuelatio Christi.	90
Quodâusque, quid signet.	356	Reuelatiōes Paulo factæ.	186
R		Rex Salem, quid.	383
Rectores mundi & tene-		Resurrectionis Christi virtus	2
brarum in aëre esse, ac		Resurrectio mortuorū in iu-	
ad malum nos prouocare.	255	dicio.	149
Recapitulo.	235	Rixæ.	232
Perfecta redemptio quid.	55	Romani, Paulo qui sint.	11
Redemptio corporis.	49	Ruga.	252
Redemptionis precium.	191	S	
Regula Christianorum.	228	S'Abaoth.	63
Rei cuiusque assequendæ va-		Sabbathum & requies dei.	369
riij modi.	51	Sacerdotes non sunt nego-	
Remissio peccatorum.	18	ciatores.	240
Quorum remisieritis peccata		Sacerdotij Christi excellen-	
quomodo intelligendum.	2	tia.	380
Repromissio quid.	408	Sacerdotij veteris, & noui col-	
Requiem Iosue veram Iudeis		latio & differentia.	389
præstitisse.	399	Sacerdotium leuiticum mor-	
Requies tres.	367, 370	tale: Christi verò immorta-	
Res vniuersæ duci videntur		le.	388
pro conditione hominum.	49	Sacerdotiū Leuiticū sacerdo-	
Refurgens à peccatis transit		tio Melchisedec inferi.	384
ad pristinam gratiam.	203	Sacra nō omnibus passim cō-	
Resurrectio.	47	municanda.	97
Resurrectio duplex.	148	Sacramenta nouæ legis, vim à	
		mortē	

INDEX.

morte Christi habent.	400	Scandalum duplex.	221
Sacramentū, vocabulū quid.	243	Schisma.	92
Sacramentū altaris summa cū		Schismatum origo.	308
veneratione recipiendū.	402	Scientia.	112, 129, 133, 169
Sacrificia odore grata quod.	249	Scientia sine verbo.	91
Sacrificia Abel & Cain.	406	Scortatio fugienda.	104
Sacrificia veteris legis.	390	Scriptura, pro spiritu in illa.	203
Sacrifici partes & officium.	363	Scripturæ, sanctæ, cur?	10
Sacrificis victus debitus.	384	Scripturarum maiestas.	73
Sacrificus quorum meminisse		Scripturarum vsus.	84
debet in Missa.	373	Scurrilitas & stultiloquiū dif-	
Sacrilegium.	14	ferunt.	253
Sale, quid designetur in scri-		Scytha & Barbarus, qui sint	
pturis.	287	Paulo.	286
Sancti qui dicatur Paulo.	231	Sectæ duę olim de fide & ope-	
Ciues non hospites sancti.	239	ribus.	25
Sancti & mundi per Christū		Sectæ inter Corinthios, quin	
sumus.	276	hominibus, non in Christo	
Sancti quomodo gloriantur		gloriabantur.	91
in afflictionibus.	31	Sectari quid sit.	135
Sancta, seu sanctum sanctorū.	390	Sectas insectatur Paulus.	96
Sanctum seculare seu munda-		Secula seculorum quid?	242
num, quid?	392	Secularia.	106
Sanctus.	235	Secularia desideria.	343
Sanguis testamenti.	401	Seculum nequam.	121
Sanitas in dilectione.	342	Sedes dei.	6
In patientia.	ibi.	Seductores.	340
Sapientes & insipientes, qui		Scit.	58
sint Ambrosio.	5	Semen in scripturis quid.	24
Sapientia dei.	92, 95	Semen duplex.	227
Sapientia mundi reicitur.	92	Semen Abrahami Christus.	205
Sapientia Dei prædicat Pau-		Senectutis morbi.	343
lus.	94	Senes, quales esse debeant.	341
Scabellum in scripturis quid?	356	Senior.	321
Scandalizari.	285	Sensum scripturæ pronuncia-	
		tione variari.	54
		Pauli modus in sententia con-	
		tra flagitiosum pronuncia-	
		da.	103

INDEX.

Sermo per angelos dictus.	358	Spiritus Christi in nobis.	46
Sermo Dei.	369	Spiritus Christi noster auri-	
Sermo Dei viuus.	369	ga.	47
Sermo sapientia.	129	Spiritus Dei, Christi.	46
Sermo vitiosus.	247	Spirit ^o Dei, doctor noster.	95
Serui.	323, 341	Spiritus Deus.	160
Serui Dei.	36, 339	Spiritus donum.	298
Serui iustitia.	36	Spiritus fessos & afflictos le-	
Serui edú non est, peccato.	33	uat.	51
Seruitij, id est, cult ^o diuini spe-		Spiritus integer.	299
cies multæ.	4	Spiritus mundi.	96
Seruitus vnde.	254	Spiritus promissionis.	233
Seruire tempori.	77	Spiritu postulare pro nobis,	
Seruitus intolerabilis.	286	quomodo intelligendú.	48
Seruis, quot modis dici pos-		Spiritus sanctificationis.	2
sit in scripturis.	1	Spiritus sancti templum.	105
Seruus Paulus.	1, 115	Spiritus sanctus, 127, 128, 279	
Si, particula.	367	Spiritus sanctus cognoscit, no-	
Signa præcedentia aduentum		stros affectus.	52
Christi.	301	Spiritus vita.	47
Signa quærere.	93	Spirituum discretio.	129
Signaculum.	23, 116	Stadium.	116
Signum.	23, 155	Statuere, id est, erigere, stabili-	
Sobrietatis verbum.	329	re.	82
Sobrius.	316	Stimul ^o carnis Paulo dat ^o .	186
Somn ^o , Nox, Dies, Opera.	77	Stimulus mortis, peccatú.	148
Somnus animæ.	259	Stulta Deo, Stulta mundo	
Speculari, vnde ductum.	161	quæ.	99
duo in Spe esse conclusa.	51	Stultiloquium & Scurrilitas	
Spes.	51, 55	differunt.	248
vna Spes vocationis, qd?	248	Stultum dei, quid.	93
Spes beata.	342	Sua non quærere, quomodo	
Spirituali, quid?	147	intelligendum.	134
Spiritu ambulare.	221	Subditus.	18, 21.
Spiritu feruere.	77	Substãtia.	178, 408
Spiritu præsens.	103	Sufficientia.	325
Spiritualia.	128	Superbia.	326.
Spiritu sanctum præitorem		Superbus.	340.
esse spiritus nostri ad oran-		Suplicium capitale.	104.
dum.	52		T

INDEX.

		Timotheus qualis.	311
T		Timothe ^o german ^o Pauli.	288
Tabernacula duo, qd si-		Titus gẽtilis non circumciscus,	
gnificauerint.	290	quare?	195
Tabernaculú Christi, vetere		Traditio qua à Paulo traditi	
perfectius.	374	sunt Satanæ. Seu, ritus excõ	
Tabernaculum Dei fixú.	389	municationis Pauli quis?	31
Tact ^o morticinij immú ^o .	395	Traducere.	281
Tãquam, vox quid sonet.	161	Tribuere, id est, continenter	
Templum Dei sumus.	711	ministrare.	203
Tẽpora nouissima, qualia fu-		Tributum.	79
tura.	333	Trinitas, cuius opera sunt in-	
Tempora vltima.	318	diuisa, in his quæ ad nos at-	
Temporis plenitudo.	210	tinent.	128
Tempus.	80, 341	Triturare.	116, 322
Tempus redimere.	250, 287	Triumphat nos de ^o , qd est?	18
Tẽtare Deú. 117. Tẽtatio. ibi.		Triumphantium mos.	281
Tentator Satan.	294	Troas ciuitas.	158, 337
Terra benedicta, & maledi-		Turpitudõ.	249
cta.	377	Tutores & actores, Prophe-	
Terræ partes inferiores.	245	tæ dicti.	210
Terrę succussio frequens.	42	Tychicus.	253
Tertius, viri nomen.	89		
Testamento nihil superordi-		V	
nandum.	205	Vanitas, quid?	50
Testamentum.	397	Vanitas sensus.	246
Testamentum, pactum, pro-		Vates. 128.	Vas. 295
missio, idem.	63	Velamen Moyfi.	160
Vetus testamentum sanguine		Velle & perficere dat de ^o .	263
dedicatum.	391	Venientes qui dicantur in scri-	
Testimonio mulierum non		pturis.	190
vsum Paulum, quare?	142	Verbi dei efficacia.	289
Thessalonicensis in tribula-		Verbum veritatis.	170
tionibus.	300	Veritas multiplex.	319
Thessalonicensium commen-		Veritatis dilectio.	304
datio.	290	Veterem hominem depone-	
Throni.	234	re.	247
Thronus soli Deo competit.		Veteri homini, Veritatẽ Chri-	
385		sti opponi.	247
Timotheum commẽdat Pau-		Veteris hominis membra, &	
lus.	150	morbi.	ibidem.

INDEX.

Vetus homo.	34.44.246	Vnctio nostra.	155
Verus homo eruendus.	283	Vnitatem spiritus, maximè cõ-	
Vetus Lex, litera scilicet.	159	mendari à Paulo, & quid sit	
Victoria Christi, quæ?	245	exponitur.	244
Vidua, & verè vidua.	321	Vocari secundũ propositũ.	52
Vidua.	320	Vocati forte.	233
Vidua ætas.	ibidem	Vocatio.	53.71.105.3.9
Viduis subueniendum.	321	Vocatio, & fides à Deo.	90
Vincere bono malum.	77	Vocatio diuina duplex.	10
Vini vsus, qualis commende-		Vocatio operibus confirma-	
tur.	250	ta.	301
Vinctus Christi, quis.	241	Vocatus nomen substantiuũ.	
Vir mulieri præstat, i quo?	314		1.91.
De virginibus.	109	Voluntas carnis & desideria	
Virginitas in vno laborat, in		quid.	237
cæteris libera.	110	Voluntas.	294
Virtus, id est, potentia & vis,		Voluntas dei duplex.	333
aliàs afflatus diuinus. 2.	170	Vox Archangeli in iudicio	
Virtutes in scriptura quid.	56.	quid.	296
	129.234	Vri, quid in scripturis.	111
Viscera in scripturis, quid.	260	Vsus naturalis quid.	9
Vita æterna promissa ante mũ-		Vt particula.	127
di constitutionem.	338	Vt puta.	137
Vita per Christum.	327	Vultus in sacris quid.	161
Vita Dei.	247	Vxor viro subiecta sit.	251
Vita ex mortuis.	74	Vxore viuente etiam adulte-	
Vitæ Christianæ pictura	168	ra, non plenè dissolui mati-	
Viuens mortuus.	322	moniũ, factio diuortio.	208
Viuere deo.	35		
Viuificatio.	149		
Vltio diuina quid inferat, &		Z elus in scripturis.	217
qualis.	12	Zelus stultus.	218
Vmbra & imago.	404	Pauli Zelus, erga Ecclesias,	293
Vmbra in scripturis quid.	399	quantus.	293
		Zenas.	345

F I N I S.

D. PAULI AD ROMANOS
Epistola.

INTER omnes Epistolas beati Pauli prima habetur, quam scripsit ad Romanos: eaque tã Græcis, quàm Latinis, primo loco collocata est: non quòd tempore præcesserit, sed quòd dignitate, & pondere argumenti reliquis præstet.

STATVS EPISTOLAE
Ad Romanos.

~~Fide in Christum, & in lege (quæ merito Chri-~~
~~stianæ religionis est) significatur. Paulus primò~~
Fidem docet per vndecim capita: duodecimo
Charitatem, & fructus spiritus tractat: ter-
tiodecimo, & reliquis, pro suscipiendis infir-
mis laborat.

LOCI INSIGNES HVIVS EPISTOLAE.

1 Iudæos & Gentiles omnes sub peccato esse, & gl'iam Dei
indigere: ~~per fidem, iustificari, fide in Iesum Christum, un-~~
~~icum, saluati, cum citra legem, exemplo Abrahæ, patris eue-~~
~~dentium, ante legem iustificari, docet Paulus.~~

CAP. I. II. III. IIII.

- 2 Fidem, qua pacem apud deum habemus, explicat certam
esse persuasionem de dei in nos bonitate, per spiritum san-
ctum, qui datus est nobis, nitentem domino Iesu Chri-
sto, qui nos sua morte redemit. Eoq, stamus & gloriamur
in spe consummatæ cõmunionis diuinitatis. Atque his oc-
cupat aduersariorum illationem. CAP. V. VI.
- 3 Vis, & energia legis: Spiritus & caro. Lex membrorũ. Lex
mentis: Libertas, & Seruitus. CAP. VII. VIII.
- 4 Electio rum Iudæorum, tum Gentium, gratuita docetur.
Occupat quæ de Iudæis obiiciebantur de promissionibus
ipsis peculiariter factis, & huiusmodi. CAP. IX. X. XI.
- 5 Vocatio Gentium, Iudæis abiectis. CAP. IX. XI.
- 6 Singuli diuersa dona accipientes, exhibeamus nos hostiã
deo placentem, vt nos membra, vnũ simus cũ capite Chri-
sto. CAP. XII.
- 7 Magistratibus parédum: Quid publica potestas: Quæ vis
dilectionis proximi. CAP. XIII.
- 8 Morum paræneses. CAP. XII. XIII. XV. XVI.
- 9 Christus pro nobis interpellat, & est propitiator.
CAP. III. VIII.
- 10 Baptismus, Resurrectio, Nouitas vitæ, Homo vetus, &
nouus. CAP. VI. VII.

